R. P. F.

ALEXANDRI

DE

SANCTISSIMO

SACRAMENTO

NAVARRI, OPIDI DE

VILLAFRANCA

QVAESTIONVM

MORALIVM

IN SECVNDAM

PARTEM

PARTEM SECVNDAM.

R. P. F.

LEANDRI

DE

SANCTISSIMO

SACRAMENTO

NAVARRI, OPIDI DE

VILLAFRANCA.

QVAESTIONVM

MORALIVM

IN SEPTEM

SACRAMENTA.

PARS SECVNDA.

C. S. de la Libreria del Coll.º de la Comp.ª de Jhs de Soria

Estante 32
Ind 4a
Vol 3o


INRI
FLVENT DE LATERE
ELVS SEPTEM FONTES
QVÆSTIONES
MORALES THEOLOGICÆ
IN SEPTEM ECCLESIÆ
SACRAMENTA
Auctore R.P.F. Leandro de SS.
Sacramento, Ordinis Discalceatorū
Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis
Captiuorum, olim semel ac iterum
Diffinitore Generali, in suo Complu-
tensi Collegio Theologiæ Professore, et
nunc Ministro.
PARS SECVNDA
Compluti apud Fran
ciscum Ropero.
Anno. M.D.C.XLIV
ARDET ET LVCET
NEC TEMPERAT
S. IOAN
DE MATA
FVNDAVIT
S. FÆLYX
DE VALOYS
FVNDAVIT
V.P.F.I.B. DE CONCEPTIONE
RESTAVRAVIT.

QVÆSTIONES
MORALES THEOLOGICÆ
IN SEPTEM ECCLESIÆ
SACRAMENTA

PARS SECVNDA

NOBILISSIMO PRINCIPI D. AC D. ANTONIO de Vargas, & Zapata, Marchioni de la Torre, seu de Esteuam de Ambram; ac Vicecomiti de Lynares. Fr. Leander de SS. Sacramento Discalciatorum SS. Trinitatis, & Collegij Complutensis Minister, iterum salutem D, & opus, D.



ORSAM hæc nostra secunda pars de Sacramentis, Nobilissime Princeps, forsam geminos, gratosque Dominationis vestræ merebitur vultus, Hispaniæ nostræ maiorem plausum, & quod magis est, (vtinam ita) diuinam approbationem duplicatam. Sed cur? quia secunda? minime. Sed quia in hac secunda imperfectum opus perficitur, inceptum in prima, completur. In mundi Genesi, vix à diuino creaturæ prodierant sinu, vix superni artificis vltimas expertæ fuerant polituras, vix primis potitæ auris, cum illas sui Authoris comittatur benedictio, insequitur approbatio. Genes. 1. **Facta est lux, & vidit Deus, quod esset bona. factumque est vespere, & mane dies vnus.** *In secunda die, versatur circa diuisionem aquarum, ex his firmamentũ educens, huic Cœli nomen indens:* **Et factum est vespere, & mane dies secundus.** *Et finita dies sine benedictione, etenim non dicitur, & vidit Deus, quod esset bonum. Cur repulsæ aquæ à benedictione, quæ prius fuerant Spiritui Sancto, per lucidus currus, quo super ipsas ferebatur, quasque, vt alij transferunt, fouebat, animabat? Nunquid quia diuisæ? Nunquid, quia in secunda die, quæ vnitatis ablatiua fuit, quasi sine decore videretur? Fortè. Sed ad intentũ rem attigit perbelle Petrus Comestor; incæpit supernus artifex diuisionẽ aquarũ in secundà die, non perfecit nisi in tertia; etenim in hac dixit.* **Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt in vnũ locum, congregationesq; aquarũ appellauit maria.** *Careant igitur secũdæ diei opera, vtpotè imperfecta, diuino fauore; bina approbatione fungatur tertia dies,* **& vidit Deus, quod esset bonum, & vidit Deus, quod esset bonũ,** *quia in ipsa cõplentur, perficiuntur. Ergo bene. Prima nostra de Sacramẽtis pars, hauriebat aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, agebat de Baptismatis crystallis; de liquore Confirmationis; & Extremæ vntionis; de lauacro Pœnitẽtiæ; de torrentibus indulgentiarũ. At, restabant Eucharistiæ vina germinantia virgines; Ordinis Calices salutares; Matrimonij nexus; quæ omnia perficit hæc secũda pars; fungatur ergo bina approbatione, maiori beneuolẽtia, quippe cõplet opus, quippe ministrat septẽ fontes de latere Christi fluẽtes. Accipe igitur, Nobilissime Princeps, in opere affectũ, in affectu opus magnũ; pendeat ex turri tua, etenim tanta altitudine, fortitudine tali fungens, æternitate potietur. Fœliciter cresce, & augere vtrique Trinitati. VALE.*

SAN-

SANCTIS PATRIARCHIS, REDEMPTRICIS Ordinis Sanctiſsimæ Triados, Fundatoribus, Ioanni de Mata, & Felici de Valois, eorum minimus alumnus Fr. Leander de SS. Sacramento, ſe, ſuaque opera commendat.

PRIMITIAS lucubrationum mearum, quibus, niſi Seraphicis Redemptoribus, in Iſaiæ Seraphinis adumbratis, commendabo? Quibus, niſi coadiutoribus Chriſti, libabo? Quibus, niſi hæredibus ſui teſtamenti, præſentabo? Quibus, niſi Parentibus meis Beatiſsimis, & ſanctiſsimis Ioanni, & Felici, ſacrabo? Sed qui beatiſsimos, ac ſanctiſsimos prædico, quos nec Eccleſia beat, nec in Sanctorum numerum refert? (O Deus! O filiorum Incuria! Scu ò myſterium!) At, quos ſanctiſsimus noſter Vrbanus VIII. in diplomatibus, terque, quaterque Sanctos appellauit, beatos non nominabo? At, quos (ſtante decreto de auferēdis diadematibus, & radijs à non Canonicatis) videns idem Vrbanus, in Altari ſanctæ Franciſcæ Romanæ Cœnobij noſtri, redimitos tempora radijs, & diadematibus, conceſsit, ſic permanere, ſanctos non nuncupabo? Apage. Igitur ſanctiſsimi, & beatiſsimi Parentes mei, à Sacramentorū opere, in quibus Orbis Redemptio continetur, initium ſumpſi. Et meritò, diuinæ Triados morem ſeguutus, quæ ſe ſe olim ſemper cum Sacramentis reuelabat. In primo temporis ſpiculo, in ipſo mundi exordio, ſuimet Trias præſtitit effigiem. Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terrā, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Deus, ecce Patrem. In Principio, en Filium. Spiritus Domini, ecce Spiritum Sanctum. Sed vbi Sacramenta? Super aquas, conſpice Baptiſmum. Fiat lux, meditare non per obſcuram Euchariſtiæ vmbram; nam, vt aliquibus Eccleſiæ Patribus placet, ſine ſubiecto tunc temporis fuit; lux igitur ſine ſubiecto, præfigurat Euchariſtiæ candores, ſine ſubiecto. Gen. 18. Abrahamo in conualle Mambræ apparuerunt tres viri; tres vidit, & vnum adorauit. En Trinitatem. Sed vbi Sacramenta? Fecit illis conuiuium; etenim ait Sacer textus: Ponamq; buccellam panis, & cōforretur cor veſtrū. Euchariſtiam intellige. Afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes veſtri Pœnitentiam conſidera. Quid plura? Iſaiæ 6. In taiſagio illo diuino à Propheta percepto, quis eſt, qui Trinitatem adumbrari ignoret? Sed vbi Sacramenta? Quin, vbi non plura? In calculo ignito, & albo, Chriſtum ſub albicantibus ſpeciebus ignientem, plures Patres recognoſcunt; in vatis mundatione, pœnitentiæ Sacramentum depingitur. Ergo Trinitatis reuelationem comittatur ſemper Sacramentorum oſtenſio. Sic Ego, vt Trinitatis filius, vt ipſius ſtemmate inſignitus, quando

Tria-

Triades orbi cognitionem exopto, per figurarum veterum impletiua, per miraculorum ab ipsa factorum maxima, Triados inuisibilia ostendo. Fallar, si in primordijs Religionis meæ, in ipsius, inquam, portentosa, & cœlesti reuelatione prædicti debiti non præcesserit clarum vestigium. Vobis enim, ò sanctissimi Parentes, in solitudine Angelicam vitam degentibus, ceruus dealbicanti pilo, crucem rubei, ceruleiq; coloris super caput portans, quasi cœlestia præsagiens, lætabundus, & exultans apparuit; in triplici colore Trinitatem adumbrans. Sed in quo Sacramentum? In situ. Sedebatis namque diuina colloquentes, iuxta fontem, qui sacramentorum aquas salientes in vitam æternam simbolicabat. Vnde & à ceruo, & à fonte primum nostrum cœnobium illic structum, hucusque nomen conseruauit. Iuxta illud, illinc in marmore scriptum, In Ceruogelido fit Triadis primitus ordo. *Plus vltra, Duce Angelo, proficiscebamini in Romanam Curiam, fœliciter peruenistis, inuenistis gratiam in conspectu Inocentij tertij; sed quid mirum si in vestris nominibus, & gratiam, & fœlicitatem præferebatis? De quibus non inepte illud D. Ambrosij decantarem; quorum nec nomen quidē vacuum est luce laudis, vt videatur mihi non hominum habuisse nomina, sed oracula Redemptorum, quæ indicarunt, quid essetis futuri. Igitur coram Pontifice Summo, purpuratis Ecclesiæ Patribus sociato, in Beatissimæ Agnetis secundo, & fœlici die, supernis luminibus refulgente templo, apparuere tres, Angelus in veste candida, in cœlesti, rubicundaque cruce, captiuus duplex, quos mutatis manibus tenebat cœlestis Paraninphus. At quo tempore Trinitatis fit reuelatio? Quando ineffabile Eucharistiæ Sacramentum elebauatur, intonante supremo capite, seu, vt alijs placet, cœlesti nuntio;* Hic est Ordo approbatus, non à Sanctis fabricatus, sed à solo summo Deo. *Ecce ergo, & trinitatis reuelatio, Sacramenta; & Trinitatis ostensionem Sacramenta comitantur. Accipietis itaque ò Redemptores mei, & dulcissimi Patres, has qualescumque de Sacramentis enodationes, ac perinde, & Trinitatis reuelatones, opus multis modis, ac nominibus vestrum. Tum, quia sicut lucernæ positæ super candelabrum, in sermone, in munere, in veste, orbi lumen Trinitatis intulistis; tum, quia sicut Abraham doctrinæ pane, sapientiæ aqua Trinitatem sustentastis; Tum, quia ad instar duorum Isaiæ Seraphinorum, diuinum Trisagium in æternum intonatis, & ignito, alboque Eucharistiæ calculo Captiuorum maculas mundastis; imò, & lux vestra in tenebris barbarorum lucebat, & vox Trisagij vestri ab obturatis infidelium auribus, percipiebatur; Tum denique, vestrum opus, quia à filio, & quia vestro singulari patrocinio laboratum; Accipietis, inquā, in vestram fidem, atque tutelam. Valete Beati Patres, & gaudete cœlesti Trinitate, qua cum fortunatis spiritibus in æternum fruimini, meque vestrum minimum filium, vestro auxilio, atque complexu fouete, & Trinitati sub cuius nomine, & signis milito, sæpius commendate.*

APPROBATIO R. P. Fr. FRANCISCI à Sancto Iuliano, Ordinis Discalceatorum sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis Captiuorum, Diffinitoris Generalis, &c.

IAM secundò, secundam de Sacramentis partem, à R. admodum P. Fr. Leandro de Sanctissimo Sacramento concinatam, secunda forte superiorum iussu occurrēti, vidi. Vidi, inquam, & expaui, cōsideraui vtique, & miratus sum. Non inglorius in primo agmine processit Author; sed equidem glorioſissima volante fama, & plaudente lingua, non modo, apud familiares, & domesticos; sed & apud exteros; non modo in vulgos, sed in doctissimos quoque, & sapientissimos. Latens sub obliuionis, siue incuria, ruderibus flumen, ex quo subinde plures promanarunt riui, non ingrati saporis, remoto cespite, detexit: ob quod ebulientes iam in ipsa excaturigine latices huius secundæ partis, in votis erant omnium. Nouerunt me, cum cuncti, qui primis labris, primi huius sacri operis fluenta degustarunt, delibarunt: & qui non semel, summo studio, verbis grauissimis, & importuna (vt sic loquar) authoritate, repetitis litteris, ab ipso intenderunt, vt ne qui. temporis insumeret, nisi in incæpto opere, admodum desideratissimo, consummando. Et non in magnam rapior admirationem, si dixit, si scripsit, si sensit, si cogitauit, compendioso stylo, illoquè clarissimo; quidquid dixere, scripsere, sensere, & cogitauere antiqui, lato calamo, & quidquid somniauere per otium, solerti cura notauit. Vnde si opus cum multorum scriptorum farragine, quos insaciata luxurantis nostri sæculi scribendi libido parturit in dies, conferatur, paucis inferius, multis par, & quam pluribus superius iudicabitur. Et quia nihil Scripturæ sacræ, Concilijs, & Patribus dissonum; sed omne consonum rationi, & moribus continet; ex desiderio desidero, vt prælo mandetur. Sic iudico. Sic sentio. Matriti in nostro Discalceatorum sanctissimæ Triados Conuentu, primo Aprilis, anni millesimi sexcentesimi quadragesimi tertij.

Fr. Franciscus à S. Iuliano.
Diffinitor.

FACVLTAS ORDINIS.

FRATER Didacus à Iesu, Maior, ac Generalis Minister Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis Captiuorum. De consensu nostri Definitorij Generalis, vt Secunda pars Quæstionum Moralium Theologiæ, in septem Sacramenta Ecclesiæ à P. Fr. Leandro de Sanctissimo Sacramento, nostræ Sacræ Religionis, Theologiæ Professore, composita, & à grauioribus, & Doctioribus eiusdem Ordinis Theologis recognita, & approbata, typis mandetur, tenore præsentium facultatem concedimus. In quorum fidem, has litteras manu nostra, & sigillo, ac Secretarij nomine subscriptas dedimus. Matriti, die octaua Aprilis, anni millesimi sexcentesimi quadragesima tertij.

Fr. Didacus à Iesu:
Min. Generalis.

De Mandato P. N. Ministri Generalis.

Fr. Ildephonsus à Sanctissima Trinitate.
Secretarius.

APPRO-

APPROBAT Dr. FRATER CHRISOSTOMVS Cabero, in Complutensi Academia Sacræ Theologiæ Moderator Publicus, & Cistercienus familiæ Lector Iubilatus.

OPVS istud laconica conscriptum methodo, à R.P.Fr. Leandro de Sanctissimo Sacramento, Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis, & in suo Complutensi Collegio venerando Rectore, dulci concinatum stylo, perillustris Curiæ Complutensis Vicarij commissione, attente legi, considerauí attente. Opus sane alterius de alijs Sacramentis iure germanum, natu secundum, prima tamen sede meritò collocandum; doctum, pium, catholicum, moribusque magnopere pervtile. Mirentur alij huius Doctoris in resoluendis quæstionibus acumen. Alij, in alegandis tot authoribus fidem; alij, in refutandis aduersantium opinionibus efficatiam: alij, tantam diuersarum rerum raram notitiam, singularemque scientiam admirentur. Me autem, cum Authorem istum, tanta præditũ modestia, eiusque opera opima religiosam pietatem iucundè perolentia, contemplor, magis modus sciendi, quam eius scientia in admirationem rapit. Quid est modus sciendi, rogat, sermone 36. super Cantica, mellifluus ille Doctor, de cuius ore, melle dultior, fluebat orario? Quid, nisi vt scias (inquit Bernardus) quo ordine, quo studio, quo fine, quæque nosse oporteat. Quo ordine? vt id prius, quod maturius ad salutem. Quo studio? vt id ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine? vt non ad inanem gloriam, aut curiositatem. Hunc ordinem, istud studium, finem istum, in hoc opere, in hoc Doctore reperiri iudico; è Republicaque esse vt prælo mandetur, typisque excudatur ista pars Sacramentorum secunda. In Collegio Cõplutensi Diui Bernardi, septima die Mensis Maij. Anno Domini 1643.

Fr. Chrysostomus Cabero.

APPROBATIO R. P. Fr. DIDACI DE BENAVIDES, IN ACADEMIA Complutensi Artium Magistri, & Sacræ Theologiæ Doctoris, & Cathedræ secundæ S. Thomæ Publici Regentis, in Prouincia Castellæ Ordinis Carmelitarum primi Diffinitoris.

REVERENDISSIMI P. Fr. Leandri de Sanctissimo Sacramento, olim Sapientissimi Sacræ Theologiæ Lectoris, nunc Religiosissimi Ministri Collegij Patrum Excalceatorum Sanctissimæ Trinitatis, alterum volumen, prioris veterinũ, de Sacramẽtis Ecclesiæ, Ordine, Eucharistia, Matrimonio, ex decreto Reuerẽdissimi Ordinarij D.D. Ildephõsi Diaz de Chaues, Canonici Almæ Ecclesiæ Toletanæ Primatis & Vicarij Generalis in hac Curia Archiepiscopali Cõplutẽsi, pro Capitulo sede vacãte.

Vidi vigili cura, animi oculata attentione; & lustratus indagine diligenti, nil deprehendisse testor fidei catholicæ dissonum, aut probis moribus aduersum: potius authorẽ, indefesso studio & labore, innumera volumina Sacramentariorum euoluisse; tum veterũ, tũ et ã (quod magis habẽdum in ætate feraciss ima librorũ) recentiorũ, quorũ ministerio in dies Deus suã Ecclesiã mirifice nouis splendoribus illustrat, ne senilis vetustas caducitate pereat, sed nouitate pubescenti inueneſcens rediuiuat: vt minister familias proferat de thesauro suo noua, & vetera; ingenij viuaci disquisitione sententias aduersas, & varias, cum neruosis fundamentis contulisse; & inter præconsiliatas difficiles, probabiliorem aciem præferentẽ præacceptasse: & inter controuersas, & litigiosas, maturã, & subtilem decisionẽ protulisse: nec semel (quod æstimabile est) solida fulcra dexteritate mira, & laconica indigitasse; & repulsis tricis verborum ambagibus, caligine, & tenebris lectorem offundentes, & deterrentes sinceritate, & candore depixisse. Quibus opus, incredibili studio laboratum, eruditum, expolitum, & valde vtile euadit: molle angustum, pretio immensum: breuitate succinctum, comprehensione interminũ: & penè mille arbustis & fæcibus defecata doctrina, vno, & breui poculo eger, & piger scholasticus, innumeras, & interminatas librorum paginas, pagella breui possit haurire. Operi accidisse reor quod ornatæ orationi (ex Plutarcho) prolixitate luxurianti debili; quod aureo numismati; quod eo pretiosius, æstimabilius, & vtilius, quo in minori materia, plus valoris cõplectitur. Quod egregiè æstimabilitatẽ operis adauget, iuxta Oxomensis Anglí Epigram. lib. 1. num. 168. ad Lectorẽ de se ipso, sibi & author iure vsurpare valeat in sugillatorem.

Nostra tibi breuitas ignauia forte videtur,
Crede mihi, labor est non leuis, esse breuem.
Non facio vt multi, qui multa, & stulta loquuntur;
Sermo meus stultus fortè, tamen breuis est.

Quibus, & alijs, adductus censui, opus laconicum, numeris omnibus absolutum, vtilissimũ tyro-

tyronibus, proiectis, Theologis, Summistis, Confessarijs, Parochis, & vtriusque iuris Consultis, in decisionibus Canonicis, quibus materia de Matrimonio fulcitur, præloquè dignissimũ vt commun reipublicæ bono, è manibus præfictorum non excidat; sed frequenti vlu teratur. In Carmelo Complutensi Nonis Maij à Virgineo partu anno. 1643.

Fr. Diacus de Benauides.

AP PROBATIO R. P. FRANCISCI ALFONSI E SOCIETATE Iesu in Collegio Complutensi Primarij Theologiæ Professoris.

E Mandato Sapientissimi Domini D. Antonij de Aldana vicẽ gerentis Vicarij Generalis in hac Diœcesi Tolerana, vidi secundam partem Quæstionum Moralium in leptem Sacramenta, Authore R. admodum P. Fr. Leandro de Sanctissimo Sacramento, Ministro Meritissimo in Collegio Complutensi Discalceato ũ Sanctissimæ Trinitatis. Opus quidem valde vtile ijs, qui in quæstionibus moralibus se exercent. Multa nãmq; continet, quæ antiqui non attigere; multa, quæ accuratam recentiorũ diligentiã præterfugere, cum pulchra inuentione optima dispositio cohæret; cum efficacibus rationibus aptus in scribendo stylus. Doctrinâ constat solida, tuta Patrum, & Doctorũ authoritate munita, neru sis argumentorum momentis probata. Opus denique vndequaque perfectũ iudico; in quo, cum nihil est à fide, bonisq; moribus alienũ; tum omnia ad animarum profectum, & ingeniorũ culturam, valde conducentia. Quare luce, & omnium eruditorũ oculis dignum iudico. In hoc Collegio Complutensi Societatis Iesu. Die 14. Maij. Anno 1643.

Franciscus Alfonsus.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS el Licenciado Don Alonso Diez de Chaues, Canonigo en la Santa Iglesia de la Ciudad de Toledo, Primada de las Españas, y Vicario General en la Audiẽcia y Corte Arçobispal de esta Villa de Alcala &c. Por la presente, por lo que a nos toca, damos licencia al P. Fr. Leandro del Santissimo Sacramento, Ministro del Colegio de los Descalços de la Santissima Trinidad, para que pueda imprimir la segunda parte de las Questiones Morales Theologicas. Atento a ſido vista, y examinada por comission deste Tribunal, y no auer en ella cosa que no sea muy acordada y conueniente. Fecho en Alcala en 11. de Mayo de 1643 años.

El Licenciado Alonso Diez de Chaues.
Por su mandado.

Phelipe Enriquez.

APPROBATIO R. P. EMMANVELIS PARDO, SVPREMI Consilij Sanctæ Generalis Inquisitionis Censoris; & olim in Complutensi Collegio Societatis Iesu Primarij Theologiæ Professoris.

EX præscripto Supremi Regij Senatus Castellæ, attente perlegi secundam partem Quæstionũ moraliũ quatuor tractatibus distributã, circa Eucharistiã: Sacrificium Missæ, Sacramentum Ordinis, & Matrimonij, elaboratã à R. admodũ, & Religiosissimo P. Fr. Leandro à SS. Sacramento, Ministro meritissimo Collegij Complutensis Ordinis SS. Trinitatis ex Discalceatis. Quod opus, non secundũ post primũ, sed etiam primũ, & alteri (quod ego olim iam vidi, & vtilissima doctrina plenũ censui) simile omnino euadit. In eo enim amico fœdere, compendiũ cum claritate coniungitur; sine fastidio omnes Doctores recensentur, qui huiuscemodi quæstionibus enodandis suam operã nauarunt. Propriũ sensum, paucis exponit author. eo pondere fulciti; vt rerũ & non verborũ estimator, nihil vltra ad eruendam veritatẽ, quærendũ existimet. Quas quæstiones perlegenti obtuus fuit mihi Salomon prouer. cap. 17 vers. 27. *Qui moderatur sermones suos, doctus, & prudens est: & pretiosi Spiritus vir eruditus.* Vbi posteriorẽ partẽ prioris explicationem iudico (iuxta morẽ Sacræ paginæ satis familiarẽ). Erit ergo sensus: qui modum ponit verbis suis in doctrinæ tradenda, non solum sapientia fulget, sed prudentia præcellit & cum eruditione abundet, non abundat verbis, sed ea, quasi rem pretiosissimam, numero & pondere dispensat. Si ergo tractatus isti in magno pretio sunt habendi; nihil Catholicæ Religioni oppositum; aut moribus repugnans continebunt: quinimo, eximio pretio suo obtinebunt facile, vt prælo excusi ad cõmunem vtilitatem emulgentur. Sic censeo. In hoc nostro Imperiali Collegio Societatis Iesu. 31. Maij. Anno 1643.

Emmanuel Pardo.

SVMA

SVMA DEL PRIVILEGIO.

TIENE priuilegio por diez años el Padre Fr. Leandro del Santiſsimo Sacramẽto de la Orden de Deſcalços de la Santiſsima Trinidad, Redempcion de Cautiuos, para que pueda imprimir vn libro intitulado *la Segunda parte de las Queſtiones Morales Theologicas de Sacramentis*, con las prohibiciones, y penas en el contenidas, contra los que en el dicho tiempo lo imprimieren, y vendieren ſin ſu licencia. Firmado del Rey N. S. y de D. Antonio Hurtado de Mendoza Secretario de ſu Mageſtad. Deſpachado en el oficio de Pedro Fernandez de Herran Eſcriuano de Camara, ſu fecha en 20. de Iunio de 1643 años.

SVMA DE LA TASSA.

TASSARON los Señores del Conſejo Real eſta ſegunda parte de las Queſtiones Morales de Sacramentis, a quatro marauedis y medio cada pliego, como conſta de ſu original deſpachado en el oficio de Pedro Fernandez de Herran Eſcriuano de Camara. Madrid en 7. de Março de 1644 años.

ERRATVM NOTABILE OMMISSVM IN prima parte.

AMICE Lector, ne detur errandi cauſa, & calumniæ locus, præſertim in re graui qualis eſt, quam emendo, aduerte, quod in Indice ſententiarum primæ partis. pag. 11. col. 2. linea 18. Vbi dicitur probabilius eſt teneri, debes legere, certiſsimum eſt teneri. Deinde tract. 5. diſp. 11. pag. 383. col. 1. lin. 17. Negat in addit. lege. Negat Nuñus in addit. &c.

ERRATA SECVNDAE PARTIS.

Primus numerus, Paginam; Secundus, Columnam: Tertius, lineam deſignat.

PAG. 34. col. 2. lin. 29. inferioribos. leg. inferioribus. 37. 1. 9. inititiare. initiare. 42. 1. 34. ſint capaces, ſunt incapaces. 49. 2. 26. Nam. Non 80. 1. 25. omnes. Minores 111. 1. 43. ſecuti, ſecuta. 134. 1. 19 & 20. Sacer, Sacerdos, infimum, infimum. 149. 2. 29. Præpoſitus 3. Diana 4. 176 2. 8. ſentiam, ſententiam. 177. 1. 23. Fanis, Panis 202. 1. 13. corpus, corpum. 232. 2. 9. publici, publico. 237. 2. 42. Miſſa, Miſſæ 239. 1. 45. oblato, ablato. 259. 1, 3. plures, pluries. 269. 2. 40. ſine in lumine, ſine lumine. 276 2. 14. deficiene, deficiente. 277. 2. 1. noctis, notis 287. 2. 11. abſenti, abſentis. 319 1. 16. Quonamodo, Quonam modo. 325. 2 4 poteſtas. poteſtatem. commiſsio, commiſsionem. 332. 2 10. bemeſtre, bimeſtre. 334. 1. 29. quamſumcumq; quamtumcumq; 335. 1. 45. viriles, virile 342. 1 30. cognonuerit, non cognouerit. 347. 2 48. Affirmat, Negat 354 2. 46. aſtectans. affectans. 355. 2. Q. LXII. XL I. 361. 2. 27. veritote, veritate, 363. 1. 18. hæc, hæ 363. 2. 6. nolim, nolint. 380. 2. 34. ſerus, ſeruus. 387. 1. 19. cognitione, cognationis. 394. 2. 15. Non eſſe, Non debere eſſe. 395. 1. 23. matrimoucũ, matrimonium. 407 1. 35. interior, inferior. 410. 1 34. Affirmatiue, Negatiue. 441. 2. 46 non poſſuni ad poſſunt, non poſſunt. 443. 1. 8. diximat, dirimat. 445. 2. 15. iuta, iuxta. 454. 1. 24. conſenties, conſentiens. 483. 2. 17. neceſſaria, neceſſario 485. 2. 47. diſpenſati, diſpenſatio, cum qui, cum quo. 497. 2. 12. & 15. pericuis, periculis: abſolue, abſolute. 532. 2. 39. cum coniuge, cum coniux.

¶ *Vidi hanc ſecundam partem tractatuum Moralium ſcriptam à R. P. M. Fr. Leandro del Santiſsimo Sacramento, & demptis his mendis reſpondet ſuo exemplari. Datum Cõpluti 3. Die Menſis Martij. Anno* 1644.

Dr. D. Franciſcus Ignatius de Porres.
Corrector Vniuerſitatis.

SERIES TRACTATVVM.

VI. De Ordine.
VII. De Euchariſtia.
VIII. De Sacrificio Miſſæ.
IX. De Matrimonio.

AD

AD LECTOREM.



INISTERII mei quotidiana vigilia, Bene uole Lector, Religioſique ſtatus indiſpenſabilia exercitia, &, (vt verum fatear) etiam Typographorum noſtrorum torpedo, aliquantulum editionem huius ſecundæ partis detinuere. En illam, in omnibus conſonã primæ, in methodo, in nonnulla noua continendo, in ſententiam propriam reſolutoriè ſemper propalando, in præbendo ſententijs contrarijs, probabilitatis, aut improbabilitatis cenſurã, in diligenti citatione, & ſuaui malarum citationum emendatione, in ferè omnium, quæ hucuſque de Sacramentis ſcripta ſunt, breui miniſtratione. In vtraque inuenies locupletiſsimos, & perbreues indices rem totam cõprehendentes; præſertim in, hac ſecũda parte, vbi pro indice alphabetico, Compendium totius partis reperies; vt videatur mihi ſuperfluum quid aliud poſtea pro Compendio in lucem edere. Vita comite, & à negotijs vacante, ſcribam eodem ſtilo, ſuper quinque Eccleſiæ præcepta. Faxit Trias in ſui gloriam, in tui vtilitatem, & in obſequium meæ Religionis, & Matris Eccleſiæ; cuius correctioni, quæ minus bene dixerim; ſubijcio.

V A L E.

Gloria, laus, & honor tibi ſit Sanctiſsima Trias,
Cui puerile meum prompſit hoſanna pium.

INDEX TRACTATVVM, DISPVTATIONVM, ET Quæſtionum, quæ in hac ſecunda parte, continentur.

TRACTATVS SEXTVS.

De Sacramento Ordinis.

DISPVTATIO PRIMA.

De Natura, Quidditate, & Numero Ordinũ,

Quæſt. 1. AN detur in Eccleſia Sacramentum Ordinis? pag. 1.

2. An Sacramenti Ordinis recta ſit hæc definitio: *Ordo eſt ſignaculum quoddam, per quod ſpiritualis poteſtas tribuitur Ordinato?* pag. 2.

3. An Ordines ſint, adminus, ſeptem? pag. 2

4. An Pſalmiſtatus ſit Eccleſiaſticus Ordo? pag. 2.

5. An Prima tonſura ſit verus ordo Eccleſiaſticus? pag. 3.

6. An quatuor minores Ordines ſint veri Eccleſiæ Sacramenta? pag. 3.

7. An Subdiaconatus, ſit verum Eccleſiæ Sacramentum? pag. 4.

8. An Diaconatus, ſit verum ordinis Sacramentum? pag. 5.

9. An Præsbyteratus, ſit verum ordinis Sacramentum? pag. 5.

10. An Epiſcopatus, præciſè conſideratus, ſit verus ordo, verumq; Sacramẽtũ? pag. 5.

11. An Epiſcopatus, cõſtituat Sacramentũ a Sacerdotio vndequaq; diſtinctũ? pag 6.

12. An in ordinatione Epiſcopi infundatur nouus character, à charactere Sacerdotali diſtinctus? pag. 6.

13. An non Sacerdos, poſsit valide conſecrari Epiſcopus? pag. 7.

14. An Archiepiſcopatus, ſit Ordinis Sacramentum, ab Epiſcopatu diſtinctum? 8.

15. An Cardinalatus, ſit verus Eccleſiæ Ordo? pag. 8.

16. An declarationes Cardinalium, de Ritibus, & Tridentini intelligentia, & de alijs negocijs, faciant ius, & obligent ſub mortali? pag. 8.

17. An Papatus, ſit Ordo diſtinctus ab Epiſcopatu? pag. 9.

18. An omnes præfati ordines, ſint vnum Sacramentum? pag. 9.

DISPVTATIO II.

De Inſtitutione omniũ Ordinũ in particulari.

Quæſt. 1. An vſus primæ tonſuræ, licitus, & honeſtus ſit? pag. 10.

2. An Tonſuræ Eccleſiaſticæ vſus, ab Apoſtolo Petro exortus fuerit? pag. 10.

3. An prima tonſura propriam materiam, & formam habeat? pag. 10.

4. An Tonſuræ collatio ſit valida, caſu, quo nec Epiſcopus, nec tonſuratus, prædicta verba; *Dominus pars, &c.* proferãt? 10.

5. An Tonſura præmittenda ſit, ante receptionem Ordinum, de neceſsitate Sacramenti? pag. 11.

6. An munus, & officium Clerici tonſurati, ſit, in Choro, vel in Eccleſia canere? pag. 11.
7. An ſi tonſuratus, prædictam recitationem ſeptem Pſalmorum omitteret, peccaret, ſaltem venialiter? pag. 11.
8. Quot Priuilegijs gaudeat tonſuratus. 11.
9. An Ordo Oſtiariatus inſtitutus fuerit à Chriſto; quando flagello ementes, & vendentes etemplo eiecit, Matth. 21. Ioann. 2. pag. 12.
10. Quot, & quæ ſint munera, & officia Oſtiarij? pag. 12.
11. An Ordo Lectoratus fuerit inſtitutus à Chriſto Lucæ 2. Quando in medio ſeniorum librum Iſaiæ aperuit, & in eo legit: *Spiritus Domini ſuper me?* 13.
12. Quot, & quæ ſint munera, & officia Lectorum? pag 13.
13. An Ordo Exorciſtatus inſtitutus fuerit à Chriſto, quando Marci 6. & 16. Exorcizans Energumenos, Dæmonia ab ipſis eiecit? pag. 13.
14. Quot, & quæ ſint munera, & officia Exorciſtarum? pag. 13.
15. An Ordo Accolytatus inſtitutus ſit à Chriſto, quando Ioan. 8 prædicando dixit: *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris?* pag. 13.
16. Quot, & quæ ſint munera Accolytorum? pag. 14.
17. An Clerici minorum ordinum, peccent mortaliter, ſua munera excercendo in mortali? pag. 14.
18. An ſaltem, peccent venialiter? pag. 14.
19. An Ordo Subdiaconatus inſtitutus fuerit à Chriſto, quando poſt cœnam pedes ſuorum diſcipulorum ipſe lauit, Ioan. 13. pag. 14.
20. Quot, & quæ ſint munera, & officia Hypodiaconi, ſeu Subdiaconi? pag. 15.
21. An Subdiaconus, & Diaconus, ſolemniter in mortale miniſtrantes, mortaliter peccent? pag. 15.
22. An Prædicti peccent ſaltem venialiter miniſtrãtes ſolemniter in mortali? 15.
23. An ſi Accolytus, aut alius inferior miniſter, indutus Dalmatica, ſabſque manipulo, Epiſtolam in Miſſa ſolemni cantet, fiat irregularis? pag. 16.
24. An ſaltem incurrat irregularitatem, ſi dictus Miniſter inferior cantet in Miſſa ſolemni Epiſtolan indutus Dalmatica, & cum manipulo? pag. 16.
25. An Ordo Diaconatus inſtitutus fuerit à Chriſto, quando in ipſa cœna Sacramentum corporis, & ſanguinis ſui, diſcipulis diſpẽſauit 1. Corin 11. pag. 16.
26. Quot, & quæ ſint munera Diaconi? 16.
27. An Diaconi prædicantes in mortali, peccent mortaliter? pag. 17.
28. An licitè poſsit Diaconus deferre Pyxidem, in qua corpus Chriſti depoſitum eſt, ab vno alteri ad aliud? pag. 17.
29. An munus concionandi, ex officio Diacono conueniat? pag 17.
30. An Ordo Præsbyteratus inſtitutus fuerit à Chriſto in vltima cœna, illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem?* pag. 17.
31. Quot, & quæ ſint munera Sacerdotis? pag. 18.
32. An Sacerdos benedicens aquam in mortali, peccet mortaliter? pag. 18.
33. An Ordo Epiſcopatus inſtitutus fuerit à Chriſto Domino verbis, quibus ipſe, Petro commiſsit ſnam Eccleſiam, dicens: Paſce oues meas, Ioan. 21. pag. 18.
34. Quot, & quæ ſint munera Epiſcoporum? pag. 18.
35. An Epiſcopus, conſecrans in mortali Chriſma, aut benedicens oleum infirmorum, peccet mortaliter? pag. 18.
36. An ſaltem peccet venialiter Epiſcopus, conſecrans Chriſma, & benedicens oleum in mortali? pag. 19.
37. An Epiſcopus conferens Ordines minores in mortali, peccet mortaliter? 19.

DISPVTATIO III.

De Materia, & Forma omnium Ordinum in particulari.

Quæſt. 1. An Materia proxima Epiſcopatus, ſit ſola impoſitio manuum Epiſcoporum, ſuper caput illius, qui conſecrandus eſt? pag. 20.
2. An ad ordinationem Epiſcopi, ex præcepto Eccleſiaſtico, tres Epiſcopi requirantur? pag. 20.
3. An etiam ex præcepto diuino, & neceſsitate Sacramenti, dicti tres Epiſcopi requirantur? pag. 20.
4. An ſaltem ex diſpenſatione Pontificis, poſsit vnus ſolus Epiſcopus alium valide conſecrare? pag. 21.
5. An in Eccleſia Græca, materia Præsbyteratus ſit tantummodo manuum impoſitio, cum verbis proportionatis? pag. 21.
6. An in Eccleſia Latina, materia Præsbyteratus proxima, & totalis ſit traditio Calicis cum

cū vino, & Patenæ cum Hostia, & impō sitio manuū super caput ordinādi? 22.
7. An impositio manus Episcopi, super caput ordinandi, sit etiam materia partialis essentialis Præsbyteratus? pag. 23.
8. An sit de substantia ordinationis Sacerdotalis, in Ecclesia Latina, traditio vtriusq; speciei; Calicis videlicet cum vino, & Patenæ cum pane? pag. 24.
9. An, siquis ex obliuione Magistri Ceremoniarum, Calice vacuo, solo pane Sacerdotio initiaretur, esset illa ordinatio repetenda? pag 24.
10. An, si Sum. Pontifex dica alicui: *Esto Sacerdos*, fiat per dicta verba, integrè, & perfectè Sacerdos? pag. 25.
11. An in Ecclesia Græca, materia totalis, & adæquata Diaconatus sit manus impositio ab Episcopo facta in caput ordinandi? pag. 25.
12. An in Ecclesia Latina, materia totalis, & proxima Diaconatus, sit sola traditio libri Euangeliorū; vel sola manuum impositio; vel vtraque simul? pag. 25.
13. An saltem, in primordijs Ecclesiæ Apostoli per solam manuum impositionē, ordinauerint Diaconos? pag. 27.
14. An materia proxima, & totalis Subdiaconatus, sit sola traditio Calicis vacui, & Patenæ vacuæ; aut sola traditio libri Epistolarum; aut vtraque simul traditio? pag. 27.
15. An teneat Subdiaconatus, si detur per solam traditionem Calicis vacui absque Patena, &c? pag. 28.
16. An Calix, qui in ordinatione Præsbyteri, & subdiaconi porrigitur, debeat de necessitate Sacramenti, esse consecratus? pag. 28.
17. An materia proxima adæquata Accolytatus, sit sola traditio cādelabri cum cereo extincto; aut sola traditio vrceoli vacui; aut traditio vtriusq; simul? pag. 29.
18. An materia proxima Exorcistatus, sit traditio libri Exorcismorum? pag. 29.
19. An materia proxima Lectoratus, sit traditio libri Prophetiarum, Veteris, & Noui Testamenti? pag 29.
20. An sit valida ordinatio Lectoris, si fiat per traditionem libri Euangeliorum, in quo non continentur Prophetiæ, Epistolæ, &c? pag. 30.
21. An materia proxima, & adæquata Ostiariatus sit traditio Clauium, & simul traditio Cymbali? pag. 30.
22. An Sit de necessitate Sacramenti, quod ordinandus, physice tangat rem, aut materiam, cuius traditione confertur Ordo, & imprimitur character? pag. 30.
23. An Si talis contactus, simul cum prolatione verborum non sit, nullum fiat Sacramentum? pag. 31.
24. An ad Sacerdotium promouendus, debeat de necessitate Sacramēti, simul cum Calice, & Patena, Hostiam illi super impositam contingere pag 31.
25. An saltē debeat, de necessitate Sacramēti tangere immediatè Calicē, simulque Patenam, in qua est Hostia? pag. 32.
26. An ad minus, sit de necessitate præcepti, vt Sacerdotio initiādus tāgat immediatè Calicem, Patenam, & Hostiam? 32.
27. An materia remota Ordinis, sint instrumenta tangenda; & proxima, ipsa traditio instrumentorum? pag. 32.
28. An instrumenta prædicta, debeant necessario immediatè ab Episcopo Ordinandis porrigi? pag. 33.

DISPVTATIO IIII.

De Ordinis Sacramenti Ministro, tam Ordinario, quam à Papa Delegato.

Quæst. 1. An solus Episcopus sit legitimus, & ordinarius Sacramenti Ordinis Ministeri? pag. 33.
2. An Episcopus, vt possit valide aliquē ordinare, debeat esse, non solum electus, & confirmatus, sed etiā cōsecratus? 33.
3. An Episcopus hæreticus, excommunicatus, vel degradatus possit valide ordinare? pag. 34.
4. An Episcopus, per saltum Ordinatus, possit valide conferre ordinem, quem ipse non recepit? pag. 34.
5. An casu, quo Episcopus, ante ordinationē (vt mos est) dicat: *Se non intendere Ordinare excommunicatum, irregularem, &c.* Siquis, ex his ad ordines accedat, valida sit talis ordinatio? pag. 35.
6. An Cardinales Præsbyteri, possint conferre suis familiaribus Primam Tonsuram & minores Ordines; ex priuilegio aliquo, vel consuetudine? pag. 35.
7. An Parochi possint suis subditis Primam Tonsuram conferre? pag 35.
8. An Ministri, Priores, Guardiani, &c. suis subditis Primam Tonsuram conferre possint? pag. 35.
9. An omnes Abbates in diffiniatim, possint minores Ordines suis Regularibus subditis conferre? pag 36.

10. An Abbates mitrati posſint, etiam ſæcularibus ſibi ſubditis Ordines minores conferre? pag. 36.
11. An Abbates, valentes ſuis ſubditis Regularibus minores Ordines dare; valeant etiam, ſuis Nouitijs conferre? pag. 36.
12. An Abbates posſint initiare Regulares alterius Ordinis, minoribus ordinibus? pag. 37.
13. An etiam, posſint dicti Abbates initiare minoribus ſæculares ſibi non ſubditos, ſi dimiſſorias ab Epiſcopo ſuo habeãt? 37.
14. An Prælati aliorum Religionum, posſint per viam communicationis gaudere, & vti priuilegio ordinandi ſuos ſubditos Regulares, &c? pag. 37.
15. An Vicarius Epiſcopi, in remotis ipſo degente, posſit Ordines minores conferre? pag 37.
16. An ex priuilegio Pontificis, posſit quilibet ordinatus alium quemcumque ordinare? pag. 38.
17. An ex indulto Pontificis, posſit ſimplex Sacerdos minores ordines cõferre? 38.
18. An ex delegatione Papæ, posſit ſimplex Sacerdos Subdiaconatus Ordinem conferre? pag. 38.
19. An etiã, ſimplex Sacerdos, posſit ex commiſsione Pontificis, Diaconatum conferre? pag. 39.
20. An tandem, ex delegatione Papæ, posſit ſimplex Sacerdos Sacerdotium conferre? pag. 40.
21. An denique, posſit Diaconus ex plenitudine Papæ poteſtatis ordinare Præsbyterum; aut Præsbyter Epiſcopum creare, & conſecrare? pag. 40.
22. An etiam, Epiſcopus posſit facultatem ordinandi, ex iuſta cauſa ſimplici Sacerdoti concedere? pag. 40.
23. An tandem, posſit Epiſcopus concedere Parocho, facultatem conferendi tonſuram ſuis ſubditis? pag. 41.

DISPVTATIO V.
De Subiecto Sacramenti Ordinis.

Quæſt. 1. An fœminæ ſint capaces recipiendi Ordines ſacros? pag. 41.
2. An Ioanna Anglicana, vere fuerit ad Summum Pontificatum euecta? pag. 41.
3. An fœminæ posſint ex diſpẽſatione Pontificis minoribus ordinibus initiari? 41.
4. An fœminæ ex indulto Papæ posſint tandem, ad tonſuram Clericalem admitti? pag. 42.
5. An Hermaphroditus posſit valide ordinari? pag. 42.
6. An Hermophroditus, in quo prævalet ſexus virilis posſit licitè ordinari, abiq; diſpenſatione Papæ? pag. 42.
7. An mulier, quæ erumpente ipſa natura, in virum tranſijt, ad ordines promoueri posſit? pag. 42.
8. An Infans, aut Inſanus, posſint valide ordinibus minoribus initiari? pag. 43.
9. An dictus Infans, aut Puer aliquis, ante vſum rationis, posſit etiam valide, Ordinibus maioribus initiari? pag. 43.
10. An denique Epiſcopatus valide posſit conferri puero ante vſum rationis? 43.
11. An Epiſcopus, qui ordinaret puerũ ante vſum rationis, mortaliter peccaret? 44.
14. An Religioſi cõtra regulã, vel cõſtitutiones intruſi, vt in noſtro Ordine Conuerſi, valide ordinari posſint? pag. 44.

DISPVTATIO VI.
De Ætate Ordinandorum.

Quæſt. 1. An ad recipiendã primã tonſuram, ſeptennij ætas, neceſſario requiratur? 44.
2. An etiã, ſufficiat ætas ſeptennij, ad omnes quatuor minores Ordines ſuſcipiendos? pag. 45.
3. Quænam ætas ſit requiſita, ad maiores tres Ordines licite recipiendos? pag. 45.
4. Quænam ætas ad Epiſcopatũ, Cardinalatum, & Pontificatũ; necnon ad Canonicatum & beneficia, requiratur? pag. 46.
5. An Religioſi mendicantes, retineant modo aliquod priuilegium, quo ordinari posſint, ante ætatem à Tridentino (vbi ſupra) requiſitam? pag. 46.
6. An recipiens Ordines ſacros, vno, vel duobus diebus, ante legitimã ætatẽ, peccet mortaliter, & incurrat ſuſpenſionẽ? 47.
7. An ad ſuſcipiendum Subdiaconatũ (v.g.) ſufficiant viginti duo anni inchoati; etiam per vnum ſolum quadrantem horæ? pag. 47.
8. An complens ætatem requiſitam, hora quarta, aut quinta poſt meridiem, posſit licite, eadem die mane, recipere Subdiaconatum, Diaconatum, &c? pag. 47.
9. An qui, mala fide, ante legitimam ætatem Sacros Ordines ſuſcipiunt, ſuſpenſionem perpetuam, ipſo facto, donec abſoluantur, incurrant? pag. 48.
10. An ſi per dictam Bullã ſuſpenſus ſit Sacerdos, non ſolum maneat ſuſpenſus ab executione Sacerdotij ſuſcepti ſed;

sed etiam ab excõmunicatione aliorum Ordinum antea susceptorum? pag. 48.
11. An qui Parentũ, vel Prælatorũ testimonio, bona fide, Ordines maiores susceperit ante legitimam ætatem, suspensionẽ incurrat, & celebrando, irregularitatem? pag. 49.
12. An qui non solũ cum bona fide, aut ignorancia inuincibili, sed eriã cum ignorãtia vincibili, & crassa, ordinatur ante ætatẽ incurrat dictã suspẽsionẽ? pag. 49.
13. An si sic bona fide ordinatus, aduenientefide mala, ante legitimam ætatem celebret, incurrat irregularitatem, vel saltẽ peccet mortaliter? pag. 49.
14. An Regulares, qui iussu sui Prælati, dicẽtis, parum pro nihilo habẽdum, assumpsit Præsbyteratum, quadragiata diebus, ante legitimam ætatem, maneat suspensus, & celebrando irregularis. pag. 50.
15. An suspensus ob Ordinationẽ, ante legitimam ætatem, mala fide susceptã, possit illa completa, sine vlla dispẽsatione celebrare? pag. 50.
16. An Suspensus, ob malam promotionem ad Ordines, possit à dicta suspensione absolui virtute Bullæ? pag. 51.
17. An qui mala fide, ante ætatẽ legitimam Sacerdotiũ susceperit, & cum Episcopo in ordinatione cõcelebrat, nõ solũ suspensus maneat, sed irregularitatem incurrat? pag. 51.
18. An saltẽ Subdiaconus, & Diaconus suspensi, ob ordinationẽ ante legitimam ætatẽ, incutrant irregularitatẽ canẽtes Epistolam, & Euangelium in eadem Missa? pag. 52.
19. An initiatus Ordinibus minoribus, ante ætatem legitimam, etiam suspensionem ipso facto incurrat? pag. 52.
20. An in computãda ætate Ordinandorũ, numerandus sit dies Bissextus? pag. 52.

DISPVTATIO VII.
De Scientia, & intentione Ordinandorum.

Quæst. 1. An sit necessaria scientia his, qui ad Sacerdotalem Ordinem promouendi sunt? pag. 53.
2. An defectus scientiæ ad Ordines requisita, efficiat Ordinandum irregularem; ita vt, nec ordinari, nec in suscepto ordine ministrare possit? pag. 53.
3. An irregularitas prouenies ex defectu scientiæ, sit dispẽsabilis à Papa? pag. 53.
4. An licet possit Episcopus conferre Ordines ei, qui linguã Latinã parũ intelligit, est tamẽ bonæ indolis, & docilis, & de eo habetur spes, quod postea addiscet opportuna? pag. 53.
5. An regularis, cum minori scientia, quam sæcularis, ordinari possit? pag. 54.
6. An liceat Episcopis initiare ordinibus sacris Regularem, qui bene legit, & cantat, quãuis scientia tãta nõ polleat? 54.
7. An Regulares debeant examinari de sufficientia scientiæ ab Episcopis, an verò à suis Prælatis? pag. 54.
8. An Sacerdotio initiatus, debeat esse idoneus, ad statim confessiones audiendas? pag. 55.
9. An peccet mortaliter, qui prima initiatur tonsura, absque intentione vlterius ascẽdi ad alios ordines? pag 55.
10. An saltem peccet mortaliter Episcopus, qui primam tonsuram, aut minores Ordines confert ei, qui non habet intentionem vlterius ascendendi? pag. 56.
11. An adminus sit mortale initiari ordinibus minoribus, aut tonsura, sola intentione declinandi sæcularem potestatem? pag. 56.
12. An sit mortale, initiari tonsura, intentione obtinendi aliquod beneficium? pag. 56.
13. An sit mortale, initiatos minoribus, matrimonium inire? pag. 56.

DISPVTATIO VIII.
De subiectione Ordinandorum Episcopo proprio.

Quæst. 1. An Episcopus possit valide conferre Ordines subditis alterius Episcopi, absque eius licentia? pag. 57.
2. An sacris initiatus ab Episcopo alieno sit iure ipso suspensus? pag. 57.
3. An Episcopus ordinans ignorãter alienũ subditum, maneat suspensus? pag. 57.
4. An Episcopus conferens tonsuram subdito alterius, incurrat pœnam dictæ suspensionis, latam in capite *eos qui* citato? pag. 57.
5. An Archiepiscopus possit conferre ordines subditis suorum suffraganeorũ? 57.
6. An Episcopus possit extra propriã Diœcesim suis subditis ordines conferre? 58.
7. An, quis ordinibus initiari possit, vel ab Episcopo suæ originis, vel Domicilij vel Beneficij? pag. 58.
8. An quis ordinari possit ab Episcopo, in cuius Diœcesi fortuitu natus est? pag. 58

9. An origo paterna ſufficiat, vt quis poſsit ordines recipere ab Epiſcopo Diœceſis, in qua eius Pater natus eſt? pag. 59.
10. An origo Aui, ſufficiat, vt eius Nepos ordinetur ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi Auus natus fuit? pag 59.
11. An dicantur ſub reptitiæ litteræ Apoſtolicæ calu, quo petens diſpenſationē ad ordinis, dicat ſe oriundū ex Vrbe Granatenſi, cum tamen ſit natus Toleti; pater tamen eius ortus eſt Granatæ? 60.
12. An habens diuerſa domicilia, ſub diuerſis Epiſcopis poſsit à quolibet ordines recipere. pag. 60.
13. An poſsit quis ordinari ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi beneficium ſimplex, non reſidentiale, habet? pag. 60.
14. An poſsit quis ordinari ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi habet beneficium tenuiſſimum? pag. 60.
15. An habens duo, vel tria beneficia, ſub diuerſis Epiſcopis, poſsit à quolibet illorum, ordines recipere? pag. 61.
16. An poſidens Præſtimonium poſsit ordinari ab Epiſcopo loci, in quo reſidet Præſtimonium? pag. 61.
17. An poſsit quis ordinari ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi penſionem ex aliquo beneficio habet? pag 61.
18. An Epiſcopus poſsit promouere ad ordines illum, qui in ſua Diœceſi patrimonium ſufficiens habet? pag. 61.
19. An poſsit Epiſcopus ordinare illū, qui in ſua Diœceſi nullū habet beneficium; at tamē Epiſcopus optans illum ordinare beneficium, hac ſola intentione, illi confert? pag. 61.
20. An Epiſcopus, qui ordinat aliquem, ſola ratione beneficij, quod in ſua Diœceſi habet, poſsit eundem ab interſtitijs diſpenſare? pag. 62.
21. An Epiſcopus Ordinarius poſsit triennalem familiarem, ſibi non ſubditum ordinare? pag. 62.
22. An oneri conferendi, triennali præfato beneficiū *ſtatim*, ſatisfaciat Epiſcopus, conferendo beneficium cum primum vacauerit? pag. 62.
23. An etiam, poſsit Epiſcopus triennalem famulum ſui familiaris, ſtatim collato beneficio ordinare? pag 62.
24. An trieniū, quod familiaris Epiſcopi debet tranſigere in eius ſeruitute, d beat eſſe continuatū, & completū? pag 63.
25. An ſeruitus triennalis facta Epiſcopo abſenti, tribuat illi ius ordinandi, ſuū familiarem? pag. 63.
26. An poſsit Epiſcopus, ad titulum penſionis, vel patrimonij, pro Eccleſię ſuę vtilitate, aut neceſsitate, ſuum triennalem familiarem ordinare? pag. 63.
27. An ſi Epiſcopus cōferat beneficium ſuo familiari, poſsit, nō expectato triennio, Ordines illi conferre? pag. 63.
28. An etiam Epiſcopi titulares (vulgo Obiſpos de anillo) poſsint ſuos triennales familiares ad ordines promouere? 63.
29. An poſsit Epiſcopus in aliena Diœceſi conferre ſuis ſubditis primam tonſurā, in priuato aliquo cubiculo, abſque licentia Diœceſani? pag. 64.
30. An Epiſcopus inuitatus ad ordinandū in aliena Diœceſi, poſsit ibi ordinare proprios ſubditos, abſque expreſa licentia illius, à quo inuitatus eſt? pag. 64.
31. An Epiſcopus ordinans, abſque dimiſſorijs, alienum, ſit per annum, non ſolum à collatione ordinum, quos male contulit ſuſpenſus; verum à collatione omnium ordinum? pag. 64.
32. An Epiſcopus Ordinans ſubditum alienum, ſub ſpe ratihabitionis, incurrat dictam ſuſpenſionem? pag. 64.
33. An dicta ſuſpenſione excuſetur, Epiſcopus, qui bona fide, aut ignorantia inuincibili alienum ordinat? pag. 65.

DISPVTATIO IX.

De Qualitate, & Quantitate patrimonij, vel Beneficij, ad Ordines requiſiti.

Quæſt. 1. An Clericus ſæcularis poſsit initiari ſacris, ſi non habet neceſſaria ad victum? pag. 65.
2. An Patres Societatis Ieſu, poſsint ante ſolemnem profeſsionem, poſt ſimplicia vota, quemcumque ſacrum Ordinem recipere? pag. 65.
3. An poſsit quis ordinari ſine ſufficienti patrimonio, aut beneficio, &c. cum ſola fidei iuſione alimentorum? pag. 66.
4. An qui promouetur ad Ordines, cum Patrimonio, aut beneficio ficto ſuſpenſionem incurrat? pag 66.
5. An Ordinatus cum Patrimonio, hac conditione donato, vt, ſcilicet ordinetur, & poſt ordines illud reſtituat donanti, ſuſpenſionem incurrat, & teneatur poſtea illud reſtituere? pag. 67.
6. An incurrat ſuſpenſionē Clericus, qui ad titulum Patrimonij donati ſibi à fratre, Ordinatus eſt, vſque ad Diaconatum

& postea renunciato patrimonio ipsi fratri, sine alia donatione assumpsit Presbyteratum? pag. 68.
7. An teneatur pater patrimonium sufficiès assignare filio, volenti se ad ordines promoueri? pag. 68.
8. Quantum, & quale debeat esse patrimonium ad Sacros Ordines requisitum? 68.
9. An possit initiari sacris filius, qui ex bonis paternis pingue expectat patrimonium, si illud non est illi à patre in titulum destinatum? pag. 68.
10. An possit quis ordinari ad titulum patrimonij, quod consistit in censu, etiam redimibili? pag. 69.
11. An acquisita aliunde congrua sustentatione possit Clericus renuntiare, aut alienare patrimonium (ad cuius titulũ fuit ordinatus) sine licentia Episcopi? pag. 69.
12. An bona à patre pro suscipiendis Ordinibus filio donata, succedant loco legitimæ, & in diuisione bonorum cum alijs fratribus, sint enumeranda? pag 69.
13. An quis ad Ordines promoueri possit, ad titulum beneficij certi de futuro? 70.
14. An saltim, quis possit recipere Diaconatum ad titulum beneficij, de præsenti fructibus illius, non statim, sed solum post receptum Præsbyteratum, potiretur? pag. 70.
15. An ad titulum impetrati beneficij, non tamen possessi, ob iniustam prohibitionem iudicis sæcularis, possit Sacris Ordinibus initiari? pag. 70.
16. An quis Sacris initiari possit, titulo temporalis Vicariæ? pag. 70.
17. An quis Sacerdotio initiari possit, titulo perpetuæ Capellaniæ iam obtentæ? pag. 71.
18. An etiam possit quis Sacris initiari, ad titulum præstimonij perpetui? pag 71.
19. An possit quis Sacris initiari, ad titulum pensionis perpetuæ, & ad victum sufficientis? pag. 71.
20. An Sacra Theologia, aut Iure Canonico graduatus, possit absque titulo beneficij, aut patrimonij, solo sub titulo litteraturæ legitime ordinari? pag. 72.

DISPVTATIO X.
De Litteris Dimissorialibus.

Quæst. 1. An Episcopus quilibet, qui per se potest Ordines conferre, possit, & dimissorias concedere? pag. 73.
2. An Legatus à latere possit dimissorias cõcedere? pag. 73.
3. An Vicarius Generalis possit, præsente Episcopo, dimissorias concedere? 73.
4. An Capitulum, vel eius Vicarius possit, sede vacante, dimissorias concedere, intra annum à morte Episcopi? pag. 73.
5. An saltem arctatis beneficijs receptis, seu recipiendis, possit Vicarius Capituli intra annum, dimissorias concedere? 74.
6. An possit Episcopus ex iusta causa concedere alicui dimissorias, ad omnes Sacros Ordines collectiue? pag. 74.
7. An Abbates communes exempti, valeant dimissorias concedere suis subditis sæcularibus? pag. 74.
8. An saltem, Abbates Magnates possint suis subditis dimissorias concedere? pag. 75.
9. An Prælati Regulares possint suis subditis Reuerendas concedere? pag. 75.
10. An Prælati Regulares, valeant concedere suis Nouitijs reuerendas, vt ab Episcopis ordinentur? pag. 75.
11. An Episcopi teneantur fidem præstare litteris dimissorijs Prælatorum Regularium, attestantibus, ordinandum, ijs, & illis Ordinibus iam esse initiatum? 75.
12. An litteræ dimissoriæ expirent, morte cõcedẽtis, vel cessatione ab officio? 75.

DISPVTATIO XI.
De Temporibus Ordinationum, & Interstitijs.

Quæst. 1. An prima tonsura conferri possit quacumque die, & hora, & quocumque loco? pag. 76.
2. An etiam minores Ordines possint quacumque die, etiam feriata conferri? 76.
3. An dies festiui, in quibus Ordines minores conferri possunt, necessario debeant esse dies festi de præcepto Ecclesiæ; an vero sufficiat, quod sint duplices in ordine ad officium diuinum? pag. 77.
4. An in omnibus festis, conferri minores Ordines possint? pag. 78.
5. An in dictis Dominicis, & Festis, possit Episcopus minores Ordines conferre pluribus, quam duobus? pag. 78.
6. An liceat post prandium minores Ordines conferri? pag. 78.
7. An etiam liceat Episcopis maiores Ordines Dominicis diebus dare? pag. 78.
8. An saltem, vrgente causa, possit Episcopus Ordines minores conferre, mane die Dominica, post generalem in Sabbato Ordinationem factam. pag. 79.

9. An liceat Episcopis, in casu assignato, præfata in Dominica, maiores Ordines cõferre, si ipse, in Missa Sabbati ablutionẽ sumpserit? 79.
10. An liceat Episcopo vnum Ordinem sacrum die Sabbati vni conferre, & mane Dominicæ sequentis, alterum eidem tradere? pag. 79.
11. An saltem, qui die Sabbati suscepit Sacerdotium, possit die Dominica, immediatè Episcopatum recipere? pag. 80.
12. An liceat Episcopo, omnes Ordines, simul cum prima tonsura, eadem die eidem conferre? pag. 80.
13. An etiam liceat Episcopo, minores Ordines, simul cum Subdiaconatu eadem die, eidem conferre? pag. 80.
14. An qui recipit duos Ordines Sacros in vna die, incurrat, ipso facto, suspensionem? pag. 81.
15. An etiam, incurrat suspensionem, ipso facto, qui eodem die, Ordines minores simul cum Subdiaconatu suscipit? 81.
16. An in receptione Ordinum minorum, seruanda sint interstitia vnius integri anni? pag. 81.
17. An etiam, in receptione Ordinum minorum, sint interstitia requisita? pag. 81.
18. An peccet mortaliter ordinatus, qui non expectat temporum interstitia? pag. 82.
19. An qui ordinatur, non seruatis interstitijs, in suspensionem aliquam incurrat? 82.
20. An non solum Episcopus, sed etiam, Capitulum, seu eius Vicarius, sede vacante, possit cum suis subditis in interstitijs dispensare? pag. 82.
21. Quænam causæ sint sufficientes, vt Episcopus dispensare possit in interstitijs. pag. 82.
22. An Generalis Religionum, possint, cum suis subditis, in interstitijs dispensare? pag. 83.
23. An Regulares omnes possint ex priuilegio, vbique, extra tempora, à iure statuta, ab Episcopis ordinari? pag. 83.
24. An Regulares possint quibusvis Ordinibus initiari, in diebus, in quibus fit officium de Sanctis semiduplicibus? 85.
25. An saltẽ possint Regulares, virtute suorum priuilegiorum, ordinari Ordinibus Sacris, quacumque die, in quo fit officiũ de quocumque, duplici, etiam non festiuo? pag. 86.
26. An possint Regulares vi priuilegiorum, in vna die, duos Ordines Sacros recipere? pag. 87.
27. An Regularis, qui scit suam professionẽ esse irritam, peccet mortaliter si permittat se Ordine Sacro initiari? pag. 87.

DISPVTATIO XII.

De Effectibus Sacramenti Ordinis.

Quæst. 1. Quid, & quot sint effectus Sacramenti Ordinis? pag. 87.
2. An omnes Ordines, tàm minores, quam maiores Characterem imprimant? 88.
3. In quo actu Ordinationis, Character, in vnoquoque Ordine, imprimatur. 88.

DISPVTATIO XIII.

De Sacrorum Ministrorum obligationibus.

Quæst. 1. An initiati Ordinibus Sacris, obligentur diuino iure ad perpetuam continentiam? pag. 88.
2. An Subdiaconi incœperint in sua ordinatione, continentiam profiteri, ab anno Christi Domini, 1050. pag. 89.
3. An obligatio; qua tenentur Subdiaconi ad continentiam seruandam, sit ex mera constitutione Ecclesiæ, illis continẽtiam præcipientis? pag. 89.
4. An initiatus Subdiaconatu, cum defectu aliquo substantiali, ad seruandam continentiam obligetur? pag. 89.
5. An qui per vim, vel metum cadentem in constantem virũ, iniustè incussum, Ordines Sacros suscepit, teneatur lege cõtinentiæ, ita vt nequeat validè matrimonium contrahere? pag. 90.
6. An puer, ante vsum rationis Ordine Sacro initiatus, lege castitatis ligetur? 90.
7. An saltem, lege continentiæ ligetur puer, qui habens plenum vsum rationis, sed ante pubertatem, sua voluntate Sacros Ordines suscepit, sciens onus castitatis illis esse annexum? pag. 91.
8. An Subdiaconi, sola consuetudine antiqua, officij diuini præcepto teneatur? 91.
9. An Subdiaconus teneatur die suæ ordinationis, totum officium diuinum recitare? pag. 92.
10. An saltem, teneatur Subdiaconus, in dicto casu, ad aliquas horas diei recitandas? pag. 92.
11. An peccet mortaliter, qui promouetur ad Sacros Ordines, ante quam Breuiarium habeat, & discat officium diuinum recitare? pag. 93.

12. An si quis, suscepto Subdiaconatu, nequeat, ob carentiam Breuiarij, aut alias ob causas, officium recitare, teneatur alias preces diuino officio equiualentes recitare? pag. 93.
13. An sacris initiati, Beneficiarij &c. recitates officiū diuinū cū mētis euagatione, etiā aduertenter, peccēt mortaliter? pag. 94.
14. An dormitans, dum diuinum officium recitat, præcepto satisfaciat? pag. 95.
15. An ille satisfaciat, qui suam partem recitat, sed alteram, quam alter chorus recitat, non potest percipere, quamuis attendat? pag. 95.
16. An Clerici choro addicti, qui ita summissa voce suos versus dicunt, vt ab altera Chori parte non audiātur, præcepto satisfaciant? pag. 95.
17. An recitantes in Choro teneantur submissa voce dicere versus, qui organis pulsantur? pag. 96.
18. An qui priuatim officium recitat, debeat illud ita pronuntiare, vt, ad minus se ipsum audiat? pag. 96.
19. An si quis recitet officium diuinum, tota mente, satisfaciat suæ obligationi? 97.
20. An interruptio diuini officij etiam longissima, & absque causa facta, sit læthalis? pag 97.
21. An sit peccatum, dicere Matutinum Vespere; & Laudes, aurora sequentis diei? pag 98.
22. An obligatio recitandi officium incipiat à media nocte antecedentis diei, & duret vsque ad mediam subsequentis? 98.
23. An finita hora secunda post meridiem, dictisque Vesperis & Completis, possit quis statim recitare Matutinum & Laudes sequentis diei? pag. 99.
24. An vt pridie possit licite dici Matutinū post Vesperas, requiratur aliqua honesta causa? pag. 100.
25. An adimpleat præceptum recitandi ille, qui incœpit recitare officium hodiernum, paulo ante mediam noctem diei sequentis, si ipsum prosequatur post cōpletam mediam noctem? pag. 100.
26. An officium diuinum possit priuatim vbilibet (etiam in latrinis dum venter exoneratur) absque vllo peccato dici? pag. 102.
27. An sit mortale, longius, in breuius officium priuatim permutare; vnumque, pro alio aduertenter recitare? 102.
28. An saltem, sit culpa læthalis, recitare adhuc priuatim, officium de Resurrectione, quando recitare quis debet de feria, vel de Sancto? pag. 104.
29. An si quis citra contemptum, vna die omittat Horas, peccet mortaliter? 105.
30. An etiam, peccet mortaliter, qui vnicam integram horam recitare omittit? 106.
31. Quæna pars officij omissa, sit sufficiens ad mortale? pag. 106.
32. An omittens recitare Littanias in diebus Rogationum, mortalem culpam committat? pag. 107.
33. An etiam peccet mortaliter, qui secunda die Nouembris, officium defunctorum non recitat? pag. 108.
34. An Clerici minoribus Ordinibus initiati, si beneficio careant, peccent mortaliter, coronam in capite non gestando? pag. 108.
35. An maioribus Ordinibus initiati, si beneficiati non sint, teneantur sub mortali coronam deferre? pag. 108.

TRACTATVS VII.

De Augustissimo Eucharistiæ Sacramento.

DISPVTATIO I.

De Definitione, Institutione, & Necessitate, Sacramenti Eucharistiæ.

Quæst. 1. An Eucharistia sit verum nouæ legis Sacramentum? pag. 109.
2. Quid sit Eucharistia? pag. 109.
3. An Eucharistia sit vnum in specie attoma Sacramentum? pag. 110.
4. A quo fuit hoc diuinum Sacramentum institutum? pag. 110.
5. An Christus Dominus instituerit hoc admirabile Sacramentum, anno ætatis suę trigesimo quarto incohato? pag. 110.
6. An hoc maximum Sacramentum institutum fuerit à Christo, Mense Martij? pag. 110.
7. An hoc Venerabile Sacramentum Christus instituerit prima die Azymorum Luna decima quarta ad Vesperam, id est, die Iouis? pag. 111.
8. An hoc Excellentissimum Sacramentum fuerit institutum, hora secunda nocti? pag. 111.
9. An Christus Dominus instituerit hoc admirabile Sacramentum in domo Mariæ

riæ matris Ioannis Marci? pag. 111.
10. An Calix, in quo Christus Dominus consecrauit, fuerit ex Agatha eformatus, pag. 111.
11. An Patina, seu Catinum, in quo Christus panem consecrauit fuerit ex Smaragdo? pag. 112.
12. An mappę mensæ, in qua Christus panem, & vinum consecrauit, fuerint elaboratæ manu Beatæ Mariæ? pag 112.
13. An Eucharistia in re, sit paruulis ad salutem necessaria? pag. 112.
14 An Eucharistia, in voto saltem, sit necessaria omnibus, necesitate medij? 112.

DISPVTATIO II.

De Obligatione sumendi Eucharistiam ex præcepto diuino.

Quæst. 1. An detur præceptum diuinum sumendi Eucharistiam? pag. 113.
2. An hoc præceptum diuinum obliget adultos non baptizatos? pag. 113.
3. An hoc præceptum diuinum sumendi Eucharistiam, solum obliget semel in vita? pag. 113.
4. An hoc diuinum præceptum obliget adultos ad sumendam Eucharistiam in articulo mortis? pag. 113.
5. An ille, qui paulo ante, quam incideret in mortis articulum, communicauit, teneatur rursus communicare, in ipso mortis articulo? pag. 114.
6. An debeat, aut saltem possit viaticum sumere ille, qui eadem die ex deuotione communicauit? pag. 114.
7. An obliget hoc præceptum, ad iterum cõmunicandum, si sumpto semel viatico, ægrotus postea mortaliter peccet? pag. 115.
8. An ille, qui culpabiliter, vel inculpabiliter, in mortis articulo, non communicauit, teneatur illo transacto ad implẽdum hoc præceptum cõmunicare. 115.
9. An hoc diuinum præceptum obliget in articulo mortis, si mors est violenta, & authoritate Iudicis inflicta? pag. 115.
10. An ille, cui Iudex iubet mortem inferri, eadem die, absque vlla dilatione, teneatur communicare, etiam non ieiunus? pag. 115.
11. An Iudex teneatur sub mortali concedere reo tempus, ad sumendam Eucharistiam. pag. 116.
12. An Iudex teneatur sub mortali homini, ad mortem damnato, tempus communicandi concedere; etiam in casu, quo timeat, aut certo ferat, reum, eo tempore se euasurum, aut ereptrum? pag. 116.
13. An, ipso die mortis, possit ad illam damnatis ministrari Eucharistia? 116.
14. An etiam, ministrari possit damnatis Eucharistia, vna hora, antequam occidantur? pag. 117.
15. An Iudex teneatur liberare a morte reũ, qui non vult Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ suscipere; maxime si certo sciat, ipsum reum alias in peccato mortali decessurum. pag. 117.
16. An hoc præceptum diuinum obliget puerum in articulo perfectæ discretionis, quando scilicet, non recipit adhuc hoc Sacramentum, & est capax. 117.
17. An qui in anno semel communicat sufficienter satisfaciat, præcepto diuino, inducenti obligationem communicandi aliquoties extra articulum mortis? pag. 117.

DISPVTATIO III.

De Obligatione communicandi ex præcepto Ecclesiastico.

Quæst. 1 Ad detur præceptum Ecclesiasticum communicandi semel in anno? pag. 118.
2. An præceptum cõmunicandi, quoad personas Religiosas, obliget plus quam semel in anno? pag. 118.
3. An infantes, vsu rationis carentes, teneantur hoc præcepto? pag. 118.
4. An infantes possint, saltem nunc, esse capaces fructus Sacramenti Eucharistiæ, pag. 118.
5. An pueri obligentur præcepto annuæ communionis, statim ac annos discretionis attigerint? pag. 118.
6. An pueri prius obligentur præcepto confessionis, quam communionis? pag. 119.
7. An peccent mortaliter confessarij, & parentes puerorum, non permittendo illas cõmunicare statim ac capaces sunt doli? pag. 119.
8. An pueris debeat dari Eucharistia pro viatico, quando dubitatur de eorum capacitate? pag. 120.
9. An pueri, non communicantes in Paschate, ligentur pœnis Canonis (scilicet priuationis

nationē sepulturæ & ingressu Ecclesiæ) si nondum puberratem attigerunt pag. 120.
20. An præceptum annuæ communionis obliget in Paschate? pag. 120.
21. An, nomine Paschatis, de iure, solum intelligatur ipsa dies Dominicæ Resurrectionis, cum duobus proxime sequentibus? pag. 120.
22. An nomine Paschatis de consuetudine, aut priuilegio, intelligitur in Hispania, & Lusitania, tota Quadragesima, vsque ad Dominicam in Albis? 120.
23. An præceptum annuæ communionis, teneantur fideles adimplere, tempore interdicti? pag. 121.
24. An hoc præceptum, adimplendum sit, in propria Parochia? pag. 121.
25. An sufficiat ad impletionem dicti præcepti Eucharistiam sumere in Cathedrali? pag. 121.
26. An si Parochus dicat suis Parochianis, vt communicent in Paschate vbicumque maluerint possint, illi hoc facere in Ecclesijs Mendicantium? pag. 121.
27. An Aduenæ, & Peregrini satisfaciant præcepto annuæ communionis, si in Ecclesijs Mendicantium Eucharistiam in Paschate suscipiant? pag. 122.
28. An sæculares ex sola tacita, aut præsumpta licentia Parochorum, possint adimplere hoc præceptum, communicando in Ecclesijs Mendicantium? pag. 122.
29. An possint mendicantes Eucharistiam, in suis Ecclesijs, sæcularibus in Paschate ministrare, ita vt præcepto annuæ cō munionis satisfaciant? pag. 122.
30. An saltem sæcularibus, qui iam præceptum communionis impleuerunt, vel illis, quibus nondum tempus illud adimplendi est elapsum, possint Mendicantes Eucharistiam ex deuotione ministrare in die Dominicæ Resurrectionis? pag. 123.
31. An vi Bullæ Cruciatæ, possit quis adimplere hoc præceptum communionis, in quacumque Ecclesia communicando? pag. 123.
32. An possint Religiosi Eucharistiam in articulo mortis sæcularibus ministrare, etiam per modum viatici? pag. 123.
33. An saltem, deficiente Parocho, aut nolente per se Eucharistiam ministrare, nec concedere facultatem ministrandi illam, possit quilibet Sacerdos, in prædicto mortis articulo, sæcularibus Eucharistiam porrigere, etiam per modum viatici? pag. 124.
34. An etiam, eodem Parocho deficiente, aut nolente, per se Eucharistiam ministrare, nec licentiam concedere, possint Religiosi illam sæcularibus porrigere, ad implendum annuæ communionis præceptum? pag. 124.
35. An possint Religiosi Eucharistiam ministrare in Paschate, & in articulo mortis familiaribus, & seruitoribus, actualiter Religiosis inseruientibus, & intra Monasteria commorantibus? pag. 124.
36. An Sacerdotes debeant in Pascha celebrare in propria Parochia ad implendum præceptum annuæ communionis? pag. 124.
37. An Parochi possint in alienis Ecclesijs Eucharistiam in Pascha, suis Parochianis ministrare, ita vt præcepto communionis satisfaciant pag. 124.
38. An qui in Pascha indigne communicat Ecclesiæ præcepto satisfaciat? pag. 125.
39. An qui in Pascha non communicat, teneatur post Pascham communicare? pag. 125.
40. An qui præuidet se non posse communicare intra quindecim dies communioni destinatos, teneatur præuenire communionem? pag. 125.
41. An qui bona fide, propter futurum impedimentum in Paschate anticipauit communionem; teneatur postea, non secuto impedimento, iterum in Pascha communicare? pag. 126.
42. An saltem, qui iam intra quindecim dies Paschales. v. g. in Hebdomada Sancta, aduertit, se non posse in sequentibus diebus communicare, teneatur in prædicta Hebdomada Eucharistiam sumere? pag. 126.
43. An excommunicati, & interdicti excusentur à præcepto annuæ cōmunionis? pag. 126.
44. An Papa teneatur sub mortali ad præceptum annuæ communionis? pag. 126.
45. An qui omittit communionem in Paschate, censuram aliquam, ipso facto incurrat? pag. 126.
46. An consulendus sit omnibus fidelibus indifferenter vsus quotidianus Eucharistiæ? pag. 126.

DIS-

DISPVTATIO IV.

De Miniſtro adminiſtrandi Euchariſtiam.

Quæſt. 1. An ſolus Sacerdos ſit miniſter, & deputatus ad ſacram Euchariſtiam 127.

2. An omnis ſacerdos poſsit Euchariſtiam miniſtrare? pag 127.

3. An ſaltem, nunc ex licentia tacita Paſtorum, poſsint omnes Sacerdotes Euchariſtiam miniſtrare? pag. 127.

4. An Sacerdos regularis indigeat licentia aliqua Parochi ad miniſtrandam Euchariſtiam in Eccleſia aliena? pag. 127.

5. An ſaltem Sacerdos ſæcularis celebrans in Eccleſijs Religioſorum indigeat licentia expreſſa Superioris, aut Sacriſtæ Religioſorum, ad diſpenſandam alijs Euchariſtiam? pag. 127.

6. An habens Bullam Cruciatæ poſsint ſuſcipere Euchariſtiam, præter quã in die Paſchæ à quolibet Sacerdote, abſque licentia ſui Parochi? pag. 127.

7. An Diaconus poſsit eſſe miniſter extraordinarius collationis Euchariſtiæ 128.

8. An requiratur aliqua cauſa ad hoc, quod Epiſcopus, vel Parochus committat Diacono diſpenſationem Euchariſtiæ? pag. 128.

9. An, abſente Præsbytero, poſsit Diaconus Euchariſtiam infirmis diſpenſare. 128.

10. An, præſente Præsbytero, ſed nolente Euchariſtiam per ſe, aut per Diaconũ, ægroto conferre, poſsit nihilominus Diaconus id facere? pag. 128.

11. An etiam Subdiaconus poſsit in neceſsitate, infirmis Euchariſtiã deferre? 129.

12. An in caſu extremæ neceſsitatis, ſi miniſter idoneus non adſit, poſsit Subdiaconus, vel etiam Laicus, ſe ipſum communicare? pag. 129.

13. An in eodem caſu neceſsitatis, ſi abſit idoneus Miniſter, poſsit Laicus etiam alios communicare? pag. 129.

14. An Sacerdos poſsit communicare ſe ipſum, etiam extra caſum neceſsitatis, ſi non adſit alius Sacerdos, qui id præſtare velit, aut poſsit? pag. 130.

15. An ſi in prædicto caſu, adeſſet Diaconus, poſſet Sacerdos ſe ipſum, proprijs manibus communicare? pag. 130.

16. An etiam Diaconus poſsit, etiam extra vrgentem neceſsitatem, abſente Præſbytero ſe ipſum communicare? 130.

17. An ad communicandum Laicum, ob ſolam deuotionem, poſsit celebrans partem ſuæ Hoſtiæ diuidere & illi præbere? pag. 130.

18. An Parochus, tempore peſtis, teneatur miniſtrare ſuis Parochianis Euchariſtiã etiam cum periculo vitæ? pag. 31.

19. An Sacerdos, qui chiragra impeditus, nequit Euchariſtiam pollice, & indice, miniſtrare poſsit alijs digitis conferre? pag. 131.

20. An tempore peſtis liceat Sacerdotibus miniſtrare Euchariſtiam ægrotis incocleari argenteo, vt ſic effugiant contagium? pag. 131.

21. An tempore peſtis, vel alterius infirmitatis contagioſæ, liceat Sacerdoti ponere Euchariſtiam in loco decenti, vt inde proprio ore, aut manibus infirmorum capiatur? pag. 132.

22. An in articulo mortis licitum ſit accipere Euchariſtiam de manu Sacerdotis Hæretici, Schiſmati, excommunicati. &c. in defectu alterius Sacerdotis? 132.

23. An tangere Euchariſtiam in peccato mortali, ob rationabilem cauſam, ſit peccatum mortale? pag 132.

24. An Diaconus Euchariſtiam miniſtrans in mortali, peccet mortaliter? pag. 132.

25. An ſaltem Sacerdos peccet mortaliter miniſtrans alijs in Miſſa, vel extra Miſſam, Euchariſtiam in mortali? 133.

26. An peccet mortaliter Sacerdos miniſtrans alijs Euchariſtiam, ſine ſuperpelliceo? pag. 133.

27. An etiam peccet mortaliter, ſi cum ſuperpelliceo, abſque ſtola vero, Euchariſtiam, extra Miſſam, adminiſtret? pag. 133.

28. An tandem peccet mortaliter Sacerdos adminiſtrans Euchariſtiam, extra Miſſam, omittendo alias ceremonias, vt luminis accenſi, Confeſsionis generalis abſolutionis venialium &c. pag. 134.

29. An tempore peſtis, licite poſsit Sacerdos Euchariſtiam ad infirmum deferre, ſine præcedenti lumine, abſque ſtola, abſque ſuperpelliceo &c. pag. 134.

30. An Sacerdos, dum extra Miſſam, Euchariſtiam ſuſcipit, teneatur ſub mortali geſtare ſtolam de collo pendentẽ? pag. 134.

31. An ſaltem, teneatur ſub veniali geſtare Sacerdos ſtolam, quando extra Miſſam ad Euchariſtiam accedit? pag. 134.

DIS-

DISPVTATIO V.

De Ieiunio necessario ad sacram Eucharistiam suscipiendam.

Quæst. 1. An præceptum communicandi ieiune sit Ecclesiasticum? pag. 135.

2. An hoc præceptum Ecclesiasticum exigat ieiunium naturale ad sumendam Eucharistiam? pag. 135.

3. An Communicans post sumptam minimã quantitatẽ cibi peccet mortaliter? 135.

4. An edens, vel bibens in dubio, an sit audita hora duodecima noctis, possit sequẽti die communicare? pag. 135.

5. An, si vnum horologiũ sonuerit horã duodecimam noctis, possit quis comedere, vel bibere donec aliud sonuerit, & crastina die communicare? pag. 136.

6. An aliquis possit sequi vnum horologiũ, quoad ieiunium Ecclesiasticum, & alterum, quoad ieiuniũ naturale? pag. 136.

7. An vbi est tantum vnum horologium, si duodecima hora noctis sonare incipiat debeat, qui crastino Eucharistiam sumpturus est, statim in prima pulsatione à cibo, & potu cessare? pag. 137.

8. An reliquiæ ex cœna inter dentes remanẽtes, & si nõ casu, sed spõte, & aduertẽtes degluciantur impediãt communionem? pag. 139.

9. An siquis per nares aquam, vel quid simile attrahat, & postea in sthomacũ trajciat: vel degluciat sanguinem dentium, aut alium humorem de capite in os cadentem, vel enaribus in os effluentem, maneat impeditus à communione? 139.

10. An sumptio tabachi in folio, puluere, vel fumo, impediat communionem? pag. 139.

11. An saltẽ, si quis biberet sanguinẽ ex propria vena, aut proprio vulnere extractum, maneret à communione impeditus? pag. 139.

12. An si quis trajciat aliquas guttas aquæ præter intentionẽ, dum os abluitur, maneat etiã à cõmunione impeditus? 140.

13. An si quis trajciat aliquod ossiculũ chartam, frustulum ligni, aut aliquid ex vnguibus, vel quid simile nõ cõmestibile, possit Eucharistiã sumere? pag. 140.

14. An mulieres, terrã comedentes, possint post eius sumptionẽ, cõmunicare. 140.

15. An siquis ossicula aliquorũ fructuũ comederet, aut anellanam cum cortice, maneret à cõmunione impeditus? 141.

16. An impediatur à cõmunione ille, cui in opertum os musca ingreditur, & eam cum respiratione trajcit? pag. 141.

17. An siquis masticans bucelam panis, audiat primũ (vel in nostra opinione vltimũ) pulsum horæ duodecimæ noctis, teneatur statim illam de ore ejicere, si die sequenti cõmunicare velit? pag. 141.

18. An si aliquis ante mediã noctem aliquid sacchari ori imponat, paulatim trajciẽdum, & partim ante, & partim post mediam noctem trajciat, possit in crastinũ communicare? pag. 141.

19. An siquis degluciat aliquod comestibile, & postea illud euomat possit, eo die cõmunicare? pag. 142.

20. An Sacerdos nõ ieiunus possit celebrare ad conferendũ viaticũ infirmo morti proximo, si careat hostijs cõsecratis? 142.

21. An saltem ex dispẽsatione Episcopi, aut cuiuluis alterius Prælati inferioris Papa, possit Sacerdos non ieiunus sacrificare ad conferendum viaticũ? pag. 143.

22. An Sacerdos ad dandum viaticum infirmo, alioquin absq; Eucharistia, aut alio Sacramento morituro, possit priuatim consecrare, dicendo sola verba cõsecrationis, etiam panem fermentatum, absque altari, & sine vestibus sacris? 143.

23. An quando Sacerdos, loco vini aquam in Calice posuit, si antequam illam trajciat, esse aquam gustu percipiat, possit eam deglutire, & de nouo vinum apponere, consecrare, & sumere? pag. 143.

24. An Sacerdos, qui pro vino aquam in Cálice apposuit, & sumpsit, debeat necessario denuo vinum consecrare, & sumere, si hoc fieri nequeat absque graui sui nota, aut graui perturbatione adstantium? pag. 144.

25. An Sacerdos, qui ante consecrationem panis, memoratur se non esse ieiunum, licitè possit finere sacrificium? pag. 144.

26. An si Sacerdos ante consecrationem, morbo, aut morte, ab absolutione Missę impediatur, debeat alter eam Missam finire? pag. 144.

27. An saltem, si peracta consecratione, pereat, aut deficiat Sacerdos, debeat alter ieiunus, eam Missam perficere? pag. 144.

28. An in prædicto casu, etiam Sacerdos nõ ieiunus, si ieiunus nõ adsit, teneatur perficere sacrificium? pag. 145.

29. An ſi in prædictis caſibus deficiat Sacerdos, qui perficiat ſacrificiũ, poſsit Laicus ſumere ſpecies, etiã vini cõſecratas? 145
30. An Sacerdos, ſi poſt ablutionem Calicis ſumptam, aut dictas orationes, reperiat aliquas particulas à ſe conſecratas poſsit illas conſummere? pag. 145.
31. An ſi Sacerdos, finita iam Miſſa, & reuerſus ad Sacriſtiam, inueniat aliquas particulas (exijs, quas cõſecrauerat) remanẽtes in Patena, vel Calice poſsit adhuc illas conſummere? pag. 146.
32. An nõ minus liceat Sacerdoti, poſt ſumptam Calicis ablutionẽ, conſummere reliquias præcõſecratas ab alio, quam à ſe ipſo, ſi in Patena, vel Calice reperiantur? pag. 147.
33. An Sacerdos poſt longã cõmunionẽ factam immediate poſt finitũ ſacrum, poſsit vaſſa purificare, & reliquias, ſeu fragmenta, quæ ſuperſunt, conſumere? 147.
34. An huiuſmodi fragmenta, ſeu reliquiæ poſsint dari Laicis, qui iam cõmunicarunt, caſu, quo ablutionẽ, aut purificationem, non acceperint? pag. 147.
35. An etiã liceat dare Laicis prædicta fragmenta Hoſtiæ, etiã poſt ablutionẽ? 147.
36. An poſsit quis ſumere Euchariſtiã non ieiunus ad vitandã grauẽ iniuriã, vel irreuerentiam eius: vt ſi periculum ſit, quod deueniat in poteſtatẽ infidelium, aut quod cõburatur, vel comedatur à bruto? 148.
37. An poſsit quis abſque ieiunio celebrare, ſeu communicare, propter ſcandalũ, ſeu infamiam vitandam? pag. 148.
38. An poſsit infirmo non ieiuno Euchariſtia, vt viaticum conferri? pag. 148.
39. An infirmo, qui iam ſemel accepit viaticũ, poſsit intra eandem infirmitatẽ, iterum non ieiuno dari? pag. 148.
40. An, non ſolum, liceat prædicto infirmo, eadem infirmitati perſiſtenti, poſt ſumptum ſemel viaticum, ſæpius, vt diximus, verùm & quotidie Euchariſtiam non ieiuno dari? pag. 149.
41. An ſi infirmus, qui grauiter non ægrotat, nequeat abſque graui nocumẽto, omittere potionem, poſsit non ieiunus communicare, quando adeſt communicandi præceptum? pag. 149.
42. An Euchariſtia ſit deferenda grauiter ægrotanti, ſi illam ob vomitum, vel ob aliam cauſam, non poteſt ſumere? pag. 149.
43. An abſoluta Miſſa, vel ſumpto Euchariſtiæ Sacramento, liceat ſtatim alios cibos ſumere? pag. 150.
44. An etiam ſit licitum, ſtatim poſt communionem expuere? pag. 150.
45. An liceat ad Euchariſtiam accedere, ante ſomnum captum, vel cibum digeſtum? pag. 150.

DISPVTATIO VI.

De Alijs diſpoſitionibus corporis, in ſuſcipiente Euchariſtiam requiſitis.

Quæſt. 1. An pollutio inuoluntaria impediat pro eo die communionem, ſaltem ſub peccato veniali? pag. 151.
2. An ſit peccatum mortale accipere Euchariſtiam poſt pollutionem, aut fornicationem mortalem, intra eamdem diem, etiamſi præcedat confeſsio illius peccati? pag. 152.
3. An ſaltem ſit peccatum veniale accipere Euchariſtiam, abſque aliqua iuſta cauſa, poſt pollutionem mortalem, etiam confeſsione præmiſſa? pag. 152.
4. An ſit peccatum veniale accedere ad Euchariſtiam, ipſa die habitæ coniugalis copulæ, cauſa voluptatis exercitæ? pag. 152.
5. An ſaltem ſit conſulendum coniugatis, vt ipſo die habitæ copulæ, Euchariſtiam non recipiant? pag. 153.
6. An liceat coniugatis ipſa die communionis petere coniugale debitum? 153.
7. An mulieri pacienti fluxũ ſanguinis (aut tẽpore menſtrui, vel partus) cõſulendũ ſit, vt ab Euchariſtia abſtineat? 153.
8. An qui non lotis manibus celebrat, aut nõ abluta facie ad Euchariſtiã accedit, peccet ſaltem venialiter? pag. 154.
9. An Cathecumenus in gratia exiſtens, ſit ſubiectum capax ad recipiendam Euchariſtiam? pag. 154.
10. An amentibus à natiuitate poſsit dari Euchariſtia, ſaltẽ in articulo mortis? 154.
11. An ſaltem amentibus, qui aliquando vſi ſunt ratione, & poſtea in amentiam, vel phreneſim inciderunt, poſsit licite Euchariſtiã miniſtrari, ad minus in articulo mortis? pag. 134.
12. An, vt huiuſmodi amentibus licite poſsit Euchariſtia miniſtrari, ſit neceſſe, vt tẽpore vſus rationis illam expreſſe petierit, & deſiderauerint? pag. 155.
13. An ſupra dictis amentibus, non ſolum in articulo mortis, verum etiã quot annis poſsit Euchariſtia conferri? pag 155.

14. An

14. An semifatuis possit licite Eucharistia cõferri; non solũ in articulo mortis, aut tẽpore Paschatis: verumetiã toties, quoties illam postulauerint? pag. 155.
15. An Energumenis, seu Dæmoniacis possit licite Eucharistia ministrari? pag. 155.
16. An Parochus teneatur sub mortali ministrare Eucharistiam Energumeno in articulo mortis constituto? pag. 156.
17. An adhuc teneatur Parochus ministrare Eucharistiam prædicto Energumeno, etiãsi in blasphemias prorrumpat? 156.

DISPVTATIO VII.

De Dispositione ex parte animæ requisita ad Eucharistiam recipiendam.

Quæst. 1. An ad aliquam Eucharistiæ sumptionem, necessario requiratur status gratiæ? pag. 156.
2. An in aliquo saltem casu, licitum sit alicui sumere Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis? pag. 157.
3. An grauius peccet, qui cum grauioribus, aut pluribus peccatis, ad Eucharistiam accedit?
4. An debeat in confessione explicari qualitas, vel numerus peccatorum, cum quorum conscientia aliquis ad Eucharistiam accesit? pag. 158.
5. An sit grauius peccatum accedere ad Eucharistiam cum peccatis carnalibus, quã spiritualibus? pag. 158.
6. An grauius peccet fidelis accedendo ad Eucharistiam in peccato, quam infidelis, vel Hæreticus? pag 158.
7. An peccatum, quod quis committit communicando in mortali, sit grauius, quam omnia alia peccata opposita virtutibus moralibus? pag 158.
8. An accedere ad Eucharistiã cum pluribus peccatis venialibus habitualibus, sit peccatum veniale? pag. 158.
9. An accedere saltem ad Eucharistiam cum peccato veniali actuali, in ipsomet actu communicandi commisso, sit nouum peccatum veniale? pag. 159.
10. An qui est in peccato mortali, teneatur ex præcepto præmittere confessionem illius, etiamsi iustificatus iam sit media contritione? pag. 159.
11. An saltem, qui dubitat, an habeat peccatum mortale, possit contritus accedere ad Eucharistiam sine prævia confessione? pag. 159.
12. An præceptum præmittendi confessionem sit mere humanum? pag. 160.
13. An qui est in mortali possit aliquando, absque præuia confessione, sumere Eucharistiam, cum cõtritione tantũ? 160.
14. An possit aliquis propter scandalum, aut infamiam vitandã, communicare contritus, non præmissa confessione? 160.
15. An liceat cõmunicare, absque confessione, deficiente confessario, quoties omittendo communionem esset periculum grauis aliquorum admirationis? 160.
16. An, si Sacerdos post introitum, sed ante consecrationem, recordetur se in mortali esse, teneatur cõfiteri, si absque scandalo, aut nota possit? pag. 161.
17. An saltem Sacerdos teneatur præmittere confessionem, si iam existens in altari antequam inchoet Missam recordetur culpæ mortalis? pag. 161.
18. An si Laicus, iam altari applicatus coram alijs, vt suscipiat Eucharistiã, recordetur alicuius mortalis, possit, nõ præmissa confessione, illam suscipere? 162.
19. An Sacerdos, vel Laicus, qui prius confessus fuerat, & postea cũ iam est in altari recordatur peccati in cõfessione obliti, teneatur saltem ante communionẽ, elicere contritionem de illo? pag. 162.
20. An saltẽ Sacerdos, qui nõ præmisit confessionẽ, si in Missa recordetur, se esse in peccato, teneatur habere contritionem statim; an verò prosequi Missam, & habere contritionem, ante consecrationem, vel communionem? pag. 162.
21. An qui cõfessionem præmisit, & postea antequam ad altare accedat, recordatur alicuius peccati, nõ cõfessi, teneatur illud cõfiteri prius quã cõmunicet? pag. 163.
22. An si quis morti proximus non possit cõfiteri, possit celebrare, aut cõmunicare prætermissa confessione? pag. 163.
23. An Sacerdos possit absque confessione celebrare ad dandum viaticum infirmo morti proximo? pag. 163.
24. An deficiente cõfessore, possit Parochus, omissa confessione, celebrare, vt in die festo, alij Missam audiant? pag. 163.
25. An etiam simplex Sacerdos possit in die festo celebrare, absq; cõfessione (si non habeat aliã Missam quã audiat) vt obseruet præceptũ audiẽdi sacrum? pag. 164.
26. An talis Sacerdos simplex possit, nõ præmissa confessione Missam celebrare, vt alij Missam in die festo audiant? 164.
27. An occurrente præcepto communionis Paschalis, & deficiente confessore, possit

sit quis sine confessione communicare? pag. 164.

28. An si quis præsentem habeat idoneũ confessarium, sed breuiter sperat alium, cui deuotius, & securius soleat confiteri, possit cum sola contritione communicare, aut celebrare, necessitate vrgente, cum proposito confitendi illi, quem expectat? pag. 164.

29. An, quãdo abest proprius Sacerdos, adest timen alius, cui ex priuilegio potest pœnitens confiteri, possit cõmunicare cõtritus differendo confessionẽ quousque sit præsens proprius Sacerdos? pag. 165

30. An si pœnitens non habeat cum confessario, cuius solũ habet copiã, animi coniunctionem, sed rixas, possit communicare, aut celebrare, vrgente necessitate, absque præuia confessione? pag. 165.

31. An deficiente cõfessario, possit Sacerdos celebrare non præmissa cõfessione, pro defuncto, cuius anima valde indigere sacrificio probabiliter existimatur? 165.

32. An etiam Sacerdos, si ex obligatione Capellaniæ, aut Eleemosynæ acceptæ, teneatur offerre sacrificium, possit deficiente Confessore, sine præuia confessione celebrare? pag. 165.

33. An possit aliquis recipere Eucharistiam, non præmissa cõfessione, deficiente cõfessario, propter magnum fructum, quẽ excommunione sperat? pag. 166.

34. An saltem in casu dicto, si quis excommunione speret magnum iuuamen contra peccatum, possit, non præmissa confessione communicare? pag. 166.

35. An quãdo in aliquo Monasterio omnes Fratres ex statuto, vel consuetudine, cõmunicant certo die mensis, vel hebdomadæ, nec haberi potest confessarius, pro oblitis, vel pro reseruatis, liceat, cõtritum communicare? pag. 166.

36. An si quis habeat peccatum reseruatum, & non pateat aditus ad superiorẽ, possit vrgente necessitate, contritus cõmunicare, sine præuia confessione cum Sacerdote inferiori? pag. 166.

37. An qui in prædicto casu necessitatis, non haberet aliud mortale, præter reseruatũ teneatur cõfiteri venialia, vt ab ijs directe absoluatur, indirecte à reseruatis? pag. 167.

38. An in hoc casu, possit pœnitens confiteri venialia simplici Sacerdoti, vt hoc modo absolueretur ab illo indirecte à reseruatis? pag. 167.

39. An habens excõmunicationẽ reseruatã, & nõ copiã superioris legitimi, possit, vrgẽte necessitate, absq; præuia confessione, Eucharistiam sumere? pag. 167.

40. An in præcedenti casu, possit pœnitens data copia cõfessoris inferioris, cõfiteri peccata nõ reseruata, vt indirecte etiã à reseruatis absoluatur, licet ab excõmunicatione absolui nequeat? pag. 168.

41. An si superior nolit concedere licentiã confessario, vt absoluat pœnitentem à reseruatis, nisi cũ onere se ipsum manifestãdi; possit pœnitens, vrgente necessitate, sine cõfessione cõmunicare? 168.

42. An, quãdo pœnitens ad vitandũ aliquod damnum propriũ, aut alienum, nequit integre confiteri, possit vrgente necessitate, omittere confessionem, & sumere Eucharistiam? pag. 168.

43. An dentur alij casus, in quibus dici possit deesse alicui copiam cõfessoris? 169.

44. An, distantia vnius leucæ, inter pœnitẽtem & confessariũ, sit sufficiens ad hoc, vt pœnitens dicatur nõ habere copiam cõfessarij, & cõsequenter possit vrgente necessitate, non præmissa confessione communicare? pag. 169.

45. An, quãdo in præfatis casibus, Sacerdos celebrat nõ præmissa cõfessione; teneatur postea, quã primũ cõfiteri? pag. 170.

46. An hoc præceptum, quam primum confitendi, obliget sub mortali? pag. 170.

47. An, huiusmodi præceptum, quam primũ confitendi, sit diuinum? pag. 170.

48. An, eo præcepto, quam primũ confitendi obligẽtur etiã laici cõmunicantes absq; confessione in casu necessitatis? 170.

49. An, eo præcepto comprehendatur Sacerdos, qui, absque præuia confessione, celebrat in die Parasceues? pag. 170.

50. An, Sacerdos, qui in ipsa actione sacrificandi, recordatur peccati mortalis, aut forte tunc illud committit; teneatur postea, ex vi dicti præcepti, quam primum confiteri? pag. 171.

51. An, qui ex mera malitia, celebrat non præmissa confessione, obligetur ad postea, quam primũ confitencũ? pag. 171.

52. An saltem, comprehendatur præcepto Tridẽtini, qui post præmissã cõfessionẽ recordatur peccati mortalis, nõ explicati incõfessione, & ob inopiã cõfessarij celebrat absq; noua confessione? 171.

53. An, ex vi dicti præcepti Tridentini, teneatur Sacerdos, statim finita Missa, quærere confessorem, & cõfiteri? pag. 172.

54. An

54. An, Ministrans Eucharistiam indigno, duplici peccet peccato? pag. 173.
55. An peccatori publico, idest, noto, vel per sententiã Iudicis, vel per confessionẽ ipsius Rei in iudicio, vel per euidentiam rei, sit omnino deneganda Eucharistia? pag. 173.
56. An, peccatori occulto, occulte petenti Eucharistiam deneganda sit? pag. 173.
57. An peccatori occulto petenti publice Eucharistiam, sit deneganda? pag 174.
58. An, in dubio, vtrùm peccator sit publicus, vel occultus, deneganda sit ei Eucharistia? pag. 174.
59. An possit dari Eucharistia alicui, ad probationem delicti, de quo est suspectus, & illud non fatetur? pag. 174.
60. An liceat Sacerdoti ministrare peccatori occulto, scienti, & petenti sibi Hostiam nõ consecratã; ad sacrilegium, & graue damnũ ipsius suscipientis vitandũ? 174.
61. An saltem, liceat Sacerdoti simulare, se Hostiam in os peccatoris immittere ad vitandam infamiam, vel damnum accedentis? pag. 175.

DISPVTATIO VIII.

De Materia, tam corporis, quàm sanguinis, Sacramenti Eucharistiæ.

Quæst. 1. An omnis, & solus panis triticeus sit materia remota Sacramenti Eucharistiæ? pag. 176.
2. An Panis, qui sit ex fructibus quarumdam arborum, scilicet ex Amigdalis, Castaneis, &c. aut qui fit ex leguminibus; vt ex Fabis, Lentibus, Ciceribus &c. possit esse materia huius sacramẽti? pag. 176.
3. An Panis, qui fit ex hordeo, possit esse materia huius Sacramenti? pag. 176.
4. An panis, qui fit ex Tipha, seu Centeno, possit esse materia consecrationis? 177.
5. An Panis factus ex Spelta, sit materia sufficiens consecrationis? pag 177.
6. An Panis ex Siligine, sit materia sufficiens consecrationis? pag. 178.
7. An Panis ex Fare, sit materia consecrationis? pag. 178.
8. An Panis confectus ex Maisio, Hispanè *Mais, ò trigo de las Indias*, sit sufficiens materia Eucharistiæ? pag. 178.
9. An, Panis ex Amylo (Hispanè *Almidon*) confectus, sit sufficiens materia Eucharistiæ? pag. 178.
10. An Panis confectus ex tritico, cum admixtione aliarum segetum, sit materia sufficiens Eucharistiæ? pag. 179.
11. An massa cruda, sit materia sufficiens cõsecrationis? pag. 179.
12. An Mica panis madefacta, & digitis compressa, & facta quasi massa cruda, sit materia sufficiens consecrationis? 180.
13. An Massa oleo, aut butyro in sartagine frixa, aut aqua elixa, sit materia sufficiẽs Eucharistiæ? pag. 180.
14. An Panis confectus ex farina triticea, & ex succo, aut liquore ab ipsis granis, per contusionem in mortariolo expresso sufficiat ad materiam Eucharistiæ? pag. 180.
15. An Panis confectus ex farina triticea, & ex aqua rosacea, vel Angelica, vel stillata, sit sufficiens materia Eucharistiæ? pag. 180.
16. An Hostia ex farina triticea, cum ad mixtione cinnabri confecta, vt est illa, qua solemus litteras sigillare, Hispanè *Obleas coloradas*, sit sufficiens materia Eucharistiæ? pag. 181.
17. An Panis tam fermẽtatus, quam azymus, sit materia sufficiens ad cõsecrationem corporis? pag. 181.
18. An omnes Sacerdotes, tam Græci, quàm Latini, teneantur, saltem necessitate præcepti, consecrare in azymo? 181.
19. An, Sacerdoti Græco existenti in sua Ecclesia licitum sit consecrare in azymo, sicut & in fermentato? pag. 181.
20. An saltem in casu necessitatis, v. g. ad dandum viaticum infirmo, possit Sacerdos Latinus, existens apud suos, consecrare fermentatum? pag. 182.
21. An Sacerdos Græcus habens proprium domicilium apud Latinos, & apud eos habitans, teneatur conficere in azymo: aut è contra Latinus habitans apud Græcos, infermentato? pag. 182.
22. An saltem, casu, quo Græcus sit incola apud Latinos, vbi sunt templa deputata ad seruandos ritus Græcorum (sicut sunt Romæ) teneatur seruare ritum propriæ Ecclesiæ? pag. 182.
23. An Sacerdos Græcus, qui peregrinatur per Ecclesiam Latinam, aut Latinus per Græciam, possit pro libito celebrare in azymo, vel fermentato? 182.
24. An solum vinum vitis sit materia sufficiens ad consecrationẽ sanguinis Christi? pag. 183.
25. An omne vinum vitis, siue album, siue nigrum, sit sufficiens materia consecrationis sanguinis? pag. 183.

26. An in vrgente necessitate, possit fieri cõsecratio in alio vino, Pomorum videlicet, Granatorum, Morum, &c. pag. 183.
27. An vinum coctũ, v.g. Sapa, vel Mulsum, Hispanè *Arrope, & Clarea*, sit materia sufficiens cõsecrationis sanguinis? 183.
28. An Agresta, idest, sucus expressus, ex vuis immaturis (Hispanè *Agraz*) sit materia sufficiens consecrationis pag. 183.
29. An Lora, seu Acinacium (Hispanè *agua pie, delgado, ò vinada*) sit materia sufficiens consecrationis? pag. 184.
30. An Mustum in vuis adhuc incluſsum, sit materia consecrationis? pag. 184.
31. An vinum imbibitum in offa, seu mica panis, possit esse materia consecrationis? pag. 184.
32. An mustum (hoc est vinum recenter à racemis expressum) sit materia sufficiens consecrationis sanguinis? pag. 184.
33. An Consecrare mustum, extra, necessitatem (aut extra festũ Transfigurationis, vbi consuetudo viget) sit peccatum mortale? pag. 185.
34. An Accetum, proprie acceptum sit materia sufficiens consecrationis? pag. 185.
35. An saltem vinum acidum, seu parũ acre (Hispanè *que tiene vna punta de vinagre*) sit materia sufficiens? pag. 185.
36. An vinum congelatum sit materia sufficiens consecrationis sanguinis? 186.
37. An sit peccatum in vino congelato consecrare? pag. 186.
38. An saltem, licitè possit consecrari vinũ congelatum, si eius congelatio saluatur? pag. 186.
39. An expediens sit, aquam vino consecrando miscere? pag 186.
40. An Mixtio aquæ, & vini sit de necessitate Sacramenti? pag. 187.
41. An hæc mixtio aquæ, sit de iure diuino? pag. 187.
42. An Auctor huius præcepti fuerit Alexãder Primus? pag. 187.
43. An possit Summus Pontifex in hoc præcepto dispensare? pag. 188.
44. An, in casu necessitatis, possit Sacerdos, absque dispensatione, consecrare purũ vinum, sine mixtione aquæ? pag. 188.
45. An quando Christus Dominus instituit hoc Sacramentum, miscuerit aquam vino? pag. 188.
46. An, aqua miscenda vino debeat esse naturalis? pag. 188.
47. An aqua, vino miscẽda, debeat esse in parua quãtitate, comparatione vini? 188.
48. An possit determinari, quanta debeat esse illa paruitas aquæ admiscenda vino? pag. 188.
49. An sufficiat, quod aqua misceatur vino in ampulla, vel dolio, per Sacerdotem, ante Missam? pag. 189.
50. An aqua debeat misceri initio Missæ, an verò post Euangelium? pag. 189.
51. An hæc mixtio debeat fieri, ab ipsomet Sacerdote celebrante? pag. 189.
52. An aqua vino admixta, conuertatur in sanguinem Christi, si tempore cõsecrationis non fuerit in vinũ cõuersa? 189.
53. An si post in cœpta, & non finita verba cõsecrationis Calicis, aqua conuertatur in vinũ, tunc illa pars vini, quæ sit ex aqua conuertatur in sanguinem Christi. 190.
54. An materia consecranda, debeat necessario esse præsens Ministro? pag. 190.
55. An præsentia imaginationis, aut intellectus, sufficiat ad consecrandum, absentem panem, & vinum? pag. 190.
56. An sufficiat ad consecrandum, quod materia, quouis sensu percipiatur? pag. 190.
57. An sit de necessitate sacramenti, vt materia consecranda, manibus tangatur? pag. 191.
58. An materia debeat esse in tam parua distantia, vt sonus verborum formę, physicè illam pertingat, saltem medijs speciebus intentionalibus? pag. 191.
59. An materia ergo posita, indebita distantia, possit validè consecrari? 191.
60. An ad valorem consecrationis, sufficiat, quod materia sit exposita vsui, quamuis ab ipso non percipiatur? pag. 191.
61. An Hostia, seu vinum, post parietem posita, si aliquo modo à Sacerdote cognoscatur, possit consecrari valide? pag. 192.
62. An saltem Hostia, linteo cooperta, alias sufficienter propinqua, possit valide consecrari? pag. 192.
63. An Hostia existens in Sacrario, aut tabernaculo clauso, possit valide consecrari? pag. 192.
64. An ad valorem consecrationis sufficiat, vt Sacerdos fiat certior materiæ coram se positæ, ex relatione alterius? 192.
65. An sufficiat materiam esse præsentem, secundum aliquam sui partem, vt possit tota consecrari? pag. 193.
66. An Sacerdos intendens eodem actu cõsecrare duplicem materiam, vnam præsentem, & alteram absentem, valide cõsecret materiam præsentem? pag. 193.
67. An

67. An possit valide consecrari materia, triginta passibus à Sacerdote distãs? 193.
68. An materia consecranda debeat à ministro definiri, & determinari? pag. 193.
69. An Sacerdos, qui ex decem hostijs præsentibus vult solum consecrare certo in confusso, non determinando illas, vere eas consecret? pag. 194.
70. An saltem Sacerdos, qui ex illis decem Hostijs intenderet consecrare certo, quas Deus, vel Paulus voluisset, vel elegisset illas consecraret? pag. 194.
71. An Sacerdos, qui defert ad Altare quas Hostias, putans vnam, vtramque consecret? pag. 194.
72. An si Sacerdos habeat in Altari, & petra aræ Pixydem cum formulis, vel eas secum deferat consecrandas, & tempore consecrationis illarum non recordetur, censeri debeant consecratæ? pag. 194.
73. An si Sacerdos in sacristia habuerit intentionem consecrandi dictas particulas, & illæ per errorem non supra arã, sed supra altare in cornu Epistolæ fuerint posítæ, numquid censeri etiam debeant consecratæ, si Sacerdos de illis amplius non meminerit? pag. 195.
74. An Formulæ, quas quis, inscio Sacerdote, in corporali consecrandas posuit, remaneant consecratæ? pag 195.
75. An guttulæ vini, quæ superficiei exteriori calicis adhærẽt censeri debeant consecratæ? pag. 195.
76. An saltem guttæ, quæ intra calicis latera, separatæ à vino, quod in profundo est, detineri solent, debeant censeri cõsecratæ? pag. 195.
77. An Sacerdos cõsecrans formulas existentes in Patena, aut intra Pyxidem, etiam consecret particulas mixtas cum formulis? pag. 196.
78. An si multis formulis consecratis, misceatur vna non consecrata, possit hæc consecrari, dum non dignoscitur, quæ sit? pag. 196.
79. An in prædicto casu, posset Sacerdos licite consecrare, sub conditione omnes illas formas, vt non maneret mixta cõsecratis illa alia non consecrata? 196.
80. An in quacumque magna quantitate panis, vel vini valide possit confici Eucharistiæ Sacramentum? pag. 196.
81. An quæuis minutissima particula panis, vel vini, etiam si ob sui paruitatem sentiri nequeat, consecrari possit pag. 197.
82. An materia consecrationis debeat esse sensibilis ab ipsomet Sacerdote consecrante? pag. 197.
83. An si per potentiam Dei eleuaretur oculus Sacerdotis, ad videndam particulam illam minimam, quæ naturaliter videri non potest, tunc posset consecrari? pag. 197.
84. An quæuis particula, separata ab Hostia consecrata, si sit adeò tenuis, vt nequeat sentiri, retineat corpus Christi? 197.

DISPVTATIO IX.

De Forma Sacramenti, tam corporis, quam sanguinis.

Quæst. 1. An Christus Dominus Eucharistiam confecerit medijs aliquibus verbis? pag. 198.
2. An consecratio panis sufficienter peragatur his tantum verbis. *Hoc est enim corpus meum?* pag. 198.
3. An verbum *enim*, quo Ecclesia, in consueta forma vtitur, sit de essentia, & necessitate consecrationis? pag. 198.
4. An Christus Dominus, in consecratione panis, vsus fuerit illo verbo *enim*? 199.
5. An sit peccatum mortale omittere particulam *enim*, cum consecratur panis vel vinum? pag. 199.
6. An saltem sit mortale, illam particulam ex contemptu omittere? pag. 200.
7. An valeat consecratio, si quis dicat: *Hoc est corpus Christi?* pag. 200.
8. An valeat consecratio, si dicatur, *Hic est corpus meum?* pag. 200.
9. An valeat consecratio, si Sacerdos in persona Christi dicat *Ecce corpus meum?* pag. 200.
10. An valeat consecratio, si dicatur, *Hæc est caro mea?* pag. 201.
11. An valeat si dicatur; *Hic cibus est corpus meum?* pag. 201.
12. An valida fiat consecratio, si ita dicatur; *Hoc fit, fiat, aut sit corpus meum?* 201.
13. An valida sit consecratio his verbis facta: *Ego consecro hunc panem in corpus meum, vel ego conficio corpus meum ex pane?* pag. 201.
14. An valeat consecratio, si ablato verbo *est*, dicat Sacerdos. Accepite, & comedite *Hoc corpus meum?* pag. 201.
15. An valide conficiatur Sacramentum, si dicatur, *Hæc est substantia mea, vel hic est cibus meus?* pag. 202.
16. An valide etiam conficiatur, si Sacerdos reten-

retento sano sensu, ita dicat: *Hoc est corpum meum*, vel *hic est corpus meus*, vel *Hoc est corpus meus*? pag. 202.
17. An valide conficeret, si quis Sacerdos dicat, *Istud est corpus meum*? pag. 202.
18. An valide conficeret, qui dicit, *Meum est hoc corpus*, aut, *Hoc corpus est meū*? 202.
19. An valide conficeret Sacerdos dicens: *Hoc est corpus meum*, vtendo N. pro M. vel *Hic est Calix sanguinis mei*, vtendo Z pro S? pag. 202.
20. An saltem peccaret Sacerdos, qui ex aduertentia, & malitia, loco *meum*, diceret *meūm*? pag. 202.
21. An solæ istæ voces *Hic est calix sanguinis mei*, aut *hic est sanguis meus* sint de essentia, & necessitate formæ consecrationis vini? pag. 203.
22. An salem illa verba, *noui, & æterni testamenti mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionē peccatorum*, sint de necessitate præcepti Ecclesiæ? pag. 203.
23. An Sacerdos debeat habere intentionē consecrandi calicem, omnibus verbis, quæ tanquam forma, maioribus litteris exprimuntur, in Missali Romano, scilicet *Hic est calix sanguinis mei &c.* vsque ad *remissionem peccatorum*, inclusiue? pag. 203.
24. An adorandus sit Calix, si celebrans moriatur, finitis tantum illis verbis. *Hic est calix sanguinis mei*? pag. 204.
25. An valeat consecratio, his verbis facta; *Hic est Calix nouum testamentum in meo sanguine*? pag. 204.
26. An Sacerdos qui in consecratione Calicis dicit: *Hic est Calis &c.* vtendo S. pro X. valide consecret? pag. 204.
27. An valida sit consecratio, his verbis facta: *Hic est potus sanguinis mei*, aut *hoc est vas*, aut *poculum sanguinis mei*? 204
28. An valeat consecratio, si loco *sanguinis* dicatur *sanguinem*, vel *sanguino*, aut loco *mei*, dicatur, *meis*, vel *meum*; aut loco pronominis, *hic*, ponatur, *hoc*, vel *hæc*, vel *hunc*? pag. 204.
29. An Sacerdos, dum consecrat, proferat verba consecrationis solum recitando, id est, referendo, quod Christus dixit, cum consecrauit? An potius significando, & personaliter exercendo, quod Dominus fecit? pag. 204.
30. An illa pronomina, *Hoc*, & *Hic*, in forma consecrationis sumantur adiectiuè? pag. 205.

DISPVTATIO X.

De modo, quo Christus est in hoc Eucharistiæ Sacramento.

Quæst. 1. An totus, & integer Christus sit sub qualibet specie panis, & vini? 205.
2. An Christus Dominus existat sub speciebus, non solum quoad substantiam, verumetiam, quoad quantitatem, & alia accidentia, quæ ipsam sequuntur? 205.
3. An Christus Dominus in Eucharistia habeat figuram? pag. 206.
4. An ex vi sacramenti, seu, ex vi verborum, ponatur corpus Christi sub speciebus panis? pag. 206.
5. An partes integrales, vt manus, pes, digitus &c. sint in hoc sacramento ex vi verborum? pag. 206.
6. An in hoc Sacramento sit præputium Christi? pag. 206.
7. An corpus Christi, prout est in Sacramēto ex vi verborum, dicat solum materiam primam nudam? pag. 206.
8. An ex vi verborum sit sanguis Christi sub speciebus vini? pag. 207.
9. An sub speciebus vini sit totus sanguis Christi ex vi verborum? pag. 207.
10. Quænam sint in hoc Sacramento, per concomitantiam? pag. 207.
11. An etiam Pater, & Spiritus Sanctus sint etiam ratione concomitantiæ in hoc Sacramento? pag. 207.
12. An ratione huius concomitantiæ, dici possit, quod, qui manducat Eucharistiā, manducet Patrem, & Spiritum Sanctū, aut totam Trinitatem? pag. 207.
13. An sicut Christus Dominus est sub qualibet parte specierum, sit etiam sub puncto, aut sub quolibet indiuisibili specierum? pag. 208.
14. An Christus Dominus, prout est in Eucharistia, possit naturaliter videri oculo corporeo? pag. 208.
15. An saltem supernaturaliter possit videri? pag. 208.
16. An sit probabile asserere B. Virginem oculis corporeis de facto vidisse Christum in Eucharistia? pag. 208.
17. An possit videri corpus Christi extensum, prout in Eucharistia est? pag. 209.
18. An corpus Christi incipiat esse, sub speciebus consecratis, in eo instāti, in quo cōpletur significatio verborum consecrationis? pag. 209.

19. An ponatur Chaistus Dominus sub speciebus, statim ac finita est prolatio formæ, si Sacerdos scrupulosè, diferat sonum, & prolationem vltimæ syllabæ, aut litteræ eiusdem formæ pag. 209.
20. An desinat Christus Dominus esse sub speciebus (etiam non corruptis) quando sacramentum proijcitur in lutum, aut locum immundum; vel corrodituir à mure; vel sumitur à bruto? pag. 209.
21. An desinat Christus esse sub speciebus, statim ac in os recipitur, aut in ventrem traijcitur? pag. 210.
22. An saltem, si species, dentium contritione corrumperẽtur in ore, & sic corruptæ descenderent in ventrem, tunc Christus non descenderet in stomachum? pag. 210.
23. An Formula à Laicis pro communione recepta, intra horæ momentum corrumpatur, ita vt post illud, minime corpus Christi contineat? pag. 210.
24. An desinat esse sanguis Christi Domini, sub speciebus vini consecratis, quando his infunditur vinum non consecratũ eiusdem speciei? pag. 211.
25. An saltem, desinat esse sanguis Christi sub speciebus, quando hæ miscentur cũ vino non consecrato alterius speciei? pag 211.
26. An Sacerdoti, qui consecrauit in vino albo, liceat purificare calicem cum vino rubro, aut è contra? pag. 212.
27. An si vna gutta, (aut decem guttæ) vini consecrati misceatur cum amphora, aut dolio vini non consecrati, tunc maneat sub illa gutta sanguis Christi? pag. 212.
28. An in præfato casu, vinum illius dolij, posset sine scrupulo bibi à Laicis? pag. 212.
29. An ad minus desinat esse sanguis Christi, sub speciebus vini, si hæ misceantur cum aqua, aut cum aliquo liquore alterius speciei? pag. 212.
30. An si parua gutta aquæ admisceatur cum speciebus vini consecrati, maneat consecrata, & conuersa in species vini? pag. 212.
31. An desinat Christus Dominus esse sub speciebus, quando miraculosè apparet caro, vel puer in Eucharistia? pag. 213.
32. An quando Christus Dominus desinit esse sub speciebus, aliquomodo mutetur? pag. 213.

DISPVTATIO XI.

De Effectibus Sacramenti Eucharistiæ.

Quæst. 1. An Sacramentum Eucharistiæ cõferat augmentum gratiæ sanctificantis? pag. 213.
2. An vt Eucharistia conferat augmentum gratiæ prærequirat aliquam actualem deuotionem in suscipiente? pag. 213.
3. An Sacramentum Eucharistiæ conferat per se primam gratiam, atque adeo deleat per se culpam mortalem? pag. 214.
4. An saltem, per accidens, conferat a iquãdo primam gratiam, vt remittat mortalia? pag. 214.
5. In quibus casibus, potest quis, per hoc Sacramentum recipere primam gratiam? pag 214.
6. An vt in primo, ex prædictis casibus, Eucharistia conferat primam gratiam, sit necessaria attritio supernaturalis; an vero sufficiat bona fides, & inculpabilis accessus ad Eucharistiam? pag. 214.
7. An per Sacramentum Eucharistiæ, remittantur peccata venialia, quoad culpam? pag. 215.
8. An remittantur per illud, immediate, & ex opere operato? pag. 215.
9. An omnia venialia per Eucharistiam remittantur? pag. 215.
10. An Eucharistia præseruet à mortalibus? pag. 215.
11. An Eucharistia præseruet à mortalibus, ex opere operato, & infallibiliter? 216.
12. An Eucharistia præseruet à mortalibus, immediate per se ipsam? pag. 216.
13. An Eucharistia conferat gratiam, dum est in ore sumentis, ante quam traijciatur? pag. 216.
14. An Eucharistia conferat gratiam, quando deglutitur, & ad stomachum traijcitur? pag. 217.
15. An Eucharistia causet gratiam continue, toto tempore, quo in stomacho perseuerat? pag. 217.
16. An si Eucharistia poneretur ab Angelo intra stomachum hominis, scientis, & volentis eam recipere, sine eo quod intraret per oris manducationem, adhuc causaret gratiam? pag. 217.
17. An Sacerdos recipiens vnam partẽ Hostiæ in peccato, recipiat gratiam Sacramenti, si ante quam alteram partẽ Hostiæ manducet, per contritionẽ in gratiam constituatur? pag. 218.

18. An

18. An qui in peccato accepit Eucharistiam, si postea, ante quam species corrumpãtur, confiteatur, vel conteratur, recipiat gratiam ex opere operato ab Eucharistia? pag 218.
19. An si quis tempore communionis, erat in peccato, aut post communionem peccauit, teneatur conteri, vel cõfiteri pro toto illo tempore, quo species incorruptæ manent in stomacho? pag. 218.
20. An vtilius, aut melius sit, communicare in maiori specierum quantitate, aut sumere Hostiam magnam, quam paruam? pag. 219.
21. An etiam sit licitum dare, aut sumere, plures formas consecratas ad communicandum? pag. 219.
22. An recipiat gratiam Sacramenti, qui species detinet in ore, donec corrumpantur? pag. 219.
23. An recipiat gratiam Sacerdos, qui deglutita tantum parte Hostiæ statim moritur? pag. 220.
24. An recipiat gratiam, qui postquam Eucharistiam deglutiuit, statim eam euomit? pag. 220.
25. An vtraque species Eucharistiæ conferat maiorem gratiam, quã singule seorsim? pag. 220.
26. An liceat Laicis communicare sub vtraque specie? pag. 220.
27. An Sacerdos, dum more Laici communicat, possit licite suscipere Eucharistiã sub vtraque specie? pag. 220.
28. An liceat Papæ, ex iusta causa, concedere alicui Regno, Nationi, seu personæ communionem sub vtraq; specie? pag. 221.
29. An sit improbanda consuetudo, quæ in aliquo casu obtinuit, vt aliquibus personis detur vtraque species? pag. 221.
30. An in aliquo casu, licitum sit Laicis bibere calicem, absque speciali dispensatione? pag. 221.
31. An infirmo, qui panem deglutire non potest, sed tantum vinum, liceat sumere sanguinem, absque panis specie? pag. 221.
32. An Christus Dominus in nocte cœnæ Eucharistiam sumpserit, & dederit discipulis suis? pag. 222.
33. An Christus Dominus etiam Iudæ proditori, suum dederit corpus? pag. 222.
34. An etiam Beata Virgo sumpserit in ea nocte Eucharistiam? pag. 222.

TRACTATVS VIII.

De Sacrificio Missæ.

DISPVTATIO I.

De partibus essentialibus Sacrificij Missæ.

Quæst. 1. An Nomen Missa, sit Latinum? pag. 223.
2. Cur hoc sacrificium, Missa, seu Missio appellatur? pag 223.
3. An Christus in vltima cœna, quando instituit Sacramentum Eucharistiæ, etiã instituerit Missæ sacrificium, illudque Patri obtulerit? pag. 224.
4. An in Missa prout à catholicis dicitur, verum, & proprium sacrificium à Christo institutum offeratur? pag. 224.
5. An in Ecclesia, de facto, sit aliud sacrificiũ, præter Eucharisticum? pag. 224.
6. An Ecclesia habeat potestatem instituendi, modo, nouum sacrificium, præter Eucharisticum à Christo institutum? pag. 224.
7. An si Christus non instituisset sacrificium, potuisset, saltem ab Ecclesia institui? pag. 225.
8. An etiam posset tunc Ecclesia instituere ipsummet sacrificium, quod Christus instituit? pag. 225.
9. Quænam sint actiones, de quibus dubitari potest; in quanam earum consistat essentia sacrificij Missæ? pag. 225.
10. An ratio, & essentia huius sacrificij, sita sit in aliqua actione determinata ex numeratis, quæstione præcedenti. 225.
11. An ratio huius sacrificij sita sit in oblatione, quæ fit ante consecrationem? pag 225.
12. An essentia huius sacrificij sita sit in sola oblatione quæ paulo post consecrationem verbaliter fit? pag. 226.
13. An ad rationem formalem sacrificij Missæ, pertineat fractio Hostiæ consecratæ, & immissio eiusdem in calicem? pag. 226.
14. An essentia sacrificij Missæ, in sola sumptione, facta à celebrante, consistat? pag. 226.
15. An saltem, prædicta sumptio pertineat partialiter ad essentiam huius sacrificij? pag. 226.

16. An

16. An in sola consecratione sita sit tota ratio, & essentia sacrificij Missæ? pag. 227.
17. An ad essentiam sacrificij Missæ, vtriusq; speciei prærequiratur consecratio? pag. 227.
18. An consecratio vtriusque speciei simul, sit iure diuino præcepta? pag. 227.
19. An ex dispensatione Pontificis, possit consecrari vna species sine alia? 228.
20. An in die Parasceues, verum sacrificium Missæ offeratur? pag 228.
21. An fiat verum sacrificium, si Sacerdos Hostiam à se ipso consecratam, in Pyxide reponat, & ipse sumat aliam, ab alio consecratam? pag. 228.
22. An licite possit Parochus, dum renouat Eucharistiam, non sumere quidquam ex Hostia, quam consecrauit, sed illam ponere in sacrario, & sumere Hostiam, quæ ante in Sacrario erat? pag. 228.
23. An oblatione Hostiæ grandioris facta, si offerantur Sacerdoti particulæ pro cõmunicandis Laicis, possit illas consecrare? pag. 229.
24. An Christus Dominus sit principaliter offerens hoc sacrificium in Missis, non solum remote, sed etiam proxime? pag. 229.

DISPVTATIO II.

De Ministro à quo faciendum est Missæ sacrificium.

Quæst. 1. An soli Sacerdotes hoc sacrificiũ offerri possint? pag. 230.
2. An Sacerdotes hæretici, excommunicati, & quomodolibet ab Ecclesia, per censuras præcisi, possint valide offerre hoc sacrificium? pag. 230.
3. An alij fideles, præter Sacerdotes, possint aliquomodo offerre hoc sacrificiũ 230.
4. An possit hoc sacrificium pro omnibus viuis (hoc est in vtilitatem omnium viuentium) offerri? pag 230.
5. An si Sacerdos excluderet aliquem fidelẽ à suo sacrificio, teneret factum? 231.
6. An hoc sacrificium possit offerri directe pro Paganis, Idolatris, Iudæis, Turcis, Mauris, & Gentilibus? pag. 231.
7. An hoc Sacrificium possit directe offerri pro cathecuminis competentibus, hoc est, pro cathecuminis, qui baptismum petunt, & nomen suum Ecclesiæ dant, vt baptizentur? pag. 232.
8. An offerri possit Missa pro Hæreticis rite baptizatis, ex communicatione Ecclesiæ seclusa? pag. 232.
9. An possit Missæ Sacrificium vtiliter offerri pro excommunicato non tolerato; hoc est, pro excommunicato nominatim denuntiato, vel publico Clerici percussore? pag. 232?
10. An saltem liceat offerri hoc Missæ sacrificium pro excommunicato tolerato, hoc est, qui non sit percussor Clerici, aut nominatim denuntiatus? pag. 232.
11. An saltem, in *Memento* Missæ, possit Sacerdos orare pro excomunicato quo libet? pag. 233.
12. An demum Sacrificium Missæ offerri possit, saltem indirecte, pro Idolatris, & alijs infidelibus non baptizatis, pro Hæreticis baptizatis, & pro excommunicatis? pag. 233.
13. An Sacrificium Missæ offerri possit vtiliter pro damnatis? pag. 233.
14. An sacrificium Missæ offerri possit pro animabus Purgatorij defunctorum baptizatorum? pag. 234.
15. An hoc Sacrificiũ prosit animabus Purgatorij ex infallibili lege, & promissione Christi? pag. 234.
16. An Sacrificium Missæ possit proprie offerri pro Beatis? pag. 234.

DISPVTATIO III.

De Effectibus Sacrificij Missæ.

Quæst. 1. An Sacrificium Missæ habeat aliquem effectum, ex opere operato, id est, virtute ipsius Sacrificij, in diuina promissione fundata? pag 235.
2. An Sacrificium Missæ habeat vim remittendi peccata mortalia, & conferendi primam gratiam? pag. 235.
3. An Sacrificium Missæ habeat vim remittendi mortalia, & infundendi primam gratiam, immediate & ex opere operato, ei pro quo offertur, habenti tamẽ attritionem de illis? pag. 235.
4. An hæc impetratio auxiliorum ad delenda peccata mortalia, sit infallibilis, & certa? pag. 236.
5. An Sacrificium Missæ, per se, & ex opere operato conferat augmentum gratiæ ijs pro quibus offertur? pag. 236.
6. An etiam, saltem per accidens, possit conferre primam gratiam homini, pro quo Missæ sacrificium offertur? pag. 236.

7. An Sacrificium Missæ per se, & ex opere operato, deleat peccata venialia? 237.
8. An hoc Sacrificium remittat immediate & per se, pœnas peccatis debitas, certo, & infallibiliter? pag. 237.
9. An Sacrificium Missæ, prosit infallibiliter iustis defunctis ad pœnarum remissionem? pag. 237.
10. An valor ex opere operato Missæ, id est respõdens substantiæ Sacrificij, & principali offerenti Christo Domino, sit infiniti valoris intensiue? pag. 237.
11. An hoc Sacrificium oblatum pro pluribus, tantum prosit singulis, ac si pro vno quoque offerretur? pag. 238.
12. An omnes qui offerunt præter Sacerdotem, Sacrificium Missæ, participent fructum illius, ex opere operato? pag. 238.
13. An Sacrificium Missæ, prosit existenti in mortali, non solum quantum ad impetrationem auxiliorum, vt Deus eius misereatur, sed etiam quantum ad remissionem pro debito pœnæ? pag. 239.
14. An saltem, hic effectus satisfactionis impeditus, propter obicem peccati, reuiuiscat & conferatur postea, quando aufertur peccati obex? pag. 239.
15. An vt Missæ Sacrificium prosit, sit necessaria, actualis, vel virtualis deuotio erga illud? pag. 239.
16. An maior deuotio illius pro quo offertur Sacrificium, faciat quod fructus Sacrificij sit in eo maior? pag. 239.
17. An Sacrificium prosit ei, pro quo Sacerdos ex iustitia v. g. ratione stipendij tenebatur offerre, an veroei pro quo de facto illud offert? pag. 240.
18. An etiam Missæ Sacrificium prosit ei, pro quo Sacerdos regularis obtulit, nõ illi, pro quo Prælatus offerre præcepit? pag. 240.

DISPVTATIO IV.

De Stipendio Missæ.

Quæst. 1. An liceat Sacerdotibus accipere stipendium pro Missa? pag. 240.
2. An Sacerdos diues possit stipendium pro Missis suscipere. pag. 241.
3. An pro vna Missa, plura recipi possint stipendia? pag. 241.
4. An saltem Sacerdos possit accipere pro vna Missa tot stipendia, à personis diuersis, quot sufficiant ad eius diurnam sustentationem? pag. 241.
5. An, si petens Missam non det stipendium integrum, vel lege taxatum, possit Sacerdos à diuersis tot parua stipendia suscipere, quæ iusto, vel taxato, stipendio æquiualeant, & pro omnibus illis vnicam Missam offerre? pag. 242.
6. An Sacerdos, qui pro dicendis Missis stipendium suscepit, possit postea alijs Sacerdotibus dicendas dare, retenta sibi parte stipendij; & dato illis stipendio iusto, sed minori? pag. 242.
7. An Sacerdos in diebus festis, possit accipere pro vna Missa duplum eleemosynæ, quæ alijs diebus erogari solet. pag. 242.
8. An Sacerdos, qui per alium, Missam, quã, ipse accepto stipendio, dicere debebat celebrare facit; possit retinere partem stipendij, ex voluntate secundi Sacerdotis condonantis? pag. 243.
9. An Sacerdos possit applicare alteri fructum Missæ specialissimum; id est fructum, quem quilibet Sacerdos ex Missę celebratione recipere solet? pag. 243.
10. An Sacerdos possit duplex stipendium, pro vnica Missa accipere, applicando vni personæ, partẽ solitam, & alteri personæ suam partem? pag. 243.
11. An si quis det alicui Sacerdoti stipem pro Missa, v. g. de Beata Virgine, ad impetrandam à Deo, aliquam gratiam, & alter det illi stipem ad satisfactionem pro defuncto; possit eadem Missa vtrique obligationi satisfacere, & illas duas pitantias, pro eadem Missa recipere? pag. 244.
12. An Sacerdos, qui tenetur ad celebrandũ in aliqua Ecclesia, loco, vel die, pro stipendio, reditibus, seu salario; possit aliud stipendium pro illa Missa accipere, & ei fructum Sacrificij applicare? pag. 244.
13. An Sacerdos, qui vt celebret, cogitur emere sacras vestes, candelas &c. possit licite stipendia Missæ augere? pag. 244.
14. An possit Sacerdos idem Sacrificium offerre pro eo, à quo accipit eleemosynã, & simul pro alijs, ex charitate, gratitudine, aut liberalitate? pag. 244.
15. An Religiosi nostri, qui ex vi suæ Regulæ, & constitutionum, tenentur certis diebus, offerre Sacrificium pro defunctis sui Ordinis, pro Captiuis, & Benefactoribus, possint licite offerre idẽ sacrificium pro alijs à quibus stipem acceperunt? pag. 245.

16. An Sacerdos, qui liberaliter promisit alteri vnum sacrum, animo se obligandi; peccet mortaliter, promissum non implendo? pag. 245.
17. An peccet mortaliter Sacerdos, qui acceptа eleemosyna, diu differt Missas celebrare? pag. 245.
18. Per quot dies poterit Sacerdos, post acceptam eleemosynam, Missas differre, absque labe peccati mortalis pag 245.
19. An quando Sacerdos non habet Missas, possit illas dicere pro illo, qui primo stipem dederit, quam Deus videt daturum? pag. 246.
20. An saltem Sacerdos possit dicere Missas anticipate pro intentione æditui, aut illius, qui ex officio solet Missas dicendas alijs dare; aut pro intentione amici, vel Sacristæ, qui solet Missas dicendas deferre? pag. 246.
21. An Capellanus, qui bis, aut ter in hebdomade celebrare tenetur, possit Missas hebdomadis sequentis anticipare, & dicere sex in hebdoma præsenti? 246.
22. An vtilius sit curare sibi Missas celebrari post mortem, vel ante mortem? 247.
23. An licita sit consuetudo (quæ apud multos viros pro viget) vt aliquis tanquam mortuus iam sit, exequies pro se, erecto tumulo, fieri curet, quibus ipse præsens assistat? pag. 247.
24. An sacerdos, qui ex fundatione, aut alio titulo, tenetur ad celebrandū in aliqua Ecclesia, vel altari determinato, peccet mortaliter, alibi celebrando? pag. 247.
25. An, si Capellanus absque dispensatione in Altari alio celebret, teneatur iterum in altari definito celebrare, & Missas omissas supplere, aut pro rata pecunia, aut fructus Capellaniæ pauperibus, aut hæredibus restituere? pag. 248.
26. An quando Ecclesia, vel Altaria designata à testatore, inueniuntur impedita, ita vt in eis celebrari non possit, teneatur Sacerdos, die illa, alibi celebrare? 248.
27. An, si Altare signatum à testatore, nō est priuilegiatum, possit Sacesdos celebrare in alio Altari eiusdem Ecclesiæ priuilegiato? pag. 248.

DISPVTATIO V.

De Diebus, & ibus licet, & teneatur Sacerdos ad celebrandam Missam.

Quæst. 1. An simplex Sacerdos, qui sine legitimo impedimēto, nunquā in anno celebrat, peccat mortaliter, si alias nec adsit scandalum, nec contemptus; & communicet in Paschate? pag. 248.
2. An Sacerdotes ratione Sacerdocij tencātur, in aliquibus determinatis anni diebus, celebrare? pag. 249.
3. An Parochi teneātur, singulis diebus, per se, vel per aliū celebrare? Saltem si sint Parochiani, qui ex deuotione Missam audire velint? pag. 249.
4. An saltem teneatur Parochus celebrare per se, vel per aliū omnibus festis, quibus populus tenetur audire Missam? 250.
5. An iure diuino teneatur Parochus, ad applicandū Missę sacrificiū pro ouibus 250
6. An necessarium sit aliquando Missam cum Diacono Subdiacono, & Accolytis solemniter celebrare? pag. 250.
7. An Diaconus & Subdiaconus teneantur sua officia aliquando exercere? 251.
8. An Missa debeat quotidie celebrari, submortali, in omnibus Ecclesijs Cathedralibus, Collegiatis, & Conuentualibus? 251.
9. An in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, quādo casus occurrit, debant cantari duæ Missæ, vna de festo, & alia de feria? pag. 251.
10. An in Ecclesijs Regulariū, debeant et ā cantari duæ Missæ, quando occurrit casus, sicuti in Ecclesijs Collegiatis? 251.
11. An relinquere Missam solemnē, aut maiorem in nostris Conuentibus, in Dominicis, aut alijs festis, sit peccatum mortale? pag 252.
12. An in nostris conuentibus debeat dici quotidie Missa conformis officio diei, etiam in illis diebus, in quibus dici possunt Missæ votiuæ? pag 252.
13. An Capellanus ex iustitia teneatur toties celebrare, quoties fundatio Capellaniæ exigit pag. 252.
14. An Sacerdos obligatus quotidie celebrare, possit semel in hebdomada, causa maioris honestatis, Missā prętermittere 252
15. An in casu proposito, nō solū semel, sed etiam semel, & iterum, possit Sacerdos Missam in hebdomada omittere? 253.
16. An Capellanus, qui Missam quotidie dicere, ex fundatione Capellaniæ obligatur, possit ter, aut quater, per annū celebrare pro se ipso, aut sibi valde connincto? pag. 253.
17. An obligatus ad quotidie celebrādū, possit semel in hebdomada à celebratione abstinere, non solū titulo honestatis; verūctiā oblectationis, vel inerisgratia? 253

18. An Capellanus eo die, quo poteſt Miſſam omittere, poſsit, ſi velit pro alio celebrare, & ſtipendium recipere? 253.
19. An Capellanus ægrotans, aut alio impedimento in voluntario impeditus exiſtens pro paruo tempore; teneatur per alium Sacerdotem Miſſas celebrare, aut omiſſas poſtea ſupplere? pag. 253.
20. An ſit licitũ in feria quinta Cœnæ Domini celebrare? pag. 254.
21. An in feria quinta in Cœna Domini poſſit fieri ſacrum, & confici ſepulchrum cum aſſeruatione Sacramenti, in Eccleſijs, ſeu Oratorijs confraternitatum? pag. 254.
22. An etiam ſit licitum in feria ſexta maioris hebdomadæ celebrare pag. 254.
23. An ſi feria ſexta Paraſceues incidat in diem feſtum, v. g. Annunciationis (vt hoc anno contingit) teneantur fideles audire Miſſam illius diei, aut intereſſe non Paſsioni, ſed officio, quod extracto Sacramento, & in altari poſito à Sacerdote celebratur? pag. 254.
24. An in dicta die Paraſceues liceat fidelibus communicare? pag. 255.
25. An liceat omnibus Sacerdotibus in Sabbato Sancto Miſſas priuatas celebrare, ſi in illum diem incidat feſtum aliquod, v.g. Annunciationis? pag. 255.
26. An etiam liceat ſi in dicto Sabbato nullum feſtum occurrat? pag. 255.
27. An in Miſsis priuatis in illa die poſsint, & debeant dici Litaniæ pro introitu Miſſæ? pag. 255.
28. An Prædictæ Miſſæ priuatæ poſsint dici ante Miſſam ſolemnem? pag. 256.
29. An liceat Sacerdoti, eadem die, plures Miſſas celebrare? pag. 256.
30. An ſaltem Parochus teneatur dicere tres Miſſas in Natalis Domini die? 256.
31. An etiam in eadem Natiuitatis Domini die, poſsint Sacerdotes cõmunicare tei, extra Miſſam, aut ſemel extra Miſſam, & poſtea celebrare vnum, vel duo Sacra? pag. 256.
32. An omnes Sacerdotes poſsint in nocte Natiuitatis Domini omnes tres Miſſas ante auroram celebrare? pag. 257.
33. An, ſi Sacerdos vellet celebrare in die Natiuitatis vnã dumtaxat Miſſam, poſsit dicere ſecundam, & relinquere primam & tertiam? pag. 257.
34. An ad dandum viaricum ægroto, poſsit Sacerdos bis eadem die celebrare? 257.
35. An etiam poſsit Sacerdos bis in die celebrare, quando iam fere dicta Miſſa, ſũ peruenit Pontifex, Epiſcopus, Rex, aut alius Princeps, aut denique plures itinerantes, in diebus præſertim feſtis? 257.
36. An Poſsit Sacerdos iterum in eadem die ieiunus celebrare, ſi cum finit Miſſam, nuntiatur ei, quod intrat defuncti corpus ſepeliendum cum Miſſa? pag. 258.
37. An Poſsit Sacerdos ſecundo in eadem die celebrare, ob nuptiarum benedictionem? pag. 258.
38. An Sacerdos habens duas Eccleſias Parochiales, quibus ipſe ſolus præeſt, poſsit bis eadem die celebrare? pag. 258.
39. An etiam in vtraque India, Anglia, Germania, & alijs Prouincijs, vbi vnus Sacerdos nequit omnibus fidelibus ſatisfacere, poſsit bis ſacrificare? pag. 258.
40. An qui habet duas Parochias poſsit in die Cœnæ conſecrare in ambabus Euchariſtiam ſumendã in Paraſceue cum vino non conſecrato? pag. 259.
41. An in his caſibus, in quibus diximus poſſe bis celebrare, poſsit etiam ter, aut plures, ſi eadẽ cauſa perſiſtat, & Sacerdos adhuc ieiunus maneat? pag. 259.
42. An in die Commemorationis defunctorum, poſsit Sacerdos bis Miſſas celebrare? pag. 259.

DISPVTATIO VI.

De Hora, & Loco celebrandi Miſſam.

Quæſt. 1. An ſit licitum Miſſam ante auroram incipere? pag. 259.
2. An Miſſa poſsit celebrari, duabus horis ante ortum ſolis? pag. 260.
3. An Religioſi poſsint, etiam per tres horas ante ortum ſolis, Miſſas dicere? pag. 260.
4. An Religioſi ex vi ſuorum priuilegiorum poſsint celebrare Miſſas duabus horis poſt mediam noctem? pag. 260.
5. An, quilibet Sacerdos poſsit celebrare, ſtatim poſt mediam noctem, ad dandũ viaticum infirmo? pag. 260.
6. An Epiſcopi iter faciẽtes poſsint celebrare, ante lucem, ſeu auroram? pag. 261.
7. An etiã Sacerdotes iter facientes, poſsint ante auroram celebrare, vt commode iter perficiant? pag. 261.
8. An licitum fuerit olim in nocte Reſurrectionis, ſicut in nocte Natiuitatis, paulo poſt mediam noctem, Miſſam celebrare? pag. 261.

9. An inceptio celebrationis Missæ differri possit vsque ad horam nonam, hoc est, vsque ad horam tertiam, aut secundam, & dimidiam post meridiem? pag 261.
10. An saltem Religiosi ex priuilegiorum suorum vi, possint differre inceptionem Missæ vsque ad nonam, id est, vsque ad tres horas post meridiem? pag. 262.
11. Quo tempore, post transactum meridiē, poterit absque priuilegio inchoari Missa? pag. 262.
12. An saltem ad dandum viaticum ægroto, possit inchoari Missa post meridiem vsque ad horam nonam? pag. 262.
13. An in funere Regis, aut Principis, possit Missa incipi ante meridiem, & protrahi vsque ad vesperam, vel Nonam? 262.
14. An Sacerdos possit interrumpere Missam & discedere ab Altari, pro confessione morientis, aut pro baptizando puero morienti? pag. 263.
15. An, secluso scandalo, & contemptu, sit peccatum mortale celebrare extra Ecclesiam, aut locum sacrum, ad hoc ab Episcopo deputatum? pag. 263.
16. An liceat in necessitate, extra Ecclesiam in quouis loco decenti celebrare? 263.
17. An Religiosi, ex vi suorum priuilegiorū, possint, etiā absque sufficienti causa, celebrare extra Ecclesiam? pag. 263.
18. An in mari, vel flumine possit aliquando celebrari? pag. 264.
19. An liceat hodie deferre sacram Eucharistiā in Nauigijs aut Trirremibus? 264.

DISPVTATIO VII.

De Altari, Vasis, ac vestibus, quibus celebranda est Missa.

Quæst. 1. An sit peccatum mortale, celebrare absque Altari, seu Ara? pag. 265.
2. Quotuplex est Altare? pag. 265.
3. An Altare fixum amittat consecrationem motione, aut fractione ipsius? pag. 265.
4. An Altare portatile amittat consecrationem si separetur à capsula lignea, cui inclusum est? pag. 266.
5. An Altare portatile possit fieri ex duobus lapidibus ad modū libri colligatis, quorum vnus capiat Calicem, alter Hostiam? pag. 266.
6. An, vtrata sit consecratio Altaris, sit necessarium quod in eo reliquiæ Sanctorum ponantur? pag. 266.
7. An Altare necessario debeat esse lapideum, & consecratū ab Episcopo? 266.
8. An sit mortale celebrare in Ara nobiliter fracta? pag. 266.
9. An Particulæ consecratæ debeant apponi super Aram consecratā, non solum, quando consecrantur, verumetiam, post earum consecrationem? pag. 267.
10. An Altare debeat operiri tribus mappis, seu tobaleis, præter corporale? 267.
11. An prædictæ mappæ debeant necessario esse benedictæ? pag. 267.
12. An corporale debeat necessario esse ex lino? pag. 267.
13. An saltem parua palla, qua calix operitur & Hispane Hijuela appellatur, possit esse serica, vel aurea? pag. 268.
14. An Purificatorium, quo tegitur Calix debeat esse, ex obligatione, benedictum? pag. 268.
15. An sit mortale celebrare cum vnica tantum tobalia, & corporalibus? pag. 268.
16. An Prælati nostræ Religionis, & aliarū, possint benedicere corporalia, & alia sacra ornamenta, tam suorum Monasteriorum, quam vndecumque sint? 268.
17. An sit peccatum mortale celebrare absque lumine? pag. 269.
18. An sit peccatum celebrare cum vnico lumine, seu candela? pag. 269.
19. An sit peccatum mortale celebrare cum vno lumine olei, vel adipis in casu necessitatis? pag. 269.
20. An, si incepto sacro, lumen extinguatur, nec aliud commode inueniatur, possit saltē in eo casu Sacerdos Missam sine lumine continuare, & perficere? 269.
21. An sit peccatum mortale, sacrum facere absque Missali, saltem continentem Canonem? pag. 270.
22. An saltē, sit mortale celebrare sine Missali in casu, quo illud desit, & Sacerdos firmiter teneat memoria Missā totā, nullumq; timeat periculū oblivionis? 270.
23. An sit peccatū mortale, Missam sine Cruce in Altari posita celebrare? 270.
24. An Calix, & Patena necessario debeant esse ex auro, vel argento, saltem iuxta rubricas Missalis? pag. 270.
25. An etiām Calix, & Patena licete ex plumbo confici possint? pag. 271.
26. An saltē, licite possit fieri Calix ex ære, seu cupro inaurato? pag. 271.
27. An saltē, pes Calicis possit fieri ex plumbo, ferro, aut alia quacumq; decenti materia, dummodo cuppa illius, sit aurea, vel argentea, vel stanea? pag. 271.
28. An cuppa Calicis, & superior pars patenæ,

næ debeat sub graui obligatione esse deaurata? pag.271.
29. An Calices, & Patenæ debeant necessario consecrari ab Episcopo? pag.272.
30. An huiusmodi priuilegium consecrandi Calices de facto concessum sit aliquibus Sacerdotibus? pag.272.
31. An Sacerdos possit celebrare in Patena, & Calice nondum consecrato, si alius Sacerdos, bona fide, cum ipsis Missam ante consecrationem celebrasset? 272.
32. An sit mortale celebrare in Calice, & Patena notabiliter fracta? pag.273.
33. An Calix perdat consecrationem suam, per solam separationem pedis a cuppa? pag.273.
34. An Calix amittat suam consecrationem, quando de nouo iterũ inauratur? 273.
35. An Pyxis, seu custodia, in qua corpus Christi asseruatur, benedici, aut consecrari debeat? pag.273
36. An sit necessarium vt intra pyxidem, in qua sacramentum seruatur, sit aliquis linteus benedictus, benedictione corporalis? pag.274.
37. An saltem pyxis debeat collocari, & seruari super Aram, aut lapidem consecratum? pag.274.
38. An vestes sacræ Sacerdotales sint tantũ sex, videlicet Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola (seu Orarium) Planeta, seu Casula? pag.274.
39. An sit mortale celebrare sine aliqua ex his quinque vestibus sacris, Amictu videlicet, Alba, Manipulo, Stola & Casula; aut cũ aliqua ex illis nõ benedicta? 274.
40. An etiã sit mortale celebrare, sine aliqua veste ex quinq; numeratis, vel cum aliqua ex illis nõ benedicta, vt absque Stola, vel Manipulo, &c. ob vitandum mortis periculum? pag.275.
41. An liceat, etiam celebrare sine omnibus vestibus sacris, solo vestitu communi, & profano, si aliter mortem quis vitare nequeat? pag.275.
42. An rursus in casu necessitatis, v.g. ne in die festo plebs sine sacro discedat, possit Sacerdos celebrare absque aliquo ornamento ex prædictis, vel cum aliquo non benedicto? pag.275.
43. An sit peccatum mortale celebrare sine Cingulo benedicto, extra casum necessitatis? pag.276.
44. An saltem celebrare cum Cingulo non benedicto, ex causa iusta, sit peccatum saltem veniale? pag.276.
45. Quomodo, & quando perdatur benedictio harum vestium? pag.276.
46. An si cingulum rumpatur, & vtraq; pars sufficiat ad cingendum, vtraq; retineat benedictionem? pag.276.
47. An si cingulũ ita rumpatur, vt neutra pars per se sufficiat ad cingendum, possit cingulum sic fractum necti, & absque noua benedictione, vsurpari? pag.277.
48. An Peccet mortaliter Sacerdos, qui nudis omnino pedib⁹, Missã celebrat 277.
49. An Sacerdos licite possit celebrare capite cooperto (sine dispensatione superioris) si infirmitas, vel alia iusta causa manifesta id exigat? pag.277.
50. An prædictam licentiam dicendi operto capite Missam, possint cõcedere Episcopi, seu Prælati cum Regularibus? 278
51. An sit necessarium vt Sacerdos Missam celebret, duobus saltem Ministris præsentibus? pag.278.
52. An licitum sit Sacerdoti sine Ministro se solo sacrificare? pag.278.
53. An saltẽm liceat Sacerdoti celebrare sine Ministro ex graui, aut iusta causa, v.g. ad dandum viaticum? pag.279.
54. An etiam liceat Sacerdoti celebrare sine Ministro, ne careat ipse, aut populus Missa in die festo? dag.279.
55. An Minister, qui Sacerdoti respondet, necessario debeat esse Mas? pag.279.
56. An saltem in casu necessitatis, possit Sacerdos fœminam ad ministerium non solum mediatum, verumetiam immediatum admittere? pag.279.
57. An Sacerdos cũ sacris vestibus se induit ad sacrificandũ, teneatur sub mortali, recitare orationes in Missali positas? 280.
58. An Sacerdos, qui in Missa voluntarie omittit gloriam, vel Credo, aut vnam, aut alteram commemorationem, vel collectam, peccet mortaliter? 280.
59. An siquis, oblitione naturali, omittat gloriã, Credo, cõmemorationẽ, & huiusmodi, & recordetur in progressu Missæ, teneatur repetere, quæ omisit? 280.
60. An Sacerdos solenniter celebras peccet si nõ recitat Epistolam, & Euangeliũ, postea à Subdiacono, & Diacono canendum? pag.280.
61. An sit mortale omittere minimã partem Canonis, v.g. vnũ aut alterũ verbũ, aut nomen alicuius sancti, aut quod in oratione *Cõmunicãtes*, vel *hãc igitur oblationẽ*. Interponi solet in festis Natiuitatis, Resurrectionis, & Pẽtecostes? 281.
62. An

62 An sit mortale omittere Orationes, quæ pro gratiarũ actione in Missali præscribuntur trium puerorum videlicet? 281.
63. An qui in festo duplici, vel Dominica, dicit Missam votiuam, vel de Requiem, peccet mortaliter? pag. 281.
64. An saltem peccet venialiter? pag. 281.
65. An Sacerdos, qui ex stipendio, aut fundatione tenetur celebrare Missam, v.g. de sanctissima Trinitate, de B. Virgine, vel de Requiẽ possit loco earũ, dicere Missam, quæ in tali die præscribitur in Missali? pag. 281.
66. An rursus Sacerdos, qui ex voto tenetur celebrare tali die Missam de Requiem, aut de B. Virgine, possit dicere Missam diei? pag. 282.
67. An denique Sacerdos, qui ex stipendio accepto, expresse Missam de Requiem, aut de Virgine, promisit, possit Missam celebrare diei? pag. 282.
68. An Sacerdos, qui ex stipendio accepto, aut alias, obligatus est dicere Missas Sancti Gregorij; teneatur illas, sine interruptione, & omnes de Requiem dicere? pag. 282.
69. An Sacerdos licitè possit dicere Missam Assumptionis, Natiuitatis Beatæ Virginis, extra diem dictarum festiuitatum, quando à Laicis exigitur? pag. 283.
70. An Sacerdos obligatus ad celebrandum, in Altari priuilegiato, pro animabus Purgatorij, satisfaciat celebrando alibi cum calculo, v. g. D. Caroli liberanti animam è Purgatorio? pag 283.

TRACTATVS IX.

De Magno Matrimonij Sacramento.

DISPVTATIO I.

De Sponsalium essentia, & obligatione.

Quæst. 1. An Sponsalia, ab spondendo sint dicta? pag. 284.
2. Quot modis sponsalium vox desumatur? pag. 285.
3. An Sponsalia de futuro, sic recte definiantur, *Sunt futurarum nuptiarum promissio.* pag. 285.
4 An ad rationem, & essentiam sponsalium, requiratur promissio mutua sponsi, & sponsæ? pag. 285.
5. An promissio mera interna, facta homini matrimonij futuri, obliget ad illud cõtrahendum pag 285.
6. An promissio Matrimonij facta absenti, obliget ante absentis acceptationẽ, nemine pro eo stipulante, seu acceptante? pag 286.
7. An valorem sponsalium, sufficiat acceptatio promissionis alterius, sine noua repromissione? pag. 286.
8. An, saltem ille qui promisit matrimonium, maneat obligatus ad contrahendum, in casu, quo alius, solum acceptet promissionẽ, & non repromitat? 286.
9. An possit determinare tempus, quo spectare repromissionem alterius partis debeat, qui matrimonium promisit? 287
10. An Promissio matrimonij facta infanti, requirat acceptationẽ ab ipso, vt obliget ad contrahendum? pag. 287.
11. An Promissio matrimonij absenti facta, aliquo tamen, nomine absentis acceptante; sed absq; speciali mãdato, ita obliget, vt reuocare minime possit? 287.
12. An Promissio matrimonij facta fœminæ pauperi, intentione paupertatem eius subleuandi, requirat, ad valorem eius acceptationem? pag. 287.
13. An siquis vere promittat alteri matrimonium, positiue tamen nolendo se obligare ad illud, contrahat vere sponsalia? pag. 288.
14. An etiam, vere sponsalia contrahat, qui matrimonium promisit, omnino ficte, hoc est, nõ solũ animo, non implendi, & non se obligandi, sed etiam non promittendi? pag. 288.
15. An qui spe fictę promissionis matrimonij virginem decepit, & violauit, teneatur eam ducere? pag. 288.
16. An, qui ficta promissione matrimonij, virginem violauit, teneatur eam ducere, casu, quo ille sit notabiliter dispar, nobilitate, diuitijs, aut potẽtia? 288.
17. An Promissio matrimonij facta alteri, cum semiplena aduertẽtia inducat obligationem adimplendi illam? 289.
18. An Promissio matrimonij facta alteri, calore iracundiæ, censeatur sufficienter deliberata, & obliget? pag. 289.
19. An Surdus, & simul Mutus à natura, possit valide sponsalia cõtrahere? pag. 289.
20. An etiã possit contrahere sponsalia, qui simul est mutus, & surdus, aut cęcus? 290
21. An qui semper insani, vel mẽte capti sunt possint contrahere sponsalia? pag 290.

22. An saltē insani, seu amentes, qui dilucida inter valia habent, possint, eo tempore, quo illis gaudent, sponsalia, & matrimonium, validè, & licitè contrahere? 290.

23. An si amens, & ebrius, tēpore sanæ mētis habeant voluntatem expressam contrahendi sponsalia, eamque postea tempore dementiæ, aut ebrietatis exequatur, valide contrahant? pag. 290.

24. An maior vsus rationis requiratur, ad cō trahenda sponsalia, quam ad peccandum læthaliter? pag. 290.

25. An ad valide contrahenda sponsalia requiratur septennium completum? 291.

26. An septennij adspōsalia requisitū, debeat necessario esse, omnino metaphysicè cō pletum, vel sat sit moraliter pag. 291.

27. An sufficiat ad valorē spōsaliū, quod vltima dies septennij sit incepta? pag. 291

28. An valeant spōsalia ante septennīū si malitia suppleat ætatē, hoc est, si antea septennium, vsus rationis contrahentibus in sit? pag. 292.

29. An peccent mortaliter, qui, absque legitima causa, & Episcopi licentia sponsalia ante septennium contrahunt? 292.

30. An saltē sit mortale cōtrahere matrimonium ante legitimam ætatem? pag. 292

31. An si, etiam per miraculum, acceleretur in pueris, longe ante septennīū, vsus rationis, possint valide sponsalia contrahere? pag. 293.

32. An valida sint sponsalia clandestina, idest, quæ fiunt sine Parocho, & testibus? pag. 293.

33. An saltem, sit peccatum, sponsalia clam contrahere? pag. 293.

34. An detur aliqua forma pro sponsalibus contrahendis? pag. 293.

35. An his verbis: *Nullam aliam ducam nisi te.* Fiant sponsalia. Et istis *Nullam aliā duco nisi te*, matrimonium? pag. 294

36. An quando, verbis de præsenti, quibus cōtrahitur matrimoniū, addūtur alia de futuro, vt *accipio te in meā in crastinū*, seu *ex crastino*, contrahatur matrimonium? pag. 294.

37. An per hæc verba, *Ex nunc habeo te in meam vel ex nunc prouidebo tibi sicut vxori: Ex nunc eris mea vxor:* vere matrimonium, quod sit sacramentum, contrahatur? pag. 294.

38. An per prædicta verba de futuro, dempto additō de præsenti, vt *eris mea vxor. Habeo te in meam*, &c. etiā contrahatur matrimonium? pag. 294.

39. An per hæc verba: *Volo tecū contrahere: te ducere: te habere in vxorē.* Fiat matrimoniū, aut saltē sponsalia? pag. 295.

40. An Matrimonium, iter puberes clam cōtractum (quod est irritum ex Tridētino) habeat vim sponsalium, saltem si iuramento firmetur? pag. 295.

41. An saltē in dicto casu, inducat obligationem sponsaliū, si puberes matrimoniū clādestinū cōtrahētes, animū habuerint obligādi se eo modo, quo possent? 296.

42. An Matrimoniū, siue clam, siue publice contractū, inter impuberes, vel inter puberē, & impuberē, habeat vim spōsaliū, quando malitia nō supplet ętatē? 296.

43. An sola subarratio annuli, sit sufficiens signum sponsalium, etiam si nulla inter ueniant verba? pag. 296.

44. An teneatur quis sponsalia adimplere sub culpa ląthali? pag. 296.

45. An qui nullo termino præfixo, sponsali contraxit, teneatur, à momento contractus ea adimplere? pag. 297.

46. An per censuras compellendus sit adimre spōsalia cōtracta, qui citra legitimam causam, ea adimplere recusat? 297.

47. An teneatur stare promissioni matrimonij, qui dubius est, an illud promiserit? pag. 298.

48. An valida sint spōsalia, ex metu graui cōtracta, saltē, si iuramentū accedat? 298.

49. An quādo parentes cōtrahunt sponsalia pro filijs præsentibus, & tacentibus, nec ostendentibus aliquod consensus signū, sit eorum taciturnitas sufficiens signum consensus? pag. 298.

50. An idem dicendum de alijs extraneis cō trahentibus, pro alijs præsentibus, & tacentibus; an videlicet, sufficiat horum taciturnitas? pag. 298.

51. An quando Parentes pro filijs absentibus contrahunt spōsalia, sufficiat ad eorum valorē, si postquā id per aliquē tertium, ignorauerint, taceant, & non reclament? pag. 299.

52. An in sponsalibus valide, & licite apponi possit pœna persoluenda ab eo, qui, absque iusta causa, à contractu sponsalitio resilit? pag. 299.

53. An valeat pactum in contractu sponsalitio adiectum, vt vir teneatur habitare, in aliquo loco pro determinato tempore? pag. 300.

54. An etiam valeat pactum appositum de perpetuo manendo in aliqua Ciuitate, vel Oppido? pag. 300.

55. An

5. An deinde valeat etiam pactum, quod in sponsalibus apponi solet, vt vir teneatur habitare perpetuo in domicilio vxoris? Nec possit aliò domicilium transferre? pag. 300.

6. An, si vir, non obstante pacto, absque noua superuenienti causa, Oppidum, aut domicilium mutet, teneatur vxor illum sequi? pag. 300.

DISPVTATIO II.

De Causis, quibus sponsalia dissoluuntur.

Quæst. 1. An sponsalia dissoluantur, per solum ingressum Religionis, professione non secuta? pag. 301.

2. An in præcedenti casu, dissoluantur spõsalia ex parte vtriusque, hoc est, non tãtum ex parte manentis in sæculo, sed etiam ex parte Nouitij? pag. 301.

3. An sponsalia cum iuramento contracta dissoluantur etiam, per ingressum Religionis, an vero, qui iurauit teneatur prius matrimonium contrahere? 301.

4. An qui post sponsalia iurata, emisit castitatis, aut Religionis votum, possit licite matrimonium contrahere, animo ingrediendi Religionem, ante consummationem? pag. 302.

5. An, qui prius votum Religionis, aut castitatis emisit, & postea, fide data de matrimonio contrahendo, virginem defloruit, teneatur ad matrimonium, vel potius ad votum? pag. 302.

6. An sponsalia dissoluantur voto simplici castitatis superuenienti? pag. 302.

7. An saltem, peccet, qui post sponsalia votum castitatis emittit? pag. 303.

8. An sponsalia dissoluantur per votum subsequens, suscipiendi Ordines Sacros? pag. 303.

9. An saltem peccet, qui post sponsalia, votum suscipiendi Sacros Ordines emittit? pag. 303.

10. An saltem peccet qui post sponsalia Ordines Sacros suscipit? pag. 304.

11. An dirimantur sponsalia, voto Religionis subsequenti? pag. 304.

12. An, qui, contractis sponsalibus, castitatẽ vouit, sed postea voti dispensationẽ obtinuit, teneatur stare sponsalibus contractis? pag. 304.

13. An spõsalia dissoluantur, proposito permanendi in statu cælibatus; aut quod idem est, proposito obseruandi continentiam in sæculo sine vllo voto? 304.

14. An sponsalia dissoluantur per matrimoniũ cũ alia valide contractũ pag. 304.

15. An etiã, ipsemet, qui contraxit sponsalia cũ vna, & cũ alia valide matrimonium celebrauit maneat liber à primis sponsalibus contractis? pag. 305.

16. An priora spõsalia dissoluantur per posteriora, casu, quo hæc sint iuramento firmata? pag. 305.

17. An, si in præcedenti casu, priora sponsalia, ex causa aliqua cessent, seruanda sint secunda sponsalia? pag. 305.

18. An priora spõsalia dissoluantur per posteriora, copula subsequuta cũ posteriori sponsã sub spe matrimonij? pag. 305.

19. An sponsalia puberũ, solũ mutuo eorũ consensu, licite ad minus dissolui possint? pag. 306.

20. An etiã dicta spõsalia possint mutuo cõsensu dissolui; casu quo firmata fint iuramẽto præstito in fauorẽ partis? 306.

21. An itẽ dissolui mutuo consensu possint, casu, quo spõsalia sint firmata, iuramẽto principaliter præstito in honorẽ Dei? pag. 306.

22. An si quis iuret, se aliquã fœminã pauperẽ indeterminate, ducturũ, necessario teneatur aliquã pauperẽ ducere? 306.

23. An ex hypotesi saltẽ, quod prædictus vones, aliquã fœminã ducturus sit, teneatur ducere pauperẽ fœminã, quã ducere, licet indeterminate, vouit, seu iurauit? 307.

24. An sponsalia impuberum, possint etiam, mutuo eorum consensu, ante adeptam pubertatem, dissolui? pag. 307.

25. An si duo impuberes sponsalia cõtrahãt, possit quilibet eorũ, qui prius pubes factus est, statim resilire, non expectata alterius pubertate? pag. 307.

26. An, in dicto casu, qui pubes factus est, possit quandocumque voluerit, ab sponsalibus resilire? pag. 307.

27. An spõsalia impuberũ, iuramẽto firmata, ita firmẽtur, vt neutri liceat, adhuc pubertate adepta, resilire? pag. 308.

28. An si pubes contrahat cum impubere puella sponsalia, possit ab his, saltem de consensu illius resilire? pag. 308.

29. An sponsalia dissoluantur, elapso termino, & tempore eis præfixo? pag. 308.

30. An dissoluantur sponsalia, ex parte derelicti, ob absentiam alterius sponsi, inscio altero. pag. 309.

31. An dissoluantur sponsalia, saltem iurata, si alter ex sponsis, sponte fornicationem commiserit, pag. 309.

33. An

32. An diſſoluantur ſponſalia, ex parte viri; quando ſponſa per vim omnino cognita fuit? pag. 309.
33. An etiam diſſoluantur ex parte fœminæ, quando vir per vim fornicationem patitur? pag. 309.
34. An ſi vterque ſponſus, poſt ſponſalia fornicetur, nulli eorum liceat ab ſponſalibus reſilire? pag. 310.
35. An ſponſus reſilire poſsit ab ſponſalibus, quando ſponſa permittit ſe ab alio impudice tangi? pag. 310.
36. An etiam ſponſa poſsit reſilire ab ſponſalibus quando ſponſus ſimiles actus efficeret, aut pateretur ab alia? pag. 310.
37. An ſponſalia per fornicationē ſpiritualē nempe per hæreſim, aut apoſtaſiam diſſoluantur. pag. 310.
38. An diſſoluantur ſponſalia ex ſuperueniēti impedimento affinitatis, vel cognationis legalis? pag. 310.
39. An is, cuius culpa contractum fuit impedimentum, teneatur eius diſpenſationem procurare, inocente id exigente? pag. 310.
40. An ſi ſponſa, tempore ſponſalium, eſſet pulcherrima, diſſoluerentur ſponſalia, illa notabiliter diſformis effecta. pag. 311.
41. An diſſoluantur ſponſalia, propter morbum contagioſum, paralyſim, lepram, morbum Gallicum, & huiuſmodi, alteri ſponſo ſuperuenientia? pag. 311.
42. An diſſoluantur ſponſalia, propter amiſſionem vnius oculi alteri ſponſo ſuperuenientem? pag. 311.
43. An diſſoluantur ſponſalia, propter notabilem morum aſperitatem; ſeu ſæuitiam alterius, denuo cognitā; vel propter capitales inimicitias, inter ſponſos ortas? pag. 312.
44. An diſſoluantur ſponſalia, quando ob paupertatem ſuperuenientem, ſponſæ, nequit ipſa dotem promiſſam implere? pag. 312.
45. An etiam diſſoluantur ſponſalia; ob paupertatem ſuperuenientem ſponſæ, caſu, quo nulla fuerit facta promiſsio dotis? pag. 312.
46. An diſſoluantur ſponſalia; caſu, quo vterque ſponſus, pauper poſt ſponſalia fiat? pag. 312.
47. An ſponſalia diſſoluantur, quando alter ſponſus notabiliter ditior fit, altero in eodem ſtatu permanente. pag. 313.
48. An iurans, ſe aliquam ducturum nulla dotis promiſsione præmiſſa, teneatur ipſam ducere, ſi cum ipſa diues ſit, nullam ei dotem aſsignare velit? pag 313.
49. An cauſæ ſufficientes ad diſſoluenda ſponſalia, dum poſt ipſa accidunt, ſint etiam ſufficientes ad id, ſi ſponſalibus præcedant, dum modo fuerint probabiliter ignoratæ? pag. 313.
50. An ſponſus teneatur ſtare ſponſalibus, celebratis cum ea, quæ putabatur virgo, & poſtea cognoſcitur eſſe ab alio defloratæ? pag. 313.
51. An ſponſus, qui nouerat ſponſam viduā, ſeu corruptam eſſe; poſsit ob fornicationem præcedentem ſibi incognitam ab ſponſalibus reſilire? pag. 314.
52. An etiam ſponſa, ob fornicationem ipſō ſi præcedentem ignoratam, poſsit ſimiliter ab ſponſalibus reſilire? pag 314.
53. An ſi quis eo animo contraxit ſponſalia, vt re vera contraheret, etiam ſi ſciret prædictos defectus; poſsit poſtea ſponſalia diſſoluere? pag. 314.
54. An, ſi poſt cognitionem defectus inſufficientis ad diſſolutionem ſponſalium, ſponſi ſe mutuo cognoſcant, poſsint poſtea reſilire? pag. 314.
55. An laborans occulto aliquo defectu, alteri non pernicioſo, teneatur alteri parti volenti ſecum ſponſalia contrahere aperire talem defectum? pag. 314.
56. An ſaltem, caſu, quo defectus occultus, quo contrahens laborat, ſit alteri grauiter pernicioſus; vt morbus Gallicus, vel lepra, teneatur talem defectum illi manifeſtare? pag. 315.
57. An ſponſa, quæ defectum aliquem, ex præaſsignatis, patitur, poſsit alterum ſponſum, ignarum illius defectus, ad matrimonium contrahendum cogere? pag. 315.
58. An poſsit reſilire ab ſponſalibus, qui dubitat, an tempore ſponſalium, ita eo animo eſſet affectus, vt haberet voluntatem contrahendi, etiam ſi præſciſſet tales defectus? pag. 316.
59. An quando adeſt ſufficiens cauſa ad diſſolutionem ſponſalium, neceſſaria ſit iudicis authoritas ad ea diſſoluenda? pag. 316.
60. An quando ex aliqua ſufficienti cauſa diſſoluuntur ſponſalia, iuramento firmata, ſit neceſſarium petere relaxationem iuramenti? pag 316.
61. An quando ſponſus cauſam diſſolutionis ſponſalium probare non poteſt, niſi

nisi detegendo vitium sponsæ possit illud in iudicio detegere? pag. 316.
62. An iudex, cuius authoritate sunt dissoluenda sponsalia, debeat esse Ordinarius, vel delegatus. pag. 316.

DISPVTATIO III.

De Essentia, & Quidditate Matrimonij.

Quæst. 1. Quot vocibus, seu nominibus Matrimonium vocari solet? pag. 317.
2. Qua ratione, matrimonium, vt est contractus naturalis, seu, vt est officium naturæ, definiatur? pag. 317.
3. An Matrimonium, vt est contractus naturalis, solo naturæ iure sit institutum? pag. 317.
4. An extiterit præceptum de contrahendo matrimonium, & quale illud fuerit? pag. 317.
5. An, nunc etiam extet huiusmodi de contrahendo matrimonio præceptum? pag. 318.
6. An peculiari lege teneantur aliqui homines matrimonium contrahere? 318.
7. An deficientibus hominibus, demptis Religiosis, tenerentur isti matrimonium contrahere? pag. 318.
8. An matrimonium in lege naturæ, & veteri fuerit Sacramentum? pag. 319.

DISPVTATIO IV.

De Quidditate, & Institutione Matrimonij, vt Sacramentum est.

Quæst. 1. Quomodo Matrimonium, vt Sacramentum est, definiatur? pag. 319.
2. An Matrimonium fidelium in lege noua, sit verè, & propriè Sacramentum? pag. 319.
3. An matrimonium institutũ fuerit à Christo Sacramentũ illis verbis: *Quos Deus coniunxit homo non separet Matth.* 19. pag. 320.
4. An, matrimonium infidelium sit Sacramentum? pag. 320.
5. An saltim matrimonium fidelis cum infideli contractum ex Pontificis dispensatione, sit ex aliqua parte Sacramentũ? pag. 320.
6. An matrimonium infidelium, casu, quo vterque baptizetur, fiat Sacramentum? pag. 320.
7. An inter fideles possit valide celebrari matrimonium, quod non sit Sacramentum? pag. 321.
8. An in Sacramento matrimonij conferatur tanta gratia sanctificans, quanta cõfertur in alijs? pag. 322.
9. Quænam sit materia, & forma Sacramenti matrimonij? pag. 322.
10. An contrahentes sint ministri conficientes Sacramentũ matrimonij? pag. 323.
11. An contrahentes in mortali, duo mortalia committant, alterum suscipiendo, & alterum, administrando Sacramentum? pag. 323.
12. An Sacerdos assistens in mortali matrimonio, peccet mortaliter? pag 323.
13. An valide possit celebrari matrimoniũ inter absentes, per Procuratorem 324.
14. An etiam valide possit celebrari matrimonium inter absentes, per Epistolas? pag. 324.
15. An matrimonium, sic inter absentes celebratum, valeat etiam, in ratione Sacramenti? pag. 324.
16. Quot conditiones requirantur, ad hoc, vt Procurator, nomine absentis, validum matrimonium ineat? pag 325.
17. An, vt matrimonium contractum per Procuratorem valeat, necesse sit dari ei potestatẽ, seu commissionẽ coram Parrocho, & testibus? pag. 325.
18. An valeat matrimoniũ initum per Procuratorem excedentem fines mandati, seu commissionis? pag. 325.
19. An in matrimonio inter absentes inito, Ministri sint ipsi contrahentes, & eorũ verba, forma? pag. 325.
20. An Procurator existens in mortali, peccet mortaliter, contrahendo matrimonium nomine alterius. pag. 326.
21. An, qui mandatum dedit, debeat esse in gratia, eo tempore, quo credit, matrimonium celebrandũ à Procuratore? 326.
22. An Procurator vtriusque coniugis, debeant necessario esse diuersi sexus? pag. 326.
23. An contrahens per Procuratorem, possint postea per se ipsos contrahere? pag. 326.

DISPVTATIO V.

De Indissolubilitate Matrimonij.

Quæst. 1. An Matrimonium sit indissolubile? pag. 327.
2. An Matrimonium, tam ratum, quam con-

ſummatum, ſit ex iure naturali indiſſolubile? pag. 327.

3. An licite, & valide diſſoluebatur matrimonium in lege veteri per libelum repudij? pag. 327.

4. An quacumque de cauſa licuerit lucæis vxorem dimittere? pag. 328.

5. An in lege Euangelica, etiam diſſolui poſſit matrimonium conſummatum? 328.

6. An Pontifex poſsit diſſoluere matrimonium conſummatum infidelium, poſtquam vterque ad fidem conuerſus eſt? pag 328.

7. An matrimonium fidelium ratum, & non conſummatum, diſſolui poſsit authoritate Pontificis? pag. 328.

8. An Papa, ſolum poſsit diſpenſare in matrimonio rato, cauſa Religionis ingreſſus? pag. 329.

9. An matrimonium ratum, non conſummatum; per profeſsionem Religionis, alterius coniugis diſſoluatur? pag. 329.

10. An matrimonium ratum diſſoluatur etiã quando vterque coniux communi conſenſu Religionem profitetur? 330.

11. Quo iure diſſoluat, profeſsio matrimonium ratum, non conſummatum? pag. 330.

12. An etiam matrimonium conſummatum, Religionis profeſsione diſſoluatur, aut authoritate Pontificis diſſolui poſsit? pag. 330.

13. An matrimonium ratum diſſoluatur, per tria vota ſimplicia, emiſſa poſt biennũ, in Societate Ieſu, ab eius Scholaſticis, & coadiutoribus, etiam formatis? pag. 331.

14. An matrimonium ratum diſſoluatur, per profeſsionem Ordinis Melitenſis, ſiue Sancti Ioannis? pag. 331.

15. An etiam diſſoluatur, per profeſsionem militum Calatrauæ, Alcantaræ, & Sancti Iacobi? pag. 331.

16. An matrimonium ratum diſſoluatur, per vota Mantellatarum (*Hiſpane, Beatas, à Terceras*) quæ collegialiter viuunt? pag. 331.

17. An etiam dictum matrimonium diſſoluatur, per vota Mantellatarum, Sancti Auguſtini, S. Dominici, & Sancti Franciſci, non viuentium collegialiter, ſed in proprijs domibus? pag. 332.

18. An matrimonium ratum diſſoluatur per Ordinem Sacrum, aut Epiſcopatum? pag. 332.

19. Quantum temporis concedatur coniugibus, ad ingrediendum Religionem, ante conſummationem matrimonij? pag. 332.

20. An iſtud duorum menſium ſpacium aſsignetur à iure, vt ſponſus Religionem ingrediens, teneatur, intra illud bimeſtre profiteri? pag. 332.

21. An ſi ſponſa duodennis tranſeat ad Religionem, teneatur ſponſus expectare vſque ad decimum ſextum annum ſpõſæ. donec tunc profiteatur? pag. 332.

22. An hoc tempus bimeſtre computari debeat à die benedictionis ſolemnis? pag. 333.

23. An hoc bimeſtre ad deliberandum de Religionis ingreſſu, conceſſum, continern debeat, ad minus ſexaginta dies? pag. 333.

24. An iſtud bimeſtre, iure conceſſum, poſsit per Iudicem coarctari, & prorogari? pag. 333.

25. An coniux, qui non intendit Religionẽ ingredi, teneatur intra bimeſtre reddere debitum alteri petenti? pag. 334.

26. An ſi tranſacto bimeſtri matrimonium conſummatum non ſit, liceat cui libet coniugi ad religionem tranſire, quantumcumque tempus ſit elapſum? pag. 334.

27. An qui ante matrimonium conſummatum Religionem ingreditur, & intra annum nouitiatus in fraudem coniugis varias mutat, poſsit compelli à Iudice, vt eligat Religionem, in qua, vel tranſacto probationis anno, profiteatur, vel ad coniugem redeat? pag. 334.

28. An ad conſummandum matrimonium, ita vt non ſit locus tranſeundi ad Religionem, ſufficiat penetratio vaſis, abſq; ſeminis receptione? pag. 334.

29. An vt cenſeatur matrimonium conſummatum, requiratur vt etiam fœmina ſeminet? pag. 335.

30. An etiam ſufficiat, vt matrimonium dicatur conſummatum, quod ſemen virile, ſiue arte à liqua, ſiue ope dæmonis in vas ſponſæ recipiatur, abſque copula, aut vaſis fœminei penetratione? 335.

31. An copula habita ante matrimonium, ſit ſufficiens ad hoc, vt matrimonium ſubſequutum dicatur conſummatum? pag. 335.

32. An copula per vim, intra bimeſtre extorta, ſit ſufficiens, vt matrimonium dicatur conſummatum, & ſit prorſus indiſſolubilis? pag. 236.

33. An saltem, liceat prædictæ sponsæ vim passæ, ad Religionem transire? 336.
34. An peccet mortaliter sponsus, qui intra bimestre, vi, vel timore graui, extorquet copulam à sponsa de præsenti? pag. 336.
35. An, sponsa, vi oppressa ab sponso, intra bimestre, possit incontinenti, semen in se iam receptum expellere? pag. 336.
36. An, si sponsi iurent, se matrimonium nõ consumasse, sit illis in foro externo adhibenda fides? pag. 337.

DISPVTATIO VI.

De Causa efficienti ipsius matrimonij, quæ est consensus.

Quæst. 1. An, mutuus contrahentium consensus sit necessarius ad matrimonium? pag. 337.
2. An, humana aliqua potestate, possit fieri matrimonium sine consensu partium? pag. 337.
3. An saltem possit Deus, de potentia sua absoluta, facere vinculũ matrimonij inter virum, & fœminam, sine eorum cõsensu? pag. 337.
4. An vt matrimoninm sit validum, etiam requiratur consensus Parentum, quando contrahentes sunt filij familias? 338.
5. An saltem peccent mortaliter filij, qui, absque consensu Patris nubunt? 338.
6. An filij teneantur contrahere matrimonium, quod ipsorum nomine, promisserunt Parentes, aut inire iubent pag. 338.
7. An peccent mortaliter filij, qui, inuitis Parentibus matrimonium contrahunt? pag. 339.
8. An Parentes possint exhæredare filios, aut eis dotem denegare, quando, ipsis inuitis, matrimonium contrahunt? pag. 339.
9. An possint absolui Parentes, qui in præfatu casu, exhæredant filias, contra ipsorum voluntatem nubentes? pag. 339.
10. An consensus ad essentiam veri matrimonij requisitus, debeat ferri explicite in carnalem copulam? pag. 340.
11. An saltem ad essentiam veri matrimonij requiratur consensus implicitus, & virtualis in copulam, ex parte contrahẽtium? pag. 340.
12. An, vt matrimonium sit validum, necessarium sit, vt contrahentes tria bona matrimonij intendant, nempe bonum prolis, bonum fidei, seu communionis, & bonum Sacramenti pag. 340.
13. An saltem, consensus ad valorem matrimonij requisitus, debeat ferri, ad minus implicite, in perpetuitatem traditionis corporum? pag. 340.
14. An, qui animo impediendi generationẽ prolis, aut non seruandi fidem, contraheret matrimonium, valide contraheret? pag. 341.
15. An sit peccatum contrahere matrimonium, ex fine vitandi fornicationem? pag. 341.
16. An sit peccatum, contrahere matrimonium, solius voluptatis gratia? 341.
17. An sit peccatum, matrimonium contrahere, ob pulchritudinem, & diuitias? pag. 341.
18. An, qui ficto consensu, matrimonium contraxit, teneatur cum eadem sponsa, denuo, vero consensu contrahere? 342.
19. An ad valorem matrimonij sufficiat cõsensus internus? pag. 342.
20. An signa externa, expressiua consensus interni, sint de essentia ipsiusmet contractus matrimonij? pag. 342.
21. An prædicta signa expressiua consensus, necessario debeant esse verba? 342.
22. An peccet contrahens, qui loqui valens, non adhibet verba, sed signa, in celebratione matrimonij? pag. 343.
23. Quæ verba sunt sufficientia ad matrimonium contrahendum? pag. 343.
24. Quæ signa sunt sufficientia ad hoc, vt matrimonium valide contrahi censeatur? pag. 343.
25. An si viro exprimenti consensum matrimonij fœmina porrigat manum, sit sufficiens signum matrimonij? pag. 343.
26. An consensus contrahentium, necessario debeat simul, & absque temporis interuallo præstari? pag. 344.

DISPVTATIO VII.

De Consensu Clandestino.

Quæst. 1. Quid sit, Quibusque modis Clandestinum matrimonium dicatur? 344.
2. An matrimonium Clandestinum sit prohibitum? pag. 344.
3. An matrimoninm Clandestinum fuerit aliquando irritum, ante Concilium Tridentinum? pag. 344.
4. An matrimonium Clandestinum sit omnino

nino nullum, post Tridentinum? pag. 345.
5. An nõ solũ cõtra ius Ecclesiasticum, sed etiam contra ius naturale, peccet mortaliter, qui Clandestine contrahit. 345.
6. An matrimonium Clandestinum, possit esse validum, in casu aliquo, post Concilium Tridentinum? pag. 345.
7. An etiam in casu, quo, absque graui damno, nequit matrimonium omitti. Et Parochus haberi non potest, valide absq; eo, celebrari queat? pag. 345.
8. An in Oppidis, aut Pagis, vbi nequit haberi Parochus, nec de proximo speratur haberi, possit valide, sine ipso matrimonium contrahi? pag. 346.
9. An, qui inuincibiliter ignorãt dictam legem Tridentini valide contrahãt, sine Parocho, & testibus? pag. 46.
10. An incolæ loci, in quo non viget Tridentinum, possint valide matrimonium inire absque Parocho, & testibus in loco vbi Concilium viget? pag. 346.
11. An saltem incolæ loci in quo viget Tridentinum, valide possint contrahere sine Parocho, & testibus, alijs locis in quibus non viget? pag. 346.
12. An etiã valide cõtrahãt prædicti incolæ sim fraudem legis Tridentini, proficiscantur ad locum, vbi non viget, vt ibi; sine Parocho, & testibus contrahant? pag. 347.
13. An Captiui Christiani, inter infideles commorantes, possint valide contrahere, absque Parocho, & testibus? pag. 347.
14. An ad valorem matrimonij, requiratur præsentia Patochi vtriusque contrahẽtis, quando quilibet eorum, diuersum habet Parochum? pag. 347.
15. An etiam sufficiat, præsentia Parochi alterius contrahentis quando celebratur matrimonium, in Parochia alterius sibi non subditi? pag. 347.
16. An itẽ, sufficiat præsentia Parochi vnius, vel vtriusque contrahentis, quando celebratur matrimonium, extra vtriusque Parochiam, vel in aliena diœcesi? pag. 348.
17. An saltem, peccet mortaliter, Parochus assistens matrimonio, extra suam Parochiam? pag. 348.
18. An quando quis duplicem habet Parochiam habitans in vna, v.g. per hyemẽ; & in alia, per æstatem, possit corã hoc, vel illo Parocho, matrimonium inire? pag. 349.
19. An in dicto casu, possit contrahens coram alterutro, indifferenter, Parocho matrimonium contrahere? pag. 349.
20. An, si quis habens alicubi domicilium, migret alio (recreationis v.g. causa) breui rediturus, possit contrahere coram Parocho illius breuis habitationis, seu temporis? pag. 349.
21. An, casu, quo alter ex contrahentibus sit vagus, alter vero incola, requiratur præsentia Parochi incolæ? pag. 349.
22. An Parochus assistens matrimonio, debeat esse Sacerdos? pag. 350.
23. An Parochus non Sacerdos peccet assistens matrimonio? pag. 350.
24. An Parochus non Sacerdos possit concedere licentiam Sacerdoti assistendi matrimonio? pag. 350.
25. An Parochus excommunicatus, etiam non toleratus, & nominatim denuntiatus, suspensus, aut irregularis, possit valide assistere matrimonio? pag. 351.
26. An etiam, Parochus excommunicatus, nõ toleratus, possit dare licentiã alicui Sacerdoti, vt assistat matrimonio. 351.
27. An peccet mortaliter, aut venialiter saltem, Parochus excommunicatus assistens matrimonio, aut dans licentiam alteri assistendi? pag. 351.
28. An valeat matrimonium, cui assistit Parochus, cui interdictus est specialiter, vel generaliter, ne matrimonio assistat? pag. 351.
29. An matrimonium contractum, coram Parocho habenti titulum Parochi, à legitimo superiori collatum, non tamen validum, sit ratum? pag. 352.
30. An etiam sit validum matrimonium, cõtractum, coram Parocho putatiuo, absque vllo titulo collato à superiori legitimo? pag. 352.
31. An Parochus ad valorem matrimonij debeat proferre illa verba: *Ego vos cõiungo &c.* aut alia similia? pag. 352.
32. An saltem, peccet læthaliter Parochus, qui intellecto iam consensu contrahẽtium, omittat prædicta verba, iuxta cõsuetudinem Prouinciæ; pag. 352.
33. An Parochus teneatur sub mortali, interrogare contrahentes, de mutuo consensu, nempe, virum, an velit fœminam in vxorem, & fœminam, an velit virũ in maritum? pag. 353.
34. An Parochus teneatur sub peccato interrogare contrahentes, an aliquod impedimentum habeant? pag. 353.

35. An ad valorem matrimonij sufficiat præsentia physica Parochi? pag. 353.
36. An sufficiat ad valorē matrimonij, quod Parochus intelligat contrahentiū consensum, per interpretem? pag. 353.
37. An sufficiat ad valorē matrimonij, quod Parochus accedat animo attendendi, si tempore contractus, distrahatur mente? pag. 354.
38. An validum sit matrimonium, coram Parocho, & testibus, casu transeuntibus celebratum? pag. 354.
39. An validum sit matrimonium, quando testes, vel Parochus, dolo vocati, aut vi adducti, & contra eorum voluntatem, detenti, assistunt matrimonio, & intelligunt consensum? pag. 354.
40. An in præcedenti casu, valeat matrimonium, si Parochus assistens inutus, & attestans non intelligere, aures, & oculos occludens, nihil eorum, quæ agebantur, vidit? pag. 354.
41. An peccent mortaliter, qui contrahunt coram Parocho vi detento, vel dolo ad aliud vocato? pag. 355.
42. Quis præter Parochum, censeatur Ordinarius, vt iusta decretum Trident possit matrimonium assistere, & dare alteri licentiam assistendi? pag. 355.
43. Quot, & quales debeant esse testes ad valorem matrimonij requisiti? pag. 355.
44. An testes, ad matrimonium requisiti, debeant esse omni exceptione maiores? pag. 355.
45. An, ad valorem matrimonij, necessariū sit, præmitti denuntiationes? pag. 356.
46. An sit mortale, matrimonium sine dedenuntiationibus celebrare? pag. 356.
47. An etiam, sit mortale, vnam dumtaxat, ex tribus denuntiationibus, à Trident. requisitis omittere? pag. 357.
48. An, quando matrimonium contrahitur, inter duos diuersarum Parochiarum, sat sit, quod in vna earum, denuntiationes fiant? pag. 357.
49. An sufficiat fieri dictas denuntiationes in Parochia, in qua breui tempore, sponsi commorantur? pag. 357.
50. An denuntiationes possint fieri, extra Ecclesiam, in loco, vbi magna populi pars conuenire solet? pag. 357.
51. An denunciationes debeant necessario fieri diebus festiuis? pag. 358.
52. An etiam necessario debeant fieri, tribus diebus festiuis interruptis? pag. 358.
53. An peccet mortaliter Parochus, si non efficiat denuntiationes, tribus diebus continuis, sed interpolatis? pag. 358.
54. An denuntiationes debeant fieri à proprio Parocho? pag. 358.
55. An debeant repeti denuntiationes, si multo tempore, post illas matrimonium contrahatur? pag. 359.
56. An Episcopus possit dispensare, vt tres denuntiationes postponantur, aut omnino omittantur? pag. 359.
57. An etiam Vicarius Generalis Episcopi, possit ex vi sui officij, & absque speciali delegatione, dispensare in denuntiationibus matrimonij? pag. 359.
58. An saltem, possit Episcopus delegare facultatem dispensandi in denuntiationibus, Vicario Generali? pag. 360.
59. An, habētes iurisdictionem quasi Episcopalem, vt Abbates, nullis Diœcesanis subditi, possint dispēsare in denuntiationibus? pag. 260.
60. An, quando contrahentes sunt ex diuersis Diœcesibus, & Ordinarius vnius remittit denuntiationes in sua Diœcesi consequenter dispenset, ne fiant in alia Diœcesi? pag. 360.
61. An ob solam causam malicioſi impedimenti, possit Ordinarius in denuntiationibus, dispensare? pag. 360.
62. An sit iusta causa dispensandi in denuntiationibus, quod cōtrahentes sint magnates? pag. 361.
63. An sit iusta causa dispensandi, inæqualitas conditionis, aut nimiæ ætatis contrahentium? pag. 361.
64. An sit iusta dispensandi causa, infamia contrahentium, aut scandalum? pag. 361.
65. An vt Ordinarius licitè dispenset in denuntiationibus, teneatur informari de veritate causæ dispensandæ per informationem iudicialem? pag. 361.
66. An existenti causa iusta dispensandi in denuntiationibus, teneatur Ordinarius dispensare? pag. 362.
67. An possit Parocus in denuntiationibus matrimonij, in aliquo casu, dispensare? pag. 362.
68. An liceat aliquando contrahere matrimonium, omissis denuntiationibus, nec petita dispensatione? pag. 362.
69. An, sit peccatum mortale consummare matrimonium, ante denuntiationes; quando hæc omittuntur, vt post contractum matrimonium fiant? pag. 363.

70. An in prædicto casu, toties peccent mortaliter contrahentes, quoties habent copulam, antequam denuntiationes præmittantur? pag. 363.
71. An, si coniuges contracto matrimonio, nolint illud consummare, peccent mortaliter, omittendo denuntiationes 363
72. An sit mortale consummare matrimonium, antequam recipiantur benedictiones Ecclesiæ, vulgo *velationes*? 363
73. An saltem, sit veniale consummare ante benedictiones? pag. 364.
74. An adminus, sit mortale, consummare ante benedictionẽ; si lata sit excõmunicatio, contra consummates, non præmissis benedictionibus? pag. 364.
75. An omnino omittere benedictiones nuptiales, sit mortale? pag. 364.
76. An dictæ benedictiones nuptiales, celebrari possint in die Sabbati, ante aduentum? pag. 364.
77. An ipsemet matrimonij contractus, sit etiam prohibitus celebrari ab Aduentu, vsque in diẽ Epiphaniæ; & à feria quarta Cinerum vsque in octauã Paschatis inclusiue? pag. 365.
78. An sit mortale, prædicto tempore prohibito, recipere benedictiones nuptiales, ideſt, *velationes*. pag. 365.
79. An Episcopus possit dispensare, vt adhibeatur benedictio nuptialis dicto tempore prohibito? dag. 365.
80. An, etiam inter dicta sit à Tridentino, traductio sponsæ in domum sponsi? 365.
81. An sit mortale, dictis diebus prohibitis, traducere solemniter sponsam, conuiuia magna facere, &c? pag. 366.
82. An sit peccatum, tempore feriarum, matrimonium consummare? pag. 336.
83. An contrahentes teneantur, ex vi denuntiationum manifestare impedimentum dirimens? pag. 366.
84. An, qui impedimẽtum nouit ex solo auditu, teneatur illud manifestare? 366.
85. An, qui occulte nouit impedimentum aliquod, teneatur illud manifestare, si probabiliter timeat aliquod graue malum, aut scandalum, ex denuntiatione? pag. 366.
86. An, quando impedimentum est publicum, teneatur manifestare, qui illud in occulto scit, si probare ipsum possit? pag. 367.
87. An, etiam, teneatur manifestare impedimentum ille, cui patefactum est subsecreto naturali? pag. 367.
88. An, quando vnus tantum scit impedimẽtum quod ex consequenti probare non potest, teneatur illud denuntiare? 367.
89. An Parochus, qui extra confessionem scit impedimentum occultum, si ipse solus sciat, teneatur assistere matrimonio petentium: an verò, detegere impedimentum Ordinario? pag. 367.
90. An saltem Ordinarius ipse, qui solus nouit impedimentum, teneatur publice petentibus, matrimonium non denegare? pag. 367.
91. An Matrimonium celebratum coram Parocho, & testibus, omissis tamen illicite denuntiationibus, subijciatur pœnis clandestini? pag. 368.
92. Quæ sunt pœnæ impositæ, tam contrahentibus, quam assistentibus matrimonio clandestino? pag. 368.

DISPVTATIO VIII.

Dé Consensu conditionato.

Quæst. 1. Quid, & quotuplex sit conditio? pag. 368.
2. An conditiones de præsenti, vel præterito, statim obligent, aut infirment obligationem? pag. 368.
3. An validum sit matrimonium contractum sub conditione necessario euentura, vt *contraho tecum si cras sol oriatur*? pag. 368.
4. An Matrimonium contractum sub hac cõditione; *Contraho tecum, si Antichristus nascatur*, sit statim validum? pag. 369.
5. An Matrimonium hac conditione contractum; *contraho tecum, si Deus voluerit*, efficiat matrimonium statim validum? pag. 369.
6. An validum sit matrimonium celebratum sub cõditione impossibili, v.g. *contraho tecum, si cœlum digito tetigeris*? p. 369.
7. An validum sit matrimonium celebratum sub conditione turpi, que non est contra substantiam matrimonij: *Vt contraho tecum, si furtum commitas*? pag. 369.
8. An An etiam, sit validum matrimonium contractum sub aliqua conditione turpi, quæ sit contra substantiam matrimonij? pag. 370.
9. An Matrimonium celebratum sub conditione honesta de præsenti, vel de præterito sit validum? pag. 370.

10. An conditio de futuro, veluti, *contrahe tecum, si pater tuus voluerit*, suspendat matrimonium? pag. 370.
11. An, quando matrimonium, aut sponsalia sunt contracta sub conditione dicta, *si pater velit, aut consentiat*, & ille nec dicat se consentire, aut dissentire, censeatur conditio stare adimpleta, ratione taciturnitatis? pag. 370.
12. An in dictis casibus, adueniente conditione, quæ matrimonium, aut consensum in illud, suspenderat, fiat statim validum matrimonium, sine nouo contrahentium consensu? pag. 370.
13. An, qui per verba de præsenti contraxit matrimonium cum duabus, sub conditione de futuro, fiat statim maritus eius, cuius conditio prius adimpletur? 371.
14. An matrimonium celebratum, cum conditione, *si Papa dispensauerit*, inter duos impeditos, eo impedimento, in quo solet Papa dispensare, sit validum, & obliget? pag. 371.

DISPVTATIO IX.

De Impedimentis matrimonij in communi.

Quæst. 1. An Ecclesia, vel Pontifex, possit statuere impedimenta matrimonium dirimentia? pag. 372.
2. An possit Pontifex etiam infidelibus impedimenta matrimonij statuere? pag. 372.
3. An saltem possit Pontifex infidelibus inhabitantibus in oppidis temporali suæ iurisdictioni subiectis impedimenta statuere? pag. 372.
4. An, vt Pontifex, non solum licitè, sed validè, impedimentum aliquod decernat, desideretur iusta causa? pag. 372.
5. An etiam Episcopus, & Concilia Nationalia, & Prouincialia, possint ex iure, inducere impedimenta? pag. 372.
6. An hodie de facto, possint Episcopi impedimenta matrimonij apponere? 373.
7. An Princeps sæcularis fidelis, possit ex vi suæ potestatis fidelibus sibi subditis, matrimonij impedimenta apponere? pag. 373.
8. An saltem Princeps infidelis possit suis subditis impedimenta dirimentia apponere? pag. 373.
9. An sola consuetudine introduci possit impedimentum dirimens? pag. 373.
10. Quot sunt impedimenta matrimonij? 374

DISPVTATIO X.

De Impedimentis dirimentibus in particulari, & primo de impedimento Erroris.

Quæst 1. An error antecedens actum matrimonij, circa personam, cum qua contrahitur, dirimat, reddatque nullum matrimonium? pag. 374.
2. An etiam error personæ concomitans irritet matrimonium? pag. 374.
3. An error personæ dirimat, iure naturali, matrimonium? pag. 375.
4. An error antecedens, circa qualitatem corporis, & fortunæ personæ, cum qua cõtrahitur, dirimat matrimonium? 375.

DISPVTATIO XI.

De Impedimento Conditionis, seu seruitutis.

Quæst. 1. An error conditionis seruilis personæ cum qua contrahitur dirimat matrimonium? pag. 376.
2. An Matrimonium contractum cum seruo, cui pro tempore determinato fuit concessa libertas, sit validum? pag. 376.
3. An valeat matrimonium liberi cum ancilla, quæ paulo post, veluti infra sex menses, potietur libertate? pag. 376.
4. An sit validum matrimonium liberi cum libertina, ideſt, cum ea, quæ modo est libera, & paulo ante fuit ancilla; ignorante libero conditionem seruitutis præteritæ, pag. 377.
5. An sit validum matrimonium liberi cum ancilla initum; si error, aut ignorantia seruilis conditionis, fuerit crassissima, aut affectata? pag. 377.
6. An valide contrahat matrimonium liber cum libera, si ille credat hanc esse ancillam? pag. 377.
7. An etiam valide contrahat seruus cum ancilla, si ille putet, hanc esse liberam? pag. 377.
8. An coniux liber, qui ignoranter cum mancipio contraxit, possit detecta seruitute, ab eo, propria authoritate, separari? pag. 378.
9. An ignorantia seruitutis dirimat matrimonium, iure naturali? pag. 378.
10. An matrimonium inter seruos initum, aut inter liberum, & ancillam, cognita seruitute, sit validum? pag. 378.

11. An liber, qui absque vrgente causa ancillam scienter ducit, peccet & fiat irregularis? pag. 378.
12. An seruus, qui cum libera, ignorante eius seruitutem, contrahit, peccet mortaliter? pag. 379.
13. An serui possint, inuitis Dominis, valide matrimonium inire? pag. 379.
14. An, non solum valide, sed etiam licitè, possint serui, inuitis Dominis, matrimonium inire? pag. 379.
15. An peccent mortaliter Domini, qui seruorum coniugia, vel matrimoniale eorum consortium impediunt? 379.
16. An etiam peccent mortaliter Domini, qui vendunt seruos coniugatos in partes ita remotas, vt impediatur vsus matrimonij? pag. 379.
17. An seruus coniugatus teneatur potius satisfacere Domino, cæteris paribus, quam vxori? pag. 380.
18. An mancipium contrahens cum Domino, aut Domina, statim consequatur, omni iure, libertatem? pag. 380.
19. An seruus, etiam fiat liber eo ipso, quod Dominus illum in matrimoniũ tradat libero coniugi seruitutis ignaro? 380.
20. An item serus fiat liber, quando Domino sciente, & seruitutẽ tacente, contraxit cum libero seruitutis ignaro? 381.
21. An, in his casibus, in quibus ratione matrimonij seruus fit liber, matrimonium contractum sit validum? pag. 381.

DISPVTATIO XII.

De Impedimento voti solemnis.

Quæst. 1. An votum solemne castitatis, in professione emissum, dirimat matrimonium, post illud initum? pag. 381.
2. An eiusmodi votum solemne dirimat matrimonium, solo iure humano Ecclesiastico? pag. 382.

DISPVTATIO XIII.

De Impedimento cognationis.

Quæst. 1. Quotuplex est cognatio, quæ matrimonium dirimit? pag. 282.

§. I. *De Cognatione carnali, seu consanguinea.*

2. Quot sunt consanguinitatis lineæ? 382.
3. Qua ratione numerandi sunt gradus consanguinitatis, in ordine ad matrimonium dirimendum? pag. 383.
4. An consanguinitas in primo gradu lineæ rectæ dirimat matrimonium, iure naturali? pag. 383.
5. An dicta consanguinitas, in primo gradu, dirimat matrimonium, etiam in casu extremę necessitatis? pag. 383.
6. An etiam in omnibus alijs gradibus rectæ lineæ, præter primum, dirimat consanguinitas matrimonium, iure naturali? pag. 384.
7. An prohibitio matrimonij in recta linea, ad aliquos alios gradus, præter primum, extendatur? pag. 384.
8. An matrimonium initium cum consanguineo in aliquo gradu, vltra primum, lineæ transuersalis, sit irritum iure naturæ? pag. 385.
9. An saltem, matrimonium contractum in primo gradu lineæ transuersalis, nempe, inter duos fratres, sit irritum iure naturali? pag. 385.
10. An consanguinitas dirimat iure Ecclesiastico matrimonium vsque ad quartũ gradum, & non vlterius? pag. 385.

§. II. *De cognatione spirituali.*

Quæst. 11. Quid sit cognatio spiritualis? pag. 386.
12. An cognatio spiritualis dirimat matrimonium, solo iure Ecclesiastico? pag. 386.
13. An huiusmodi cognatio matrimoniũ impediens, solum ex Sacramentis Baptismi, & Confirmationis nascatur? pag. 386
14. An saltem, ex Sacramento Pœnitentiæ nascatur cognatio quædam spiritualis inter confessarium, & fœminam pœnitentem, quæ licet non inducat effectum impeditiuum matrimonij, inducat peccatũ incestus, ratione cuius accessus carnalis ad filiam confessionis, sit necessario confitenda? pag. 386.
15. Inter quas personas contrahatur hoc cognationis impedimentum? pag. 387.
16. An infidelis baptizans filium fidelis contrahat cognationem cum baptizato, ac eius parentibus? pag. 387.
17. An fidelis baptizans filium infidelis, contrahat cognationem cum patre infideli, quamuis hic, eam cum baptizante non contrahat? pag. 387.

18. An saltém, si fidelis baptizet filium infidelis, v.g. Mariæ non baptizatæ, si postea hæc baptizetur, dicta cognatio cõualescat? pag. 387.

§. III. De Cognatione Legali.

19. Quid sit Cognatio Legalis? pag. 388.
20. Qui. sit Adoptio? pag. 388.
21. Qu tup. ex sit Adoptio? pag. 388.
22. An adoptio dirimat matrimoniũ. 388.
23. An vtraque Adoptio, tam perfecta, quã imperfecta, dirimat matrimonium? pag. 388.
24. Quot sint species cognationis Legalis? pag. 389.
25. An Legalis cognatio dirimat, secundum omnes has tres species, matrimonium? pag. 389.
26. An duo, ab eodem adoptante, adoptati (v.g. Petrus, & Maria) possint inter se, validè matrimonium inire? pag. 389.
27. An Adoptatus possit matrimonium inire cum filia naturali adoptantis, si sit illegitima? pag. 390.
28. An cognitio legalis in recta linea descendentium, extendatur, & solum vsq; ad quartum gradum? pag. 390.

DISPVTATIO XIV.

De Impedimento Criminis.

Quæst. 1. Quot sunt crimina, quæ matrimonium dirimunt? pag. 391.
2. An homicidium coniugis factum ab altero coniuge, non animo contrahendi matrimonium cum altero, sed ex odio, aut, vt liberius veneri inseruiat, dirimat matrimonium subsequens? pag. 391.
3. An hoc impedimentum, solum incurratur à viro occidente vxorem? pag. 391.
4. An ad incurrendum hoc impedimentum, sufficiat sola occisio coniugis, animo contrahendi cum alio matrimonium? pag. 392.
5. An ad contrahendum hoc impedimentum, necessum sit, vt mors coniugis cum effectu sequatur? pag. 392.
6. An ad incurrendum hoc impedimentum, sufficiat rati habitio mortis coniugis, simul cum adulterio. 392.
7. An occidens propriam vxorem, intentione contrahendi cum adultera, possit valide, si non cum illa, cum alia contrahere? pag. 392.
8. An vt adulterium dirimat matrimonium; sit necessariũ quod cum illo cõiungatur promissio contrahendi cum adultero, post mortem coniugis? pag. 393.
9. An, ad incurrendum hoc impedimentum sufficiat conatus ad copulam adulterinam, cum promissione futuri matrimonij? pag. 393.
10. An, vt adulterium, sub fide futuri matrimonij impediat matrimonium, requiratur, vt vterque adulterans sciat copulam quam habet, esse adulterium, ideſt, sciat superstitem esse coniugẽ alterius 393.
11. An, Promissio matrimonij fictè facta, adulterio adiuncta, inducat impedimẽtum dirimens? pag 393.
12. An, vt promissio futuri matrimonij sit sufficiens ad hoc impedimentum inducendum, debeat esse iuramento firmata? pag. 394.
13. An, vt dicta promissio inducat hoc impedimentum, debeat esse mutua, & reciproca? pag. 394.
14. An, vt promissio futuri matrimonij sit impedimentum dirimens, sufficiat taciturnitas, eius, cui promittitur? pag 394.
15. An peccet mort. qui promittit de facto matrimonium, post obitum coniugis ineundum? pag. 395.
16. An, vt dicta promissio, adulterio iuncta, sit impedimentum dirimens, requiratur, vt durante eodem matrimonio, fiant promissio, & copula pag. 395.
17. An, adulteriũ, cum matrimonio de presenti cum ipso adultero contractum, viuente primo coniuge, sit impedimentum dirimens. pag. 395.

DISPVTATIO XV.

De Impedimento disparis Cultus.

Quæst. 1. An, Matrimonium inter disparẽs cultu nempe, inter baptizatum, & non baptizatum, sit nullum? pag. 395.
2. An, etiam sit nullum matrimonium inter catholicum, & ficte baptizatam? 396.
3. An matrimoniũ fidelis cum infideli sit vetitum, & illicitum, iure naturæ, diuino, & Ecclesiastico? pag. 396.
4. An, etiam, sit irritum dictum matrimoniũ fidelis cum infideli, iure diuino positiuo, & naturali? pag. 396.
5. An matrimonium fidelis cum hæretico, sit validum? pag 397.
6. An etiam sint valida sponsalia inita, inter Catholicum, & hæreticum? pag. 397.

7. An, non ſolum ſint valida, verum, & licita, matrimonia catholicorum cum hæreticis, in partibus, in quibus Catholici, cũ hęreticis permixti ſunt pag. 397.
8. An inter infideles verum detur matrimonium? pag. 397.
9. An Matrimonium infidelium diſſoluatur, ſola alterius ad fidem, per baptiſmum, conuerſione? pag. 398.
10. An Tempore primitiuæ Eccleſiæ, obligatus eſſet coniux ad fidem conuerſus, ad cohabitandum cum infideli, ſecluſo animæ periculo pag. 398.
11. An noſtris temporibus licitum ſit fideli, cum infideli coniuge nolente ad fidem conuerti, cohabitare. pag. 398.
12. An, ſi ſpes eſſet conuerſionis infidelis coniugis, ex conſortio fidelis, liceret ſaltem tunc fideli cohabitare. pag. 398.
13. An in dicto caſu, non ſolum liceat fideli habitare cum infideli, verumetiam ad id teneatur ex præcepto? pag. 399.
14. An, infideli renuente cohabitare; aut volente, cum contumelia tamen Creatoris; aut cum pertractione ad mortale, liceat fideli conuerſo, id matrimonium diſſoluere, & ad aliud tranſire? 399.
15. An, diſſoluatur Matrimonium in fidelium, in dictis tribus caſibus, iure, & priuilegio Pontificio? pag. 399.
16. An in dictis tribus caſibus, diſſoluatur matrimonium, eo ipſo, ac infidelis diſcedit; vel non vult cohabitare abſque iniuria Creatoris, vel ſine pertractione ad peccatum? pag. 400.
17. An, vt in prædictis euentibus, poſsit fidelis conuerſus matrimonium diſſoluere, & ad aliud tranſire, neceſſarium ſit, vt requiratur infidelis, & moneatur, an velit conuerti, vel cohabitare, ſine Dei cõtumelia, aut ſine pertractione ad peccatum. pag. 400.
18. An, quoties infidelis adeõ diſtat, vt commode requiri, aut moneri nequeat, opus ſit dicta monitione? pag. 401.
19. An, infidelis poſsit valide matrimonium contrahere, donec fidelis conuerſus, prius matrimonium contrahat? 401.
20. An, quando fidelis cõuerſus ad aliud matrimonium tranſit, poſsit infidelis, ſicut & validè, ita & licitè, matrimonium ini e. pag. 401.
21. An, liceat fideli conuerſo tranſire ad Religionem, vel Ordines ſuſcipere; aut votum ſimplex caſtitatis emittere; toties, quoties ei licet ad alias tranſire nuptias, propter fidelis obſtinationẽm? 402.
22. An, Fideli conuerſo liceat ad Religionẽ, vel Ordines tranſire, nulla adhuc infidelis monitione præmiſſa? pag. 402.
23. An, per profeſsionẽ fidelis in Religionẽ, diſſoluatur, non ſolum matrimoniũ ratum, verumetiam conſummatum? 402.
24. An, ſi alter fidelium coniugum labatur in hæreſim, vel tranſeat ad Gẽtilitatis errorem, ſtatim horum matrimonium dirimatur? pag. 402.

DISPVTATIO XVI.

De Impedimento vis, Metus, vel violentiæ.

Quæſt. 1 Quid ſit metus? pag. 403.
2. Quid ſit metus cadens in conſtantẽ virũ; quid & cadens in virũ in cõſtantẽ. 403.
3. Quæ conditiones ad metum grauem, ſeu cadentem in conſtantem virum, requirantur? pag. 403.
4. An metus viri conſtantis, ſufficiens ad annullandum matrimoniũ, debeat in omnibus, tam viris, quàm in fœminis, eſſe æqualis? pag. 404.
5. An metus viri conſtantis, neceſſario petat electionem minoris mali, ad vitandum maius? pag. 404.
6. An ſufficiat ad metũ grauẽ, vt malũ graue timeatur in filijs, marito, & vxore? 405.
7. An etiam ſufficiat ad metum grauẽ, vt graue malum timeatur in conſanguineis, vſque ad quartum gradum pag. 405.
8. Quæ ſunt mala grauia, quæ incutiunt iuſtũ metum, aut cadentem in virum conſtantem? pag. 405.
9. An metus infamiæ, cadat in virum conſtantem, aut gratis ſit? pag. 405.
10. An metus excommunicationis cadat in conſtantem virum? pag. 46.
11. An metus amiſsionis bonorum, in virum conſtantem cadat? pag. 406.
12. An metus amittendi lucrũ magnũ, hęreditatẽ, aut beneficiũ, quod quis ſperat ab aliquo, ad quod non habet ius ad rem, cadat in virum conſtantem? pag. 406.
13. Quid ſit, & comparatione quorum, metus reuerentialis? pag. 407.
14. An metus reuerentialis, quo inferior reuerentia ſuperioris, &c. ducitur ad in eundũ matrimoniũ, ſit ex ſe cadens in conſtantem virum, & ſufficiens, ad reciſsionem illius? pag. 407.
15. An preces importunæ, ſeorſim conſideratæ, inferant metum iuſtum, & cadentem in virum conſtantem? pag. 408.

16. Quotuplex sit metus grauis? pag. 408.
17. An matrimonium contractum ex metu, illato a causa naturali, vt a morbo, naufragio, aut timore inferni &c. sit validum, & firmum? pag. 408.
18. An matrimonium contractum ex metu incusso à causa libera, non tamen gratia, vel fine extorquendi matrimonium, sit validum? pag. 409.
19. An matrimonium contractum ex metu graui, vel cadente in virum constantem, iuste illato, ad extorquendum illud, sit ipso iure nullum? pag 409.
20. An dictum matrimonium ex metu iniusto graui, & cadente in virum constantem, contractum, sit irritum, solo iure Ecclesiastico? pag. 409.
21. An matrimonium contractum ex metu graui, iuste illato ad extorquendum illud, sit irritum, & nullum? pag. 410.
22. Proponuntur aliqua exempla, quibus ostenditur matrimonium irritum ex metu graui iuste illato, esse validum, & ratum? pag. 410.
23. An valeat matrimonium leui metu contractum, quando ita extorquet consensum, vt sine eo metu illud nõ fieret? 410
24. An matrimonium invalidum ex metu graui contractum; fiat validum per copulam; sponte, & affectu maritali, habitam? pag. 411.
25. An sicut matrimonium metu graui initum, ratificetur copula spontanea affectu maritali habita, ita ratificetur eadẽ copula, metu graui extorta? pag. 411.
26. An matrimonium metu graui contractũ, si firmetur iuramento, reddatur valiẽ? pag. 412.
27. An dictum iuramentum, adiectũ ex metu, matrimonio metu graui extorto, obliget, relaxationeque indigeat? 412.
28. An sponsalia, si metu extorta sint graui, & adijciatur iuramentum, tale iuramentum obliget, relaxationeque indigeat. pag. 412.
29. An matrimonium metu graui contractum, irritum sit, casu, quo quis cogatur contrahere cum quadam fœmina, ex certo genere. pag. 413.
30. An, qui libere contraxit matrimonium, cum coacto, ex metu irritante matrimonium, teneatur postea contrahere cum eõ, quando non fuit causa, vel particeps, aut conscius dicti metus? pag. 413.
31. An saltem teneatur cõtrahere, casu, quo libere contrahens fuerit causa, vel particeps metus alteri illati? pag. 413.
32. An qui ex graui metu ficte solisq; verbis contraxit, peccet mortaliter? pag. 413.
33. An saltim peccet mortaliter, qui graui metu coactus, vero consensu, & non ficto, matrimonium contraxit? 414.

DISPVTATIO XVII.

De Impedimento Ordinis.

Quæst. 1. An Ordo Sacer dirimat matrimonium, iure Ecclesiastico? pag. 414.
2. An Ordo Sacer dirimat matrimonium, etiam iure naturali, & diuino? pag. 414.
3 An, Ordines Minores dirimant etiam matrimonium subsequens? pag. 415.
4. An possit matrimonium contrahere ille, qui accedens ad Ordines Minores, credebat, illis annexum esse votum castitatis. pag. 415.
5. An Ordo Sacer per metum grauem susceptus, dirimat matrimonium subsequens? pag. 415.
6. An sit validum votum, & invalidum matrimonium contractum ab eo, qui Ordinem Sacrum suscepit ignorans, illi annexum esse votum castitatis? pag. 415.
7. An etiam suscipiens Sacros Ordines, cum intentione expressa, non vouendi castitatem, teneatur castitatem seruare? pag. 416.
8. An initiati Sacris, Religiosi, Moniales, incurrant ex communicationem, ineundo matrimonium? pag 416.
9. An vir coniugatus possit licite, Sacros Ordines suscipere, absque expressa, & spõtanea licentia vxoris? pag 416.
10. An saltem, possit vir ad Ordines Minores promoueri, absque vxoris licentia? pag. 416.
11. An, qui contra voluntatem vxoris, vel ea ignorante, post matrimonium consummatum, ordinatur, teneatur, ad vxorem reddire, & ei debitum reddere? 417.
12. An sola vxoris licentia, absque vllo alio, requisito, possit vir ad Ordines promoueri? pag. 417.
13. An præter licentiam vxoris, sufficiat (vt possit vir sacris initiari) quod vxor, siue senex, siue iunior sit, castitatem in sæculo voueat. pag. 417.
14. An vxor, quę voto castitatis emisso, dedit licentiam viro Ordines Sacros assumendi, possit, eo mortuo, valide matrimonium inire? pag. 418.

DIS-

DISPVTATIO XVIII.

De Impedimento Ligaminis.

Quæst. 1. Quid sit ligamen: qnidque Polygamia,& Bigamia? pag 418.

2. An Polygamia,seu pluralitas vxorum, simul,sit licita? pag.418.

3. An Polygamia,seu vsus plurium vxorum simul,sit prohibita,illicita,& irrita, iure diuino,in lege Euangelica? 419.

4. An pluralitas vxorum simul,sit etiam prohibita,iure diuino, antiquo posstituo? pag.419.

5. An deinde,pluralitas vxorum simul, sit etiam,iure naturali,prohibita,illicita,& irrita? pag.420.

6. An Polygamia,seu pluralitas vxorum. licita fuerit Antiquis Patriarchis, Abrahæ,Iacob,& alijs,ex dispensatione diuina? pag.420.

7. An possit Deus dispensare, vt vna vxor pluribus viris nubat? pag 42 .

8. An etiam Pontifex in pluralitate vxorum saltem dispensare possit? pag. 421.

9. An nunc infideles possint valide contrahere cum pluribus fœminis? pag.421.

10. An infidelis plures vxores habens, si cõuertatur ad fidem,& illæ conuertantur, teneatur accipere vnam ex illis,& quã? pag.421.

11. An,tanta certitudo requiratur de morte coniugis,vt superstes cũ alio inire matrimonium possit,quanta iudicio prudentis sufficiat ad credendum priorem coniugem mortuam esse? pag.422.

12. An,vxor possit licite alium ducere,quãdo ipsius vir abfuit per multos annos pag. 422.

13. An sola fama mortis viri sufficiat, vt vxor licite contrahere possit? 422.

14. An sufficiat vnus testis affirmans coniugis mortem,vt liceat alteri ad nuptias secundas transire? pag.422.

15. An validum sit matrimonium contractum à fœmina,quæ falsò credebat maritum viuere,sed re vera mortuus erat? pag.423.

16. An etiam sit validum matrimonium, initum cum dubio de morte mariti? pag. 423.

17. An vxor,quæ celebrauit matrimonium cum secundo,certo credens suum virũ esse mortuum,teneatur recedere à secundo,si post modum, pro certo sciat maritum viuere? pag.424.

18. An filij habiti ex secundo coniugio, viuente priori coniuge,legitimi debeant censeri,& iudicari pag.424.

19. An pluralitas coniugum successiue; sit licita? pag.424.

DISPVTATIO XIX.

De Impedimento publicæ honestatis.

Quæst 1. Quid sit,vnde dicatur,& à quo oriatur impedimentum iustitiæ publicæ honestatis? pag.425.

2. An impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus, solum dirimat matrimonium in primo gradu? pag. 425.

3. An,publicæ honestatis impedimentum oriatur ex sponsalibus ficte celebratis, id est,ore tenus,absque consensu interiori? pag.425.

4. An impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus validis, cesset, si sponsalia dissoluantur, mutuo contrahentium consensu? pag. 426.

5. An ex sponsalibus in certis, vel conditionalibus de futuro, oriatur impedimentum,iustitiæ publicæ honestatis? pag. 426.

6. An si quis post sponsalia conditionata cũ Maria,ante conditionis euentum, contrahat secunda sponsalia absoluta cũ eius sorore, hæc posteriora sint valida? pag.426.

7. An si post sponsalia de futuro cum Maria, contrahat quis de præsenti cum eius sorore,& nondum consummauerit,teneatur cum Maria matrimonium inire? pag.426.

8. An ex sponsalibus contractis ante septennium,oriatur publica honestas? 427.

9. An infidelis,qui tempore infidelitatis, cõtraxit sponsalia cum Luysia, possit, etiã post conuersionem ad fidem,valide matrimonium inire cum eius matre, vel sorore? pag.427.

10. An ex Matrimonio rato, nondum consummato,oriatur potius affinitas,quam publica honestas? pag.427.

11. An impedimentum publicæ honestatis consurgens ex matrimonio rato, sit etiam restrictum per Tridentinum ad primum gradum, instar consurgentis ex sponsalibus? pag.427.

12. An ex matrimonio rato, quacumq; causa inualido, consurgat impedimentum iustitiæ publicæ honestatis? pag. 428.
13. An ex matrimonio clandestino, oriatur etiam publicæ honestatis impedimentum? pag. 429.
14. An ex matrimonio rato conditionato, oriatur publica honestas? pag. 429.
15. An quando affinitas adiungitur cum publica honestate, vtraque debeat explicari Summo Pontifici, in petitione dispensationis? pag. 429.

DISPVTATIO XX.

De Impedimento Affinitatis.

Quæst. 1. Quid sit affinitas? pag. 430.
2. An solum ex matrimoniali copula oriatur affinitas? pag. 430.
3. An vt affinitas contrahatur, sufficiat copula, absque seminis viri in vas fœmineum, intromissione? pag. 430.
4. An vt contrahatur affinitas, requiratur quod etiam fœmina semineť pag. 430.
5. An etiam contrahatur affinitas, ex copula in qua sola fœmina semina? pag. 431.
6. An ex congressu spadonum, oriatur affinitas? pag. 431.
7. An vt affinitas contrahatur, sufficiat copula extra vas habita, si virile semen quocumque modo, etiam dæmonis arte, intra vas fœmineum, mittatur, aut recipiatur? pag. 431.
8. An ex copula Sodomitica oriatur affinitas? pag. 432.
9. An copula Sodomitica, quamuis nō propter affinitatem, sa tem propter criminis immanitatem, impediat matrimonium, cum consanguineis illius, cum quo habita est? pag. 432.
10. An oriatur affinitas ex copula habita, cū fœmina prorsus renitente, dormiente, ignorante, in sana, aut ebria? pag. 432.
11. An oriatur affinitas ex copula omnino occulta? pag. 433.
12. An affinitas dirimat matrimonium, saltem iure Ecclesiastico? pag. 433.
13. An iure antiquo, tam affinitas orta ex copula licita, quam illicita, extendebatur, vsque ad septimum gradum? pag. 433.
14. An iure nouo, affinitas ex fornicatione orta, restricta sit ad secundum gradum. pag. 433.
15. An saltem affinitas ex fornicatione orta, licet non dirimat, impediat subsequens matrimonium in vlterioribus gradibus? pag. 433.
16. An accessus mariti ad mulierem, tertio, vel quarto gradu cum sua vxore coniunctam, sibique eodem gradu affinem, sit incestus, & impediat ius exigendi debitum? pag. 434.
17. An etiam affinitas orta ex legitimo toro, sit restricta ad secundum gradum? pag. 434.
18. An affinitas ex fornicatione orta, in aliquo gradu irritet matrimonium, iure naturali, aut diuino? pag. 434.
19. An affinitas saltem, ex matrimonio orta, dirimat iure naturæ matrimonium in aliquo gradu lineæ rectæ? pag. 434.
20. An affinitas ex matrimonio orta dirimat in linea transuersa, iure naturali matrimonium? pag. 435.
21. An dispensatione facta, cum duobus affinibus, aut consanguineis ad matrimonium ineundū, copula inter illos, post dispensationem, habita, sit incestus? pag. 435.

DISPVTATIO XXI.

De Impedimento Impotentiæ.

Quæst. 1. Quid, & quotuplex sit impotentia? pag. 435.
2. Quando impotentia coeundi censenda sit perpetua; & quando temporalis? pag. 436.
3. An impotentia perpetua ad copulam, dirimat subsequens matrimonium? 436.
4. An valeat matrimonium contractum inter impotentes, cognita impotentia naturali coeundi perpetua, dummodo, solum ad caste viuendum, & sine ordine ad copulam celebretur? pag. 436.
5. An saltem dicti impotentes possint, licet non vero matrimonio copulari, quoddam societatis vinculum inire, vt tanquam fratres habitent? pag. 437.
6. An cognita impotentia per matrimoniū, bona fide contractum, & consequenter, nullitate matrimonij, possint contrahentes instar fratris, & sororis, ad solam vitæ societatem sic permanere? pag. 437.
7. An impotens, qui, suæ impotentiæ conscius decepit fœminam, ipsam eucns; teneatur eam, vt sororem habere, & alere? pag. 437.
8. An saltem, casu, quo coniuges tempore

finiti matrimonij, impotentiam norint; teneantur tanquam fratres cohabitare, & comuiuere? pag.437.
9. An ad valorem matrimonij satis sit potentia penetrandi vas, si desit potentia seminandi intra illud? pag.438.
10. An saltem, validum sit matrimonium, si vir non possit emittere semen intra vas, sed tantum foras in ore vasis? pag. 438.
11. An validum sit matrimonium, si vir potes sit seminare intra vas; fœmina vero impotens ad seminandum? pag. 438.
12. An matrimonium Eunuchorum, altero solo testiculo carentium, valeat? pag. 439.
13. An etiam valeat matrimonium Eunuchorum, qui vtroque testiculo carent, erigere tamen virgam possunt, quamuis semen non emittere? pag.439.
14. An saltem valeat matrimonium dictorum Eunuchorum, casu, quo possint semen aliquale emittere, quamuis ad generationem ineptum? pag 439.
15. An si daretur Eunuchus vere semen emittens valide posset matrimonium inire? pag. 440.
16. An fuerit habilis ad matrimonium ille, à quo Chirurgus vnum læsum testem auti sit & alium læsum, non, sed intra corpus recondidit neque intestinorum descensui pateret via? pag.440.
17. An fœmina Eunuchissa sit etiam inhabilis ad matrimonium contrahendum? pag 441.
18. An senes decrepiti (idest, octogenarij) si nullo alio impedimento, præter senectutem, laborent; valide matrimonium inire possint? pag 441.
19. An, senes, qui omnino impotentes sunt ad perfectam copulam, sint adhuc capaces ad matrimonium contrahendum? pag.441.
20. An saltem, senes aut alij, qui coire possunt, sed parum semen, aut sterile in vas fœmineum mittere, recte matrimonium inire possint? 442.
21. An validum sit matrimonium contractum cum fœmina, quæ non potest, absque manifesto suæ vitæ periculo, parere? pag.442.
22. An impotentia naturalis perpetua respectu vnius, & nō respectu alterius fœminæ, dirimat matrimonium, respectu illius fœminæ solius, erga quam est impotentia? pag.443.
23. An impotentia respectiua possit esse perpetua, atqueadeò dirimere possit matrimonium? pag.443.
24. An validum sit matrimonium contractū cum fœmina arcta; quæ tamen fieri apta potest per incisionem artificiosam sigilij, ferro, ligno, &c. vt à marito cognosci valeat? pag.443.
25. An impotentia perpetua ex maleficio cō surgens, dirimat subsequens matrimonium cum persona illa ad quam est impotentia? pag.444.
26 Quando maleficium censeri debet impedimentum perpetuum? pag 444.
27. An impotentia ex defectu morbi, dirimat subsequens matrimonium? 445.
28. An hermaphrodirus, in quo præualet vnus sexus, possit valide, & licite, inire matrimonium, iuxta sexum in eo præualentem? pag 445.
29. An hermaphroditus, in quo sexus est æqualis, possit, iuxta sexum, quem elegerit, valide matrimonium contrahere? pag 445.
30. An semel electo ab hermaphrodito sexu & iuxta illum matrimonio inito possit postea viduus effectus, iuxta alterum sexum valide matrimonium inire? pag. 445.
31. An hermaphroditus; possit etiam valide contrahere iuxta sexum inferiorem, casu, quo iuxta talem sexum sit potentia ad perfectam copulam? pag.446.
32. An impotentia ad copulam ex defectu ætatis dirimat matrimonium? 446.
33. An ætas requisita ad matrimonium, sit puberta; nempe, ætas, quatuordecim annorum in masculis, & duodecim in fœminis? pag. 446.
34. An matrimonij ætas, in vtroque contrahente, completa extremè esse necessario, debeat? pag.446.
35. An saltem ad matrimonij valorem sufficiat, si vltima dies, anni duodecimi in fœmina, & decimiquarti in viro, sit incœpta? pag.447.
36. An defectus ætatis quando malitia illam supplet, dirimat matrimonium? pag. 447.
37. An vt malitia ætatis suppletiua dicatur, sufficiat quod in puero, habilitas ad copulam, reperiatur, in quacumque, tenera ætat.? pag.447.
38. An quocumque tempore ante pubertatem, malitia (seu discretio & potentia, perfecte coeundi) supp eat ætatē? 447.

39. Quod

39. Quodnam tempus proximum pubertati dicatur, in quo, quando malitia supplet ætatem, potest puer matrimonium cõtrahere? pag. 448.
40. An valeat matrimonium illius, cui, iam legitima pubertatis in ætate constituto; deest ad copulam coniugalem potentia, ex ætate debili proueniente? 448.
41. An in prædictis casibus, expectandum sit triennium, ad experiendum; an prædicta inhabilitas ad copulam sit perpetua, vel temporalis? pag. 449.
42. An quando clare, & certo constat impotentiam esse perpetuam, requiratur experientia triennialis, quam ad declarationem nullitatis matrimonij cap. *Laudabilem de frigid.* requirit? pag. 449.
43. An quando non certo omnino, sed tere certo, aut verisimiliter certo, constat impotentia; desideretur triennium experientiæ, aut saltem iuramentum iptorum coniugum? pag. 449.
44. An requiratur triennalis experientia, quando existẽtibus de impotentia solũ signis dubijs, vterque coniux fatetur illam? pag. 450.
45. An post triennij probationem sit necessarium iuramentum coniugum, & septimæ manus propinquorum, saltem in casu, quo vxor à matronis inspicientibus iudicetur virgo? pag. 450.
46. An prædicta triennij probatio requiratur, quando alter coniux negat, alter fatetur impotentiam, quæ euidenter non constat? pag. 451.
47. An triennium à iure præscriptum, ad experiendam impotentiam; computandũ sit à tempore, quo cœptum est à coniugibus copulæ vacare? pag. 451.
48. An triennium experientiæ, ita debeat esse continuum, vt si tempore, aliquo intermittatur, incipere iterum debeat, triennij tempus? pag. 451.
49. Quæ signa sunt illa, quæ euidenter, & necessario impotentiam concludunt, ita vt nec triennium, nec iuramentum ad dissoluendum matrimonium, iuxta supra quæst. 41. dicta, desiderentur? pag. 451.
50. An vir ingrediens Religionem, ob dissolutionem matrimonij, dum comprehenditur, impotentiam non fuisse perpetuam, si professus sit, debeat redire ad vxorem? pag. 552.
51. An si vterque coniux ingrediatur Religionem, ex præsumptione impotentiæ, in eaque professus, si postea cognoscatur impotentiam non esse perpetuam, solutum fuerit matrimonium, non consummatum, per professionem, aut possint redire sæculum? pag. 452.
52. An etiam, qui ex præsumptione, impotentiæ perpetuæ, suscepit Ordines Sacros, restituendus sit vxori, si cognoscatur impotentiam tantum fuisse temporalem? pag. 452.
53. An separatus à matrimonio ratione frigiditatis, si aliud ineat, statim, absque alia probatione, id sit dissoluendum? pag. 452.
54. An si fœmina, ratione arctitudinis, separata à viro, alij nubat, ab illo, aut ab alio, cognoscatur, sit restituenda priori marito? pag. 453.

DISPVTATIO XXII.

De Impedimento Raptus.

Quæst. 1. Quid sit raptus, & an impediat matrimonium? pag. 453.
2. An raptus, quo fœmina rapit virum dirimat matrimonium? pag. 453.
3. An raptus, quo consentiens fœmina, inuitis tamen Parentibus, extrahitur, matrimonium dirimat? pag. 454.
4. An raptus, quo sponsus rapit propriam sponsam ipsa inuita dirimat matrimonium? pag. 454.
5. An raptus, non factus causa contrahendi matrimonium, sed tantum, causa explendæ libidinis cũ rapta, dirimat matrimonium? pag. 454.
6. An raptus, quo solis importunis precibus, aut pretio conducta, fœmina extrahitur dirimat matrimonium? pag. 455.
7. An sit raptus, dirimens matrimonium ille, quo, quis opprimit fœminam in domo Patris? pag. 455.

DISPVTATIO XXIII.

De Impedimentis tantum impedientibus.

Quæst. 1. Quot, & quæ sint impedimenta solum impedientia matrimonium? 455

§. 1. *De Impedimento primo, quod est Ecclesiæ vetitum.*

Quæst. 1. Quid nomine hoc, *Ecclesiæ vetitum* intelligatur? pag. 455.
2. An non solum Pontifex, & Episcopus, sed

seu etiam Parochus interdicere possit ad tempus, ne contrahatur matrimonium? pag. 456.

3. An prohibitio, seu interdictum Pontificis, reddat irritum matrimonium contractum, contra eam prohibitionem? pag. 456.

§. II. *De Impedimento Temporis Perialis?*

Quæst. 1. Quonam tempore prohibitum sit, nuptias solemniter celebrare? pag. 456.

2. An matrimonium tempore interdicti, & in loco interdicto contractum, valide sit? pag. 457.

3. An non solum valide, sed etiam licite, posit in loco, & in tempore interdicti, & cessationis à diuinis, matrimonium celebrare? pag. 457.

§. III. *De Impedimento ex Catechismo.*

Quæst. 1. Quid sit Catechismus, & an ex illo contrahat quis cognationē spiritualem impedientem, sed non dirimentē matrimonium? pag. 457.

2. An dicta imperfecta cognatio ex intentione baptizati, in exorcismis oriatur? pag. 457.

3. An, vt patrinus hic præfatam cognationē contrahat, sit necessarium, vt baptizatū, aut baptizandū in Catechismo teneat? pag. 458.

4. An, hoc Catechismi impedimentum tublatum sit prorsus per Tridentinum? pag. 458.

§. IIII. *De Impedimento sponsalium.*

Quæst. vnic. An sponsalia prius inita cum vna impediant, ne licite contrahatur matrimonium cum altera? pag. 458.

§. V. *De Impedimento voti simplicis castitatis, aut Religionis.*

Quæst. 1. An votum simplex castitatis impediat, & dirimat matrimonium? pag. 458.

2. An votum castitatis, vel Religionis, vel non nubendi, factum ab eo, cui salubrius est matrimonium ob incontinentiam, sit validum, impediatque matrimonium licite iniri? pag. 459.

3. An prima sententia, ex duabus nuper relatis, sit etiam practice aliquomodo probabilis, & tuto amplecti possit? pag. 460.

4. An peccet mortaliter scienter contrahēs cum habente votum castitatis? 461.

5. An habenti votum castitatis, vel Religionis, vel non nubendi, &c. & interroganti, an valeat matrimonium cū his votis celebratum, denegāda sit respōsio? pag. 461.

6. An, qui ligatus castitatis voto matrimonium iniit, teneatur ante consummationem matrimonij, Religionem ingredi, vt suum votum seruet? pag. 462.

7. An habenti votum castitatis, vel alia, matrimonio obstantia, liceat suadere, vt matrimonium ineat, quando passim in venerea labitur? pag. 462.

§. VI. *De Impedimento, quod oritur ex Incestu.*

Quæst. 1. Quid sit crimen incestus; & an impediat omne matrimonium? pag. 462.

2. An incestus viri cum consanguineis vxoris, non solum impediat, sed etiam dirimat matrimonium ratum non consummatum? pag. 462.

3. An, etiam fœmina, quæ cum consanguineis viri incestum committit, teneatur hoc impedimento, & interdicatur coniugio? pag. 463.

4. An, hoc impedimentum incestus oriatur ex coniunctione cum consanguineis, vsque ad quartum gradum? pag. 463.

5. An hoc impedimentum, etiam oriatur ex incestu cum proprijs consanguineis intra dictos gradus? pag. 463.

6. An, vt incestus impediat matrimonium debeat necessario esse publicus? 463.

7. An incestus commissus cum consanguineis vxoris defunctæ, matrimonium etiam impediat? pag. 464.

§. VII. *De Raptus sponsæ impedimento.*

1. An raptus alienæ sponsæ impediat matrimonium? pag. 464.

2. An hoc impedimentum incurrat, qui spōsam solum de futuro rapit? pag. 464.

§. VIII. *De Impedimento vxoricidij, seu homicidij vxoris propriæ.*

Quæst. 1. An vxoricidium, sit crimen impediens quodcumque matrimonium? pag. 464.

1. An

2. An hoc impedimentum matrimonij incurrat vir, qui vxorem, in flagranti delicto adulterij deprehensam, propria authoritate occidit? pag.465.
3. An etiam dictum impedimentum incurrat, casu, quo vir, non propria authoritate, sed iudicis, adulteram vxorem necet? pag.465.
4. An idem impedimentum matrimonij incurrat vxor, maritum suum interficiens? pag.465.

§. IX De Impedimento Præsbitercidij seu homicidij Sacerdotis.

Quæst. 1. An Præsbitercidium impediat matrimonium? pag.466.
2. An quilibet homicida Præsbiteri, etiam non conuinctus in iudicio, hac pœna plectatur? pag. 466.

§ X. De Impedimento proueniente ex susceptione filij in Baptismo, aut Confirmatione.

Quæst. vnica. An, qui sit patrinus filij, vt priuet vxorem iure petendi debitum, possit mortua vxore, secundo contrahere? pag.466.

§. XI. De Impedimento Pœnitentiæ publicæ.

Quæst. vnica. An pœnitentia publica matrimonium impediat? pag.466.

§. XII. De Impedimento Coniugij cum Moniali.

Quæst. 1. An, matrimonium scienter cum Moniali professa contractum, matrimonium impediat? pag.466.
2. An mortaliter delinquat, qui cum dictis impedimentis non dirimentibus, matrimonium contrahit? pag.466.

DISPVTATIO XXIV.

De Dispensatione impedimentorum Matrimonij.

Quæst. 1. Quid sit dispensatio in communi? pag.467.
2. An Pontifex dispensare possit in impedimentis, iure diuino, & naturali, matrimonium dirimentibus? pag.467.
3. An saltem in casu extremæ necessitatis, posset Pontifex, in aliquibus ex impedimentis, iure diuino, & naturali, dirimentibus dispensare? pag.468.
4. In quibus impedimentis in speciali nequeat Pontifex dispensare? pag.468.
5. An Pontifex possit dispensare in omnibus impedimentis, iure solum Ecclesiastico dirimentibus? pag.468.
6. An solus Pontifex dispensare possit in impedimentis, iure humano dirimentibus? pag.469.
7. An saltem, possit Episcopus in casu magnæ necessitatis, in dictis impedimentis dirimentibus, post contractum matrimonium, dispensare? pag.469.
8. An rursus, possit Episcopus dispensare in casu posito, in impedimentis dirimentibus, etiam ante contractum matrimonium? pag.469.
9. An facultas dispensandi, quam in euentu dicto, habet Episcopus, tantum sit pro interiori foro? pag.470.
10. An Generalis Vicarius Episcopi, possit, ex vi officij, in his matrimonij impedimentis dirimentibus dispensare? pag. 471.
11. An saltem, ex speciali commissione Episcopi, possit eius Vicarius Generalis dispensare in impedimentis dirimentibus, in casibus, quibus ipse potest? pag. 471.
12. An Episcopus, possit, post matrimonium contractum dispensare in impedimento, cuius est obtenta dispensatio, subreptitie tamen, & ideo nulla? pag. 471.
13. An Commissarius Bullæ Cruciatæ possit dispensare in aliquo impedimento matrimonij? pag.472.
14. An etiam Mendicantes Religiosi, possint, ex vi suorum priuilegiorum, dispensare in aliquo impedimento dirimenti matrimonium? pag.472.
15. An possit Episcopus dispensare ad petendum debitum, cum coniuge, cui debiti petitio est interdicta, ratione affinitatis contractæ cum altero coniuge? pag.472.
16. An etiam Regulares ab Ordinario approbati, possint ex commissione suorum Prouincialium dispensare ad petendum debitum cum coniugibus, qui inter se affinitatem contraxerunt? pag 472.
17. An dicti Confessores Regulares possint vti præfata ad petendum debitum dis-

pensatione, etiam si à suis Prouincialibus minime ad hoc fuerint deputati? pag. 475.

28. An possit Episcopus dispensare ad petendum debitum, cum coniuge, qui voto castitatis astrictus matrimonium contraxit? pag. 475.

29. An etiam Religiosi, vi suorum priuilegiorum possint dispensare ad petendū debitum, cum his, qui post votum castitatis, matrimonium inierunt? pag. 476.

30. An Episcopus, possit dispensare in impedimentis non dirimentibus? pag. 476.

31. An, saltem in casu magnæ necessitatis, possit Episcopus dispensare etiam in voto Religionis, aut castitatis perpetuę? pag 476.

32. An etiam Regulares possint, vi suorum priuilegiorum, dispensare in voto castitatis absolutæ, in casu vrgentis necessitatis, in quo casu potest, vt vidimus Episcopus? pag. 477.

33. Quot, & quæ sunt iustæ causæ ad dispensandum in impedimentis matrimonij? pag. 477.

34. An dispensatio impedimenti matrimonij, subreptitie, vel obreptitie obtenta, sit prorsus irrita, & nulla? pag. 477.

35. Quot, & quæ sunt causæ conducentes ad concessionem dispensationis? pag. 477.

36. An, illa suppressio veri reddat dispensationem subreptitiam, & nullam, quæ si exprimiretur, omnino retraheret Pontificem à dispensatione, vel saltem difficilius eam concederet? pag. 478.

37. An taciturnitas causæ finalis reddat dispensationem subreptitiam, & nullam? pag. 478.

38. An etiam taciturnitas veri, aut expressio falsi, pertinentium tantum ad causam impulsiuam, reddat dispensationē subreptitiam? pag. 478.

39. An impetratio dispensationis sit subreptitia, si semel petita & à Pontifice denegata, quando postea impetratur, non fit mentio prioris denegationis? pag. 479.

40. An si fœmina impetret dispensationem ad nubendum consanguineo, & illa, nolens vti hac dispensatione, impetret aliam ad nubendum alij consanguineo, valeat hæc secunda, non facta mē-

tione primæ? pag. 479.

41. An, vt dispensatio matrimonij inter cōsanguineos, & affines, sit valida, sit copulæ inter eos habitæ mentio facienda? pag. 479.

42. An saltem, si contrahentes habeant copulam, vt facilius dispensationem obtineant, sit is animus explicandus, ne dispensatio sit subreptitia? pag. 480.

43. An, quando Papa committit Ordinario, vt dispenset cum aliquibus; dummodo copula non interuenerit, possint contrahentes absque subreptionis vitio, negare copulam habitam? pag 481.

44. An, saltem quando Papa pro foro conscientiæ, committit viro discreto, vt dispenset cum aliquibus, dummodo copula non fuerit; valeat dispensatio, casu, quo copula vere fuerit habita? pagina 481.

45. An, quando sunt plura impedimenta; oporteat omnia illa in eadem petitione, vt simul dispensentur; referre? pag. 481.

46. An, in petitione explicanda sit qualitas impedimenti, ne dispensatio subreptitia sit? pag. 482.

47. An, ne subreptitia sit dispensatio, sit necessariò facienda mentio de multiplicitate eiusdem gradus? (vel diuersi) in consanguinitate, affinitate, publica honestate, & cognatione spirituali? pag. 482.

48. An, quando affinitas est contracta ex multiplicata copula cum eadem consanguinea illius, quam quis ducere vult, opus sit exprimere in petitione, hanc copulam fuisse multiplicatam? pag. 483.

49. An, quando contrahentes consanguinei, vel affines distant inæqualiter à stipite, sat sit in petitione, mentio remotioris gradus fieri? pag. 483.

50. An, valeat matrimonium initum, solo gradu remotiori expresso, non obtentis litteris declaratorijs super propinquiori? pag. 484.

51. An sit necessarium explicare, an propinquitas graduum sit in linea recta? pag. 484.

52. An, impedimento cognationis spiritualis oporteat explicari, an inter contrahentes sit filiatio spiritualis? pag. 484.

53. An, quando petitur dispensatio in primo grad

gradu impedimenti publicæ honestatis oporteat explicare, an proueniat ex matrimonio rato, vel sponsalibus? pag. 485.
44. An, quando impedimenta affinitatis, & publicæ honestatis concurrunt, vt sit mentio affinitatis, tacita publica honestate, fieri? pag 485.
45. An sit valida dispensatio, si petens illam erret in gradu? pag 485.
46. An valida sit dispensatio, quando erratur in nomine eius, cum quo dispensatur, veluti, quando nomen Petri, exprimitur nomine Ioannis? pag 485.
47. An etiam valida sit dispensatio, quando erratur in Diœcesi eius, cum quo dispensatur, veluti, si dicat, esse Toletanum; cum esset Pampilonensis? pag. 485.
48. An sit valida dispensatio, eo solum, quod in ea taceatur aliquid, quod ex stylo curiæ Romanæ est exprimendum? pag. 486.
49. An sit valida dispensatio quoties impedimentum certum narratur sub dubio. v. g. si quis petat dispensationem voti castitatis, quod certo nouit à se emissum, sed in petitione, votum dubium exprimit, allegans tamen veram causam, scilicet, carnis stimulos? pag. 487.
50. An, qualiscumque sit falsa causa, si ipsa sola proponatur Pontifici, vitiet dispensationem? pag. 487.
51. An, etiam vitiet dispensationem, qui in petitione plures enarrat causas; ex quibus aliquæ sunt veræ aliquæ falsæ? pag. 487.
52 An, valida sit dispensatio, in cuius petitione allegatur, fœminam manfuram inuptam defectu dotis, si non ob hanc causam, sed ob aliam, nempe, infamiam, ætatem &c. id contingat pag. 488.
53. An, dispensatio voti Castitatis, vel Religionis ad ineundum matrimonium, facta his verbis, *dispensa ad hoc, vt matrimonium tunc contrahere possit*, vel, *ad hoc tantum vt tunc matrimonium contrahere possit*, vel *hac vice dispensa*: vim suam amittat per primum actū? pag. 488.
54. An, quando dispensatio voti castitatis, &c. non explicat esse ad vnum, aut ad plura matrimonia, tunc possit extendi ad plura? pag. 488.

DISPVTATIO XXV.

De Debito Coniugali.

Quæst. 1. An, actus coniugalis sit ex se licitus? pag. 489.
2. An actus coniugalis possit esse meritorius, non solum ex opere operantis, sed etiam ex opere operato? pag. 490.
3. An, coniux teneatur petere aliquando debitum? pag. 490.
4. An, saltem, teneatur coniux petere coniugale debitum, casu, quo in altero coniuge probabiliter præuideat periculum incontinentiæ? pag 490.
5. An, peccet mortaliter coniux, non reddendo debitum coniugale alteri coniugi? pag. 491.
6. An, aliquando possit esse solum veniale, aut, nullum peccatum, negare debitum coniugale? pag. 491.
7. An, peccet mortaliter coniux, qui medijs illicitis, se reddit impotentem ad debitum coniugale persoluendum? pag. 491.
8. An, etiam, mortaliter coniux peccet, qui medijs licitis, vt ieiunijs, vel abstinentijs, se reddit notabiliter impotentem ad reddendum debitum? pag. 492.
9. An, teneatur vir vti calidis, vt potentior ad copulam reddatur? pag. 492.

§. II. *De Circunstantia finis, qua vitiari potest actus coniugalis.*

10. An actus coniugalis factus propter aliquod ex tribus bonis matrimonij, sit licitus, & virtuosus? pag. 492.
11. An, quando actus coniugalis refertur ob bonum prolis, necessarium sit, vt proles ipsa vlterius referatur in Dei obsequiū? pag. 492.
12. An, peccent coniuges, qui in ipso coniugali actu, prolem minime concipi optant? pag. 492.
13. An peccet vir, qui ad vxorem, mercede conductus accedit; aut eo fine, vt illum hæredem constituat? pag. 493.
14. An sit peccatum exercere actum coniugalem ob Sacramenti bonum; vel (quod idem est) ad exoresius significan-

ficandam vnionem Verbi cum humanitate? pag.493.
25. An actus coniugalis, factus solum ad vitandam incontinentiam eius, qui petit debitum, seu, ob propriam fornicationem vitandam, sit culpa venialis? pag. 493.
26. An coniuges peccent venialiter exercẽdo actum coniugalem ad tuendam aut restaurandam corporis salutem? 494.
27. An actus coniugalis exercitus, solum ob capiendam delectationem carnalem, ipsi actui annexam, sit peccatum saltem veniale? pag 495.
28. An peccent mortaliter coniuges, qui cibis calidis, vnguentis, musco, & alijs medicamentis, ad excitandam, & magis accendendam voluptatem, vtuntur? 495.

§ III. *De Circunstantia temporis, qua vitiari vsus coniugalis potest.*

29. An actus coniugalis exercitus feriarum tempore, quo interdicuntur benedictiones nuptiales, sit illi citus? pag. 496.
30. An actus coniugalis habitus in diebus festis, Rogationum, aut ieiuniorum, sit illicitus? pag. 496.
31. An actus coniugalis, tempore mestruorum sit licitus? pag. 496.
32. An sit mortale, petere, aut reddere debitum, tempore prægnationis, si aborsus prolis iam formatæ periculum sit? 497.
33. An etiam sit mortale, coire cum periculo aborsus prolis nondum formatæ; vel (quod idem est) aborsus, circa conceptionis initium? pag. 497.
34. An, adhuc, actus coniugalis, cessante periculo aborsus, ex eo solũ, quod habeatur tempore prægnationis, sit illicitus? 498
35. An sit culpa, petere debitum, tempore, quo expurgatio sanguinis post partum, durat? pag 498.
36. An etiam, sit culpa, debitum petere, tempore, quo mater sobolem lactat? 498.
37. An, tempore amentiæ vtriusque coniugis, licitus sit actus coniugalis? pag. 498.
38. An saltem, si alter coniux solus sit amẽs, sit licitus concubitus? pag. 499.

§. IV. *De Circunstantia loci, qua vitiari copula coniugalis potest.*

39. An actus coniugalis in loco publiço (id est, coram alijs) habitus, sit mortale peccatum? pag. 499.
30. An actus coniugalis, extra casum necessitatis, in Ecclesia habitus, sit peccatum aliquod? pag. 499.
31. An etiam sit mortale peccatum, dictus coniugalis actus, exercitus in Ecclesia, in casu necessitatis, v.g. quando coniuges diu sunt intra illam inclusi? pag. 499.

§. V. *De Circunstantia situs, & innaturalis vsus, qua vitiari copula coniugalis potest,*

32. An copula coniugalis habita è latere, sedendo, standoue, sit mortalis? pag. 500.
33. An saltem copula habita in vase legitimo, præpostero tamen modo; aut viro succumbẽte, sit culpa læthalis? pag. 500.
34. An sit mortale, reddere coniugi exigenti debitum, modo indebito quoad situm? pag. 501.
35. An copula viri cum vxore sodomitice habita; sit, ex parte vtriusque coniugis, mortalis? pag. 501.
36. An peccet mortaliter vir, qui volens legitimam copulam cum vxore habere, vt se ad eam excitet, illam incohat sodomitice? pag. 501.
37. An similiter, peccet mortaliter, vir, si solum perfricaret pudendum in vase præpostero vxoris, in ordine ad copulam legitimam habendam? pag. 502.
38. An si coniugatus immitteret virile membrum in os fœminæ, etiam peccaret mortaliter? pag. 502.
39. An sit peccatum læthale, semen extra vas naturale vxoris fundere? pag. 503.
40. An, dum vir semen effudit teneatur sub mortali, effusionem fœminæ expectare? pag. 503.
41. An vxor licite possit, se ad seminandum tactibus incitare, si vir postquam seminauit se retrahat, ante seminationem vxoris? pag. 503.
41. An peccet mortaliter vir, qui copula incœpta, desistit à seminando, si vxor iã seminauit? pag 504.
42. An licite possint coniuges inchoare copulam delectationis causa, & postea eam

eam non absoluere? pag. 504.
43. An actus coniugalis liceat senibus, qui, præ ætate debiles, minime intra vas fœmineum seminare valent pag. 504.
44 An licita sit copula vxori, quæ post coitum, non potest semen intra vas retinere? pag. 504.
45. An teneatur sub mortali fœmina, conseruare semen receptum? pag. 504.
47. An fœmina, quæ post copulam statim mingit, vt receptum semen effundat, peccet mortaliter? pag. 505.
48. An mulier satisfaciat suæ obligationi, si virò exigenti debitum, præstet vsum sui corporis, conuertens tamen animũ ad alia, ne natura excitetur? pag. 505.

§. *VI. De circunstantia damni reddentium debitum, ex qua vitiari actus coniugalis potest.*

48. An cum proprio salutis detrimento teneatur, aut possit, coniux redere debitum? pag. 506.
49. An laborans febri, teneatur reddere debitum? pag. 506.
50. An coniux teneatur reddere deditum, statim post prandium? pag. 506.
51. An sanus coniux teneatur reddere debitum alteri coniugi leproso? pag. 506.
52. An, sublato infectionis periculo, excusse-tur coniux sanus à reddẽdo debito, propter horrorem, quem concipit ex leproso? pag. 507.
53. An coniux sanus teneatur leproso redde re debitum, si adsit probabile periculum infectionis in prole nascitura? pag. 507.
54. An coniux excusetur ab obligatione reddendi, ne multiplicentur filij? pag. 507.
55. An, etiam sit mortale, negare debitum, quando, non existente periculo incontinentiæ, parentes non sufficiunt ad tot filios alendos? pag. 507.
56. An sit mortale negare debitum coniugi petenti, & descendenti à Iudæis, aut Sarracenis, ne proles ea macula afficiatur? pag. 508.
57. An sit licitum negare debitum ad vitandum magnum in bonis fortunæ, aut famæ detrimentum; vel ad magnam vtilitatem comparandam? pag. 508.
58. An fœmina, quæ nequit vitium fœtum edere, possit petere debitum? pag. 508.

§. *VII. De Impedimento consummandi, petendi, & reddendi debitum ex affinitate, vel cognitione spirituali superueniẽti, matrimonio iam contracto.*

59. An licitum sit reddere debitum, quando post contractum matrimonium, orta est affinitas, vel cognatio spiritualis, inter coniuges? pag. 508.
60. An coniux, qui ex ignorantia inuincibili iuris prohibentis, vel facti, efficitur affinis, vel cognatus alterius coniugis, priuetur iure petendi debitum? pag. 509.
61. An saltem, qui factus est affinis, vel cognatus alteri, ex ignorantia culpabili, seu vincibili facti, priuetur iure petendi debitum? pag. 509.
62. An, qui ex ignorantia solius pœnæ à lege statutæ factus est quis affinis, vel cognatus, priuetur iure petendi debitum? pag. 509.
63. An, vt coniux incurrat pribationẽ iuris petendi debitem, ratione affinitatis, vel cognationis superueniẽtis; necessaria sit aliqua iudicis sententia condemnans, aut saltem crimen declarans? pag. 510.

§. *VIII. De Impedimento consummandi, vel petendi, & reddendi debitum ex emisso voto. pag. 510.*

64. An simplici voto castitatis astrictus matrimonium iniens, possit debitum licite petere? pag. 510.
65. An saltẽ si huiusmodi vouens, semel matrimoniũ consummauit, possit iam deinceps debitũ petere, ac si nihil vouisset? pag. 510.
66. An, qui post votũ emissum castitatis contraxit matrimoniũ peccet etiã reddẽdo prima vice ad petitionem alterius? 511.
67. An coniux ille, qui emisso castitatis voto, matrimonium contraxit, & consummauit; teneatur, defuncto altero coniuge, seruare simpliciter castitatem? 512.
68. An, qui post Religionis votũ, matrimonium contraxit, non solũ mort. peccet matrimonium cõsummando; sed etiam post consummationem, toties, quoties debitum petat? pag. 512.
69. An, mortuo altero coniuge, teneatur, qui Religionem promisserat, illam ingredi? pag. 513.
70. An, qui fecit votum suscipiendi Ordines sacros, & postea contraxit matrimonium, peccet mortaliter, prima vice

cice consummando matrimonium? pag. 513.
71. An, qui emisit votum non contrahendi matrimonium, peccet mortaliter, non solum contrahendo; sed etiam prima vice consummando? pag. 513.
72. An, qui post contractum matrimonium, sed ante eius consummationem, vouit castitatem, Religionem, aut receptionem Ordinis sacri, teneatur ingredi Religionem ad hæc, ad implenda vota? pag. 514.
73. An, votum non petendi debitum, emissum ab altero coniuge, sine alterius licentia, sit validum? pag. 514.
74. An, etiam votum absolutum castitatis, emissum post matrimonium consummatum, ab altero coniuge, sine alterius licentia, valeat? pag. 515.
75. An coniux, qui votum castitatis prædictum emisit, licite possit reddere debitum alteri cõiugi adulteranti, & præbenti, propter hoc, causam diuortio? pag. 515.
76. An præfatum votum castitatis etiam obliget eum, qui illud emisit, ad non in eundum aliud matrimonium, eo soluto? pag. 516.
77. An coniux dans licentiam alteri coniugi vouendi castitatem, possit ab eo debitum petere? pag. 516.
78. An quando vterque coniux communi consensu vouit continentiam, vterque teneatur, aut saltem possit, debitum reddere? pag. 516.
79. An altero, aut vtroque coniuge, post eius votum, communi placito, emissum fornicante; possit iudex ex officio eos ad cohabitandum compellere? 517.

§. IX. *De Impedimento reddendi, aut petendi debitum, ob dubium valoris matrimonij.*

80. An, matrimonio bona fide contracto, si alter scrupulum habere incipiat de valore matrimonij, possit petere, & reddere? pag. 517.
81. An matrimonio vtriusque coniugis bona fide inito, alter dubitas de eius valore, possit petere & reddere? pag. 517.
82. An quando vterque coniux è duobus de valore matrimonij, bona fide initi; liceat vnicuique reddere alteri petenti? pag. 518.

DISPVTATIO XXVI.

De Diuortio, aut de Dissolutione matrimonij, quoad thorum, & cohabitationem.

Quæst. 1. An adulterium alterius coniugis, dissoluatur matrimonium quoad vinculum? pag 518.
2. An adulterium vxoris sit causa sufficiens ad hoc, vt maritus possit ab ea diuertere, quoad thorum, & cohabitationem? pag. 519.
3. An etiam vxor possit separari à marito, ob eius adulterium? pag. 519.
4. An consuetudo præualuerit, vt vxor, nequeat ob adulterium viri, diuortium celebrare? pag. 519.
5. An sit præfinitum tempus, quo transacto, nequeat coniux ob adulterium alterius, diuortium petere? pagin. 519.
6. An licitum esse diuortium, ob adulterium coniugis; solum ex iure diuino positiuo oriatur? pag. 520.
7. An adulterandi voluntas sufficiat ad celebrandum diuortium? pag. 520.
8. An tactus impudici, vt amplexus, oscula, &c. quæ mulier cum alieno habuit; tribuant iustam causam perpetuo diuortio? pag. 520.
9. An pollutio habita cum propria vxore, minime consentiente, sit iusta diuortij causa? pag. 520.
10. An saltem, si pollutio habita sit cum tertia alia persona, sit satis ad celebrandum diuortium pag. 521.
11. An sodomia coniugis sufficiens causa sit ad celebrandum diuortium? pagina 521.
12. An copula naturalis absque seminis in vas intromissione, sit iusta causa perpetui diuortij? pag. 521.
13. An concubitus consummatus cum fœmina mortua præbeat causam ad celebrandum diuortium? pag. 522.
14. An dentur aliqui casus, in quibus non sufficiat adulterium, ad diuortium celebrandum? pag. 522.
15. An detur compensatio adulterij vtriusque coniugis, si alter adulteretur, alter verò sodomiam committat? pag. 522.
16. An coniux, qui vnum solum adulterium ad-

admisit, possit diuertere ab altero, qui prius committit? pag. 523.
17. An, quando vnus coniux secreto adulterauit, & alter publice; possit, qui secreto adulterauit, diuortium petere? pag. 523.
18. An, casu quo coniux occulte adulter petat diuortium ab altere publice adultero, solum peccet venialiter? pag. 523.
19. An sit compensatio adulterij vnius coniugis, cum adulterio alterius, iam condonato, à coniuge posterius adulterante? pag 524.
20. An, si ambo cõiuges in adulterium lapsi, reconcilientur, possit quicumque ex illis, qui post reconciliationem adulteret, ab altero reijci, & dimitti? pag. 524.
21. An quando vterque coniux est adulter, si alter emendetur, alter verò in adulterio persistat, possit emendatus celebrare diuortium? pag. 524.
22. An, si ante latam sententiam diuortij, innocens coniux adulteretur, teneatur cõiugem adulterum sibi reconciale? pag. 524.
23. An idem, dicẽdum sit, causa, quo coniux innocens, committat adulterium, post perfectam, & latam sententiam diuortij, nempe, quod debeat recõciliare sibi coniugem adulterium dimissum? pag. 525.
24. An liceat coniugi innocenti, qui ante diuortij sentẽtiam in adulterium labitur, aliquando Religionem profiteri, vel sacros Ordines suscipere? pag. 526.
25. An idem dicendum sit, si coniux innocens, post latam sententiam diuortij, adulteretur, nondum mutato statu, & postea statum mutet? pag. 526.
26. An, si coniux innocens iam professus, vel sacris initiatus, adulterium committat, teneatur etiam exire à monasterio, & ad coniugem, ob adulterium dimissum, reddire? pag. 526.
27. An coniux innocens possit, post sentam diuortij latam inuitum, etiam adulterum sibi reconciliare, & adulter ad id teneatur? pag. 526.
28. An si coniux innocens statum mutauit, factus professus, vel sacris initiatus, integrum sit illi, adulterum sibi reconciliare? pag. 527.
29. An saltem, si coniux innocens, solum votum simplex castitatis emisserit, possit coniugem adulterum sibi reconciliare? pag. 527.
30. An liceat adultero coniugi ad professionem, & ordines transire, inscio coniuge innocenti, casu, quo nulla præcesserit sententia diuortij, sed ob adulterium notorium sint inuicem separati? 527.
31. An saltem post latam sententiam diuortij possit adulter, statum mutare, coniuge innocenti inuito? pag. 527.
32. An adminus, possit adulter, lata sententia diuortij, ignorante, & inconsulto innocente Religionem profiteri; sacris initiari, vel votum simplex castitatis emittere? pag. 527.
33. An, vt adulter delicentia innocentis statum mutet, sit necessarium, vt innocens, etiam mutet statum? pag. 528.
34. An coniugi innocenti liberum sit ad Religionem transire, etiam inuito coniuge nocente, siue adultero? pag. 628.
35. An, vt innocens transire ad Religionem vel Ordines possit, sufficiat adulterium esse valde notorium? pag. 528.
36. An etiam, proforo interno conscientiæ, licitum sit innocenti ad Religionem, vel ordines transire, ob adulteriũ coniugis occultum? pag. 528.
37. An vir innocens possit, inuita adultera, eodem modo ad Ordines transire, quo potest ad Religionem? pag. 529.
38. An, innoces coniux licitè possit negare debitum coniugi adultero, ante sententiam iudicis, sibi suffragantem pag. 529.
39. An saltem, præfatus innocens coniux teneatur reddere debitum adultero occulto, si per excommunicationem, vel præceptum ad id per iudicem compellatur? pag. 529.
40. An coniux innocens licite possit, propria authoritate ab adultero diuertere, ob adulterium publice notorium? pag. 529.
41. An liceat innocenti coniugi etiam ob adulterium occultum, non expectato Ecclesiæ iudicio, ab adultero diuertere? pag. 530.
42. An, licitum sit diuortium, ob alias causas, quam fornicationem carnalem? pag 530.
43. An lapsus vnius coniugis in infidelitatem, vel hæresim, sit sufficiens causa ad faciendum diuortium? pag. 531.
44. An, si coniux pertrahat alterum coniugem ad peccandum mortaliter; possit hic, ab illo separari? pag. 531.

45. An

45. An sœuitia coniugis sit causa sufficiens ad celebrandum diuortium? pag. 531.
46. An quæuis sœuitia sufficiat ad diuortium celebrandum? pag. 531.
47. An licieat etiam viro, propter sœuitiam vxoris, diuortium celebrare? pag 532.
48. An non solum sœuitia præterita, sed etiam timor sœuitiæ futuræ, iustam diuortio causam præbeat? pag. 532.
49. An furor coniugis sufficiat ad celebrandum diuortium? pag. 532.
50. An possit vxor diuertere à suo viro latrocinijs dedito, & nolente à furtis abstinere? pag. 532.

FINIS.

TRACTATVS SEXTVS DE SACRAMENTO ORDINIS.

TRACTANT de Sacramento Ordinis, Authores, in principio 3. partis, citati. Concilia, Lateranense, *cap.* 3. Florent. Trident. *sess.* 23. & 24. Cathecis. Roman. Tractatu de Ordine. Theologi cum Magistro *in* 4. *dist.* 24. Vbi S. Thom. Ricard. Scoto Sotus, Palud. Capreol, & alij. Canonistæ in cap. Cum contingat de ætate, & qualitate Ordin. in cap. Cleros 21. *dist. in cap.* Perlectis. *dist.* 25. Nauarrus *in Manuali cap.* 22. Enriquez *lib.* 10. Couarrub. *lib.* 1. *Variar.* Bellarm. *de Ordine tom.* 2. & ex Recentioribus Thom. Sanchez *tom.* 2. *consil. lib.* 7. Ludouicus de S. Iuan, *in sum.* Diana, Philibertus Marchinus, D. Ioannes Machado de chaues: *Summistæ. Verb. Ordo.* & alij per multi infra adducendi.

DISPVTATIO PRIMA.

De Natura, Quidditate, & Numero Ordinum.

QVÆSTIO PRIMA.

An detur in Ecclesia Sacramentum Ordinis

NEGANT ex Hæreticis nostri temporis, Lutherus lib. de captibitate Babylonica, lib. de Ordine. Remnitius 2. p. examinis Conc. Trident. disp. de Ordinis Sacramento, & alij: vt referunt Bellarm. *lib.* 2. *de Ordine cap.* 1. Becanus *de Sacram. Ordinis cap.* 26. *quæst* 1. & Philibertus Marchinus *tract.* 1. *de Ordine par.* 1. *cap.* 10.

Sed certissime de fide, Respondeo: Dari. Quia sic definitur *in cap. Ad abolendam. de hæreticis.* In Concilio Romano sub Silvestro, *cap.* 3. & *can.* 1. Carthag. *IV.* Laodicensi, *can.* 24. Chalcedon. *can.* 2. Brachar. *can.* 3. Florentino *in decreto Eugenij*, & in Tridentino *sess.* 23. *can.* 2. & *can.* 3. Per hæc verba: *Si quis dixerit, Ordinem, siue sacram Ordinationem, non esse vere, & propriè Sacramentum à Christo Domino institutum. Anathema sit.* Sic Concilium. Et sic omnes Theologi cum Magistro *in* 4. *dist.* 24. Vbi D. Thomas, Sotus, Palud. Scotus, & alij. Legantur Enriquez, & Philibertus, locis citatis.

QVÆSTIO II.

An Sacramenti Ordinis recta ſit hæc definitio: Ordo eſt ſigraculum quoddam, per quod ſpiritualis poteſtas tribuitur Ordinato?

NEGAT in primis Sotus *in 4. diſt. 24.* Vbi ait: *Ordinem eſſe Sacramentum, quo ſpecialis poteſtas traditur in ordine ad conſecrandum corpus, & ſanguinem Chriſti.* Sotum ſequuntur Ægidius *de Sacram. diſp. 20. dub. 1.* & Ochagauia *tract. de Ordine, quæſt. 1. nu. 7.* Sanchez *loc. cit. cap. 1. dub. 1.*

Negat etiam Nauar. *in Man. cap. 22. n. 17.* hanc aſſignans Ordinis definitionem: *Ordo eſt Sacramentum, quo traditur character, & poteſtas conſecrandi Euchariſtiam, vel in id adminiſtrandi.*

Negat deinde Vazq. *tom. 3. in 3. p. diſp. 233. cap. 2. num. 27.* Sic Ordinem definiens: *Ordo eſt ſignum Eccleſiæ a Chriſto Domino inſtitutum, quo traditur alicui poteſtas, & officium.*

Negant tandem Bonac. *diſp. 8. de Sacram Ordinis, quæſt. vnica, punct. 1. nu. 1.* Ludouicus de S. Ioan. *quæſt. 1. ae Sacr. m. Ordinis art. 1. ub. 1.* & alij, alias definitiones Ordinis tradentes.

Sed probabilius Reſpondeo. Rectam eſſe prædictam Ordinis definitionem, nempe: *Ordo eſt ſignaculum quoddam, per quod ſpiritualis poteſtas tribuitur Ordinato.* Hoc eſt: *ſt ſignum ſenſibile, per quod poteſtas in Ordine ad Euchariſtiam conficiendam, vel miniſtrandã, tribuitur ordinato.* Sic Mag. *in 4. diſt. 24.* & D. Thom. D. Bonau. Duran. ibid: Nuñus in additio. *ad 3. par. quæſt. 34. art. 2. pag. 340.* Granados *tract. 1. de Sacram. Ordinis diſp. 1. num. 1.* Philibertus Marchinus *tract. 1. part. 1. cap. 4. à num. 7.* Ioannes de la Cruz *in ſum. tract. de Ordine, initio.* Samuel Lubinus *tom. 1. ſum. Verb. Ordo. in principio.* Machado *tom. 1 ſum. lib. 3. par. 1. tract. 4. doc. 1.* & alij.

QVÆSTIO III.

An Ordines ſint, adminus, ſeptem?

NEGANT, ex Hæreticis, Caluinus *lib. 4. inſtit. cap. 4. & 19.* & Kemnitius *in exa mine Trident. ſeſſ. 23.* (vt retulit Bellarm. *lib. 1. de Cleric. cap. 11.* & Philibertus *tractat. 1. cit. part. 1. cap. 5. num. 1.*) aſſerentes: tres tantum eſſe Ordines Eccleſiaſticos; nempe, Epiſcopatum, Presbyteratum, & Diaconatum.

Sed de fide certiſsime Reſpondeo: Eſſe, adminus, ſeptem Sacramenta Eccleſiæ: Quatuor, minores, & non ſacros: videlicet, Ostiariatum, Exorciſtatum, Lectoratum, Acoly tatum; Et tres maiores, & Sacros, nempe, Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum. Sic definitur in Concil. Carthagin. *4. cap. 3.* Cui interfuit S. Auguſtinus; in Romano ſub Siluest. *cap. 3.* Florent. *in inſtructio.* Armen. & in Trident. *ſeſſ. 23. can. 2.* Vbi ſic habetur: *Si quis dixerit præter Sacerdotium, non eſſe in Eccleſia Catholica alios Ordines maiores, & minores, per quos, velut per gradus quoſdam in Sacerdotium tendatur, Anathema ſit.* Sic Concilium, & ſic omnes Catholici. Legantur Bellarm. & Philibert. *loc. cit.* An autem ſint plures Ordines, quam dicti ſeptem; ex iam dicendis conſtabit.

QVÆSTIO IIII.

An Pſalmiſtatus, ſit Eccleſiaſticus Ordo?

AFFIRMAT Tilman *lib. de Sacram. cap. 3.* apud Philibertum, infra, & affirmant Aliqui Canoniſtæ, apud Arcangelum Rubeum *in 4. diſt. 24. & 25. pag. mihi 285.* & apud Hurtadum, vbi infra.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non eſſe. Quia officium Pſalmiſtarum, ſeu Cantorum non erat ſtabile, vt colligitur ex Concil. Carthag. *IV. cap. 10.* at Ordo, eſt permanens, & ſtabile: ergo. Addo, quod Cantores, & Pſalmiſtæ à ſolis Presbyteris conſtituebantur, vt habetur *in cap. Pſalmiſtæ diſt. 23.* at ſimplex Sacerdos, non poteſt per ſe Ordines conferre; ergo officia Cantorum, & Pſalmiſtarum, non ſunt Eccleſiæ Ordines.

Nec obſtant aliquæ Gloſæ, & Textus, appellantes Pſalmiſtatũ, Ordinem. Nam ſumpſerunt nomen Ordinis impropriè, pro officio Eccleſiaſtico; non propriè, pro Sacramento Eccleſiæ. Sic Archangel, *loc. cit.* & Philibertus *tract. 1. par. 1. cap. 6.* Vbi ait: eſſe certam ſententiam, & nullus alius, præter Tilman, oppoſitum dixiſſe. Sed in hoc minus bene, cum multi ex Canoniſtis illud aſſeruerint, vt bene Archangel. *loc. cit.* Hurtado *tract. de Ordine diſſ. 2.* Sanchez *tom. 2. conſil. lib. 7. c. 1. dub. 7. n. 6.* Et apud ipſum, D. Thom. D. Bonau. Ricard. Sotus, Tabiena, Siluester, & alij.

QVÆS-

QVÆSTIO V.

An Prima tonsura sit verus Ordo Ecclesiasticus?

AFFIRMANT Canonistæ communiter. Angelus *Verb. Ordo num.* 1. Hostiens. & Abbas *in cap. cum contingat. de ætate & qualit. Ordin.* Butrius *nu.* 3. Couarruuias, *in cap. Quia nos, num.* 4. *de testam.* Viuianus *in praxi iuris patronatus, par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 3. Cardin. Alexand. *in cap. Clericos dist.* 21. Cardin. Zabarella *in Clement.* 2. §. 1. *de sepult:* Lanzellotus, Parisius, Antonius Cuchus Madius, Garcias, Campanilis, Thomas Valascus. Franciscus Leo, quos referunt, & sequuntur Barbosa *de offic. & potest. Episcopi. allegat.* 2. *nu.* 16. & 17. & Torreblanca *in epitome delictor. in Appendice, cap.* 6. *per totum. Et de iure spirituali lib* 2. *cap.* 12. *pag.* 51. & *lib.* 15. *cap.* 5. *à n.* 12. Citat etiã pro hac parte Philibertus (vbi infra) præter hos omnes Autores, Principem Canonistarum, Nauarrum, *in Man. cap.* 22. *num.* 18. Sed male; nam hic Author oppositum docet, vt infrà.

Sed longe probabilius Respondeo: Non esse verum Ordinem. Primo: Quia in ea, non datur initiato aliqua spiritualis potestas: cum ad nullum certum officium, in Ecclesia habendũ, deputetur, in ordine, saltẽ, ad Eucharistiæ ministerium, ad quod reliqui omnes Ordines ordinantur: ergo.

Secundo: Quia Concilium Trident. nunquam vocat primam tonsuram, Ordinem; sed semper eam ab Ordinibus distinguit, & segregat *sess.* 23. *cap.* 2. & 6. ergo. Sic sentiunt omnes Theologi cum Magistro *in* 4. *dist* 24 S. Thom. *q.* 4. *art.* 2. D. Bonau. Ricard. Durand, Palud. ibid. Hugo de S. Victore *lib.* 2. *de Sacram. par.* 3. *cap.* 3. Siluester *ver. Ordo.* 1. Rodriguez *in sum. par.* 2. *cap.* 13 *num.* 2. Sayrus *lib.* 4. *de censur. cap.* 4. *num.* 7. & *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 19. Bellarm. *lib.* 1. *de Clericis cap.* 13. Suarez *de Sacram. disp.* 1. *sect.* 2. & *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de Horis can. cap.* 9. *num.* 5. Reginald. *lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 4. Vazquez *tom.* 3. *in* 3. *part. disput.* 262. *capit.* 1. *num.* 9. & 237. *cap.* 2. Molfesius *tract* 2. *cap.* 1. *num.* 31. & *cap* 3. *num.* 16. Fabius *in suo scrutinio. cap. de Ordine.* Bonac. *disp.* 8. *q. vnica punct.* 1. *num.* 6. Homobonus *de humanæ vitæ statibus. part.* 1. *cap.* 20. Valentia *tom.* 4. *disp. de Ordine q.* 1. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 9. *num.* 13. Layman. *lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 13. *num.* 3. Fernandez *in examine Theologiæ part.* 3. *cap.* 11. §. 1. *num.* 3. Chamerotã *de Sacram tract.* 11. *de Ordine cap.* 1. *dub.* 1. Quos omnes, sic citat. & sequitur Philibertus *tract.* 1. *de Oratione part.* 1. *cap.* 7. *num.* 2. *pag.* 6. Quibus ego addo, vnum pro mille, meum Nauarrum *in Man. cap.* 22. *n.* 18. *versu. Quare. Iabellus tom.* 2. *par.* 5. *tr.* 7. *cap* 3. *pag. mihi* 589. Raynerium *tom.* 2. *ver. Ordo, cap.* 26. Pesantium *in addit. quæst.* 40. *disp.* 1. *pag.* 1005. Archangelum *dist.* 24. & 25. *pag.* 287. Ochagauiam, *tract. de Ordine q.* 2. & 3. Ægidium *disp.* 20. *dub.* 2. Hurtadum *tract. de Ordine, diff.* 2. Binsfeldium *in Enchirid. Pastoralis Theologiæ par.* 1. *cap.* 16. *de Ordine*, §. 4. Ioannem de Cruce *loc. cit. dub.* 1. *concl.* 1. D. Ioannem Machado *tom.* 2. *sum. lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 1. *doc.* 1. Ludouicum de S. Ioan. *de Ordine q.* 1. *art.* 1. *dub.* 4. & *diff.* 3. Sanchez *lib.* 7. *consil. cap.* 1. *dub.* 6. *num.* 6. dicens, id esse certissimum. Et communem.

QVÆSTIO VI.

An Quatuor minores Ordines, sint verà Ecclesiæ Sacramenta.

NEGANT Magister *in* 4. *dist.* 24. Sotus *ibidem q.* 1. *art.* 4. *concl.* 7. Michael de Medina *lib.* 1. *de continentia cap.* 46. Nauar. *in Man. cap.* 22. *num.* 18. Angles *in* 4. *quæst. de Ordine art.* 1. *diff.* 3. *concl.* 4. Ayala *lib. de tradit. Apostol. cap. de Ordine.* Vivaldus *in candelabro aureo de Sacram. Ordinis num.* 13. *pag. mihi* 246. Qui citat pro hac parte Caietanum *quæst. de modo tradendi Ordines art. vnico.* Durandum *in* 4. *d.* 24. Victoriam *in sum. num.* 226. Castrum *de iusta Hæret. punitio. cap.* 22. Couarruuias *lib.* 1. *variar. cap.* 10. *nu.* 10. Siluestrum *Ordo* 1. *quæst.* 1. *versic.* 3. Sed certe ex his, quos hic author citat, authoribus, oppositum docent Victoria & Couarr. *loc. pro contrario, cit.* Tenent tamen ex Recentoribus etiam, Vazquez *tom.* 3. *in* 3. *part disp.* 237. *cap.* 2. & meo videri, Machado *tom.* 2. *sum. lib.* 4. *part.* 1. *tr.* 2. *docum.* 1. *num.* 2. (licet contrarium secutus fuerat *tom.* 1. *lib.* 3. *par.* 1. *tract.* 4. *docum.* 3. Petrus Cañedo *in Compend. Sacram. tract.* 8. *pag. mihi* 252. & Layman *lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 4. *assertione* 4. penes Philibertum:

bertũ, vbi infra; sed certe Layman, potius fauet oppositæ parti, si legatur attente: Sed, Quid quid sit de hoc.

Longe probabilius Respondeo: Esse vera Sacramenta. Quia id clare colligitur ex Concilio Florent. in litteris Eugenij, & ex Trident. *sess.* 23. In qua, cum omnes septem Ordines, *cap.* 2. enumerasset, postea, *cap.* 3. & *can.* 3. absolute, & sine limitatione definit, & determinat, Ordinationem esse sacram, & verum Sacramentum. Sic S. Thom. *in* 4. *dist.* 24. *quæst.* 2. *art.* 1. *quæst.* 3. & 3. *par. quæst.* 37. *art.* 3. D. Bonauent. *dist.* 24. *art.* 2. Scot. *ibid. quæst.* 1. Ricard. *art.* 3. *quæst.* 3. Iabellus *loc. cit. cap.* 4. Nusus 3. *par. quæst.* 37. *art.* 2. *pag. mihi* 868. & *quæst.* 36. *art.* 1. *concl.* 3. *pag.* 856. Victoria *quæst.* 226. Bartholom. de Ledesma *de Ordine diff.* 8. *conc.* 3. *col.* 1152. dicens, id esse commune, inter omnes Theologos. Petrus Ledesma *in sum. tract. de Ordine cap.* 1. *post.* 3. *concl.* Ioan de Cruce *loc. cit. concl.* 3. Lublinus *ver. Ordo, initio.* Ioan. Biescas *in Apologia D. Thomæ quæst.* 11. *art.* 4. *dub.* 5. *pag.* 798. & 805. Vbi docet, contrariam opinionem, ad minus, esse improbabilem. Bellarm. *tom.* 3. *de Ord. cap.* 7. & 8. Enriq. *lib.* 10. *cap.* 2. §. 2. dicens oppositum, à Guidone reputari errorem. Valentia *tom.* 4. *disp.* 9. *quæst.* 1. *punct.* 4. Reginald. *lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 17. Ægidius *disp.* 20. *num.* 47. Granad. *controuer.* 9. *tract.* 1. *disp.* 2. *num.* 9. Hurtado *tract. de Ordine diff.* 9. Filliuc. *tract.* 9. *num.* 288. Sanchez *lib.* 7. *de Matrimon. disput.* 31. *tom.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 3. *pag.* 270. Ludouic. *loc. cit. q.* 1. *art.* 1. *diff.* 1. *concl.* 2. Archãg. *dist.* 24. & 25. *pag. mihi* 287. & 291. dicens oppositum, absque temeritatis nota, non posse assimari. Philibertus *tract.* 1. *de Ordine parte* 1. *cap.* 8. *num.* 13. Molesius *tract.* 2. *de Ordine cap.* 1. *num.* 29. Villalobos *tract.* 11. *diff.* 3. *num.* 1. Petrus à Sancto Ioseph *tom.* 2. *de Sacrament. disp.* 7. *sect.* 2. Bonacina *disp.* 8. *punct.* 2. *num.* 2. Binsfeldius *loc. cit.* Pessantius *loc. cit. vers.* 1. *obijcies.* Vbi ait, probabilius esse, hanc nostram sententiam esse de fide. Torreblãca *lib.* 2. *practicar.* 12. *n.* 16. Qui pro hac parte citat Couarruuiam *lib.* 1. *variar. cap.* 10. *num.* 15. & *in cap. Qui ad nos. de testam. num.* 3. Barbosam *de potest. Episcopi part.* 2. *alleg.* 2. *n.* 21. & Vazquium *tom.* 3. *disp.* 243. & 244. Sed ex his, pessime citat Vazquium. Tenent denique communiter omnes Canonistæ.

QVÆSTIO VII.

An Subdiaconatus, sit verum Ecclesiæ Sacramentum?

NEGANT Magist. *in* 4. *dist.* 24. §. *Septimus Ordo.* Durandus ibi. *quæst.* 2. Cajetanus *tom.* 1. *opusc. tract.* 11. & 3. *par. quæst.* 64. *art.* 3. Martinus de Ayala *lib. de traditio. Apostol. cap. de Ordine.* Grarianus *in decreto dist.* 21. §. 1. Chamerota *de Sacram. tract. de Ordine cap.* 1. *dub.* 5. Maldonatus *quæst.* 3. *de Ordine par.* 2. Et dicunt, id esse probabile Victoria *num.* 226. & 235. Sotus *dist.* 24. *quæst.* 1. *art.* 4. Philibertus vbi supra, *num.* 1. *pagina* 7. Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 7. *documen.* 1. *num.* 2. Layman *loc. cit.* & Petrus de S. Ioseph, vbi infra.

Sed, longe multo probabilius, & verius, Respondeo: Esse verum Ecclesiæ Sacramentum. Primô; Quia id clare colligitur ex Concilijs Florentino, & Tridentino *loc. cit.* Secundô: Quia Subdiaconus per suam ordinationem, vere recipit spiritualem potestatem ad exercendum aliquod sacrum; nempe ad hoc, vt Calicem, & Patenam deferat ad Altare, & Diacono porrigat: vinum, & aquam suppeditet ad sacrificium: Epistolam solemniter in Missa cantet &c. Ergo, & verum Sacramentum. Sic docent omnes DD. pro nostra sententia, *quæst. præced.* citati, præcipue Pessantius *loc. cit.* & Biescas *dub.* 5. *cit. propositio.* 6. *pag.* 796. & 803. Vbi docent, hanc nostram sententiam esse de fide. Sanchez *loc. cit. dub.* 8. Ludouicus *loc. cit. art.* 1. *diff.* 1. *pag.* 750. Qui tamen male citat Cajetanum pro hac parte. Petrus à Sancto Ioseph *tom.* 2. *disp.* 7. *sect.* 5. Et ex contrarijs, Sotus, Nauarrus, & Vazquez, *loc. cit.* Et denique est communis omnium Theologorum, & Canonistarum ex quibus Torreblanca *loc. cit. num.* 44. docet, esse hæreticum negare ordinis, gradus præter Sacerdotium, & Diaconatum. Sed nimis rigide.

QVÆS-

QVÆSTIO VIII.

An Diaconatus, sit verum Ordinis Sacramentum?

NEGANT adhuc Durand. Caiet. & Medina, Domitius Camerota, & Maldonatus, *loc. cit* Sameron etiam (apud Philibertum *tract. 2. de Ordine par. 7. cap. 1. nu. 9. & 10.* Volentes, Diaconatum ab Apostolis fuisse institutum. Citat etiam pro hac parte, Machado, vbi infra, Bellarminium *tom. 2. de sacro Ordine cap. 6.* & Baronium *tomo 1. Anno Christi 34.* Sed ex his duobus, Bellarminus (quem vidi) expresse tenet contrarium, quamuis non de fide. Dicunt tamen hanc sententiam esse probabilem, Victoria *de Sacram. num. 226. & 235.* Sotus *dist. 24. quæst 1. art. 4.* Martinus de Ledesma *2. par. 4. quæst. 40. art. 1.* & Layman *lib. 5 tract. 9. cap. 4. num. 4.*

Sed certissime Respondeo: Esse verum Ordinis Sacramentum, à Christo Domino institutum. Primo. Quia id videtur definisse Trident. *sess. 23. can. 6. illis verbis: Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica, non esse Hierarchiam, diuina Ordinatione institutam, qua constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris, anathema sit.* Sed per ministros, vt minimum, Diaconos intelligere est necesse, quos ex diuina ordinatione institutos esse definit: ergo Diaconatum esse verum Sacramentum ad fidei nostræ dogma pertinere videtur.

Secundò. Quia Diaconus in sua ordinatione accipit potestatem proxime assistendi Sacerdoti celebranti; &, eo absente, Eucharistiam ægrotis ministrandi; cantandi Euangelium in Missæ sacrificio: ergo & Sacramentum. Sic tenent communiter omnes Theologi, & Canonistæ, præcipue supra citati. Inter quos Enriq. *lib. 10. cap. 2. n. 2. & in comm. lit. G.* Vbi ait; oppositam sententiam, esse periculosam, & temerariam. Sa *Verb. Ordo. num. 1.* Petrus Soto *lect. 4. de Ordine.* Miranda *in Man. Prælat. quæst. 38. art. 10. tom. 1.* Philibertus *loc. cit. & tract. 1. par. 1. cap. 9. num. 4* Vbi dicit, oppositum, non esse tutum. Machado *tom. 2. lib. 4 par. 1. tract. 8. docum. 1. num. 2.* Cornelius à Lapide *in cap. 6. Actuum.* & alij.

QVÆSTIO IX.

An Presbyteratus, sit verum Ordinis Sacramentum?

NEGANT ex hæreticis nostri temporis, Lutherus *lib. de captiuitate Babilonica, cap. de Ordine.* & Kemnitius *2. par. examin. Concilij Trident. disp. de Sacram. Ordinis*, vt referunt Bellarminus *lib. 2. de Sacram. cap. 23.* & Philibertus *tract. 1. de Ordine part. 1. cap. 10.*

Sed de fide Respondeo: Esse verum Sacramentum. Quia sic definitur in Concilijs, Calcedon. *can. 2.* Bracharen. *can. 3.* Florent. *in Decreto Vnionis*, & Tridentino *sess. 23. cap. 2. & can. 1. & 4.* & docent omnes Theologi, *in 4. dist. 24* & Canonistæ *in cap. Ad abolendam.* de Hæret. Legantur Authores citati.

QVÆSTIO X.

An Episcopatus, præcise consideratus, sit verus Ordo, verumque Sacramentum?

NEGANT ex Canonistis, Abbas *in cap. ex literis. de excess. sib. Prælat.* Turrecremata *in c. Cleros. dist. 21. art 5.* Couarrubias *lib. 1. Variar. cap. 10. num. 15. & 16.* Franciscus Leo *in Thesauro fori Ecclesiastic. part. 1. cap. 4. n. 17.* Et ex Theologis, Alens. *4. par. quæst. 20. memb. 8. art. 1.* S. Thom. *dist. 24. quæst. 2. art. 2.* Palud. *q. 7.* Bonau. Albertus Mag. Ricard. Sotus *quæst. 2. art. 3. & lib. 10. de Iust quæst. 1. art. 2.* Ex Summistis, Siluest. *Verb. Orao.* S. Anton. *cap. 16. § 8.* Enriquez *de Sacram. Ordinis cap. 7.* Philiarcus *lib. 1. cap. 10.* Reginald. *lib. 30. num. 5.* Comitolus *lib. 1. de Sacram. quæst. 98. sub num. 11.* Bonac. *de Sacram. disp. 8. quæst. Vnica punct. 1. num. 3.* Molfes. *tract. 2. cap. 1. num. 31.* Quos omnes, sic citat pro hac parte Philibertus *tract. 1. par. 1. cap. 11. num. 1.* Sed nō omnes bene; vt infra. Tenent etiam Villalobos *diff. 2. num. 4.* Ludouicus de S. Iuan *quæst. 1. de Sacram. Ordinis art. 1. dub. 4. & art. 2. dub. 4. concl. 1. & dub. 6. pag. 754.* Nuño *in 3. par. quæst. 40. art. 5.* Vinaldus *loc. cit. Vers. S. Thomas Vero.* Binsfeld. *loc. cit §. 4. pag. mihi 129.* Diana *5. par tract. 10. res. 41.* Petr. Ledesma penes ipsum. Sanch. *tom. 2. consil. lib. 7. c. 1. dub. 9.* Capreol. & Ferrara, penes Biesc. vbi infra.

Sed probabilius lerge Respondeo: Esse verum Ordinem, verumque Sacramentum. Primò. Quia id satis clare colligitur ex Trident. *sess. 23. cap. 4.* Vbi sic dicitur: *Proinde Sacro sancta synodus declarat præter cæteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum Ordinem præcipue pertinere. Et can. 6. Si quis dixerit in Ecclesia Catholica, non esse Hierarchiam aliuina Ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris, anathema sit.* Ergo ex Concilio constat, Ordinationem Episcopi, esse verum Ordinem, sicut est Ordinatio Sacerdotis.

Secundò. Quia in ordinatione Episcopi, producitur gratia ex opere operato, vt constat ex illis verbis, quæ Episcopus dicit: *Accipe Spiritum Sanctum*: rursus, producitur proprius character; cum Episcopus in sui ordinatione accipiat, veram, nouam, realem, & indelebilem potestatem Ordinandi Ministros Ecclesiæ, & conferendi Sacramentum Confirmationis: ergo Ordinatio Episcopi Sacramentum erit. Sic apud Philibertum, ex Canonistis, Glosa *in præm. 6. Verb. Episcopus*. Albas *in cap. Aqua. de Consecr Eccles.* Nauar. *in man. cap. 22 num. 18.* Card. Tuschus. *Verb. Ordo. concl. 189.* Ex Theologis. Scot. *in 4. d. 24. art. 2.* Durand. *quæst. 6. num. 8.* Mayor, & Almayn. *ead dist.* Altisiod *lib. 4. sum. cap. de Ordine.* Petrus Soto *lect. 4. de Sacram Ordinis*, dicens, (sed minus bene) id esse fidei dogma. Medina *lib 1. de celibatu cap. 16.* Caiet. *tom. 1 opusc tract. 10.* Fornarius *cap. 1. de Ordine* Bellarm. *lib. 1. de Ordine, cap. 5.* Valentia *disp. 9. quæst. 1. pun. 4. §. secundum Controuersum.* Sa, *Verb. ordo. n. 7.* Vazquez *to. 3. in 3. par. disp. 240. cap 3.* Ægid. *disp. 20. dub. 2 num. 9* (& dub. 6. num. 43) Tolet. *lib. 1. sum. cap. 71.* Chamerota *trac. de Sacram. Tract. 11. de Ordine Sacro cap. 1. dub. 3.* & Layman *lib. 5 tract. 9. cap. 7.* in fine; & *cap. 4. num. 3.* Sed ex his, quos, hic Author, citat authores, Toletus, nil de hac re.

His etiam addi possunt, ex Canonistis Barbosa, *de potest. Episcop. par. 1. cap. 2. & par 2. allegat. 1. num. 18. & alleg. 2. num. 16.* & Torreblanca *lib. 2. pract. cap. 12. num 16. 26. & 33.* Qui tamen, male citat Bonacinam (loco, vt supra) pro hac parte. Et ex Theolog. Enriquez, *lib. 10. cap. 7.* Vnde, haud bene, citatur à Philiberto, pro contraria sententia. Hurtado *diff. 2. & 7.* Becanus *cap. 26. q. 1 est 3.* Granad. *tract. 1. disp 2. num. 15.* Ioannes Biescas *in Apologia pro doctrina S. Thomæ tom. 1 q. 11. art. 4. dub. 5. propos. 6. pag. 774.* Vbi probat doctè, S. Thomam, vere scripsisse ordinationem Episcopi, esse ordinationem sacram, & ordinem sacrũ, & verum Sacramentum Ordinis, Petrus à S. Ioseph. *to. 2. de Sacram. dis. 7. sect. 2.* dicens, id esse certum, & commune. Tenet, & Philibertus *tract. 1. par. 1. cap. 11. num. 2. & 3.*

QVÆSTIO XI.

An Episcopatus, constituat Sacramentum à Sacerdotio vndequaque distinctum?

AFFIRMANT Caiet. Nauar. Petrus Soto, Ayala, Couar. Barbosa, Torreblanca, & ex parte, Philibertus. *ll. cc.* communiterque Canonistæ pro viribus defendentes, Episcopatum, octauum esse Ordinem.

Sed probabilius, & magis consequenter, Respondeo: Esse quidem, vt diximus, verum Sacramentum; sed non debere dici, vndequaque, & omnino distinctum à Sacerdotio; nec constituere octauũ Ordinem. Ratio est. Quia Episcopatus est perfecta Sacerdotij plenitudo, claudens in sua essentia Sacerdotium ipsum; itaut sine illo consistere nequeat. Addo. Quod, sicut ex duplici potestate consecrandi, & absoluendi, vnicus fit ordo Sacerdotalis; ita ex duplici potestate: nempe, Sacerdotali, & Episcopali, resultat vnicum, integrum, & perfectum Sacerdotiũ, ex eo ergo, quod Episcopatus, sit à Christo institutus, & verum Ecclesiæ Sacramentum, verumque, ac distinctum characterem imprimat, non sequitur, esse pluspuam septem Ecclesiæ Sacramenta, cum non omnino à Sacerdotio distinguatur. Sic Durand. cit. & ex illo tandem Philiber. *loc. cit. num. 21. pag. 20.* Granad. *loc. cit. num. 16. & 18.* Enriquez *lib. 10. cap. 2. num. 1. & cap. 7. num. 1. & 2.* Hurtado *loc. cit. diff. 3.* Petrus à S. Ioseph *disp. 7. Ordine sect. 2. pag. 314.*

QVÆSTIO XII.

An In Ordinatione Episcopi infundatur nouus character, à charactere Sacerdotali distinctus?

NEGANT, in primis, quidam Authores, quos, tacito nomine, refert Biescas vbi infra: existimantes Ordinationem Episcopi,

pi, non esse Sacramentum; nec infundere gratiam; nec characterem, nec extendere characterem Sacerdotalem ad Ordinandũ, & Confirmandum: sed solum, esse ritum diuinum à Christo institutum, quo datur Episcopo facultas vtendi charactere suo Sacerdotali, ad conficiendum Sacramenta Ordinis, & Confirmationis.

Negat deinde Vazquez *tom. 3. in 3 par. disp. 240. cap. 5.* iuncta *disp. 239. cap. 6.* docens; In ordinatione Episcopi, nec imprimi nouum characterem, nec extendi characterem Sacerdotalem præexistentem, sed solùm designari, diuina designatione talem characterem ad Ordinandum, & Confirmandum, in qua designatione, consistit potestas Episcopalis.

Negant rursus Siluest. Sotus, & alij, quos citat, & sequitur Viuald. *tract. de Ordine n. 3. Vers. Sanct. Thom. vero*, Sanch. *tom. 2. opusc. lib. 7 c. 1. dub. 9. nu. 5. & dub. 2. n. 21.* Ex parte, sequitur Enriquez *l. b. 10. cap. 7.* putantes, per Ordinationem Episcopi, non imprimi Episcopo nouum Characterem; sed solùm perfici, extendi, & dilatari characterem Sacerdotalem præexistentem ad Ordinandum, & Confirmandum.

Negant tandem alij Theolog, quos, suppresso nomine, citat Biescas, dicentes, per Ordinationem Episcopi, verè produci characterem nouum, & distinctum à charactere Sacerdotali; sed talem esse characterem ad Confirmandum; non verò ad Ordinandum; nam ad hoc sufficit (inquiunt) Episcopo character Sacerdotalis.

Sed probabilius longe Respondeo: In Ordinatione Episcopi nouum infundi characterem, distinctumque à charactere Sacerdotali, quem præsuponit. Ratio est. Primò. Quia consecratio Episcopi, est vera ordinatio sacra, & distincta, vtpotè solemnior, & superior Ordinatione Sacerdotis, vt definit Trident. *sess. 23. cap. 4. & can. 6.* At omnis ordinatio sacra, est vere, & propriè Sacramentum, vt etiam definit Trident. *sess. cit. can. 3.* Ergo consecratio Episcopi, est vere Sacramentum, & Sacramentum Ordinis, & distincta realiter ab ordinatione Sacerdotis. Tunc sic, sed Sacramentum Ordinis imprimit characterem, vt definit idem Trident. *loc. cit. can. 4.* Ergo consecratio, seu Ordinatio Episcopi, imprimit characterem, & distinctum à charactere Sacerdotali.

Secundo. Quia potestas, quæ tribuitur Episcopo, est distincta in specie ab illa, quæ tribuitur Sacerdoti per suam ordinationem: ergo non possunt esse vna in specie qualitas, vnus in specie character; consequentia patet: antecedens vero, probatur. Quia potestas Sacerdotalis, & Episcopalis respiciunt obiecta specie distincta; illa enim habet pro obiecto, consecrare Corpus Christi; hæc verò; Confirmare, & Ordinare: ergo non sunt vna qualitas, sed diuersæ.

Tertiò, contra vltimum dicendi modum, sic arguo. Nam per ordinationem Episcopi, datur ei potestas, tam ad Ordinandum, quam ad Confirmandum: at hæc, nequit esse duplex, sed vnica, cum per vnicam detur ordinationem: ergo vnicus character, seu vnica potestas ad Ordinandum, & Confirmandum. Sic optime, & late, Biescas *in Apologia pro doctrina S. Thomæ quæst. 11. art. 4. sub. 5. propositione 6. per totam.* Philiberius Marchinus *tract. 1. de Ordine par. 1. cap. 11. num. 18.* Petrus à S. Ioseph *tom. 2. de Sacram. disp. 7. sect. 2. pag. 314.* Hurtado *tract. de Ordine diff. 3.*

QVÆSTIO XIII.

An Non Sacerdos, possit valide consecrari Episcopus?

AFFIRMANT Ioannes Andreas, *in cap. 1. de Clerico per saltum prom. Licobatius; de Concil. lib. 10. art. 7.* quos citat, & sequitur Couarru. *lib. 1. Variar. cap. 10. num. 16.* Marcus Antonius Cuchus *lib. 2. institution. maiorum tit. 6. num. 20.* Licet addant; non posse tamen Episcopum suam potestatem exercere, si Sacerdos non sit. Fundamentum eorum esse potest. Quia (vt nuper est habitum) in ordinatione Episcopi imprimitur nouus character: ergo optime potest quis valide consecrari in Episcopum, ante quam sit Sacerdos; sicut propter eandem rationem, valide potest fieri Diaconus, qui nõ est Subdiaconus, aut Presbyter, qui non est Diaconus.

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia Episcopatus claudit essentialiter Ordinem, & potestatem Sacerdotalem; non verò Diaconatus (v.g.) Subdiaconatum: ergo repugnat quis ordinari in Episcopum, quin prius Sacerdos sit. Antecedẽs probatur: Tũ, quia Episcopatus est summum, & completũ Sacerdotium: ergo debet includere in suo conceptu formali adæquato, Sacerdotalem potestatem. Tum: Quia Episcopus ex proprio officio habet, dignitatem Sacerdotalem alijs conferre: sed nemo dat, quod in se

non habet, vel actu, vel virtute, vel eminenter: ergo necessario oportet, quem esse Sacerdotem, vt Episcopus sit. Quæ rationes nõ militant in Diaconatu, respectu Subdiaconatus &c. Sic optime Philibertus, Biesius, & Perrus à S. Ioseph *loc. cit.* Sayrus *lib.* 7. *de censur. cap.* 10. *num.* 41. Suarez *de cens. disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 53. Vazquez *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 240. *num.* 54. & *disp.* 243. *num.* 24. Qui omnes, hanc nostram sententiam vocant, certissimam, & indubitatam Hurtado *loc. cit.* Sanchez *loc. cit. cap.* 1. *dub.* 14. *num.* 8. & alij penes ipsos.

QVÆSTIO XIV.

An Archiepiscopatus, sit Ordinis Sacramentum, ab Episcopatu distinctum?

AFFIRMAT Altisiodor. *lib.* 4. *tit.* 8. *cap.* 1. apud Enriquez *lib.* 10. *cap.* 7. *in comm. lit. O.*

Sed certissime Respondeo: Negatiue. Quia Archiepiscopus, nihil ordinis habet supra Episcopum; sed solum, aliquid superioritatis, & maioris iurisdictionis, ac excellentioris beneficij. Idemque omnino est dicendum de Patriarchatu. Nam Patriarcha est Episcopus, qui est princeps, inter Episcopos, & Archiepiscopos. Sic Enriquez, & Hurtado *loc. cit.* Philibert. *loc. sit. cap.* 12. *num.* 8. *pag.* 21.

QVÆSTIO XV.

An Cardinalatus, sit verus Ecclesiæ Ordo?

AFFIRMANT Turrecremata *lib.* 1. *sum. cap.* 80. Card. Albanus *tract. de Cardinalatu quæst.* 5. Iacobatius *tract. de Cõcilijs lib.* 1. *art.* 12. Barbatius *tract. de potest. Cardin. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 20. Villadiego *de Orig. Cardin. q.* 1. Martinus Laudemius *tract. de Cardinal. quæst.* 7. Augustin. Triumph. *de potest. Eccles. quæst.* 102. & D. Anton. 3. *part sum. tit.* 21. *cap.* 1. & 2. Quos omnes affert pro hac parte Philibertus *l. c.* Vbi ait, dictos Authores existimare Cardinalatũ fuisse à Christo institutum; Apostolosque, fuisse Christi veluti Consiliarios, quibus Cardinales Papæ Assessores, & Consiliarij succedere.

Sed mihi certissime Respondeo: Nec esse Ordinẽ Sacrũ, nec institutũ à Christo. Quia Cardinalatus, nec habet consecrationem aliquam; nec materiam, nec formam, nec confert gratiam, nec imprimit characterem: ergo, nec erit Ordo, nec Sacramentum. Sic Card. Bellarm. *lib.* 1. *de Clericis cap.* 26. *controu.* 5. Cardin. Zabarella *in Clemen. Ne Romani.* Azor *par.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *q.* 3. Sotus *dist.* 24. *quæst.* 2. *art.* 4. Chamerota *de Sacramen. tract.* 11. *cap.* 1. *dub.* 2. Hurtado *loc. cit.* Moneta, Moure, & alij, quos referunt, & sequuntur Philibert. *loc. cit. cap.* 21. Diana 5. *par. tract.* 2. *resol.* 2. & Sanch. *lib.* 7. *consil. cap.* 1. *dub.* 10. dicens, esse certam sententiam, & alij.

QVÆSTIO XVI.

An Declarationes Cardinalium, de Ritibus, de Tridentini intelligentia, & de alijs negotijs, faciant ius, & obligent sub mortali?

AFFIRMANT, habere vim legis, & obligandi in vtroque foro, tanquam, si ab ipso Papa expeditæ fuissent, non solùm in ipsis negotijs, in quibus sunt expeditæ, sed, vt leges generales, in similibus omnibus, apud Dianam, vbi infra, Salas *de legib. tr.* 14. *disp.* 21. *sect.* 12. Cochier *tract. de permut. benef. par.* 2. *cap.* 30. Zipeus *in annalibus Iuris Can. Epist. ad lectorem.* Leo *tract. de Iubileo par.* 2. *quæst.* 5. *num.* 207. Bellochius *de casib. reseru. quæst.* 2. *num.* 82. Rodriguez *qq. Regul. tom.* 1. *quæst.* 11. *art.* 1. & 2. Gambarupta *de casib. reseru. cap.* 3. *num.* 6. Lazarius *tract. de Blasph. quæst.* 10. *num.* 39. Miranda *tom.* 2. *quæst.* 6. *art.* 11. Homobon. *de exam. Eccl. par.* 1. *tract.* 1. *cap.* 6. *quæst.* 29. D. Ioannes Narbona *de appellat. à Vicario ad Episc. par.* 1. *num.* 189. Garc. *de Benef. tom.* 1. *in prefat.* Barbosa *de Iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 8. Sarauia, Hieronim. Rodriguez, & Moneta. Quos omnes citat Diana 1. *par. tract.* 10. *resol.* 29. & 5. *par. tract.* 2. *resol.* 96. Vbi illis satis, per hæc verba, fauet: verum licet ego vbi supra *in* 1. *par. tract.* 10. *ref.* 29. sententiæ negatiuæ adhæserim, asserenti dictas declarationes esse tantum doctrinales; tamen nunc circa præsens dubium nolo iudicium meum interponere. Optarem tamen decisionem huius difficultatis à sum. Pontifice ita definiri, vt in posterum amplius locus non esset Doctorum opinionibus adhærere. Ita Diana.

Negant è diametro alij, defendentes tales declarationes nullã habere vim legis, sed

solùm

solum esse doctrinales sententias, licèt maximi ponderis, & semper magnifaciendas. Ita tenent apud ipsum Dianã *loc. cit.* P. de Ledesma *in sum. tom. 1. de Sacram. pœnit. cap. 13. diff. 7.* Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 2. num. 10.* Valerus *in differ. ver. Absolutio differ. 1. nu. 20 & V. nullitas diff. 5. nu. 2.* Pontius *de matrim. lib. 5. cap 13. § 2. num. 7.* Zipæus *in nouo iure Pontificio lib. 5. tit. de pœnit. & remiss.* Serarius *in Proleg. Bibliacis cap. 19. q. 11.* Bonacina *de leg. disp. 1. q. 1. punct. 8. num. 4.* Vega *tom. 1. cap. 62. casu 41.* Portel. *in dubijs Regul. verb. Cardinalium declarationes,* Yanez, Hurtado de Mendoça *2. 2. volum. 1. disp. 84 sect. 2. §. 25.* Layman *lib. 1. tract. 4 cap. 7. §. 7. num. 28.* & alij infra citandi.

Sed clarius, & probabilius Respondeo: Declarationes eminentiss. Cardinalium, siue manuscriptas, siue impressas, tunc solum vim legis habere; & in conscientia obligare, quando habent omnes conditiones requisitas, in Bullis Sixti V. Gregorij XIII. & S. D. N. Vrbani VIII. Quarum prima est; vt in ipsa declaratione referatur eam fuisse pronuntiatam *facto verbo cum Sanctissimo.* Secunda, vt Domini Cardinales, solum declarent, & interpretentur, non vero disponant, dispensent, restringant, aut amplient, vltra vim verborum, aut regulas iuris. Vnde, si aliquid vltra limites prædictos præsumat congregatio, necesse est in ea explicari, id ortum habuisse ex peculiari commissione Pontificis. Tertia est: vt sint certæ, & indubitatæ; & constet sufficienti authoritate eas esse declarationes congregationis, quod tunc constabit, quando subscriptæ fuerint per aliquem Cardinalem, & Secretarium S. Congregationis, cum sigillo authentico, de cuius fidelitate, & veritate nequeat dubitari, vt constat ex speciali S. D. N. Decreto, apud Barbosam *de iure Eccles. lib. 1. cap. 4. nu. 83.* Sic dicente: *Ex speciali S. D. N. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. iussu mandat, & præcipit huiusmodi declarationibus, tam impressis, & imprimendis, quam manuscriptis, nullam fidem esse in iudicio, vel extra, à quoquam adhibendam, sed tantum illis, quæ in authentica forma, solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis præfecti, ac Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint. In quorum fidem hæc propria manu subscripsimus, & sigilli nostri impressione communiri, ac typis mandari iussimus. Datt Romæ die 2. Augusti 1631 R. Card. Vbaldinus.*

locus † Sigilli.

Franciscus Paulutius S. Cong. C. Secret.

Quarta conditio est; quod prædictæ declarationes promulgentur sufficienter. Sic expresse Ochagauia *de Sacram. tract. 2. de pœnit. q. 40. num. 12.* Torreblanca *lib. 14. practicar. cap. 3. à num. 18. fol. mihi 393.* Philibertus Marchinus *tract. 1. de Ordine part. 1. cap. 12. num. 16. pag. 21.*

QVÆSTIO XVII.

An Papatus, sit Ordo distinctus ab Episcopatu?

Respondeo: Negatiue. Quia Papatus, nec habet peculiarem consecrationem, nec vnctionem, nec formam; sed statim ac legitima facta est eius electio, accipit, iure diuino, omnem plenitudinem potestatis, quã Christus dedit D. Petro: ergo Papatus non est ordo. Sic Sotus *in 4. d. 24. art. 4 cõ. 2.* Bonac. *disp. 8 punct 1. num. 5.* Philibert. *loc. cit. cap. 13.* dicens, id esse indubitatum apud omnes Theologos.

QVÆSTIO XVIII.

An Omnes præfati Ordines, sint vnum Sacramentum?

Respondeo: Omnes esse vnum Sacramentum: non vnitate numerica; cum singuli Ordines habeant distinctas materias, & formas, & imprimant distinctos numero characteres; Nec omnes ordines sunt vnum Sacramentum, sola vnitate specifica, aut generica; sed vnitate integrali, aut vnitate finis, qui est solemnis confectio Eucharistiæ, ad quam omnes Ordines vltimate ordinantur, mediate, vel immediate. Sic Bellarm. *lib. 1. de ordine cap. 8.* Granados *tract. 1. disp. 2. nu. 19.* Philibert. *loc. cit. cap. 15.* Machado *tract. 4. cit. docum. 1.* & alij.

DISPV-

DISPVTATIO SECVNDA.

De Institutione Omnium Ordinum in particulari.

QVÆSTIO PRIMA.

An Vsus Primæ tonsuræ, licitus, & honestus sit?

NEGANT hæretici nostri temporis, vt refert Philibertus, infra, asserentes, Monachorum, & Clericorum tonsuram, superstitiosam esse, & diuinis litteris, & purioris Ecclesiæ vsui, repugnantem.

Sed certissime Respondeo: Pium, licitum, ac laudibile esse talem tonsuræ vsum. Quia id satis probat vsus Ecclesiæ Catholicæ: & Philibertus, *tract. 2. de Ordine cap. 1. pagina* 174. ex Scriptura, Patribus, & Concilijs, & exemplis Sanctorum. Legatur.

QVÆSTIO II.

An Tonsuræ Ecclesiasticæ vsus ab Apostolo Petro exortus fuerit?

NEGAT in primis Caluinus *lib. 4. institut. cap. 19. §. 27.* Qui docet, à tempore Augustini, & non prius, tonsuræ ritum apud Clericos, & Monachos in vsu fuisse. Negant eitam, & alij asserentes, tonsuræ vsum à Nazareis in cœpisse, & illorum exemplis, postea ab Apostolis introductum. Ita D. Isidor. *lib. 2. de officijs, cap. 4.* Alcuinus *de diuinis offic. cap.* 35. & Baronius *tom. 1. sub anno* 58. *num.* 122, teste Marchino.

Sed probabilius Respondeo; à D. Apostolo Petro, talem vsum ortum habuisse. Cum enim Apostolus, semel magno ardore Christum Crucifixum Antioquiæ prædicaret, non nulli in Christiani nominis ignominiam, caput illi abraserunt. At ille ob Christi amorem illusionem in gloriam, & infamiam in honorem conuertens, præcepit omnibus Ecclesiæ Ministris, tonsuram gestare. Sic Beda *lib. 5. Historiæ Anglorum cap.* 22. D. Dyonisus *par. 2. Eccles. Hierar. cap. 3. & 6.* & alij Patres, quos citat, & sequitur Philibert. *loc. cit. cap. 2.* Sic etiam Hurtado *tract. de Ord. diff.* 27. Ioan. Baptista Villalpando, quem affert, & sequitur Torreblanca *lib. 15. pract. cap. 5. num. 3. fol.* 426. Legantur Sotus *in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. post. 1. concl.* & Bellarm. *tom. 1. lib. 2. de Monach. cap.* 40.

QVÆSTIO III.

An Prima tonsura propriam materiam, & formam habeat?

AFFIRMARE debent necessario, affirmantes, tonsuram esse verum Sacramentum, nam omne Sacramentum ex vera materia, & vera forma constat, vt habitum est 1. *p. tr. 1. disp. 1. q. 10.* & ita videtur expresse id docere Torreblanca *loc. cit.* præcipuè *lib. 15. pract. 5.* Vbi affirmat, primam tonsuram dari per impositionem manus Episcopi.

Sed longe probabilius Respondeo: Neque habere propriam materiam, nec propriam formam; Quia non est verus ordo (*vt supr. d. 1. q. 5. est habitu*) sed solũ pars dispositio ad Ordines: & ideo solum habet loco materiæ, abscisionem capillorum; & loco formæ, illa verba. *Dominus pars hæreditatis meæ, &c.* Sic sapientiss. Nauar. *consil. 4. de Sacram. non iterand.* Enriq. *lib. 10. cap. 9. num. 4* Philibertus *tract. 2. part. 1. cap. 12.* & communis, apud omnes Theologos.

QVÆSTIO IV.

An Tonsuræ collatio sit valida, casu, quo nec Episcopus, nec tonsurandus, prædicta verba; Dominus pars, &c. proferrent?

NEGABVNT consequenter Canonistæ.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Esse validam. Quia dicta verba, non sunt de substantia primæ tonsuræ. Nam quãuis Pontificale Romanum dicat, Episcopum debere facere quædam, quo illa faciente, exprimat ordinandus illa verba, *Dominus pars, &c.* non tamen dicit hoc, vt significet dicta verba esse de substantia ordinationis, sed tantum cæremonialia. Sic Nauar. *consil. 12. de tempor. ordin. lib. 1. & lib. 4. de Sacram. non iterand.* Sotus *dist. 24. quæst. 1. art. 1.* Enriquez *lib. 10. cap. 9. circa fin.*

Molies.

Molſeſ. *in ſum. tract. 2. cap. 3. num. 20.* Fernandus *de Ordine cap. 7. num. 1.* Rodriguez *in ſum. part. 2. cap. 3. num. 20.* Quos omnes, ſic citat, & ſequitur Philibertus *tract. 2. part 1. cap. 12. num. 4.* Sed ex his authoribus, certe Enriquez (*loc. cit.*) oppoſitum inſinuare videtur, caſu, quo prædicta verba ab Epiſcopo omittantur; ſic enim ait Enriquez. Hac tonſura confertur in abſciſſione capillorum, dicente Epiſcopo, in perſona eius, qui tonſuratur; ***Dominus pars***, &c. Sic ille.

QVÆSTIO V.

An Tonſura præmittenda ſit, ante receptionem Ordinum, de neceſsitate Sacramenti?

RESPONDEO: Negatiue. Quia, vt certum eſt apud omnes, qui intonſus ordinaretur per ſaltum, verum Sacramentum reciperet. Quamuis, tam Epiſcopus, qui Ordines intonſo conferret, quam ipſe, qui Ordines ſuſciperet, mortaliter peccarent. Sic poſt Ricardum, Sotus *in 4. diſt. 24. q. 1. art. 1.* Philibert. *loc. cit. cap. 3.* Qui & citat D. Thom. *3. part. in addit. quæſt. 40. art. 1.* Durand. *diſt. 24 q. 4.* Victoriam *in ſum. q. 240* & Chamarotam *tract. 1. de Ordine cap. 1. dub. 1.* Sed ex his, Victoria, nihil ibi. Sic etiam Ludouicus *tract. de Ordine q. 2. art. art. 5. dub. 8. & 9. pag. 779.* Et penes ipſum, Scot. Sot, Silueſt. & communis.

QVÆSTIO VI.

An Munus, & officium Clerici tonſurati, ſit, in choro, vel in Eccleſia canere?

NEGAT Torreblanca *lib. 2. pract. cap. 12. num. 41.* docens, tonſurati officium eſſe, pelliceo ſuperindutum aſsiſtere Miniſtris Eccleſiæ, vt digne, ac reuerenter munera ſua exequantur.

Sed probabilius Reſpondeo: Affirmatiue. Quia hanc ob cauſam, & tonſuratus, in iure ſæpe, Pſalmiſta, vocatur, & Epiſcopus mandat illi recitationem ſeptem Pſalmorum Pœnitentialium. Sic Philibertus *tract. 2. part. 1. cap. 8.*

QVÆSTIO VII.

An Si Tonſuratus prædictam recitationem ſeptem Pſalmorum omitteret, peccaret, ſaltem ueniali?

RESPONDEO: Negatiue. Sic Philibertus *loc. cit.* per hæc verba: Epiſcopus mandat illi recitationem ſeptem Pſalmorum, quam ſi omitteret, non proinde peccati labe macularetur, quia ſola congruitate ad eos recitandos obſtringitur, vt docet Nauar. *in Man. cap. 25. num 108. & tract. de Orat. cap. 7. num. 14.* & Reginald. *2. part. lib. 30 tract. 3.* (per errorem Typographi 30.) *cap. 1. num. 6.* Ita Philibertus. Sed certe quamuis, hæc ſua ſententia ſit ſatis probabilis, & ante ipſum, illam docuerit Sot. *lib. 10. de iuſt. q. 5. art. 3. concl. 1. fine*: Tamen male citat Nauarrum: cum hic Doctor, peccare ueniaiter talem tonſuratum per hæc verba (*num. 14. cit.*) concludat: Corolarium hoc ſi intelligatur de mortali, videtur durum, & ideo ad illud mollendum, dici poſſet, nullibi forte vigere conſuetudinem, quæ Clericos minorum obliget ſub pœna peccati mortalis, quodque præcepta Epiſcoporum, & conſenſus Ordinatorum ad nullum peccatum mortale obliget, ſed ad ſummum ad ueniale tantum. Ita Nauar. Tenet etiam noſtram ſententiam Trullench *lib. 1. in Decalog. cap. 7. dub. 12. §. 2. num. 2.* Sic dicens. Nec tenentur ad recitandos Pſalmos Pœnitentiales, aut alias preces, quas ipſis imponunt Epiſcopi in ordinatione, niſi id promiſſerint, nec poteſt eos Epiſcopus ad aliquid recitandum obligare Sanchez cum aliis in conſiliis *part. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 2* Sic Trullench.

QVÆSTIO VIII.

Quot Priuilegijs gaudeat tonſuratus?

RESPONDEO: Quod quatuor. Nam, ***Primo***, gaudet priuilegio Canonis: *Si quis ſuadente Diabolo*. ***Secundo***, priuilegio fori itaut non poſsit amplius ſub iudice ſæculari conueniri. *cap. 1. ſeqq. de fori competenti*. ***Tertio***, liberatur à collectis Principum ſæcularium. *c. 2. de Epiſcopis, & Clericis. Cap. Non minus. & cap. Auerſus de immunit. Eccleſ.* ***Quarto*** fit capax beneficiorum Eccleſiaſticorum, dummodo ætatem à Tridentino requiſitam attingat. *ſeſſ. 23. cap. 6.* De quibus Vide Dianã *1. par. tract. 2. re-*

2. à resol. 23. & 4. par. tract. 2. per totum. Torreblancam *de iure spirituali lib.* 2. *cap.* 12. & *lib.* 15. *cap.* 5 & *seqq.* & Philibertum *tract.* 2. *par.* 1. *cap.* 15.

QVÆSTIO IX.

An Ordo Ostiariatus institutus fuerit à Christo, Quando flagello ementes, & venaentes è templo eiecit, Matth. 21. *Ioan.* 2.

NEGANT Enriquez *lib.* 10. *cap.* 3. *num.* 1. Vbi sic ait: Singuli istorum Ordinum sunt à Christo immediate instituti in vltima cœna, qui per potestatem excellentiæ simul dedit Apostolis vno verbo totam potestatem singulorum Ordinum minorum, maiorumque. Ita ille. Valentia *disp.* 9. *q.* 1. *pun.* 4. Reginald. *lib.* 30. *num.* 6. Granad. *controu.* 9. *tract.* 1. *disp.* 1. *nu.* 6. Bonac. *disp.* 8. *pun.* 1. *num.* 7. Ludouicus de S. Iuan *tr. de Ord. quæst.* 1. *art.* 1. *dub.* 3. Philibertus *tract.* 2. *part.* 7. *cap.* 1. *num.* 7. & *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 3. Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 2. *doct.* 5. *num.* 3. Et alij, asserentes, institutum esse in vltima cœna.

Sed probabiliter Respondeo: Affirmatiue. Nempe institutum esse immediatè, à Christo Domino, & in particulari, saltem initiatiue. Matth. 21. Quando præcipuum huius Ordinis munus exercuit, ementes, & vendentes à templo eiiciendo. Sic Archangel. Rubeus *dist.* 24. & 25. *pag.* 291. Ex Magistro, per hæc verba: Ad hæc, Magister in littera (à cuius sententia non ita facile discedendum est) ita ait: Septem sunt spiritualium officiorum gradus, siue Ordines: sicut ex Sanctorum Patrum dictis aperte traditur, & capitis nostri Iesu Christi exemplo monstratur: qui omnium officia in semetipso exhibuit, & corpori suo, quod est Ecclesia, eosdem Ordines obseruandos reliquit. Tunc subditur, si Christus eosdem Ordines, quorum officia in semetipso exhibuit, obseruandos reliquit: igitur prius eos instituit, & postea obseruandos tradidit: relatiuum enim illud, *eosdem*, refert, eos iam extitisse; cum obseruandos eosdem dedit. Sic Archangel. Et infra. Saluator autem noster instituit Ordines Ecclesiæ, vt colligitur ex Mag. in littera, & traditur communiter, temporibus diuersis. Ordinem Ostiariatus instituit, quando ementes, & vendentes eiecit de templo, vt habetur Ioan. *cap.* 2. & quando appellauit se ostium, dicens: Ego sum ostium, si quis per me introierit, saluabitur. Ioan. 10. Huc vsq. ille. Fabius Incarnatus in suo scrutin. Sacerdotali 1. *p. tract.* 2. *de Ordine pag. mihi* 97. Quem citat, & sequitur Samuel Lublinus 1. *part. summ. verb. Ordo. pagina* 611. Huic sententiæ fauent in primis Victoria *num.* 225. quatenus ait, posse affirmari omnes Ordines institutos fuisse à Christo in particulari. Card. Osius *in confessio. Catholica cap.* 51. *vbi de Ordine pag. mihi* 279. Iabelius *loc. cit. cap.* 4. *pag. mihi* 590. Raynerius *tom.* 2. *verb. Ordo cap.* 22. *pag.* 415. Eitius *in* 4. *dist.* 24. §. 9. 10. & 12. Nunus q. 37. *art.* 5. *pag.* 876. Quatenus testantur, in prædictis scripturæ locis prafiguratam, aut initiatam fuisse institutionem minorum Ordinũ, eorumque singula officia exhibuisse in propria persona ipsummet Christum, authorem omnium Sacramentorum.

QVÆSTIO X.

Quot, & quæ sint munera, & officia Ostiarij?

RESPONDEO: Quod quinque. *Primum est*, Templum claudere, & aperire, indignos ab ingressu illius arcendo; & admittendo dignos *cap. Cleros dist.* 21. Pontificale de hoc Ordine. Catechism. Rom. *de Sacram. Ordinis num.* 15. S. Thom. *in add. quæst.* 37. *art.* 2.

Secundum est, Campanas, seu cymbalum pulsare, præcipuè tempore sacrificij; & ob hanc causam in eius ordinatione datur ei tintinabulum, vt infra. Sic Pontific. Rom. & Catechism, Philibertus, vbi infra; qui, ex Concilio Colonien. si, & Duranto, notat, quod prædicta campanarũ pulsatio, in tanta olim veneratione habebatur, vt campanas pulsaturi, superpelliceis per prius indueren tur.

Tertium est; Aperire librum, ei, qui prædicaturus est. Sic habetur in Pontificali Romano. Sed hoc, per non vsum, est abrogatum.

Quartum est; Sacras vestes, & totam Ecclesiasticam supellectillem custodire *cap. Perlecti. s. dist.* 25. Quod & indicat ipsamet forma Ostiariatus: *Sic age, quasi Deo reddi turus rationem pro his rebus, quæ his claui bus includuntur.*

Quintum denique: Curare, ne quis fidelis propiùs quam par est, ad Aram accedat: attente videre, vt debita reuerentia Eccle-

siæ

ſit adhibeatur. Sic optime Philibertus *tr. 2 par. 2. cap. 3* per totum Ludouicus *q. 2. de Ordine ar. 14 dub. 2. pag.* 812. Hurtado *diſp. 5* Filliuc. *tract. 9. à num. 19.* Torreblanca *lib. 2 practicarum q. 12. num. 40. fol. 54.* Machado *tom. 2. lib. 4. par. 1. tr. 2. docum. 2. pag. 4.*

QVÆSTIO XI.

An Ordo Lectoratus fuerit inſtitutus à Chriſto: Lucæ 2. *Quando in medio ſeniorum librum Iſaiæ aperuit, & in eo legit:* Spiritus Domini ſuper me?

NEGATIVE Reſpondent omnes Authores *q. 9.* pro prima ſententia adducti, docentes, inſtitutum fuiſſe ſimul cum reliquis ordinibus, tam minoribus, quam maioribus, in nocte cœnæ.

Sed probabiliter, Reſpondeo: Affirmatiue. Sic Authores ſupra *q. 9.* adducti. Cuibus ſatisfauet D. Auguſt. *lib. 1. de Baptiſ. parvul. cap. 37 to. 7.* Sic inquiens. Attende illud eiuſdem Prophetæ quod de ſe completum, Lectoris etiam functus officio in Synagoga ipſa recitat: ſpiritus Domini ſuper me. Hæc Aug. Quem pro noſtra ſententia refert Philibertus *tract. de Ordine par. 2. cap. 1. num. 2. pag. 190.*

QVÆSTIO XII.

Quot, & Quæ ſint munera, & officia Lectorum?

RESPONDEO: Quod tria. *Primum eſt,* Non ſolum lectiones Prophetarum (vt voluit Petrus Soto *lect. 2.*) ſed etiam omnes libros veteris, & noui teſtamenti, & interdum, extra Miſſam, Euangelium, alta voce recitare. Qualis autem lectoris vox, & pronuntiatio eſſe debeat, docuit Iſidor. *lib. 2. de offic. Eccleſ.* his verbis: *Porro lectoris vox ſimplex erit, & clara, ad omne pronuntiationis genus accomodata, plena ſucco virili, agreſtem, & ſub ruſticum effugiens ſonũ: non humilis, non adeò ſublimis, non fracta, nec ſonora, nihilque fœmineum ſonãs, neque cum motu corporis, ſed tantum cum grauitatis ſpecie.* Sic S. Iſidorus.

Secundum eſt, Cathecumenis Baptizandis fidei rudimenta tradere: Et exponere populo, quæ ex Scriptura perlegerat, vt habetur in Catheciſ. Rom. *de Ordine num. 16. & cap. Perlectis diſt. 25.* tradit, lectoris officium eſſe, vaticinia Prophetarum populo prædicare. Sed, vt bene Turrecrem. *in d. can Perlectis* tortaſis pro prædicatione, accipitur ipſa recitatio Prophetarum alta, clara, & diſtincta voce prolata.

Tertium eſt panes, & fructus nouos benedicere. Sed hoc munus, contraria conſuetudine abrogatum fuit. Sic Philibert. *tract. 2. par. 3. cap. 3.* per totum. Hurtado, Ludouicus, & Torreblanca, Machado, *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO XIII.

An Ordo Exorciſtatus inſtitutus fuerit à Chriſto, Quando Marc. 6. & 16. *exorcizans Energumenos, Dæmonia ab ipſis eiecit?*

NEGANT cõmuniter Authores *q. 9.* relati. Sed probabiliter Reſpõdeo: Affirmatiue. Sic Doctores pro noſtra ſententia *q. cit.* adducti. Et ex contrarijs, Philibertus (iam ſibi contrarius) *tract. 2 par 4. cap. 1. num. 3* per hæc verba: Inſtitutus hic ordo creditur, quando Chriſtus Exorciſtæ munere functus, Dæmones è corporibus pellebat, eamdem Apoſtolis poteſtatem communicauit. Sic ille. Et ex illo etiam, Machado (ſibi etiam contrarius) *tom. 2. lib. 4. par. 1. tr. 2. doc. 4.*

QVÆSTIO XIV.

Quot, & Quæ ſunt munera, & Officia Exorciſtarum?

RESPONDEO: Quod quatuor *Primum eſt,* per impoſitionem manuum Dæmones ab Energumenis pellere.

Secundum eſt, Dæmonem ſpiritualiter Cathecumenos obſidentem, ante ipſam ſuſceptionem Baptiſmi, exorciſmis ſoluere; vt dicitur in forma huius Ordinis, infra adducenda.

Tertium, dicere populo, vt qui non communicant, dent locum alijs, qui volunt communicare. Et *Quartum eſt,* Aquam in miniſterio Baptiſmi fundere. Quæ duo munera, iam non ſunt in vſu. Sic Philibert. Hurt. Torreblanca, & alij *loc. cit.*

QVÆSTIO XV.

An Ordo Acolytatus inſtitutus ſit à Chriſto, Quando Ioan. 8. *prædicando dixit:* Ego ſum lux mundi: Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris?

NEGANT Authores ſupra adducti præcipuè Marchinus *tr. 2. par. 1. cap. 5.* & Machado *loc. cit. doc. 5.*

Sed probabiliter Reſpondeo: Affirmatiue. Sic Archang. Fabius, Lublinus, & alij citati *q.9.*

QVÆSTIO XVI.

Quot, & Quæ ſint munera Accolytorum?

RESPONDEO. Quod tria. *Primum eſt*; Vinum, & aquam ad Euchariſtiam efficiendam in vrceolis miniſtrare. *Secundum*, Lumina ad ſacrificium præparare, & illa, vbi legendum eſt Euangelium geſtare. *Tertium*, Subdiacono, & Diacono deſeruire. Sic Philiber. *loc. cit. cap.* 4. Machado *loc. cit. num.* 6. Vbi ſic ait: Quanto a los Miniſterios, y obligaciones de los Acolytos, ſe ha de aduertir, que aunque Autores graues afirman, que ſon cinco, lo cierto es, que del derecho conſta, que ſon ſolos tres, conuiene à ſaber, poner vino, y agua en las vinageras para la Miſſa. El ſegundo, ſeruir al Diacono, y Subdiacono. El tercero, lleuar los ciriales, principalmente quando ſe canta el Euangelio. Sic ille, Hurt. *loc. cit.* & alij communiter.

QVÆSTIO XVII.

An Clerici minorum Ordinum, peccent mortaliter, ſua munera exercendo in mortali?

AFFIRMANT Silueſt. *V. Clericus* 2. *num.* 2. *verſ. Octauo.* Armilla *eo verb. num.* 17. Angel. *Verb. Clericus* 8. *nu.* 2. Nauarr. *in man. cap.* 27. *num.* 163. *& de Horis Canon, cap.* 6. *num.* 41. Faber. *in* 4 *diſt.* 24. *q.* 1. *diſp.* 1. *cap.* 3. *num.* 80. Bieſcas *in Apologia pro doctrina S. Thomæ q.* 11. *art.* 4. *dub.* 5. *propoſ.* 6. *pag.* 776. *verſ.* Si autem.

Sed probabilius Reſpondeo: Non peccare mortaliter. Quia nullum de hoc extat præceptum Eccleſiaſticum: Et diuinum, ſi extat, non obligat grauiter ſaltem, propter leuitatem materiæ, ad exercendas in gratia minorum Ordinum functiones. Sic Nuñus *3. par. q.* 36. *art.* 5. *pag.* 863. Cabrera *3. par. q.* 64 *art.* 6. *diſp.* 1. § 6. *nu.* 55. Ochagauia *q.* 19. *num.* 9. Granados *tom.* 4. *controu.* 3. *de Sacram. ingen. tract.* 5. *diſp.* 5. *num.* 7 Diana 3 *par tract.* 4. *reſol.* 196. Lugo *diſp.* 3. *de Sacram. ingen. num.* 152. *pag.* 150. Ludouicus *q.* 5. *de Sacram. ingen. art.* 4. *concl.* 1. *& q.* 1. *de Ordine art.* 1. *diff.* 2. *concl.* 2. Lublinus 1 *par. Sum. verb. Ordo num.* 5. *&* 25. Enriquez *lib.* 10. *cap.* 13. §. 3. *& in Gloſ. lit. V* Et penes ipſum, Sot. Ledeſma, Victoria, & alij. Valētia *tom.* 4. *diſp.* 9. *q.* 1. *punct.* 4. Reginald. *lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 27. Philibert. *tract.* 2. *par.* 6. *cap.* 4. *num.* 8. Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 4. *docum.* 2. *nu.* 2. & alij ſtatim citandi.

QVÆSTIO XVIII.

An Saltem, peccent venialiter?

NEGANT adhuc, Sot. *diſt.* 1. *q.* 5. *art.* 6. Vazquez *diſp.* 136. *cap.* 4. *num.* 46. Ochagauia *tract. de Sacram. q.* 19. Hurtado *diſp.* 4. *de Sacram. ingen. diffi.* 10. Albiz in manu ſcriptis, *de Sacram. ingen. diſput.* 15. *dubit.* 1.

Sed probabilius Reſpondeo: Peccare venialiter, in mortali exercentes minores Ordines, ſi id ſolemniter faciāt. Quia aliquam irreuerentiam committunt, contra Ordines ſuſceptos. Sic Suarez *diſp.* 16. *ſect.* 3. Filliu. *tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 87. Ludouicus, Nuñus, Philibertus, & Lublinus *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO XIX.

An Ordo Subdiaconatus inſtitutus fuerit à Chriſto, quando poſt cœnam pedes ſuorum Diſcipulorum ipſe lauit. Ioan. 13?

NEGANT DD. Enriquez, Valentia, Reginald. Bonac. & Granados, *locis, quæſt.* 9. *cit.* Angles *tract. de Ordine art.* 1. *diff.* 3. *& aub.* 2. Villalobos *tract.* 11 *diff.* 1. *num.* 3. Filliuc. *tract.* 9. *num.* 3. & alij communiter, docentes, inſtitutum eſſe, eiſdemmet verbis, eodemque tempore, à Chriſto, quo inſtitutus fuit Ordo Presbyteratus.

Sed probabiliter Reſpondeo: Affirmatiue. Sic Philibert. (iam ſibi cōtrarius) *tract.* 2. *par.* 6. *cap.* 1. *num.* 4. *pag.* 202. per hæc verba: Inſtitutus hic ordo à Chriſto Domino in vltima cœna cenſetur, quādo lintheo, ſe præcinxit, & mittens aquam in peluim, pedes Diſcipulorum lauit, & lintheo exterſit, vt ſapienter obſeruauit Cardin. Oſius *tract. de Ordine cap.* 52. Et poſt alios multos, ſoluens contraria, Gabriel Vazquez *tom.* 2. *in* 3. *part. diſp.* 238. *cap.* 5. Huc vſque Philibertus, & bene, niſi male pro noſtra parte citaret Gabrielem Vazquez: cum hic Author nil ibi ad propoſitam quæſtionem. Tenent tamen Archangel. *loc. cit. pag.* 292. *col.* 1. Fabius, Lublinus, & alij *loc. cit.*

QVÆS-

QVÆSTIO XX.

Quot, & Quæ sint munera, & officia Hypodiaconi, seu Subdiaconi?

RESPONDEO: Quod sunt septem. *Primũ*, Aquam ad ministerium altaris præparare. *Secundum*, Diacono ministrare. *Tertiũ*, pallas altaris, & corporalia abluere. *Quartum*, Calicem, & patenam in vsum sacrificij, eidem offerre. *Quintum*, panem consecrandum pro populo in altari ponere. *Sextum*, Crucem in processionibus gestare. *Et septimum*, & præcipuum, Epistolam in Missa solemni canere. Sic habetur in Pontificali Romano, & *in cap. si Subdiaconus dist. 34. & cap. Perlectis dist. 25.* & referunt Philibertus *tract. 2. de Ordine par. 6. cap. 3. num. 1.* & Machado ex illo, *tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 7. docum. 1.* & alij.

QVÆSTIO XXI.

An Subdiaconus, & Diaconus, solemniter in mortali ministrantes, mortaliter peccent?

AFFIRMANT, Et à fortiori, Silvest. Armilla, Angel. Nauar. Faber, & Biescas, *locis q. 17. citatis*. Medina, C. *de pœnit. tr. 1. q. 6.* Victoria *de Sacram. q. 29. & 242.* (Vnde male citatur à Granado pro opposita parte.) Caiet. *3. par. q. 64. art. 3. ad 1.* Adrianus *in 4. q. 7.* Syluius *q. 64. art. 6. q. 1.* Et penes ipsum, Nuñus, Toletus, Molanus, & alij. Lublinus *loc. cit.* Sa *Verb. Ordo num. 31.* Et ex parte Filliuc. *tom. 1. tract. 1. num. 87.* & Suarez *tom. 3. in 3. par. disp. 16. sect. 3.* quatenus docent; id esse mortale, si frequenter ministrent in mortali; non, si semel, aut iterum. Molfesius, *in sum. tr. 2. cap. 8. num. 21.* loquendo de Diacono.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare mortaliter, licet frequenter tales functiones in mortali exerceant. Quia huiusmodi functiones non sunt immediate sanctificatrices, vt sunt Sacramentorum ministeria: ergo qui dictas exercent, non tenentur sub mortali, in gratia esse. Sic Sotus *in 4. d. 1. q. 5. art. 6. & dist. 24. q. 1. art. 4.* Vazquez *disp. 136. cap. 4.* Valentia *tom. 4. disp. 9. q. 1. punct. 4. ad 4. & disp. 3. q. 5. punct. 3.* Ægidius *q. 64. art. 6. dub. 1. num. 38.* Heredia *de Sacram. in gen. par. 10. dub. 3. num. 4.* Villalobos *tom. 1. tract. 4. diff. 10. num. 7.* Quos omnes citat, & sequitur Diana *3. par. tract. 4. resol. 195.* Qui etiam citat Suarium pro se; sed omnino male. His possunt addi Enriquez *lib. 10. cap. 13. num. 3.* Granado *loc. cit.* Hurtado *disp. 4. de Sacram. in gen. diff. 10.* Lugo *disp. 8. de Sacram. num. 152.* Ochegauia *q. 19. num. 9.* Bonac *disp. 1. q. 3. punct. 2. num. 4.* Ioan. de Cruce *de Sacram. in gen. q. 4. dub. 3. concl. 1.* Philibertus *tract. 2. part. 6. cap. 4. num. 3.* Qui & citat pro hac parte Reginaldum *lib. 30. tract. 1. num. 37.* & Suarium *3. par. loc. supra pro contraria citato.* Sed ex his, male, Suarium. Machado *loc. cit. par. 1. tract. 7. docum. 16. num. 3. pag. 42.* Ludouicus *q. 1. de Ordine art. 1. diff. 2. concl. 2.* Imo iddem sentit Nuñus, loquendo de Subdiacono.

QVÆSTIO XXII.

An Prædicti, peccent saltem venialiter, ministrantes solemniter in mortali?

NEGANT Adhuc, Vazquez, Ochagauia, & Hurtado *loc. cit.* & Mag. Abaz vbi supra, per hæc verba: Inferitur secundo Subdiaconum canendo Epistolam, tangendo vasa sacra, &c. In mortali, non peccare mortaliter. Est communis sententia Recentiorum, & consentit Suarez, & probat ex leuitate materiæ. Addens esse leuem materiam ire mel aut iterum exercere dictam actionem in mortali. Secus (inquit) si habeat animum ministrandi diu frequenter in his ordinibus in mortali. Sed melius Vazquez docet, id non posse reduci in leuitatem materiæ. Deinde minus bene dici, quod de se est veniale, fieri mortale repetitum sæpe, vel factum ex proposito illud reperendi sæpe. Hoc enim falsum est, nisi quando fit materia grauis iniustitiæ; vt in paruis furtis. Hinc est, prædictum Ministrum exercentem in mortali prædictas actiones, non peccare, etiam venialiter, quia nulli præcepto contrauenitur. Huc vsque Doctus, & amicus Pater.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Peccare venialiter: vt constat claré, ex dictis *quæst. 18.* Sic, à fortiori, Suarez, Nuñus Filliuc. Lublinus, & alij, vbi sup. inter quos, optime Lugo *loc. cit.* Qui *num. 154.* bene respondet argumento facto, quod est Vazquij, & ante ipsum, Cardin. Sarmanus *in sum. Theolog. loco sexto.* Vbi de Baptismo *pag. mihi 133.* & post illum, Philibertus *loco cit. num. 5. pag. 206.*

QVÆSTIO XXIII.

An Si Acolytus, aut alius inferior Minister, indutus Dalmatica, absque manipulo, Epistolam in Missa solemni cantet, fiat irregularis?

AFFIRMANT Panormit. *in c. Quisquis, de vita & honest. Cleric.* Tabiena *Verb. irregularitas* 4. §. 2.

Sed probabilius Respondeo: Non fieri. Quia ad ministrandum solemniter in aliquo Ordine, non satis est Epistolam, vel Euangelium recitare: sed insuper, opus est, recitare cum proprijs ornamentis illius Ordinis, vt cum manipulo, quoad Subdiaconum; cum stola, quoad Diaconum, &c. Sic expresse Philibertus *loc. cit. num.* 6. & penes ipsum, Sylvester. *Verb. irregularitas num.* 12. *in fine.* Hostien. *in d. capite Quisquis.* Palud. *in* 4. *dist.* 24. *art.* 5. *concl.* 7. & Enriquez *lib.* 10. *cap.* 13. *num.* 4. Sed ex his Doctoribus, quos Philibertus citat, Palud. & Sylvester pro opposita parte citantur ab Enrico Enriquez, & melius, nam illam expresse docent. Addi tamen possunt pro nostra, apud eumdem Enriquez, D. Thom. Nauarr. Anton. Villadiego, Armilla, & alij. Sa, *Verbo irregularitas, ex Ordinis abusu, num.* 5. & communis.

QVÆSTIO XXIV.

An Saltem, incurrat irregularitatem, si dictus Minister inferior, cantet in Missa solemni Epistolam, indutus Dalmatica, & cum Manipulo?

NEGAT Adhuc, Sa, casu, quo cantet Epistolam sine intentione faciendi officium Subdiaconi, per hæc verba: Cantans Epistolam solemniter, sed sine manipulo, non fit irregularis: nec si cũ manipulo, sed sine intentione faciẽdi officium Subdiaconi. Sic ille, *ll. cit.* Negare deinde possunt, qui negãt, Subdiaconum, nec partialiter, ordinari per librum Epistolarum, quia in eorum sententia, recitatio Epistolæ in Missa solemni, non est, nec debet dici, actus Ordinis Subdiaconalis: ergo in horum sententia, etiam si inferior Minister recantaret Epistolam cum manipulo, cum nullum actum Ordinis exerceret non fieret irregularis. Ita indicat Enriquez *loc. cit.* in Glossa lit. E.

Sed probabilius longe Respondeo: Incurrere in tali casu irregularitatem. Quia (vt infra dicemus) Subdiaconus partialiter ordinatur per librum: Vnde recitatio Epistolæ in Missa solemni, vere est actus Ordinis Subdiaconalis: ergo, qui illam cantat cum Dalmatica, & manipulo, vere exercet actũ Ordinis, quem non habet; ergo fiet irregularis. Quod autem, id cum intentione, aut sine intentione faciendi officium Subdiaconi, faciat, nihil interest. Quia ad effectum incurrendi irregularitatem, satis est, vt ex præcepto Ecclesiæ Epistolæ recitatio cum manipulo ad Subdiaconum pertineat. Vt bene Philibert. *loc. cit.*

QVÆSTIO XXV.

An Ordo Diaconatus institutus fuerit à Christo, quando in ipsa cœna, Sacramentum Corporis & Sanguinis sui, Discipulis dispensauit, 1. Cor. 11.

NEGANT Enriquez, Valentia, & alij, vbi supra, quos citat & (iam sibi contrarius) sequitur Philibertus *tract.* 2. *par.* 7. *cap.* 1. *num.* 7. *pag.* 251. Vbi sic ait: Dicendum igitur videtur, Christum per authoritatem, quam Theologi vocant, Excellentiæ, sicut illis verbis, *Hoc facite in meam commemorationem*; Sacerdotium instituit; ita, & Diaconatum. Et sicut tunc Apostolos Sacerdotes creauit; ita, eadem authoritate, eisdem Verbis, Diaconos simul eosdem constituit, & omnes Ordines, tam maiores, eisdem contulit. Ita ille.

Sed probabiliter Respondeo: Affirmatiue; Nempe, institutum fuisse à Christo Domino, saltem completiue; quãdo in cœna suum Corpus & Sanguinem suis Discipulis dispensauit: & post cœnam suos Apostolos dormientes excitauit dicens: *Vigilate, & orate.* Matt. 26. Sic Magist. Archang. Fabius, & Lublinus *loc. cit.* Molfes. *in summ. tom.* 2. *cap.* 9. *num.* 13. & 25. Et fauent Osius *cap.* 52. *cit. in fine.* Victoria, Estius, & alij.

QVÆSTIO XXVI.

Quot, & Quæ sint munera Diaconi?

RESPONDEO: Quod quinque, præcipue. *Primum est*; Sacerdoti offerenti assistere, illique ministrare; Quem ritum refert D. Gregorius *in Epistola ad Leandrum*; & nomen ipsum Diaconi, quod ministrum significat, demonstrat.

Secundum est. In Missa solemni Euangelium

num. 156. Quos omnes refert pro hac parte Diana *3. part. tract. 6. miscell. resol. 67.* & *5. part. tract. 13. resol. 73.* Quibus addi adhuc possunt, Ludouicus de S. Iuan *de Sacram. ingen. q. 5. art. 5. diff. 6. concl. 2.* & alij.

Sed probabilius Respondeo; Non peccare mortaliter. Quia huiusmodi actiones non sunt actus Sacramentorum, nec ordinatæ immediate ad sanctificandas animas: ergo nulla est ratio, cur in Ministro ad eas exercendas, status gratiæ exigatur. Sic Heredia *de Sacram. part.* 10. *dub.* 3. *num.* 4. Ioan. de Cruce *part. 2. sum. de Sacram. ingen. q. 4. dub. 3. concl. 1.* Ægid. *q.* 64. *art. 6. dub. 1. num.* 39. Suarez *disp. 16. sect. 3* Villalob. *tom. 1. tract. 4. diff. 14. num. 6.* Vazquez *disp.* 136. Granados *tom. 4. controu. 3. tract. 5. disp. 5. num.* 8. Hurtado *de Sacram. ingen. disp. 4. diff.* 10. Præpositus *in 3. part. q.* 64. *art. 6. dub. 1.* Meratius *tom. 3. de Sacram. ingen. disp. 8. sect. 2.* & Tannerus *disp. 3. quæst. 4. dub. 3. num. 74.* Quos omnes refert, & sequitur Diana *loc. cit.* Quibus addi possunt Ochagauia *quæst. 19. cit. num. 9.* Filliuc. *tract. 1. num.* 87. Bonacina *disp. 1. quæst. 3. punct. 2. num.* 8. Petrus à S. Ioseph *tom. 1. de Sacram. disp. 6. sect. 3.* dicens, id esse commune inter Doctores. Philibert. *tract. 2. de Ordine par. 6. cap. 4. num. 7.* Qui omnes iddem, à fortiori, dicendum putant, de Episcopo, alia Sacramentalia, quæ non sunt actus Ordinis, in mortali exercente; vt tonsurare; consecrare calices; Altaria; Ecclesias, virgines; excommunicare; Indulgentias conferre, & huiusmodi. De quibus actionibus loquendo, nobis consentiunt Enriquez, Lugo, Ludouicus, & Syluius.

QVÆSTIO XXXVI.

An saltem, peccet venialiter Episcopus, consecrans Chrisma, & Benedicens oleum in mortali?

NEGANT etiam, Vazquez, Ochagauia, Hurtado, & Albiz *loc. cit.*

Sed probabilius Respondeo: Peccare venialiter. Quia aliquam profecto irreuerentiam committit. Sic expresse Petrus a S. Ioseph *loc. cit.* per hæc verba: Quia tamen actiones prædictæ sunt graues, & aliquæ earum sunt sacræ, quatenus per illas, materia, destinata ad Sacramentum, consecratur; ideo, qui dicta, & similia Sacramentalia in statu peccati lethalis exercet, peccat venialiter. Sic ille; & Ægid: Villalobos, Diana, & alij communiter.

QVÆSTIO XXXVII.

An Episcopus conferens Ordines minores, in mortali, peccet mortaliter?

NEGAT Diana *3. part. loc. cit.* referens pro sua sententia Nuñum, Ægidium, Suarium, & Syluium. Sed certe omnes fere hos authores haud bene citat. Nã Suarez *disp. 16. sect. 3.* Syluius *loc. cit.* & Nuñus *loc. cit.* & *to. 2. in 3. d. q. 36. art. 1.* & *q. 37. art. 2.* oppositũ docẽt nõ obscure. Et cõstat. Nã, si vt tutetur Diana (& supra est habitum) dicti authores affirmant Ordines minores esse Sacramenta, consequenter debent affirmare, debere Ministrum illos in gratia ministrare. Deinde Nuñus, & Siluius, clare affirmant (penes ipsum Dianam) quod Episcopus cõsecrans in mortali Chrisma, peccet mortaliter: ergo à fortiori id debent dicere de eodem ministrante Sacramento Ordinis in lethali. Vnde.

Probabilius Respondeo: Peccare mortaliter. Quia probabilius est, Ordines minores esse Sacramẽta, vt sup. *d. 1. q. 6.* est habitum: at, qui in peccato mortali conficit Sacramẽta, nouum committit lethale, vt communiter docent DD. cum quibus nos late 1. *par. tract. 1. disp. 4. q. 8.* ergo probabilius est, Episcopum conferentes illos in mortali, peccare mortaliter. Sic Petrus Ledesma *tom. 1. cap. 1. de Sacram. ingenere dub.* 10. Ludouicus de S. Iuan *loc. cit. con. 3.* & *de Sacram. Ord. q. 1. art. 7. diff. 2. pag.* 764 Sic dicens: De aqui se sigue que teniendo que las demas Ordenes son Sacramentos, forçosamente se ha de dezir que peca mortalmẽte, el Obispo, que las ministra en pecado mortal. Biescas *loc. cit. q. 11. art. 4. dub. 5. propositione 6. §. si autem pag.* 776. Et est communis inter omnes, qui docent minores Ordines esse vera Sacramenta: vt etiam bene notat Philibert. *tract. 1. de Ordine par. 2. cap. 10. in fine*, per hæc verba: Sed si collatio minorum est veri Sacramenti confectio, facta in lethali, erit noua culpa lethalis. Quę omnia tradit, post alios, Suarez *disp. 16. sect. 3.* Syluius *ad 3. par. q. 64. art. 6. q. 1. concl. 3.* Antoninus Diana *resol. 67. in Misc. tom 2.* Huc vsque Philibertus. Sed non omnino bene, si velit pro nostra, ac sua sententie, afferre Dianam; cum oppositam sustineat, *loc. cit.*

DISPVTATIO TERTIA.

De Materia, & Forma Omnium Ordinum in particulari?

QVÆSTIO PRIMA.

An Materia proxima Episcopatus, sit sola impositio manuum Episcoporum, super caput, illius, qui consecranaus est?

NEGAT D. Anton. 3. *part. tit.* 14. *cap.* 16. existimans, non solum impositionem manuum; sed etiam impositionem libri Euangeliorum, super cerbicem, & scapulas consecrandi, esse materiam Episcopatus. Imo addit Filliucius *tract.* 9. *num.* 40. esse saltem probabile, materiam Episcopatus, hæc omnia esse; nempe, vnctionem in capite, & impositionem mitræ; traditionem baculi in manu; & annuli in digito: librum Euangeliorum; & tandem impositionem manuum super caput ipsius consecrandi.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Materiam, solam esse impositionem manuum trium Episcoporum, super caput consecrandi: Formam verò, illa verba simul à dictis Episcopis prolata: *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* Et tunc infunditur gratia, & character imprimitur. Sic colligitur clare *ex* 2. *ad Timot.* 1. ex Concil. Anthiocheno *can.* 10. & 17. ex Trident. *sess.* 13. *can.* 4. Et ex illis, id docent Bellarm. quem citat, & sequitur Enriquez *lib.* 10. *cap.* 7. *num.* 3. Armilla. *Verb. Ordo. num.* 11. Petrus Soto *loc. cit.* 5. *de Ordine.* Vazquez *disp.* 240. *cap.* 5. *num.* 58. Ægid. *disp.* 20. *dub.* 7. *concl.* 1. Hurtado *diff.* 10. Granados *loc. cit. disp.* 3. *num.* 3. Filliuc. *loc. cit.* Philibertus *tract.* 1. *par.* 2. *cap.* 11. *num.* 12. Petrus à sancto Ioseph *tom.* 2. *de Sacram. disp.* 7. *sect.* 2. *pag. mihi* 316. Sanchez *tom.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 15. *num.* 7. & alij.

QVÆSTIO II.

An Ad Ordinationem Episcopi, ex præcepto Ecclesiastico, tres Episcopi requirantur?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia id præcipitur in Concilio Niceno 1. *cap.* 4. in Carthagin. 2. *can.* 12. & in Carthag. 3. *can.* 39. In cap. *Cum Prouinciales dist.* 74. *cap. Ordinationes dist.* 64. *in can.* 1. *Apostolorum*, in Concil. Toletano 4. *cap.* 19. Et ita habetur in Pontificali, & in praxi, & docent omnes Doctores. Legantur Enriquez *loc. cit. num.* 3. *in marg. lit.* Z. & *cap.* 24. Granados *loc. cit. num.* 4. Philibertus *loc. cit. cap.* 12. *num.* 1. & Sanchez *tom.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 15. *num.* 16.

QVÆSTIO III.

An, Etiam ex præcepto diuino, & necessitate Sacramenti, tres Episcopi requirantur?

NEGANT Enriquez *loc. cit.* Armilla *Verb. consecratio* 2. Valentia *disp.* 9. *quæst.* 3. *punct.* 2. Azor *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. Laiud, quem citat, & videtur sequi, Siluest. *V. consecratio* 1. *num.* 1. Vazquez *disp.* 243. *cap.* 6. Ægid. *disp.* 20. *dub.* 9. *concl.* 5. Layman *tract.* 9. *cap.* 5. *num.* 1. Granado *loc. cit. num.* 7. Hugolin. *de offic. & potest Episcopi, cap.* 2. *num.* 5. Sanchez *loc. cit. num.* 26. & alij, docentes, nullo modo præ requiri ternarium numerum Episcoporum ad ordinationem Episcopi, nisi ex præcepto Ecclesiæ, in quo Papa dispensare potest.

Alij, æquæ probabiliter, affirmant; Etiam ex præcepto diuino, & necessitate Sacramenti tres Episcopos requiri ad ordinationem alterius. Sic Anicetus *in Epist. ad Episcopos cap.* 1. & habetur *tom.* 1. *Concil.* Nam cum hic Pontifex docuisset, D. Iacobum, à Sanctis Petro, & Ioanne, & alio Iacobo, fuisse Episcopum consecratum, subdit; *Si autem non minus, quam à tribus Apostolis tantus vir fuit ordinatus Episcopus, patet profectò, eos formam, instituente Domino, tradidisse, non minus, quã à tribus Episcopis, Episcopos ordinari debere.* Sic Pontifex. Sic etiam Glosa *in capite nec Episcopi de temp. Ordin.* Bellarm. *lib.* 4. *de notis veræ Ecclesiæ.* Baronius *tom.* 1. *anno Christi* 34. *num.* 291. Philibertus *tract.* 1. *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 4. Biescas *loc. cit. pag.* 778. Et ante ipsos, Caiet. 3. *par. q.* 67. *art.* 6. Sotus *dist.* 24. *art.* 6. Ochagauia *quæst.* 6. *num.* 6.

Sed

lium legere. Habetur in Concil. Vasensi *can.* 4. & in Rhemensi *can. item* 4.

Tertium est, In absentia Episcopi, vel Presbyteri, vel de eorum licentia, solemniter baptizare.

Quartum est, De licentia Episcopi, populo prædicare. Quod munus conuenire Diaconis, iure diuino, ex vi suæ Ordinationis, innuit Apostol. *ad Ephes. 4. ipse dedit quosdam Prophetas, & alios Euangelistas, &c.*

Quintum est, in absentia Presbyteri, Eucharistiam fidelibus dispensare. Legantur de his muneribus Philiberrus *tract. 2. par. 7. cap. 3. per totum*, & Machado *tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 8. doc. 2. per totum.*

QVÆSTIO XXVII.

An Diaconi prædicantes in mortali, peccent mortaliter?

AFFIRMANT Caiet. *3. p. q. 64. art. 6. & 2. 2. q. 187. ar. 3.* Vbi (vt bene aduertit Nauar. *in Man. cap. 25. num. 141.*) retractauit, quod dixerat in sum. *Verb. Prædicatorum peccata.* Vers. *Secundum est.* Quod non aduertit Hurtado, citans etiam, locum citatum Caietani summæ, pro parte affirmante. Tenent etiam Nauar. ipse, *loc. cit.* Angel. *Verb. Prædicator. num. 7.* Palud. *in 4. dist. 19. q. 3. art. 3.* Lublinus *1. par. sum. V. Ordo num. 5. & Verb. Concio num. 5.*

Sed, longe probabilius, Respondeo: Nullo modo peccare mortaliter, secluso scandalo. Quia, hoc secluso, nullum extat præceptum concionandi in statu gratiæ. In sola namque Sacramentorum confectione, vel receptione, facta in lethali, grauis Deo fit iniuria. Sic Sotus *dist. 1. q. 5. art. 6.* Suarez *disp. 16. sect. 3.* Vazquez *disp. 136. cap. 5.* Valentia *disp. 3. q. 5. punct. 3.* Ægidius *q. 64. art. 6.* Ochagau. *de Sacram. in gen. q. 19. num. 10.* Hurtad. *ibid. disp. 4. diff. 11.* Cabrera *q. 64. art. 6. disp. 1. §. 7. num. 67.* Diana *3. part. tract. 4. resol. 197.* Granados *loc. cit. num. 11.* Lugo *loc. cit. nu. 152. pag. 150.* Philibert. *tract. 2. part. 6. cap. 4. num. 7. pag. 206.* Caiet. etiam in summa *loc. cit. & tom. 3. de vsu spirit. q. 1.* Machado *tom. 2. lib. 4. par. 2. tract. 1. docum. 2. num. 3.* & communis.

QVÆSTIO XXVIII.

An Licite possit Diaconus deferre pyxidem, in qua Corpus Christi depositum est, ab vno altari ad aliud.

RESPONDEO: Posse. Quia Diaconus, iure diuino, hab et potestatem super Corpus Christi contentum in vasis sacris, vt docet, D. Thom. *3. par. q. 82. art. 3. ad. 1.* Deinde, ante solemnem Processionem, & communionem, Pyxidem è sacrario educit: ergo, & poterit illam de vno in alium ttãsportare locum. Sic Philibertus *tract. 2. par. 7. cap. 3. num. 6.*

QVÆSTIO XXIX.

An Munus concionandi, ex officio Diacono conueniat?

NEGANT Mich. de Medina *lib. 1. de contin. cap. 10.* Chamerota *de Sacram. tract. 11. cap. 2. dub. 6.* docentes, id munus non conuenire illi ex officio, sed ex necessitate ob penuriam Sacerdotum.

Sed longe multo probabilius, imo mihi certissime, Respondeo: Conuenire illi ex officio. Quia id expresse habetur in *cap. Perlectis aist. 25.* Et in Pontificali Romano. Et in Concil. Toletano *IV. can. 59.* & habetur *can. vnũ orariũ dist. 25.* Vbi sic dicitur: *Vnum orarium* (ideſt, stolam) *oportet leuitam gestare in sinistro humero, propterea quod orat, ideſt, prædicat.* Sic Concilium, & sic Philibertus, & Machado, *loc. cit.* Legantur.

QVÆSTIO XXX.

An Ordo Presbyteratus institutus fuerit à Christo in vltima cœna, illis verbis: Hoc facite in meã commemorationem?

RESPONDEO: Vere tunc institutum fuisse, quoad illam partem, in qua Sacerdoti confertur potestas consecrandi Corpus, & Sanguinem Christi. Quoad alteram vero partem, qua illi confertur potestas absoluendi, institutum fuisse post Resurrectionem Ioan. 20. illis verbis: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* Sic habetur in Trident. *sess. 14. de Pœnit. can. 3. & sess. 22. can. 1 & 2.* Et vtram que partem docent omnes Theologi, & Canonistæ.

QVÆSTIO XXXI.

Quot, & quæ sint munera Sacerdotis?

RESPONDEO; Quod quatuor præcipuè. *Primum est.* Consecrare, offerre, & dispensare corpus, & sanguinem Christi. *Secundum est*, dimittere ac retinere peccata. *Tertium est* Baptizare, & cætera Sacramenta excepta Confirmatione, & Ordine administrare, & tandem concionem populo habere. Sic ex Scriptura, Concilijs, Patribus, Pontificali, & Catechismo Rom. docent Rayncrius *Verb. ordo.* Bonac. *disp. 8. pun. 3.* Filliuc. *tract. 9. à num. 19.* Philibert. *tract. 2. par. 8. cap. 2. & 10.* Machado *loc. cit. tract. 10. doc. 3.* & omnes.

QVÆSTIO XXXII.

An Sacerdos benedicens aquam in mortali, peccet mortaliter?

AFFIRMANT Nauar. *de Horis Canon. cap. 6. num. 41.* Sayrus *lib. 2. cap. 7. q. 1. art. 5.* Angel. *V. Clericus 3. num. 1.* Siluester. *eo. ver. num. 2. infine.* Et probabile reputat Layman *tract. 1. de Sacram. cap. 5. num. 10.*

Sed longe probabilius Respondeo: Non peccare mortaliter. Quia non agit contra præceptum aliquod. Sic Enriquez *lib. 10. cap. 13. num. 5.* Bonac. *disp. 1. q. 3 pun. 2. 9.* Filliuc. *tract. 1. num. 87.* Et alij, affirmantes, iddem esse dicendum de alijs benedictionibus salis, & populi, etiam si cum venerabili Sacramento fiat.

QVÆSTIO XXXIII.

An Ordo Episcopatus institutus fuerit à Christo Domino verbis, quibus ipse, Petro commisit suam Ecclesiam, dicens: Pasce oues meas. Ioan. 21.

NEGANT in primis Durand. *dist. 24. q. 5.* Gallo, & alij Recentiores, quos, suppresso nomine, citat, & indicat sequi, Enriquez *lib. 10. cap. 3. num. 1. infine. & num. 2. in initio* asserentes, institutum esse in vltima cœna eisdemmet verbis, quibus instituit Sacerdotes.

Negant deinde alij, dicentes, institutum fuisse à Christo, quando ante cœnam fecit eos, Apostolos Mar. 3. & Matt. 7. Ita aliqui, apud Enriquez, quod reputat probabile Sot. *d. 24. q. 2. art. 2.* Alij, quando post Resurrectionem, discipulis dixit: *Accipite Spiritũ Sanctum* Ioan. 20. Ita aliqui apud Carthusianum *in 4. d. 24 q. 4.* Alij tandem, quando in die Ascensionis suæ, eleuatis manibus, eis benedixit. Ita Salmeron *tract. 41. §. At vero de Episcopatu.*

Sed probabilius omniũ Respondeo: Dicẽ dũ, quod licet in vltima cœna Christus Dominus, formam consecrandi Episcopos tradiderit, nullum tamen, tunc consecrauerit, & consequenter, nec instituit Episcopatum; sed, quando post Resurrectionem, Petro, committens suam Ecclesiam, dixit; *Pasce oues meas.* Tunc enim, dedit ei potestatem Episcopalem, & ordinandi, & consecrandi in Episcopos, cæteros Apostolos. Quod ipse Petrus postea fecit, consecrando quosdam ex reliquis Apostolis, se solo; alios, cum consortio aliorum, quos prius consecrauerat. Sic Granados *tract. 1. de Ord. disp. 1. nu. 10.* Biescas *in Apologia pro doctrina D. Thomæ quæst. 11. art. 4. dub. 5. pag. 779.* Et tandem in hanc sententiam videtur inclinare Enriquez *loc. cit. num. 2. fine.*

QVÆSTIO XXXIV.

Quot, & quæ sint munera Episcoporum?

RESPONDEO: Quod duo. *Primum est*, Chrisma, & oleum sanctum conficere; Altaria, vasa, & vestes sacras benedicere; & vigines consecrare. Sic habetur *in cap. referente, de celebrat. Miss. c. Peruenit. dist. 95. cap. Chorepiscopi dist. 17.*

Secundum est, Ordinare, confirmare, offerre, & baptizare. Sic colligitur ex Trid. *sess. 23. de Ordine cap 4. & ex cap. 1. dist. 25.* Legantur Torreblanca *lib. 2. tract. cap. 12.* Hurt. *tract. de Ordine diff. 5.* & alij Recentiores.

QVÆSTIO XXXV.

An Episcopus, consecrans in mortali Chrisma, aut benedicens oleum infirmorum, peccet mortaliter?

AFFIRMANT Nuñus *3. part. q. 64. art. 6. diff. 2. concl. 3.* P. Ledesma *in sum. cap. 6. de Sacram. in gen. dub. 10.* Ioan. de Medina, *C. de Pœnit. tract. 5. q. 6.* Cabrera *q. 64 art. 6. disp. 1. §. 7. num. 60.* Syluius *eo. art. q. 1. concl. 5.* Enriquez *lib. 10 cap. 13. num. 5.* & Lugo *disp. 8. de Sacram. in gen sect. 9. num.*

Sed ego, iuxta alias dicta, Respondeo: Dicendum, Materiam Ordinis non determinasse Christum Dominum in individuo, sed solum voluisse, vt ordo conficeretur per aliquod signum sensibile expressiuum potestatis traditæ, & ita posse ab Ecclesia pro diuersitate temporis, & necessitate, variare materias materialiter sumptas, non formaliter. Qua doctrina supposita, dicendum est, esse quidem de necessitate Sacramenti, vel de præcepto Diuino, saltem remote, aut mediate, vt in ordinatione Episcopi, tres inueniantur, si id ab Ecclesia requiri definiatur, quod quidem pro diuersitate temporis facit, vt amplius ex dicendis constabit.

QVÆSTIO IIII.

An Saltem, ex dispensatione Pontificis, possit vnus solus Episcopus alium valide consecrare?

NEGANT D. Anton. Siluest. & alij; quos refert Solorzanus *tom. 2. de iure Indiarum lib. 3. cap. 6. num. 38.*

Sed longe multo probabilius, & mihi certissime, Respondeo: Posse. Primo: Quia de facto, solus D. Petrus Sanctum Ioannem, & alium Iacobum consecrauit. Deinde, D. Gregor. Papa concessit facultatem Augustino, ab eo in Angliam misso, vt ipse solus vnum, aut alterum Episcopum ordinaret, & in posterum, à tribus Episcopis ordinarentur. Tandem Gregor. XIII. eadem facultatem concessit Patriarchæ Æthiopiæ; & modo in India, & Iaponia vnicus Episcopus solet consecrare: ergo optime potest Pontifex, vrgente necessitate, in dicto præcepto dispensare, aut, vt melius dicam, variare materiam materialiter.

Secundo. Quia Christus Dominus, ita instituit hoc Sacramentum, vt voluerit esse de substantia, & necessitate illius, fieri à tribus Episcopis, quando ita fieri possit: quando autem non, vt fieret a duobus, vel ab vno solo Episcopo, ex commissione, aut determinatione, Ecclesiæ, vel Summi Pontificis. Ex quo fit, vt Ecclesia, nec mutet materiam, nec formam, nec ministrum huius Sacramenti, quando consecratio Episcopi fit, ex commissione, aut determinatione Papæ, ab vno tantum, vel duobus Episcopis; sed tantum pro necessitate temporum, disponit materiam, formam, & Ministros huius Sacramenti, iuxta formam à Christo acceptam. Sic Biescas, Enriquez, Philibertus, & Solorzanus *loc. cit.* Layman *loc. cit. cap. 1. num. 1.* Greg. Lopez, & alij, quos affert, & sequitur Machado *2. tom. lib. 4. par. 6. tract. 1. doc. 6. num. 5.* & alij.

QVÆSTIO V.

An In Ecclesia Græca, materia Presbyteratus sit tantummodo manuum impositio, cum verbis proportionatis?

NEGAT Antistes Philadelphiensis, *in opusc. de Sacram.* vt refert Petrus à S. Ioseph. *tom. 2. de Sacram. disp. 7. sect. 3. pag. 342.* docens, materiam Sacerdotij apud Græcos, esse etiam, sacratissimum panem, & quantitatem sacrorum vasorum. Probarique potest hæc sententia. Quia materia Sacramentorum, eadem est pro omnibus Ecclesijs, *vt 1. par. tract. 1. disp. 1. q. 12.* est habitu: Sed sic est quod materia proxima Sacerdotij in Ecclesia latina, non solum est manus impositio; sed etiam traditio panis, & vini, vt intra: ergo.

Sed certissimè Respondeo: Affirmatiue. Quia hanc esse praxim in Ecclesia Græca, docet Lugo, *de Sacram. in communi, disp. 2. sect. 5. num. 85.* per hæc verba: Nunc in Ecclesia Græca, non solum Episcopi schismatici, sed Catholici etiam, & qui Romæ degunt; dum Græcos Presbyteros ordinant, sciente, & consentiente Summo Pontifice, (me præsente) non per Calicis, & Patenæ porrectionem id faciunt, sed per manus impositionem, super caput Ordinandi, dicente Episcopo: *Diuina gratia, quæ semper infirma sanat, & quæ desunt supplet, creat, seu, promouet N. Venerabilem Diaconum, in Presbyterũ, &c.* Quem ritum Ordinandi, nemo iure damnare poterit, aut verisimiliter, de illius valore dubitare. Sic Lugo, post Arcudium *de Sacram. Ordinis cap. 2.* & Petrum à S. Ioseph. *tom. 2. de Sacram. disp. 5. sect. 3.*

Ad rationem, pro opposita sententia, adductam, concedenda est maior, & minor, & neganda consequentia. Nam (*vt 1. part. tra. 1. disp. 1. q. 11.* ex eodem Lugo diximus) cũ Christus Dñs non determinauerit in individuo, materiam & formam Ordinis materialiter sumptas, sed solum voluerit, quod conferretur ordo per aliquod signum sensibile significatiuum potestatis, quæ traditur, & per verba hoc ipsum exprimẽtia. hinc fit, quod Ecclesia Latina, retinendo priscum ritum ab Apostolis introductum, ordinet Sacer-

Sacerdotes per manus impositionem (quod Graci faciunt) adiungendo traditionem panis, & vini (quod Ecclesia Græca non facit) vtraque tamen, sufficientem adhibendo Sacerdotij materiam. Legatur Lugo *loc. cit.*

QVÆSTIO VI.

An In Ecclesia Latina, Materia Presbyteratus proxima, & totalis, sit traditio Calicis cum vino, & Patenæ cum Hostia; & impositio manuum super caput ordinandi?

NEGANT in primis, Ricard. *in 4. dist. 24. art. 4.* Capreol. *ibid. quæst 1. art. 3. ad 3. contra primam conclusionem.* Maior *q. 1.* Durand. *quæst. 3. art. 2.* Sotus *ead. d. q. 1. art. 4.* Silueſter *V. Ordo 2. q. 4.* Victoria *q. 210.* Nuñus *in addit. quæst. 37. art. 5. vers. Septimus Ordo.* Ioan de la Cruz *in suo directorio par. 2. de Sacram. Ord. dub. 2. concl. 1.* Lublinus *1. par. Summæ V. Ordo pag. 611.* Binsfeldius *in suo Enchirid. de Oratione cap. 16. §. 2.* Vinaldus *de Oratione nu. 15.* Valentia *tom. 4. disp. 9. quæst. 1. punct. 5.* Bonac. *disp. 8. quæst. vnica punct. 3. nu. 2.* Ludouicus de San Iuan *quæst. 1. de Ordine art. 1. dub. 4. concl. 1. pag. 759.* omnino ex Petro Ledesma (quem non citat) *cap. 3. concl. 4.* Et in hanc sententiam videtur inclinare Diana *2. par tract. 4. resol. 187.* & ideo pro illa citatur à Philiberto, & alij: docentes, materiam proximam, & totalem Presbyteratus, esse solam traditionem Patenæ cum pane, & Calicis cum vino; manuum vero impositionem, non esse de essentia huius Sacramenti, sed ritum accidentalem.

Negat deinde S. Bonau. *in 4. d. 24. part. 2. art. 1. quæst. 4.* Vbi affirmat, solam manuum impositionem factam ab Episcopo, super caput ordinandi, esse materiam totalem Presbyteratus. Refert etiam pro hac parte, Machado *tom 2. lib. 4. par. 1. tract. 9. doctum 2. num. 1.* Scotum *dist. 4. quæst. vnica.* Petrum de Soto, vbi infra. Comitolum *lib. 6. respons. quæst. 43.* Reginaldum *lib. 30. num. 10. 20.* & *21.* Filliucium *tom. 1. tract. 9. cap. 2. nu. 42.* Laymanium *lib. 5. tract. 9. cap. 5. num. 2.* & Syluium *in 3. part. quæst. 37. art. 2. quæst. 4.* Sed omnes, pro certo, refert male, vt infra.

Vnde probabilius Respondeo: Materiam proximam, & totalem Ordinationis Sacerdotis Latini, esse traditionem panis, & vini in suis vasis, & simul impositionem manuum Episcopi, super caput Ordinandi. Fundamentum huius responsionis est. Quia Ordinatio Sacerdotis conflatur ex duabus ordinationibus, & potestatibus partialibus, nempe conficiendi Corpus Christi, & remittendi alijs peccata: ergo necessario debet habere duas materias partiales distinctas, ex quib' vna totalis, & adequata cõsurgat. At hæ nequeunt esse aliæ, quã porrectio panis, & vini in suis vasis, & impositio manuũ Episcopi in caput ordinandi: ergo dicendum est, quod vtraque sit essentialis materia Presbyteratus, & quod per traditionem panis, & vini in suis vasis, & formam, quæ tunc profertur, videlicet: *Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, &c.* Confertur Sacerdotibus potestas solum ad sacrificandum. Per manus vero impositionem, & illa verba: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis, &c.* Tribuitur eis potestas absoluendi à peccatis.

Minor, in qua est difficultas, probatur, in hac quæstione quoad eius primam partem: quoad secundam in sequenti: Nam in Concil. Florentino in instructione Armenorum, expressis verbis id habetur. *Sextum* (inquit) *Sacramentum est Ordo, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo sicut Presbyteratus traditur per Calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem*: ergo ex Concilio, materia essentialis Presbyteratus, est porrectio panis, & vini in suis vasis. Quod autem, etiam sit essentialis materia Sacerdotij impositio manuum Episcopi constabit ex dicendis quæst. sequenti. Sic tenent & docent, ex dicto Concilio Florent. *loc. cit.* ex Carthagin. IV. & ex Trident. *sess. 14. cap. 3.* Scotus *dist. 24. art. 3.* Palud. *quæst. 6. art. 4.* Bellarm. *de Ordine lib. 1. cap. 9.* Petrus de Soto *lect. 5. de Ordine.* Enriquez *lib. 10. cap. 6.* Vazquez *disp. 239. cap. 3.* Ægid. *disp. 20. dub. 7. num. 60.* Fornarius *tract. de Ordine cap. 2.* Layman *tract. 9 cap. 5. nu. 2.* Ochagauia *quæst. 5. num. 4. & 5.* Hurtado *de Ordine diff. 11.* Granado *tract 1. de Ordine disp. 3. à nu. 10. vsque ad 21.* Filliuc. *tract. 9. num. 42.* Petrus Cañedo *tract. 8. de Ordine pag. mihi 251.* Bart. de Ledesma *de Ordine diff. 3. col. 1131.* Biescas *loc. cit. pag. 796.* Philibertus *tract. 2. par. 8. cap. 5.* Qui pro hac parte citat etiã Silueſtrum, Comitolum, Fernandez, Reginaldum, Molesium, Camerotam, Syluium, & Cornelium à lapide. Sed ex his, oppositum docet Silueſt. & probat, loco à nobis pro prima sen-

tenſ

tentia citato. Sic etiam Lugo *disp. 2. de Sacram. in communi, sect. 5. a num. 85.* Petrus à S. Ioseph *2. tom. de Sacram. disp. 7. sect 3.* Pessantius *in Additio. ad 3. part. q. 40. disp. 1. pag. 1004.* Et id solum volunt omnes Authores, quos pro secunda sententia citat Machado, vt notat Philibertus. Tenet etiam Sanchez *tom. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 3. num. 3. & dub. 12. nu. 20.*

QVÆSTIO VII.

An Impositio manus Episcopi super caput Ordinandi sit etiam materia partialis essentialis Presbyteratus?

NEGANT Doctores in prima sententia quæst. præcedentis relati. Primo, Quia Concilium Florentinum non meminit impositionis manuum; sed solum porrectionis panis, & vini; ergo hæc tantum, non illa, erit essentialis, & totalis Sacerdotij materia. Confirmat hoc argumentum Nuño, *loc. cit. ex cap. vltimo de Sacramentis non iterand.* Vbi dicitur (ait ille) expresse, manuum impositionem, non esse de essentia Presbyteratus; ergo.

Secundo. Quia per traditionem panis, & vini, & illa verba: *Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia Dei, &c.* Tanquam per formam; confertur Sacerdoti vtraque potestas, nempe conficiendi Corpus Christi, & remittendi peccata. ergo per manus impositionem, & verba illa: *Accipe potestatem remittendi peccata*: nullo modo confertur potestas remittendi peccata; sed solum sunt declaratoria potestatis iam traditæ, per illa alia antecedentia verba: *Accipe potestatem offerendi, &c.* Ergo nec possunt esse essentialia ordinationi Sacerdotij.

Tertio. Quia si Episcopus ordinans omitteret illa verba: *Accipe potestatem remittendi peccata*; nihilominus vere maneret homo perfecte, & complete ordinatus, itaut si postea obtineret beneficium curatum, vel expositionem ad audiendas confessiones, tales confessiones essent validę: ergo prædicta verba, & actio non sunt de essentia ad conferendam potestatem ad absoluendum.

Sed longe probabilius Respondeo: Esse partem essentialem Presbyteratus. Primo, Quia id clare habetur in Concil. Carthag. IV. *cap. 2. a l. 5.* Vbi statuitur, Sacerdotem per manuum impositionem esse ordinandũ. In Concil. Toletano XI. quod refertur *in can. Presbyter. & can. Quorumdam Clericorum dist. 23.* Vbi præcipitur, quod in ordinatione Presbyteri, & Diaconi, Episcopus manum imponat. In Trident. *sess. 4. cap. 13.* Vbi definitur, Ministrum Extremæ Vnctionis, *solum esse Sacerdotem ab Episcopo per impositionem manuum Presbyterij rite ordinatum.* Ergo, ex Concilijs, impositio manuum pars est essentialis Sacerdotalis consecrationis.

Secundo. Quia qui caret potestate remittendi peccata, non potest dici plene Sacerdos: sed hanc potestatem accipit ordinandus per impositionem manuum, & formam remissionis peccati: ergo impositio manuum, essentialis materia est, Presbyteratus. Minor probatur. Nam Christus Dominus, diuerso tempore dedit suis Apostolis potestatem remittendi peccata, ac dedit conficiendi Eucharistiam: nam hanc dedit in vltima cœna, illam vero post Resurrectionem Ioan. 20. Ergo etiam Episcopus, diuersis temporibus, has duas potestates Sacerdotibus tribuit: conficiendi, videlicet, Eucharistiam, per porrectionem panis, & vini, & illa verba: *Accipe potestatem offerendi sacrificium, &c.* Remittendi vero peccata, postea, per impositionem manuum, & illa verba: *Accipe potestatem remittendi peccata, &c.* Nec enim dici potest, aliter Christum Sacerdotes instituisse, quam instituit Ecclesia; cum hæc, institutionem à Christo factam plene sequatur, nec valeat immutare.

Ad Primum in contrarium, dicendum: Quod licet concilium Florentinum, nullo modo meminerit impositionis manuum, (quia notissimum erat ex Scriptura, Concilijs, & PP. eam essentialiter requiri ad ordinationem Sacerdotis) meminere, alia Concilia à nobis citata; quæ tamen, nec minimam mentionem instrumentorum calicis, & patenæ fecerunt. (Quia tunc illa in controuersiam non veniebant.) Quare adæquata, & totalis materia Presbyteratus, non est desumenda ex solo Concilio Florentino, nec ex solo Carthaginen. & Toletano, sed ex omnibus simul collectis: & ideo dicendum, materiam sacerdotij adęquatam, esse & porrectionem Panis, & vini in suis vasis, & manuum impositionem.

Ad Confirmationem dicendum, falsum omnino esse quod in dicto capite citato, expresse dicatur; manuum impositionem non esse de essentia Ordinationis Sacerdotij: cũ potius omnino in illo definiatur oppositum: vt constat I. ex titulo illius capitis, sic dicen-

dicente: *Si in Ordinatione Presbyteri vel Diaconi, manus impositio fuerit prætermissa, statutis temporibus supplebitur.* Sic titulus: ergo supplebitur necessariò, quia est de necessitate Sacramenti Ordinis. 2. id constat ex textu eodem. *Presbyter* (inquit Gregor. IX.) *& Diaconus cum ordinatur, manus impositionem, tactu corporali (ritu ab Apostolis introducto) recipiunt. Quod si omissum fuerit, non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad eiusmodi Ordines conferendos, caute supplendum, quod per errorem extitit prætermissum.* Sic textus. Quid pro nobis clarius? Nec obstat, quod dicat Pontifex; *manuum impositionem esse ritum ab Apostolis introductum.* Quia non ob id intendit Pontifex docere, Apostolos talem ritum instituisse, sed à Christo institutum, primos vsurpasse, seu ad praxim, homines ordinando, reduxisse.

Ad secundum. Dicendum, falsum esse antecedens, vt constat ex dictis, quæ, per sequentia, confirmantur. Nam conficere Eucharistiam; & absoluere à peccatis, sunt actus omnino inter se distincti, qui potestates omnino diuersas arguunt: ergo sicut, ex omnium sententia, potestas absoluendi à peccatis non includit potestatem consecrandi Eucharistiam, ita vice versa, facultas conficiendi Eucharistiam in se non complectitur potestatem absoluendi à peccatis: ergo putandũ non est vtramque simul potestatem conferri, quando Episcopus dicit: *Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo*; & posteriorem solum declarari, quando idem Episcopus dicit; *Accipe Spiritum Sanctum, aut, potestatem remittendi peccata, &c.* Sed priorem tantum dari, prioribus verbis; posteriorem vero, posterioribus.

Ad tertium. Negandum est etiam antecedens. Quia in eo casu, licet Ordinatus diceretur Sacerdos, eo quod haberet potestatem offerendi sacrificium; non tamen esset vnde quaque perfecte; & complete Sacerdos, cum non haberet potestatem absoluendi à peccatis, etiam accedente beneficio Curato, aut approbatione. Vtramque enim potestatem includit Sacerdotium (vt diximus) & clarè Trident. 23. *cap.* 1. *de Sacram. Ordinis*, cum ait: *Hoc autem* (Sacerdotium intellige) *ab eodem Domino Saluatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in Sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi, & ministrandi corpus, & sanguinem eius; necnon, & peccata dimittendi, & retinendi, sacra litteræ ostendunt, & Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit.* Sic tenent omnes Doctores pro nostra sententia adducti, inter quos optime, Petrus à S. Ioseph, & Philibertus.

QVÆSTIO VIII.

An Sit de substantia Ordinationis Sacerdotalis, in Ecclesia Latina, traditio vtriusque Speciei; calicis, videlicet cum vino; & Patenæ cum pane?

NEGANT Enriquez *lib.* 10. *cap.* 6. Bonac. *loc. cit. punct.* 3. *num.* 3. Filliuc. *n.* 42. & penes ipsum Tabiena *verb. Ordo* 2. *num.* 7. & Armilla *num.* 5. Barthol. ab Angel. *Dialogo* 8. *de Euchar.* §. 352. Homobonus *de exam. Ecclesiast. tract.* 4. *cap.* 9. *quæst.* 75. & Diana 3. *par. tract.* 4. *res.* 186. *Supplem.* quem citat, & sequi videtur Pessantius *in additio. ad* 3. *par. quæst.* 40. *disp.* 1. *pag.* 1004. Et alij, existimantes, ad valorem Ordinationis sufficere traditionem vnius tantum speciei, vini, nempe, in Calice; vel panis in Patena.

Sed probabilius Respondeo: Esse de Substantia Ordinationis Sacerdotalis traditionem vtriusque speciei. Quia id clare videtur docere Florentinum, verbis supra relatis; his videlicet: *Presbyteratus traditur per Calicis cum vino; & Patenæ cum pane porrectionem.* Sic Concilium. Et sic docent Granad. *tract.* 1. *de Ordine disp.* 3. *num.* 12. & 13. dicens, esse communem sententiam. Ricard. *dist.* 24. *art.* 4. *quæst.* 3. Durand. *quæst.* 3. Sot. Siluest. Valentia, vbi supra. Petrus Ledesma *in sum. de Sacram. Ordinis cap.* 3. *diff.* 3. Ioan. de Cruce *de Ordine dub.* 2. *concl.* 1. Luysius de Torres *in suis selectis par.* 1. *disp.* 21. *dub.* 2. Lublinus *loc. cit. pag.* 612. *num.* 6. Hurtado *tract. de Ordine diff.* 11. Optime Philibertus *tract.* 2. *par.* 8. *cap.* 5. *propositione* 2. Villalobos *tract.* 11. *diff.* 4. *nu.* 1. & Diana (iam sibi contrarius.) *p.* 4. *tr.* 4. *resol.* 119.

QVÆSTIO IX.

An, Si quis ex obliuione Magistri Ceremoniarum, Calice vacuo, solo pane, Sacerdotio initiaretur, esset illa ordinatio repetenda?

NEGANT Enriquez, Bonac. Fillic. Diana, & alij *loc. cit.* pro prima sententia. Quia probabile est, sufficere ad valorem Presbyteratus,

teratus, Ordinandum attigisse Patenam solam cum Hostia: ergo.

Sed certissime Respondeo: Esse repetendam, & reiterandam, saltem sub conditione; *si non es Ordinatus*. Quia esto, quod opinio Enrici, & aliorum sit probabilis, nihilominus dicendum est, talem Ordinationem esse repetendam ad vitandum spirituale fidelium detrimentum. Quia, si ille Clericus sic Ordinatus, non esset coram Deo verus Sacerdos, neque Eucharistiam conficeret, neque peccata absolueret. Sic Durand. Sotus, Valentia, Villalob. Ludouicus, Philibert. & alij, vbi supra. Imo, & ipsemet Diana *4. part. loc. cit.* & Tannerus *in 3. partem disp. 7. quæst. 2. dub. 4.* dicens, hunc casum, suo tempore, *anno 1617* accidisse.

QVÆSTIO X.

An, Si Sum. Pontifex dicat alicui: Esto Sacerdos. *Fiat per dicta verba, integre, & perfecte, Sacerdos?*

AFFIRMANT (penes Philibertum) Angelus, Felinus *in cap. 1. de constit. n. 23.* Decius *ibid. lect. 1. n. 50.* Rebusus *in praxi beneficiorum tit. de Clericis, à quibus & quomodo creentur n. 9. & 10.* Gigas *tr. de pensio. q. 8.* & Victoria *de Sacram. Ordinis q. 5.* Quod iddem docet Angelus quando de creatione Episcopi. Fundamentum eorum est. Quia formam Ordinis Sacerdotalis, & Episcopalis introduxit Pōtifex: ergo illam potest abrogare, & mutare.

Sed, longe multo probabilius, imo mihi, certissimè Respondeo: Nullomodo fieri, aut promoueri in Sacerdotem. Quia illa verba, neque formaliter, nec eminenter, neq; æquiualenter, sunt, aut continent, formam essentialem Ordinis Sacerdotalis: ergo per illa, nequit quis in Sacerdotium promoueri. Antecedens probatur. Quia vna quæque forma Sacramenti debet expresse significare effectum, quem realiter efficit, sed per illa verba: *Esto Sacerdos*: non expresse significatur potestas conficiendi corpus Christi, & remittendi peccata: ergo.

Ad fundamentum Canonistarum, dicendum, falsum esse, Pontificem introduxisse formam Sacerdotalem; cum hæc, in Euangelio contineatur, in illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*. Et, *Quorum remiseritis peccata, &c.* Quo supposito, amplius roboratur nostra sententia. Quia Pontifex non habet potestatem mutandi materias, & formas Sacramentorum, nobis à Christo Domino determinate relictas: sed Christus reliquit nobis formam Sacerdotij: ergo. Sic Philiarcus *de officio Sacerdo. part. 2. lib. 1. cap. 14.* per totum. Philibertus *loc. cit. cap. 6. per totum*, dicens, id esse commune inter Theologos. Nec Victoria contrarium, expresse saltem tenuit, vt legenti constabit. Vnde non bene omnino illum citat Philibertus.

QVÆSTIO XI.

An In Ecclesia Græca, materia totalis, & adæquata Diaconatus sit manus Impositio ab Episcopo facta in caput Ordinandi?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia non solum olim, verum etiam nunc apud Græcos, etiam Catholicos, sciente, & consentiente Summo Pontifice, per solam manuum impositionem, sub certa forma verborum, valide ordinatur Diaconus, vt testatur Lugo *disp. 2. de Sacram. sect. 5. nu. 85. & 91.* Et ante illum, Petrus à S. Ioseph, per hæc verba: Quando apud Græcos ordinatur Diaconus, Pontifex habens manum impositam capiti illius, hanc formam, clara voce enuntiat: *Diuina gratia, quæ semper infirma curat, & imperfecta perficit, promouet talem Reuerendum Subdiaconum, in Diaconum*. Sic ille, *disp. 7. cit. sect. 4 pag. 374.*

Quod autem hæc sit sufficiens, & adæquata materia, vt omnino conferatur Ordo Diaconatus apud Græcos, constat. Quia Apostoli sola impositione manuum, non libri Euangeliorum traditione, ordinarunt Diaconos, vt optime probant Philibertus *tract. 2. par. 7. cap. 2. à num. 7.* Cornelius à Lapide *in cap. 6. Actuum*, & Petrus à S. Ioseph *disp. 7. citata sect. 4.* Et nos infra: ergo, &c.

QVÆSTIO XII.

An In Ecclesia Latina, materia totalis, & proxima Diaconatus, sit sola traditio libri Euangeliorum; vel sola manuum impositio: vel vtraque simul?

AFFIRMANT, solam traditionem libri Euangeliorum esse veram, legitimam, adæquatam, & totalem materiam Diaconatus, D. Thom. *q. 37. ar. 5. ad 5.* Ricard. *in 4. dist. 24. art. 4. q. 3.* Rainerius. *Ver.*

Ordo cap. 14. *pag.* 405. Sot. *d.* 24. *q.* 1. *ar.* 3. Palacios *dist.* 24. *pag. mihi* 490. Nuñus *in addit. q.* 37. *art.* 5. Vazquez *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 238. *cap.* 4. Valentia *disp.* 9. *quæst.* 1. *punct.* 5. Reginald. *lib.* 30. *cap.* 2. Hurtado *de Ord. diff.* 12. Molfes. *tract.* 2. *Sum. cap.* 9. *num.* 16. Chamerota *tract.* 11. *cap.* 3. *dub.* 2. Bonac. *disp.* 8. *punct.* 3. *num.* 4. Homobonus *de exam. Ecclesiastico tract.* 4. *cap.* 7. *quæst.* 63. Faber *dist.* 24. *quæst.* 1. *dub.* 1. *cap.* 4. *num.* 3. Ochagauia *quæst.* 4. *num.* 12. Binsfeldius *in suo Enchiria. de Ordine*, §. 2. Petrus Cañedo *loc. cit. pag. mihi* 251. Viuald. *loc. cit.* Directorium Curatorum *cap.* 8. §. 1. *fol. mihi* 56. Lublinus, *Verb. Ordo pag.* 611. Villalobos *tract.* 11. *diff* 4. *num.* 1. & *diff.* 5. *num.* 2. Diana 3. *part. tract.* 4. *resol.* 188. Ludouicus *loc. cit. pag.* 759. Petrus Ledesma *cap.* 3. *concl.* 4. *pag. mihi* 636. Fundamentum horum Doctorum est, authoritas Concilij Florentini *loc. cit.* Vbi clare dicitur, quod ordo Diaconatus confertur; *per libri Euangeliorum dationem*: Ergo ex Florentino, in datione libri Euangeliorum consistit adæquata huius Ordinis materia; cum nullam de impositione manuum fecerit mentionem.

Affirmant vero è diametro, materiam Diaconatus, in sola manuum impositione sitam esse, non vero in datione libri Euangeliorum, D. Bonau. *dist.* 24. *art.* 1. *q.* 4. Durand. *q.* 2. Caiet. *tom.* 1. *opusc. tr.* 11. Scot. *q.* 3. *ar.* 2. *in fine.* Petrus Soto *lect.* 5. *de Sacram. Ordinis fol. mihi* 261. Citãt etiam Machado *loc. cit. tr.* 8. *docum.* 1. *n.* 4. & Philibert. *loc. cit. cap.* 2. *n.* 7. *pag.* 253 pro hac parte, Bellarminium *de Ordine lib.* 1. *cap.* 3. Sed vterque male. Nam solum docet nostram, vt statim dicam.

Vnde probabilius omnibus Respondeo: Materiam proximam, & adæquatam, & totalem Ordinationis Diaconi Latini, nec consistere in sola traditione libri Euangeliorum, nec in sola impositione manus Episcopi, sed in vtroque simul, in traditione, videlicet, libri Euangeliorum, & impositione manus, simul.

Ratio est. Quia in primis, negari non potest, impositionem manus pertinere essentialiter ad materiam Ordinationis Diaconatus, cum Patres, Concilia, & Scriptura sæpius dicant; Diaconum per impositionem manuum creari; vt habitum est supra quæst. 7. & late, & docte docent Philibertus, & Petrus à S. Ioseph. ibi citati. Deinde, nec negari potest, tr. ditionem libri Euangeliorum etiam pertinere ad substantiam Diaconatus, vt constat ex definitione Concilij Florentini, vbi supra: ergo vtramque materiam simul esse essentialem Ordinationi Diaconi Latini, iuxta Concilia, & Patres, debemus asserere; ne dicamus, vnum Concilium, nempe Florentinum, Toletano, Carthaginensi, & Tridentino aduersari.

Ex quibus deducitur, quod sicut Sacerdotes in sua ordinatione duplicem recipiunt potestatem consecrandi, & absoluendi; & duos realiter distinctos characteres, quorum vnus sine altero consistere potest: Ita similiter dicendum de Diacono, quod, videlicet, per impositionem manus Episcopi imprimitur vnus character, & datur Diacono potestas ministrandi Sacerdoti, & dispensandi Eucharistiam, saltem in necessitate. Per traditionem verò, libri Enangeliorum, alius distinctus imprimitur character, & datur ei potestas legendi Euangelium.

Ad fundamentum contrarium ex dictis quæst. 7. Respondendum est; Florentinum expressisse librum Euangeliorum: non tamen negasse impositionem manuum esse simul Diaconatus materiam. Meminit autem potius libri Euangeliorum, quam impositionis manus, quia Armeni hac in re errabant, & ideo de tali vsu Ecclesiæ Romanæ erudiuntur. Sic nobiscum sentiunt Bellarmin. *lib.* 1. *de Ordine cap.* 9. (referens pro hac parte Petrum de Soto, & Martinum Ledesmium) & Enriquez *lib.* 10. *cap.* 8. *num.* 2. Quorum prior citatur à Philiberto, & Machado pro secunda sententia; posterior pro prima. Sed vterque citatur male: cum vterque expresse hanc nostram doceat. Sic enim ait Enriquez *loc. cit.* Ordinatio Diaconi necessariò exprimi debuit per traditionem libri Euangeliorum, simul cum impositione manus. Sic ille: Qui & citat pro se Bellarminum: & bene. Ægidius *disp.* 20. *dub.* 7, *concl.* 3. Adamus *disp.* 7. *quæst.* 2. *dub.* 3. Layman *cap.* 5. *num.* 2. *assertio.* 3. Filliuc. *tract.* 9. *num.* 44. Syluius *in* 2. *part. quæst.* 37. *art.* 2. *quæst.* 3. Card. Osius *de Sacram. Ordinis cap.* 52. Fornarius *de Ordine cap.* 2. Biescas *loc. cit. pag.* 795. Barthol. de Ledesma *de Ordine diff.* 3. *col.* 1121. Pessantius *in addit. ad* 3. *part. quæst.* 40. *disp.* 1. Lugo *de Sacram. disp.* 2. *nu* 100. *pag.* 31. Cornelius *loc. cit.* Petrus à S. Ioseph.

lo..

loc. cit. sect. 4. *pag.* 376. Philibertus *tr.* 2. *par.* 7. *cap* 2. Granad. *tr.* 1. *disp.* 3. *à n.* 26 Qui bene probat, hanc nostram sententiam non esse præiudicatiuam authoritati aliarum, sed tantum conciliatricem. Vnde Fidelucius pro illa citat Diuum Thom. D. Bonauenturam, Ricardum, & alios.

QVÆSTIO XIII.

An Saltem, in primordijs Ecclesiæ; Apostoli, per solam manuum impositionem, Ordinauerint Diaconos?

NEGANT Sot. *in* 4. *dist.* 24. *q.* 1. *ar.* 4. *concl.* 7. *vers. Ad aliud vero.* Enriq. *cap.* 8. *n.* 1. *in Gloss. lit. F.* Granados *tr.* 1. *disp.* 3. *n.* 27. & ex parte, Layman, & Ægid. *loc. cit.* existimantes, probabilius esse Apostolos ordinasse Diaconos, sicut modo Ecclesia Latina, videlicet, per manus impositionem, & per traditionem alicuius chartæ, in qua continebantur scripta Mysteria fidei, quæ habentur in Euangelio.

Sed probabilius Respondeo: Tunc per solam manuum impositionem ordinasse Diaconos. Quia in primordijs Ecclesiæ, non erant Euangelia scripta, iuxta communiorem sententiam docentem B. Matthæum primum Euangelium scripsisse, anno octauo post Ascensionem Christi: ergo non poterant ordinandis porrigi; velut materia necessaria; ergo Apostoli per solam manus impositionem, tanquam per materiam, eo tempore, integram, & totalem, ordinarunt Diaconos.

Dicere autem consueuisse Apostolos conferre, aut porrigere Ordinandis chartam, in qua scripta erant Mysteria fidei, quæ in Euangelio habentur. Contra est: Quia, nec antiquorum vnus, talis chartæ meminit; nec ex Scriptura colligitur; nec potest, cum potius in illa expresse habeatur, sola manuum impositione, Apostolos, Diaconos ordinasse. Sic Cornel, & P. à S. Ioseph. *loc. cit.*

Nec ex hac doctrina inferri potest, Ecclesiam mutasse aliquid, circa materiam, & formam huius Sacramenti, ex eo quod olim fuerit collatum per solam manuum impositionem; nunc vero, etiam per traditionem Euangeliorum, cum forma sibi debita. Respondendum enim, vt alias sæpe, hanc mutationem, solum fuisse materialem; non formalem. Nam Christus Dominus, nó instituit materiam determinatam, & individuam, athoma specie, huius Ordinis; sed vagam, & indeterminatam, volens tantum modo, vt conferretur Ordo per aliquam sensibilem materiam, per quam spiritualis Diaconorum, aut Sacerdotum, quæ traditur potestas, significaretur. Et ideo, hinc factum fuit, vt Apostoli, per solam manus impositionem, Diaconos instituerint (sicut & modo instituit Ecclesia Græca) Latina vero, per manus impositionem, & simul per traditionem libri Euangeliorum. Omnes certe absque mutatione formali materiæ Sacramenti Ordinis. Sic Lugo *disp.* 2. *de Sacram. à num.* 85. *pag* 28. & ex illo nos 1. *par. tr.* 1. *disp.* 1. *q.* 11. Philibertus *tr.* 2. *de Ordine par.* 7. *cap.* 1. *n.* 10. *& cap.* 2. *à num.* 8. & ante ipsos, Pessantius *disp.* 1. *cit. vers obijcies, pag. mihi* 1005. Et ex parte, Layman *loc. cit. pag. mihi* 194. & P. de S. Ioseph. *loc. cit.*

QVÆSTIO XIV.

An Materia proxima, & totalis Subdiaconatus, sit sola traditio Calicis vacui, & Patenæ vacuæ; aut sola traditio libri Epistolarum; aut vtraque simul traditio?

AFFIRMANT, solam traditionem Calicis vacui, cum Patena vacua, esse proximam, adæquatam, & totalem materiam Subdiaconatus, Diana 3. *par. tr.* 4. *resol.* 189. Philibertus *tr.* 2. *de Ordine par.* 6. *cap.* 2. *à num.* 4. & penes ipsos, Syluius 3. *par. q.* 37. *ar.* 2. *q.* 8. Ægid. *disp.* 20. *dub.* 6. *n.* 69. Layman *lib.* 5. *tr.* 9. *cap.* 5. *n.* 3. Valentia *disp.* 9. *q.* 1. *pun.* 5. Comitolus *in respons. moral. lib.* 1. *q.* 12. Molfes. *tom.* 1. *sum. tr.* 2. *cap.* 8. *n.* 22. Vazquez *disp.* 238. *cap.* 5. & Fornarius *de Ordine cap.* 20. Sed ex his authoribus, saltem Fornarius, oppositum docet (non *cap.* 20. cum eius tractatus, non nisi octo habeat capita, sed 2.) vt infra. Dictis Authoribus addi possunt Enriquez *lib.* 10. *cap.* 8. *n.* 3. Ochagauia *loc. cit, num.* 14. Granados *loc. cit. num.* 29. Bonac. *loc. cit. pun.* 3. *num.* 5. Pessantius *disp.* 1. *cit. pag.* 1004. Summa Theologica *loc. cit. pag.* 173. Cañedo *loc. cit. pag.* 251. Biescas *loc. cit. pag.* 795. Viuald. *de Ordine num.* 15. Villalobos *tr.* 11. *diff.* 5. *n.* 3. Ludouic. de S. Ioan. *q.* 1. *de Ordine ar.* 4. *diff.* 4. *pag.* 760. Petr. Ledesma *de Ordine cap.* 2. *concl.* 4. *pag. mihi*

mihi 637. Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 7. *num.* 4. & alij.

Affirmant vero econtra, traditionem solam libri Epistolarum, esse adaquatam; & totalem Subdiaconatus materiam, Viguerius *in institutio. cap.* 16. §. 6. Directorij Curatorum *cap.* 8. *ae Ordine*, §. 1. *pag. mihi* 56. Iabellus *tom.* 2. *par.* 5 *tract.* 7. *cap.* 2. *pag. mihi* 589. & nouissime Samuel Lublin. 1. *par. sum. verb. ordo, pag. mihi* 611.

Sed probabilius omnium Respondeo: Materiam proximam, adaquatam, & totalem Subdiaconatus, nec consistere in sola traditione Calicis, & Patenæ vacuæ, nec in sola traditione libri Epistolarum: sed in vtraque traditione simul.

Probatur. Nam duplex potestas confertur in sua Ordinatione Subdiacono: ergo per duplicem materiam, & duplicem formam debet id illi præstari. Consequentia patet: antecedens probatur. Nam in primis, confertur Subdiacono potestas ad ministrandum Sacerdoti vasa corporis, & sanguinis Christi, & hæc, cõfertur per traditionẽ Calicis vacui, & vacuæ patenæ, cũ verbis illis: *Videte cuiusmodi ministerium vobis traditur*, &c. Rursus confertur eidem potestas altera ad legendum Epistolas solemniter in Ecclesia, & hæc datur, per traditionem libri Epistolarum, sub hac forma: *Accipite librum Epistolarũ, & habete potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei*, &c. Sic Philibertus (sibi postea contrarius) tenuerat *eod. tract.* 2. *par.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. per hæc verba: Caterum cum Epistolarum liber, secundũ communem sententiam sit etiam materia Subdiaconi; ideo discrimen illud est; quia Subdiaconi est legere vtriusque testamenti Epistolas in solemni Missa sacrificio; lectoris autem extra Missam, intra nocturnas Psalmodias, &c. Sic ille. Medina *lib.* 1. *de continentia cap.* 44. Fornarius *cap.* 2. *de Ordine num.* 1. Vbi sic ait: Subdiacono imprimitur character per traditionem Calis vacui, cum Patena vacua super posita, & per traditionem libri Epistolarum. Sic ille. Adamus *disp.* 7. *quæst.* 2. *dub.* 3. Quos citat, & sequitur Hurtado *diff.* 13. Filliuc. *tract.* 9. *num.* 45. Binsfeldius *loc. cit.* §. 2. *pag. mihi* 128. Et ante hos omnes, Osius *de Sacram. Ordinis cap.* 52. Guillelmus Durãd. *in suo rationali lib.* 2. *cap.* 7. Petrus à S. Ioseph *to.* 2. *de Sacram. disp.* 7. *sect.* 5. *pag. mihi* 386. Imo & Machado (sibi contrarius) *loc. cit. num.* 7.

QVÆSTIO XV.

An Teneat Subdiaconatus, si detur per solam traditionem Calicis vacui, absque Patena, &c?

AFFIRMANT Innocent. & Rosella relati ab Enrico Enriquez *lib.* 10. *cap.* 8. *n.* 2. *lit. M.* eo quod existiment, Patenam non pertinere ad substantiam Ordinationis Subdiaconi. Hos Authores sequitur. Ioan. de Cruce *in suo directorio*. Vbi de Ordine *dub.* 2. *concl.* 1. *fol. mihi* 202. Addit Enriquez: Siluestrum, & Tabienam, dubios esse de validitate dictæ Ordinationis; ideoque esse iterandam. Sed certe Siluester non dubitat de validitate; cum expresse, contra præfatos Doctores, dicat, cum Archidiacono, in eo casu, Sacramentum esse nullum. Vnde.

Longe multo probabilius Respondeo: Non teneri in eo casu Subdiaconatum. Quia, longe multo probabilius est, Patenã simul cum Calice esse de substantia Ordinationis Subdiaconatus. Nam traditio vtriusque assignatur pro materia propria à Florentino Concilio, *in decreto, fidei*, §. 6. ibi: *Subdiaconatus vero, per Calicis vacui, cum Patena vacua superposita traditionem*. Sic Siluester *ver. Ordo num.* 2. *fine*. Archidiaconus apud ipsum. Enriquez *loc. cit.* Philibertus *tract.* 2. *par.* 6. *cap.* 2. *dub.* 2. & alij penes ipsos.

QVÆSTIO XVI.

An Calix, qui in Ordinatione Presbyteri, & Subdiaconi porrigitur debeat, de necessitate Sacramenti, esse consecratus?

AFFIRMANT Palud. *in* 4. *dist.* 24. *q.* 2. Siluest. *ver. Ordo.* 2. *n.* 4. Turre cremata, & Præpositus *in cap. Perlectis dist.* 25. & Homobonus *tract.* 4. *cap.* 9. *q.* 75. *in fine*, quos refert, & sequitur Philibertus *tract.* 2. *part.* 6. *cap.* 2. *dub.* 1. *pag.* 203. Durand. *dist.* 24. *quæst.* 3. Philipus de Cruce, en su Norte de Confessores *tract.* 10. *de Ordine fol.* 168. Summa Theologica *loc. cit. pag. mihi* 173. & Fornarius *cap.* 2. *num.* 6.

Sed probabilius Respondeo: Negatiue. Tum: quia absolute Missa potest celebrari in Calice non consecrato: Tum: Quia ad affirmandum contrarium; nec ius; nec ratio

tio vrgent. Sic Enriq. *lib* 01.*cap.* 5.*n.*2. *lit.F.& cap.*8.*num.* 3. Et penes ipsum, Sotus, & Ledesma. Sa *Verb. Ordo num.* 6 Bonacina *disp.*8.*punct.*3 *num.* 5. Filliuc.*tract.*9.*num.*31. Diana 3.*part.tr.* 4.*resol.* 189. Barbosa *de iure Eccles.lib.* 1.*cap.*37.*num.*7. Machado *loc. cit. docum.* 1. *num.* 5.*pag.* 31. Sanchez *lib.* 7. *consil.cap.*1.*dub.*2.*num.* 5 Qui tamen pro hac parte refert Paludanum (quem non potui nunc videre) *in* 4.*d.*23.*quæst.* 1.*num.* 8. & alij.

QVÆSTIO XVII.

An Materia proxima adæquata Accolytatus sit sola traditio candelabri cum cereo extincto, aut sola traditio vrceoli vacui: aut traditio vtriusque simul?

AFFIRMANT, esse solam traditionem candelabri cum cereo extincto, D. Bonau. *dist.* 24 *par.*2.*dub.*5. Ricard *art.* 4. *quæst.* 3. Angel *Ver Ordo num.* 4. Abbas. Innocent Albert. & D. Isidorus apud Siluestrum *Ver ordo* 2.*num.* 4. Et apud Ledesmã *loc.cit.* & apud Ludouicum *loc cit. diff.* 5.*pag.* 760. Pontificale Pij V. & alij.

Affirmant vero è contra, solam traditionem vrceoli vacui, esse adæquatam materiam Accolytatus S. Thom. D. Anton. Durand. Sotus, & Valentia apud Granad. *tract.*1.*disp.*3.*num.*32.*pag.* 1375. Bonac.*disp.*3.*punct.*3.*num.*6. Biescas *loc. cit.pag.mihi* 800. Nunus *quæst.* 37. *art.* 5.*pag.*877. & Sanchez *tom.*2.*opusc. lib.* 7.*cap.*1.*dub.*12. & alij penes ipsum.

Sed probabilius Respondeo: Vtramque traditionẽ simul, cum verbis sibi correspõdentibus, esse materiã proximã adæquatam Accolytatus. Ratio est. Nã Accolyti per suam ordinationem accipiunt duplicem potestatem, alteram ad ferendos cereos; & alteram ad porrigendum vinum, & aquam ad conficiendam Eucharistiam: at sic est, quod hæc illis confertur, per illam duplicem traditionem: ergo illa dupl. ex traditio erit de essentia talis ordinationis. Minor in qua est difficultas probatur. Nam per traditionem candelabri cum cereo extincto; & hæc verba: *Accipe cereofer arium cum cereo, vt sciaste ad accendenda lumina Ecclesiæ mancipari, in nomine Domini*, confertur eis prima potestas. Et per traditionem vrceoli vacui, & hæc verba: *Accipe vrceolos ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, in nomine Domini*, tribuitur eis secunda: ergo Sic S. Thom. *dist.*25.*quæst.*1. & apud Enriquez 3.*part.* *quæst.*37 *art.*5.*ad* 6.*& quæst* 38.*art.*1.*ad* 2. Viguerius *cap.* 16. §. 6. Vazquez *disp.*237.*num.*35. Enriquez *lib.*10.*cap.* 9.*num.*1. Adamus *disp.*7.*quæst.*2.*dub.*3. Quos omnes refert, & sequitur Hurtado *diff.*14. Filliuc.*tract.*9.*num.*46. Granado *loc.cit.* Philipus de Cruce *loc. cit.fol.* 167. Pessantius *in add. ad* 3 *par.quæst.* 40.*disp.*1. Binsfeldius *loc cit.* §. 2. Directorium Curatorum, §. 1. *cit.* Fornarius *cap.*2.*cit*, Lublinus *verb. ordo pag.* 611. Scrutiniũ Sacerdot.1.*par.tr.*2 *de Ordine pag.mihi* 100. Moure 3.*part.sum. cap.* 11.§.5. Philibert.*tract.*2.*part.*5.*cap.*2. Machado *tom.*2.*lib.* 4.*part.*1.*tract.*2. *docum.*5.*num.*4. Qui id ex Concil. Carthag. IV. *can.*6. probant.

QVÆSTIO XVIII.

An Materia proxima exorcistatus sit traditio libri exorcismorum?

RESPONDEO: Esse. Formam vero, hęc verba: *Accipe & commenda memoriæ, & habe potestatem imponendi manus super Energumenos, siue baptizatos, siue Cathecumenos.* Sic Concil. Carthagin. IV. *can.*7 Pontificale, & Catheciſmus Romanus. D. Thom. *quæst.* 37. *art.*4. *ad.* 8. Palud. Sot. Ledesma, Silvest. quos affert, & sequitur Enriquez *lib.*10.*cap.*9. *num.* 2. Granad. Filliuc. Hurt. Philibert. & omnes.

QVÆSTIO XIX.

An Materia proxima Lectoratus, sit trãditio libri Prophetiarum veteris, & noui Testamenti?

RESPONDEO: Esse. Formam vero, verba hæc: *Accipe, & esto verbi Dei Relator; habiturus, si fideliter, & vtiliter officium tuum impleueris, partem cum his, qui Verbum Dei ab initio bene ministrarunt.* Sic Concil. Carthag. IV. *can.* 8. & *Cap. Lector. d.*23. D. Thom. Sot. & alij, quos citat, & sequitur Enriquez *loc.cit. in marg.lit.I.* & omnes.

QVÆSTIO XX.

An sit valida Ordinatio Lectoris, si fiat per traditionem libri Euangeliorum, in quo non continentur Prophetiæ, Epistolæ, &c?

NEGATIVAM sententiam docere Tabienam, & Silueſtrum affirmat Enriquez *lib.* 10. *cap.* 9. *num.* 2. *in Gloſſa lit. I.* per hæc verba: At Tabiena §. 5. & Silueſt. *Ordo* 2. *Ver.* 2. Addunt, non ſatis eſſe lectori tradere librum Euangeliorum, in quo non contineantur Prophetiæ, Epiſtolæ, vel Exorciſmus. Addit Silueſter, & Tabiena, §. 9. ſatis eſſe tradere librum Epiſtolarum. Huc vſque Enriquez. Sed non omnino bene. Nam ſaltem Silueſter (quem vidi) loco ab Enrico citato, nec verbum de ordine lectoratus exp. eſſe profert. Tantum hæc habet; ſecundo, vtrum ſufficiat traditio libri Euangeliorum pro libro exorciſmorum; vel ſuppellicei pro dalmatica, & huiuſmodi? Et dico quod non, niſi in eodem libro contineantur omnino, vt dictum eſt ſupra. Sic Silueſt.

Reſpondeo: Dicendum. Nullo modo eſſe validam, niſi in libro Euangeliorum contineãtur prophætiæ veteris, vel noui teſtamenti; vt bene Silueſter *loc. cit.* & ante illum Angel. *V. ordo num.* 11. & in ſimili, Sanchez *tom.* 2. *conſil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 5. *pag.* 269.

QVÆSTIO XXI.

An Materia proxima, & adæquata Oſtiariatus, ſit traditio clauium, & ſimul traditio cymbali?

AFFIRMANT Bonac. *punct.* 3. *cit. num.* 9. Filliuc. *tract.* 9. *num.* 48. & alij; exiſtimantes per Ordinationem Oſtiariatus duplex conferri poteſtatẽ; alterã claudendi, & aperiendi ianuas Eccleſiæ, & hæc datur Oſtiario per traditionem clauium. Alterã, conuocandi fideles ad Miſſam, &c. Et hãc, dicũt, dari illi per tradi ionẽ cymbali. Citat etiam Enriquez pro hac ſententia Sotum, docẽtem, imprimi characterem Oſtiario dum datur cymbalum cum clauibus, vt conuocet ad Miſſam. Sed pro ecto male illum citat. Quia licet verum ſit, quod Sotus *diſt.* 24. *quæſt* 1. *art.* 2. *col. mihi* 10 dicat ad Oſtiarios ſpectare cymbalum ad conuocandum populum pulſare, & aperire Eccleſiam, & ideo eis tradi cymbalum cum clauibus; nullo tamen modo docet imprimi Oſtiario characterem dum datur cymbalum cum clauibus; cum expreſſe, & ex profeſſo, *ar.* 4. *cõcl.* 7. doceat, & probet, quatuor minores Ordines, non eſſe Sacramenta, quibus vel gratia infundatur, vel imprimatur character. Vnde.

Probabilius Reſpondeo: Non vtramque traditionem ſimul; ſed ſolam porrectionem, & traditionem clauium; ſub his Epiſcopi verbis. *Sic age, quaſi rationem Deo redditurus, pro his rebus, quæ his clauibus includuntur;*) eſſe materiam totalem, & adæquatam Oſtiariatus. Primo. Quia alterius materiæ, neque apud Patres, Concilia, aut Canones fit mentio. Secundo, Quia prædicta verba Epiſcopi, ſolis clauibus applicantur de quibus ſolis verificari poſſunt: ergo cymbalum nõ eſt materia, adhuc partialis, Oſtiariatus; ſecus dareturmateria ſine forma. Cymbalũ ergo quod in ordinatione oſtiariatus porrigitur, ſolum eſt quædam cæremonia ſignificans munus eſſe Oſtiarij, etiam campanas pulſare. Sic D. Thom. Ricard. Tabiena, & Silueſt. quos citat, & ſequitur Enriquez *lib.* 10. *cap.* 9. *num.* 2. Nunus & Granados, Hurtado, Fornarius, Binsfeld. Peſſantius, Lublinus, & Bieſcas *loc. cit.* Philibert. *tract.* 2. *par.* 2. *cap.* 2. Machado *tom.* 2. *ſum. lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 2. *doc.* 3 & communis.

QVÆSTIO XXII.

An Sit de neceſsitate Sacramenti, quod Ordinãdus phiſice tangat rem, aut materiam, cuius traditione confertur Ordo, & imprimitur character?

NEGANT talem contactum phiſicum eſſe de neceſsitate Sacramenti, Albertus *in* 4. *diſt* 24. *art.* 38. *ad.* 2. Caiet. *in ſum. V. ordinantium peccata.* Armilla. *ver. Ordo num.* 4. Victoria *nu. mihi* 232. alias 230. Vbi ſic ait: Nec ego damnarem eum, qui negligentia, vel alia ex cauſa, non tangeret calicẽ, & haberẽ eum pro Sacerdote. Sic ille (vnde non bene citatur à Philiberto, vbi infra, pro oppoſita parte.) Sa *ver. Ordo num.* 3. in 1. editione: nam in correcta, oppoſitum inſinuat. Vazquez *d* 246. *num.* 19 Enriquez *lib.* 10 *cap.* 10. *num.* 1. *lit. D.* Reginald. *lib.* 20. *tract.* 1. *num* 8. Molfeſ. *tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. Layman *lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 5. *nu.* 4. Hur-

tado

tado *diff.* 15. Raguzius *de Ordine quæst.* 3. *n.* 3. Diana 2. *par. tract.* 2. *Miscell. resol.* 3. & *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 185. Nauar. *cap.* 22. *num.* 17. dicens, sufficere tactum, vel acceptationem. Et in hanc partem inclinat Machado *tom.* 1. *lib.* 3. *par.* 1. *tract* 4. *doctum.* 2. *num.* 4. & alij docentes, tantum esse de necessitate præcepti.

Sed probabilius Respondeo: Etiam esse de necessitate Sacramenti, quod physice tangatur materia ab ordinando. Quia in omnibus alijs Sacramentis habentibus materiam tangibilem, necessum est, quod recipiens physicè, & realiter attingat illam; vt in Baptismo, aquam; in Confirmatione, Chrisma; in Extrema-vnctione oleū &c. Ergo etiam erit necessarium, vt in Sacramento Ordinis tangatur, Calix, Patena, liber, vrceolus, candelabrum, & clauis ab ordinando. Sic S. Thom. *in* 4. *dist.* 24. *quæst.* 1. *quæst.* 5. *ad.* 3. & *in addit. q.* 34. *art.* 5 *ad* 3. Caiet. *tom.* 1. *opusc. tract.* 26. Vbi retractat sententiam, quam antea docuerat. Palud. *dist.* 24 *quæst.* 1. *art.* 1. Rayncrius *Verb. Ordo cap.* 15. Nuñus *quæst.* 34. *art.* 3. *pag. mihi* 846. Sotus *quæst.* 1. *art.* 2. Siluest. *Verb Ordo* 2. *quæst.* 5. Valentia *disp.* 9. *quæst.* 1. *punct.* 5. Ægid. *disp.* 20. *dub.* 7. *num.* 7. Fornarius *de Ordine cap.* 2. *num.* 4. & Philibertus *tract.* 1. *par.* 1. *cap.* 16. *num* 11. citans (sed non bene) Victoriam, & Enriquez pro hac parte. Viguerius *cap.* 16. §. 6. Barthol. de Ledesma *de Ordine diff.* 3. *col.* 1131 Martinus de Ledesma 2. 4. *quæst.* 36. *art.* 5. & Petrus de Ledesma *in Sum. cap.* 3. *de Ordine post.* 2. *concluſ.* Lublinus *Verb. Ordo num* 2. Moure *par.* 3. *cap.* 11. §. 6. *n.* 1. Bonac. *disp.* 8. *punct* 3. *num.* 10. Granado *tract* 1. *disp.* 6. *à num.* 4. Ioan. de Cruce *de Ordine dub.* 2. *concl.* 1. Filliuc. *tract.* 9. *num.* 34. & 35. Villalob. *tract.* 11. *diff.* 4. *num.* 2. Ludouicus *quæst.* 1. *de Ordine art.* 4. *diff* 1. *pag.* 757. Petrus à Sancto Ioseph *tomo* 2 *de Sacram. disp.* 7. *sect.* 5. *fine.* Sanchez *tom.* 2. *consil. cap.* 1. *dub.* 2. dicens, esse sententiam multo probabiliorem, neque esse necessarium tangere ambabus manibus, sed vna; imò, & satis esse, tangere vno digito.

QVÆSTIO XXIII.

An Si talis contactus, simul cum prolatione verborum non sit, nullum fiat Sacramentum?

AFFIRMAT Caietanus *tract.* 26. *citato.* cui adhæret Torrebianca *lib.* 2. *practicar. cap.* 13. *num.* 2. Vbi sic ait: Materia est traditio illius rei sensibilis, per quam confertur Ordo, & contactus illius, qui fieri debet durante prolatione verborum. Ita ille. Qui pro tota sua sententia citat multos Authores, sed male, vt infra.

Sed probabilius Respondeo: Non, nullum; sed validum fieri: dū modo simul sint in eodem tempore, morali quadam ratione. Vnde prolatio formæ, ante, vel paulo post contactum facta, nihil obest validitati Sacramenti: vt diximus, 1. *par. tract.* 1. *disp.* 1. *quæst.* 16. Sic Authores ibi citati, & alij, quos affert & sequitur Philiber. *loc. cit. num.* 16. Hæc addens, notanda verba: Hinc fit, non esse omnino improbandā illorum Episcoporū consuetudinem, quid quid eos acriter Caietanus reprehendat, qui multos eodem Ordine initiaturi, ne nimium ordinatio differatur, verba formæ in numero plurali: *Accipite potestatem &c.* simul proferunt, aliquibus solam materiā contingentibus, deinde cæteris successiuè, licet notabile temporis spatium, putà etiā quarti horæ dimidium, inter istorum contactum, & verborum prolationē elabatur; moraliter tamen censentur esse simul, dum modo continuatione quadam talis contactus peragatur. Et ita, hanc Ordinationem esse validam, declaratum fuit Romæ in quadam Congregatione, teste Martino Fornario, *in addit. ad Tolet de Sacram. Ordinis, cap.* 2. *num.* 5. Sic ille.

QVÆSTIO XXIV.

An Ad Sacerdotium promouendus debeat, de necessitate Sacramenti, simul cum Calice, & Patena, Hostiam, illi super impositam, contingere?

AFFIRMANT aliqui, apud Sotum *dist.* 24 *quæst.* 1. *art.* 2. & apud Ægidium *disp.* 20. *dub.* 7. *num.* 57. & in id videtur inclinare Enriquez *lib.* 10. *cap.* 10 *num* 1.

Sed longe multo probabilius, Respondeo: Negatiue. Sufficit enim tangere immediate Calicem, & Patenam, super quam

est Hostia; licet hæc, immediate ab ordinãdo non tangatur. Nam sicut, qui tangit immediate Calicem, censetur, saltem remote, tangere vinum: ita, & ille, qui Patenam tangit, censetur, & tangere Hostiam. Sic Sot. & Ægid. *locis citatis* Valentia *disp. 9. quæst. 1. punct. 5.* Hurtado *diff. 15.* Zabrano, Summa Corona, Camerota, Ledesma, Vega, Victorellus, Bonacina, & Nuñus, quos omnes affert, & sequitur Diana *2. par. tract. 16. resol. 3.* Quibus addi possunt; Lublinus *Verb. Ordo. num. 6.* Barthol. de Ledesma *loc. citato.* Philibert *loc. cit. num 18.* Vazquez *disp. 246. cap. 2. num. 19.* Vbi dicit, se nescire, qua probabilitate dici possit, necessarium esse, omnia illa tria proxime tangere. Granados *tract. 1. disp. 6. num. 10* inquiens, nullum Authorem legisse asserentem, pertinere ad essentiam Ordinis Sacerdotalis, tangere immediate illa tria, nempe, Calicem, Patenam, & Hostiam. Filiuc. *num. 38.* affirmans, sufficere Subdiacono tangere Calicem, etiam si Patenam, quæ illi superposita traditur, non tangat. Ludouicus de san Iuan. *de Ordine art. 4. diff. 2.* Sanchez *loc. cit. num. 4. pag. 267.*

QVÆSTIO XXV.

An saltem debeat, de necessitate Sacramenti, tangere immediate Calicem, simulquè Patenam, in qua est Hostia?

AFFIRMANT Lublinus *loc. cit. pag. mihi 612.* & alij, apud Ægidium *loc. cit. num. 71.*

Sed probabilius Respondeo: Non debere, de necessitate Sacramenti. Quia ad valorem Sacerdotij sufficit tangere Calicẽ, super quem imposita est Patena. Nam, qui tangit Calicem censetur tangere Patenã, illi superimpositam. Sic Soto, Valentia, Vazq. Hurtado, Granados, Ludouicus, & alij, *locis citatis*, & omnes Doctores, negantes physicum contactum esse de substantia Ordinis, de quo sup. *quæst. 22.*

QVÆSTIO XXVI.

An Adminus, sit de necessitate præcepti, vt Sacerdotio initiandus, tangat immediate Calicem, Patenam, & Hostiam?

NEGANT Silvest. *V. Ordo. 2. quæst. 5. dicto 4.* & Angel. *Verb. Ordo. 1. n. 10.* docentes, sufficere, modicum horum quid, non habens discontinuationem ad totum, tangere. Hos sequitur Ludouicus *loc. cit. diff. 2. pag. 758.*

Sed multò probabilius Respondeo: Esse de necessitate præcepti, quod tangat ad minus Calicem, & Patenam; non amplius. Quia hæc est praxis Ecclesiæ (præceptum satis inducens,) & præscribitur in Rituali Romano. Dixi *non amplius.* Quia non est credibile, mortale committere illum, qui immediate Hostiam non tangeret: Quia, vt bene notat Vazquez, cum Ordinandus habeat tunc manus linteo colligatas, difficile est tangere cum Calice ipsam Hostiam, præsertim habenti digitos breuiores. Sic Vazquez *disp. 146. cap. 2. num. 19. & 20.* Ægid. *num. 71. cit.* Hurtado *diff. 15. fine.* Diana *2. par. tract. 2. Miscell. resol. 3.* Lublinus *loc. cit. num. 6.* Sic dicens, In susceptione Ordinis Sacerdotalis, non est tangenda Hostia: nam sicut tradendo Calicem cum vino, non opus est tangi vinum, sed vas cum vino: ita tradẽdo Patenam cum Hostia, non est necessarium tangi Hostiam, sed Patenam, in qua est Hostia. Error tamen esset, si in Patena Hostia non esset. Sic ille.

QVÆSTIO XXVII.

An Materia remota Ordinis, sint instrumenta tangenda; & proxima, ipsa traditio instrumentorum?

NEGANT Aliqui, quos, tacito nomine, refert Philibertus, vbi infra, asserentes, materiam remotam Ordinis, esse instrumenta, quæ Ordinandis ab Episcopo traduntur; materiam vero proximam contactum ipsum instrumentorum. Ita etiam expresse Torreblanca *quæst. 23.* citatus. Qui pro se refert D. Thomam, Valentiam, Bonacinam, Vazquium, Barbosam, & Reginaldum. Sed certe nescio, qua scientia id faciat.

Vnde certissime Respondeo: Materiã remotam esse instrumenta, quæ ordinandis porriguntur, vt vrceoli, candelabra, liber Euangeliorum, Calix &c. Proximam vero, ipsammet horum instrumentorum traditionem. Prima pars, ex dictis constat. Secunda etiam; Quia, in omnium opinione, quælibet materia proxima Sacramenti, est de necessitate, & validitate eiusdem: sed contactus, non est de necessitate Ordi-

nationis

nationis, iuxta multorum Doctorum sententiam, supra a nobis relatam: ergo. Sic Filiuc. *tract. 9. cap. 2.* Bonacina *disp. 1. quæst. 2 punct. 1. propositione 2. num. 6.* & optime Philibertus *tract. 1. par. 1. cap. 16. num. 21. pag. 29.* & omnes communiter.

QVÆSTIO XXVIII.

An Instrumenta prædicta, debeant necessario immediate ab Episcopo, Ordinandis porrigi?

RESPONDEO: Ordinandis ad maiores Ordines, necessario debent porrigi immediate abipsomet Episcopo; alias Ordinatio esset nulla, vt habetur *in cap. Subdiaconus dist. 23.* Vbi sic dicitur: *Subdiaconus, cum Ordinatur, quia manus impositionem non accipit, Patenam de manu Episcopi accipiat vacuam, & Calicem vacuum: de manu verò Archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua, manile, & manu tergium.* Sic bi. Ordinandis vero ad minores, possunt porrigi peralium, vt habetur *in cap. Acolytus. dist. 23.* & docet D. Thom. *in 4. dist 25. quæst. 1. art. 1 ad 2. & in addit. quæst. 38. art. 1. ad 2.* Vbi ait, sufficere, si in Accolytatu materiam Ordinando per Archidiaconũ tradatur. Philibertus *loc. cit. in fine.* Vnde nó bene, (ex parte) Sa, *Verb. Ordo, num 6.* ait, sufficere in cæteris Ordinibus, præter Sacerdotium, tradere materiam per Archidiaconum. Legantur D. Thom. *3. par. loc. cit.* & Sanchez *lib. 7. consil. cap 1. dub. 5.* & alij

(..)

DISPVTATIO QVARTA.

De Ordinis Sacramenti Ministro, tam Ordinario, quam à Papa delegato?

QVÆSTIO PRIMA.

An Solus Episcopus sit legitimus, & Ordinarius Sacramenti Ordinis Minister?

NEGAVIT imprimis Ioannes Vuicleff. Quem secutus fuit postea Armachanus *lib. 11. de quæst. Armen. cap. 11.* vt refert Thomas Vuald. *cap. 60. de Sacramen.* Qui existimarunt, etiam simplicem Sacerdotem, legitimam facultatem ordinandi habere.

Negant deinde Hæretici nostri temporis, defendentes, potestatem conferendi Ordines, residere, iure diuino, apud vniuersam fidelium multitudinem, & Clerum. Ita Lutherus *lib. de instituend. Ministris.* Caluinus *lib. 4. instit. cap. 3. sect. 15.* Kemnitius *in examine Trid. sess. 26. can. 10.* & alij sectarij, vt referunt Valentia *disp. 9. q. 3. punct. 1.* Becanus *de Ordine cap. 26. q. 5.* & Philibertus *tract. 1. de Ordine par. 2. cap. 1.*

Sed de fide certissime Respondeo: Solum Episcopum, esse Ordinarium, ex lege, Ministrum Ordinis: neque, ad istam potestatem exercendam, opus esse consensu multitudinis fidelium, & Cleri. Sic definitur in Concil. Nicæno *can. 4.* Carthag. II. *can 12.* & Carthag. III. cui interfuit D. Augustinus *can. 3.* in Florentino *in Decreto fidei,* & nouissime in Trident. *sess. 23. can. 4. & 7.* Vbi sic habetur. *Siquis dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & Ordinandi, vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem &c anathema sit.* Sic Concilium. Et sic consensus omnium fidelium. Legantur Authores citati.

QVÆSTIO II.

An Episcopus, vt possit valide aliquem Ordinare, debeat esse, non solum electus, & confirmatus, sed etiam consecratus?

RESPONDEO: Debere etiam esse consecratum. Quia per consecrationem dũtaxat, character Episcopalis imprimitur; per

per quem Episcopus potestatem Ordinis habet, vt constat *ex cap. Inter corporalia. de transl. Episcop.* Verum est, quod postquam fuerit electus, & confirmatus (licèt ante consecrationem, non possit ordinare) possit delegare alteri Episcopo consecrato omnia, quæ sunt Ordinis Episcopalis; ac proinde, dare illi facultatem Ordinandi, vt tenet Abbas *in cap. cum ex illo de transl. Episcop. num.* 10. & communis.

QVÆSTIO III.

An Episcopus hæreticus, excommunicatus, vel degradatus, possit valide Ordinare?

NEGARVNT in primis Magister *in 4. dist.* 13. *cap.* 4. & *dist.* 21. Guillelmus Parisiens. *in Sacramentali*, & Gratianus 1. *quæst.* 1. & *causa* 9. *quæst.* 1. existimantes, hæreticum Episcopum, Ordinare neminem posse.

Negarunt etiam Ioan. Andreas *in cap. Accedens. dist.* 50. & Gloſa ibid. & *in cap. Degradatio. de pœnis. in 6.* & alij Canonistæ, defendentes, Episcopum degradatum, non posse Ordines conferre, qui ex existimarunt, quemcunque Clericum degradatum, Ordinis Characterem amittere. His authoribus accedunt Panormitan. Innocent. & alij, *in cap. Quanto de consuet.* Qui dicunt, posse Papam tollere ab Episcopo facultatem valide confirmādi, & Ordinandi. Sed certe hi DD. valde à veritate aberrarunt, quoties de diuino iure ratiotinari voluerunt. Vnde.

Certissime Respondeo: Valide posse (licet non licite) Ordinare. Quia potestas conferendi Ordines, est annexa characteri Episcopali; (vt supra est habitum) at hic, nec per excommunicationem, nec per hæresim, nec per degradationem, nec per quodlibet aliud peccatum, aut censuram, tolli, aut deleri potest, vt 1. *part. tract.* 1. *disp.* 3. *quæst.* 21. & 22. diximus, & docent Concilia, & Patres: ergo. Sic habetur *in cap. Dei Albertum.* 1. *q.* 7. in Concil. Constant. *sess.* 8. & 15. in Arelatensi *cap.* 12. in 7. Synodo. *cap.* 4. in Africano *cap.* 15. & in Trident. *sess.* 7. *can.* 12. Et docent D. Thom. *in addit. q.* 38. *ar.* 2. & ibi omnes eius discipuli. Sotus *dist.* 25. *quæst.* 1. Enriquez *lib.* 10. *cap.* 21. *nu.* 2. Vazquez *disp.* 243. Granad. hic, *tract.* 2. *disp.* 1. *num.* 1. Hurtado *tract. de Ordine diff.* 17. Layman *tract.* 9. *cap.* 9. *num.* 5. Latè Philibertus *tract.* 1. *de Ordine par.* 2. *cap.* 15. & 18. Petrus à S. Ioseph *tom.* 2. *disp.* 8. *sect.* 1. *assertione* 2. Sanchez *to.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 18. *n.* 3. & omnes.

QVÆSTIO IV.

An Episcopus, per saltum Ordinatus, possit valide conferre Ordinem, quem ipse non recepit?

NEGANT D. Anton. 3. *par. tit.* 14. *cap.* 16. §. 17. Silues. *Verb. Ordo* 2. *quæst.* 1. Summa Pisana. *V. Ordinatus* 2. Enriquez *lib.* 10. *cap.* 5. *num.* 2. & *cap.* 21. *lit. B.* Sa, *Verb. Ordo. num.* 23. Suarez *de cens. disp.* 31. *sect.* 1. Homoborus *tract.* 3. *de exam. Eccles. quæst.* 61. Petrus Ledesma *de Ordin. cap.* 7. *concluſ.* 8. & ex illo (ad vnguem) Ludouicus *quæst.* 2. *ar.* 5. *diff.* 4. *pag.* 780. & Granados *tract.* 2. *de Ordine disp.* 1. dicens, se non inuenisse authorem affirmantem, posse Episcopum conferre Ordinem, quem non recepit. Sanchez *tom.* 2. *opusc. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 14. *num.* 9.

Sed probabilius Respondeo: Posse valide; (licet non licite) Ordinem Diaconatus, aut alium ex inferioribus; quem non recepit, tribuere, & conferre. Quia, qui per saltum, Sacerdos, & Episcopus est Ordinatus, vere est Episcopus, cum verè acceperit characterem Episcopalem: ergo verè potest conferre omnes Ordines Sacerdotio inferiores. Sic Pater Vazquez *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 243. *cap.* 2. *num.* 23. Layman *tract.* 9. *cap.* 9. *num.* 8. *assertio.* 3. Hurtado *tract. de Ordine diff.* 17. Molfess. *in Sum. tract.* 2. *cap.* 17. *num.* 5. & Philibert. *tract.* 1. *part.* 3. *cap.* 19. *num.* 4. Immo, & credo, posse citari pro hac sententia, Granadum ipsum, cum ille, vbi supra, ingenuè fateatur, quod sibi non displiceret, si illam docuissent boni Authores: Docent enim, boni profecto, & plures, vt vidimus.

QVÆS-

QVÆSTIO V.

An Casu, quo Episcopus, ante Ordinationem (vt mos est) dicat; Se non intendere Ordinare excommunicatum, irregularem &c. *Si quis ex his ad ordines accedat, valida sit talis Ordinatio?*

NEGAT Molfess. *in Sum. tract. 2. cap. 2. num. 45.* penes Philibertum, infra. Sed longe probabilius Respondeo: Esse validam, nec repetendam. Quia probabilius longe est, Episcopum non carere intentione interiori Ordinandi intrusos, illa protestatione non obstante. Quod inde euidenter colligitur. Quia post talem protestationem, statim so et Ordinandos à quacumque excommunicatione absoluere, & ab omni irregularitate dispensare, vt habetur in Pontificali: *Teque absoluentes ad effectum præsentium assequendū*. Quibus verbis tolit Episcopus quodcumque impedimentum occultum, scilicet, excommunicationem, irregularitatem, suspensionem, & interdictum, ad effectum dumtaxat Ordines valide suscipiendi (vnde post Ordinationem, statim reuiuiscunt cæsuræ illæ, & impedimenta;) ergo Episcopus vere ordinate intendit, indignè ad Ordines accedentes. Illa autem verba, quæ ante Ordinationem ab Episcopo dicuntur; dicuntur tantum ad terrorem eorum, qui impedimento aliquo detinentur. Sic Nauar. 1. *consil. de tempor. Ordin. consil.* 8. Graff. *ibidem consi.* 3. Rodriguez, & Hugolinus, quos citat, & sequitur Philibertus *tract. 1. par. 2. cap. 11. à num. 17.* Sa, *Verb. Ordo. num. 38.* Sic dicens: si Episcopus dicat: Nollo, vel non intendo ordinare excommunicatos, vel, irregulares, intelligitur, si sciat aliquem talem esse: quare, quem ordinat, non sciens talem esse, vere est Ordinatus. Sic Sa.

QVÆSTIO VI.

An Cardinales Presbyteri, possint conferre suis familiaribus Primam tonsuram, & minores Ordines; ex priuilegio aliquo, vel consuetudine?

NEGAT Anastasius Germonius *tract. de Indultis Cardin. Vers. tam ratione num. 20. & seq.* Et id esse asserendum post Tridentinum Concilium, docet Sanchez *tom. 2 opusc. lib. 7. cap. 1. dub. 19. num. 21.* Quos refert, & sequi videtur Machado *tom. 2. lib. 4. part. 7. tract. 3. docum. 5. num. 3.* & in id ipsum inclinat Azor, *part. 2. institut. moral. lib. 4. cap. 3. quæst. 2.* & tenent alij.

Sed propabilius Respondeo: Posse; etiã post Concilium Tridentinum. Quia consuetudo id eis præstitit, & præstat, etiam post Concilium, vt testatur Rota *in vna Græmon. 3. Decemb. 1582.* Quam refert Barbosa *de potest. Episcopi. part. 2. allegat. 5. num. 19.* Sic Sotus *dist. 25. quæst. 1. ar. 1 ad 2.* Vazquez *disp. 243. cap. 4.* Valentia *tom. 4. disp. 9 quæst. 3. punct. 2.* Hurtad. *diff. 18* Barbosa *loc. cit.* Quos, & alios vsque 37. Doctores, refert; & sequitur Diana *par. 5. tract. 2. resol. 5.* Quibus adde Philiburtum *tract. 1. par. 2. cap. 10. num. 1. & 2. pag. 38.*

QVÆSTIO VII.

An Parochi possint suis subditis Primam tonsuram conferre?

AFFIRMANT Abbas *in cap. 4. de consuetud. num. 9.* Archidian. *in cap. Nullus Episcopus. de tempor Ordin. in 6.* Hugo, & Inoc. *in eod. cap.* & alij.

Sed certissimè Respondeo: Non posse. Quia id, nec fieri, nec factum fuisse vsquã, est visum. Sic Sotus *in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 1.* Enriquez *lib 3 cap. 23 num. 3.* Azor *par. 2. lib. 3 cap. 48. quæst. 2.* Fornatius *de Ordine cap. 5.* Philibertus *tr. 1. par 2. cap. 10. num. 3. & 4.* & communis.

QVÆSTIO VIII.

An Ministri, Priores, Guardiani &c. suis subditis Primam tonsuram conferre possint?

AFFIRMAT Franciscus Marchi Delphinatis *decis. 1082. num. 9. lib. 1.* apud Philibertum, vbi supra; docens, id de iure competere prædictis Prælatis.

Sed certissime Respondeo: Nec de iure, nec de consuetudine, aut priuilegio id posse. *Primùm* patet. Quia licet Tonsura, non sit proprie Ordo, iuxta nostram sententiã supra *d. 1. q. 5.* est tamen proxima dispositio: sed sic est, quod eiusdē virtutis, & facultatis est, inducere formam, vltimã dispo-

diſpoſitionem: Ergo ex iure ſolùm ad Epiſcopum id munus ſpectare poteſt. *Secundùm* etiam patet. Quia vſus talis facultatis, nec viſus, nec auditus fuit: ergo ex cõſuetudine, nec id illis competere poteſt. Sic Philibertus *loc. cit.* & omnes communiter.

QVÆSTIO IX.

An Omnes Abbates indiſcriminatim, poſſint minores Ordines ſuis regularibus ſubditis, conferre?

AFFIRMARE videtur, ex Selua, Zerola 1. *par. praxis Epiſcop. Verb. Abbas. pag. mihi* 21.

Sed certiſsime mihi Reſpondeo: Non poſſe: ſed ſolum illi, qui ſequentibus qualitatibus ſint ornati. *Primò*, namque debent eſſe Sacerdotes. *Secundò*, debent eſſe conſecrati, aut benedicti, aut ſaltem, quod ex priuilegio Pontificio, poſsint pontificalia exercere, quia tunc, idem eſt, ac ſi eſſent benedicti. *Tertiò*, debent eſſe mitrati; ſeu, quod idem eſt, debent habere ius ferendi annullum, mitram, & baculum paſtoralem: vnde ſi vnum horum deſit, Ordinatio erit nulla; vt colligitur ex cap. *Abbates. de priuileg. in 6.* Ratio eſt: Quia, & ſi Abbas ſimplex, poſsit frui poteſtate iuriſdictionis; non tamen poteſtate Ordinis. Ex quibus conſtat hoc priuilegium Ordinandi, minime fuiſſe communicatum Prælatis aliarum Religionum. Sic Philibertus *loc. cit. nu. 6. & 7. pag.* 38. Et omnino ex illo ego, de quo adhuc infra.

QVÆSTIO X.

An Abbates mitrati poſsint, etiam ſæcularibus ſibi ſubditis, Ordines minores conferre?

AFFIRMAT Sanchez *tom. 2. opuſc. lib. 7. cap. 1. dub. 19. num.* 20. Cuius ſententiam videtur approbare Diana *4. par. tract. 4. reſol.* 147. *& par. 5. tract. 13. reſol. 93.* Licet in contrariam tandem inclinet.

Negant verò è contra, Enriquez *lib. 14. cap. 18. num. 2.* Gauantus *in Enchirid. Epiſcop. Verb. Abbas num.* 38. Alzedo *in praxi Epiſcop. par. 2. cap. 5. num. 78.* Sa, correctus *V. Ordo. num.* 16. Suarez *tom. 4. de Religi. lib. 2. cap. 29. num. 6.* Quaranta, *Ver. Ordo* qui affirmat, ita declaraſſe S. Congregationem Cardin. Diana *loc. cit.* præcipue 5. *par. reſol. 93.* & apud ipſum, 45. Doctores.

Sed ego probabilius Reſpondeo: Non omnes Abbates mitratos poſſe Ordinare ſeculares ſubditos; ſed ſolùm Magnates, habentes plenam iuriſdictionem temporalem, & ſpiritualem in illos.

Prima pars huius reſponſionis probatur ex Tridentino *ſeſſ. 23. cap.* 10. Vbi clare determinat, Abbates, ſolùm poſſe ſuis ſubditis regularibus Ordines conferre: ergo poſt Tridentinum, nequeũt Abbates communes, etiam mitrati, Ordinare ſæculares ſubditos; & ita docent Doctores ſecundæ ſententiæ.

Secunda vero pars noſtræ reſponſionis probatur etiã ex dicendis infra *d. 10. q. 8.* Quia huiuſmodi Magni Abbates habẽt in Laicos ſubditos Epiſcopalẽ iuriſdictionẽ: ergo ſicut poſſunt illis dimiſſorias concedere, vt ab alijs Epiſcopis Ordinentur, poterunt, & ipſis minores Ordines dare. Sic declarauit Sac. Congregatio Card. *Anno 1599. ſub die 5. Iulij*, vt referunt, hanc partem ſequentes, Molſes. *tract. 2. cap. 2. num. 17. & 18. & cap. 17. num. 19. 20. & 21.* & Philiber. *tract. 1. p. 2. cap. 10. num. 9. pag. 38. & 39. pag.* 40. *num. 16.*

QVÆSTIO XI.

An Abbates valentes ſuis ſubditis regularibus minores Ordines dare; valeant etiam ſuis Nouitijs tribuere?

NEGANT Rodriguez *tom. 3. de regul. q. 23. ar. 2.* Miranda *tom. 1. qq. regul. queſt. 38. art. 9. concl. 2.* Hugolinus; Sayrus, Barboſa, & alij quos citat, & ſequitur Philibert. *tract. 1. par. 2. cap. 10. nu. 18. pag. 39.* Zerola *1. par. praxis Epiſcop. Verb. Abbas pag. mihi. 21.*

Sed æque probabiliter Reſpondeo: Poſſe. Quia dicti Abbates poſſunt ſuis Nouitijs dimiſſorias concedere, vt docent Barboſa, Sanchez, Suarez Diana, & alij, quos referemus infra *diſp. 10. quæſt. 10.* ergo, & ipſis minores Ordines dare.

Adde, quod, vt ex Trident. *ſeſſ. 23. cap. 10.* conſtat, Abbates mitrati poſſunt Minores conferre ſuis ſubditis regularibus: ſed Nouitius, in ſaborabilibus, habetur tãquam regularis, & profeſſus, & largo modo dicitur Religioſus, & Monachus, vt docet

Rebuff.

Rebuff. què citat,& sequitur Diana 3.*par. tr.2.resol.73.* ergo etiã poterunt illis minores Ordines dare. Sic tenet expresse Suarez *tom.4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 29. num.12.* & Layman *lib. 5. tract. 9. n. 2. pag. mihi 168.* Licet non ita asseueranter sicut Suarez.

QVÆSTIO XII.

An Abbates possint inititiare regulares alterius Ordinis, minoribus Orainibus?

NEGATIVAM partem sequi videtur Barbosa *de Offic, & potest. Episcopi allegat. 3. num. 12.*

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Posse, dum modo Regulares Ordinãdi, reuerendas suorum Prælatorũ habeãt, & consensum Episcopi loci, inquo conferendi sunt Ordines. Sic sentit Congregat. Cardin. cuius declarationem refert, & sequitur Philibert. *lo. cit. n.15.* Azor *lib.12. instit. moral. cap.20. q.7.* Layman *lib. 5. tr. 9. cap 9. n.2.* & alij quam plures, quos citat,& sequitur Diana 5. *par. tract. 13. resol.93.* & nouissime Machado *tom. 2. lib.5. par.3. tract.1. doc.2. num.4.*

QVÆSTIO XIII.

An Etiam, possint dicti Abbates initiare minoribus sæculares sibi non subditos, si dimissorias ab Episcopo suo habeant?

NEGANT Barbos. *lo. cit* Seraphinus 1. *par. decis. 985.* Qui dicit, ita sensisse Rotam. Sellius *in selectis can. cap. 19. n. 8.* Qui etiam testatur, ita declarasse Sac. Congreg. Episcoporũ, & Regularium, *die 3. Nouem. 1593. & die 27. Iunij. 1631.* Campanile *in diuersorio Iuris can. rubr. 6. cap.2. num.6.* & alij.

Sed probabilius Respondeo: Etiam posse. Quia (vt bene Philibert *loc. cit.*) si hæc potestas Ordinandi conceditur Abbatibus erga Regulares nõ sibi subditos (vt nuper est habitum) cur non concedetur etiã, erga Clericos sæculares, cum vtrique sint ab eorum iurisdictione exempti? Quod, si Regulares alterius Ordinis subduntur dictis Abbatibus ratione dimissoriarum, etiã virtute earundem possunt illis subdi Clerici sæculares. Sic Philiber. *lo. cit.* Qui etiã declarationem, Sac. Congregation. pro hac parte, refert. Quod iddé faciunt, hanc nostram amplectentes sententiam, Quarãta, Bonacina, Capucinus,& Azorius, quos citat,& sequitur Tamburin. *de Iure Abbatũ to. 2. disp. 2. q.7. n.2.* Molfes. Zanard. Zerola, Laymã, Lezan. Cauant. Hugolin. Maçerus, Fornar. Prapositus, & alij, quos citat,& (vt credo) sequitur Diana 5. *par. tr. 13. resol.93.* Machado *lo. cit.* & alij.

QVÆSTIO XIV.

An Prælati aliarum Religionum possint per viam communicationis gaudere, & vti priuilegio Ordinandi suos subditos Regulares. &c.

RESPONDEO: Non posse. Ratio est assignata supra q. 9. Sic, haud obscure, docet Miranda *in man. tom. 2. q. 40. art. 4.* Diana 3. *par. tr. 2. resol. 15.* & in terminis Philiber. *tr. 1. par. 2. cap. 10. nu. 7. pag. 38.* & Suarez *to. 4. de Relig. lib. 2. cap. 29 n.28.* Vbi, loquendo de resoluenda quæstione proposita, sic dicit: De hoc vllibi inuenio à Doctoribus tractatum; tamen ex perpetuo eorum silentio colligo, omnes pro manifestõ supponere, Prælatos aliarum Religionũ, qui Abbates non sunt, non gaudere hoc priuilegio. Idem videtur certum ex perpetuo non vsu omnium Religionum non Monachalium, nullus enim eorum Prælatus hac vtitur potestate: ergo signum est, non agnoscere illam sibi concessam, per viam communicationis. (Et idem existimo de Canonicis Regularibus) Deinde potest reddi ratio: quia hoc priuilegium, adeo speciale est, vt sub generali clausula, non videatur compræhendi. Hæc Suarez.

QVÆSTIO XV.

An Vicarius Episcopi, in remotis ipso degente, possit Ordines minores Conferre?

AFFIRMAT Menochius *lib. 2. de arbitr. Iudic. casu. 222. num.9.*

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia nullus est textus, qui facultatem ordinandi vicario Episcopi tribuat. Deinde Episcopus non valet eam illi conferre, vt docent D. Thom. *in 4. dist. 7. q.3. ar. 1. q.3.* & ex illo, Victoria *num. mihi 234. pag. 184.* ergo. Sic ipsi. Et Philibert *tr. 1. par. 2. cap. 10. num. 17.* dicens, id esse in dubitatum apud omnes Doctores.

QVÆSTIO XVI.

An Ex priuilegio Pontificis possit quilibet Ordinatus, alium quemcumque Ordinare?

AFFIRMANT Inonc. *in cap. Quando. de Consuetudine* Glossa *cap. munus. de consecrat. dist.* 5. & Angelus *Verb. Ordo. num.* 2. docentes, ex Pontificis delegatione, posse quemlibet Ordinatum alijs eumdem Ordinem conferre, quo ipse est initiatus; & ita Sacerdotem, posse conferre omnes Ordines; Diaconus, Diaconatum, Subdiaconatũ, & minores; Subdiaconus, Subdiaconatum, & minores, & sic de cæteris. His authoribus adhæret Philibert. *tract. 1. par. 2. cap. 13. nu. 16.* docens, Diaconum, alium Diaconum, vel saltem Subdiaconum; ex Pontificis priuilegio creare posse; licet, *num.* 17. dicat, se hanc sententiam aliorum iudicio, & debitæ censuræ Ecclesiæ commitere.

Fauet deinde huic sentẽtiæ, Ægid. *disp 20. dub 9. n. 86.* quatenus affirmat, prædictam sentẽtiam debere amplecti omnes, qui negant Ordines Sacerdotio inferiores, præcipue Minores, esse Sacramenta, de quo sup. disp. 1. q. 6. nam secundum eorum opinionem, absque dubio (inquit Ægidius) potest Pontifex dictam potestatẽ committere non Sacerdoti. Ægidio consentit Petrus à S. Ioseph. *tom. 2. de Sacramen. disp. 8 sect. 1. assertio. 3.*

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Negatiue. Vnde dicendum est, non Sacerdotem; neque ex delegatione, aut indulto Papæ, posse Ordinem aliquem, quantumuis minorem, alijs conferre.

Primô. Quia probabilius est, omnes Ordines, etiam Minores, esse Sacramenta, (vt supra est habitum) ergo, hoc supposito, nequibit Pontifex dare facultatem nõ Sacerdoti, vt valide illos administret.

Secundô. Quia tale exemplum, nec visum, nec auditum est in Ecclesia: ergo. Sic S. Thom. *in addit. q. 38. art. 1. ad 3.* & ibi Nuñus dicens; hanc nostram sententiam, ita esse certam, vt opposita sit temeraria, & errori proxima. Palud *in 4. d. 7 q. 4* Silueſt. *Ordo. 3. q. 7.* Victoria *nu. mihi, 234.* Enriq. *lib. 10. cap. 23. num. 3.* Archan. *dist 24 pag. 290. col. 1.* Filliuc. *tr. 9. nu. 95.* Granad. *tr. 2. disp. 2. n. 2.* Hurt. *diff. 18.* Ægid. & P. à S. Ioseph *ll. cc.* Fornarius *de Ord. c. 5* & Sanch. *to. 2. cõsi. lib. 7. c. 1. dub 18. n. 7.* & omnes Theologi cõmuniter.

QVÆSTIO XVII.

An Ex indulto Pontificis, possit simplex Sacerdos Minores Ordines conferre?

NEGANT Adrianus *in 4. q. de Sacram. Confirmationis art. 3.* & Mayor *dist. 7. quæst. vnica.*

Sed certissime Respondeo: Posse. Quia id, et sæpe factum est, & de facto, ex speciali iuris priuilegio, & consuetudine, Abbates, & Cardinales Præsbyteri, minores Ordines cõferunt, vt supra q. 6 & 9. est habitũ. Sic S. Tho, *q. 38. ar. 1. ad 3.* Nuñus ibi. Enriquez *lib. 10. cap. 23.* Ricard. Couar. Granad. & alij statim citãdi, & communis.

QVÆSTIO XVIII.

An Ex delegatione Papæ, possit simplex Sacerdos, Subdiaconatus Ordinem conferre?

NEGANT D. Thom. *lo. cit.* & ibi Nuñus. Silueſt. *Ordo. 3. §. 7.* Ricard. *dist. 25. art. 1. q. 7.* Couar. *lib. 1. variar. cap. 10. n. 10.* Bellarm. *de Ordine cap. 7. in fine.* Sotus ibid. *q. 1. ar. 1. ad 1.* Palud. *dist. 7.* Barth. de Ledesma *diff. 11. concl. 2. col. 1164.* Layman *cap. 9. n. 4.* Rodriguez *de Ordi. cap. 71. nu. 4.* Azor *p. 2. lib. 3. cap. 48. q. 16.* Sayrus *lib. 6. de cens. cap. 6. nu. 8.* Molfes. *tract. 2. cap. 2. n. 3.* Bonac. *disp 8. pun. 4. num. 3.* Qui pro hac parte citat Suarium, Enricum Enriquez, & Fornariũ. (sed male, vt statim) Lublinus *Verb. Ordo. num. 3.* Pessantius *lo. cit. disp. 2.* Sanchez *tom. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 18. num. 10.* & alij penes ipsum.

Sed certissime mihi Respondeo: Posse. Quia de facto, Innocent. VIII. Anno 1489. concessit cuidam Abbati Cisterciensi, nomine Ioannes, & alijs quatuor primis Abbatibus eiusdem Ordinis, facultatem Ordinandi Monachos in Subdiaconos, & Diaconos: ergo.

Respondent aliqui, tale priuilegium nõ emanasse à Summo Pontifice, quia non constat prædictos Abbates eo vsos fuisse. Sic respondet Villalob. *tract. 9. diff. 8. num. 3.* per hæc verba. No puede el Papa cometer a vn Sacerdote simple, que ordene, de Ordenes maiores. Assi lo dice S. Thomas, i comunmente los Doctores, i se colige, de que nunca en la Iglesia se cometiô esto à Sacerdote, que no tuesse

Obispo

Obispo. Sic ille. Sed contra est. Quia oppositum colligitur. Primo, ex Victoria *n.* 235. Vbi testatur se proprijs oculis vidisse, & legisse dictum indultum, & priuilegiũ. Secundò, ex Roderico *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 18. *art.* 3. Vbi testatur, se accepisse à Patribus Ordinis Cistercienſis, Abbates præfati Monasterij, eo priuilegio vsos fuisse: ergo.

Alij secundo, Respondent, non potuisse Sum. Pontificem, dictum indultum Abbatibus prafatis concedere. Sed hæc respõsio, nimis audax videtur. Nam dicere Summum Pontificem, in re tanti momenti, erraſſe, non exiguam profecto inferunt Sedi Apostolicæ iniuriam. Vnde hac responsione, vt temeraria, omissa.

Tertiò Respõdent alij, in dicto priuilegio, non concedi dictis Abbatibus facultatem conferendi Ordines Subdiaconatus, & Diaconatus; sed tantum, vt in eorũ Monasterijs possit quilibet Episcopus, suos subditos sacris Ordinibus initiare. Huic responsioni est affinis altera, quam dat Pellantius *loc. cit.* per hæc verba. Quod aliqui dicunt Innocent. VIII. id concessisse Abbatibus Ordinis Cistercienſis, quoad Religiosos proprios, Clemens VIII. declarauit, solùm intelligi debere, de dandis litteris dimissioralibus, ad accipiendos Ordines maiores. Sic ille.

Sed vtraque Bullæ Apostolicæ interpretatio, flaccida est. Conuincitur enim clare ex tenore Bullæ, qui, vt referunt, Rodriguez, Philibertus, & alij, infra, est huius modi: *Ac ne Monachi dicti Ordinis pro ſuſcipiendis Subdiaconatus, ac Diaconatus Ordinibus, extra Clauſtrum, hinc, inde diſcurrere cogantur; Tibi, & ſucceſſoribus tuis, vt quibuſcumque dicti Ordinis Monachis; alijs vero quatuor Abbatibus præfatis, ac eorum ſucceſſoribus, vt ſuorum Monaſteriorum prædictorũ Religioſis, quos ad id idoneos repereritis, Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines huius modi liceat rite conferre &c.* Ex quibus Pontificis verbis clare constat, ipsis Abbatibus dari facultatem conferendi, non dimissorias, sed Ordines Subdiaconatus, & Diaconatus. Nec credibile est Clementem VIII. contrarium declarasse. Ideoque hanc nostram sententiam tenet Enriquez *lib.* 10. *cap.* 23. *numer.* 2. *in Gloſa, littera C.* per hæc verba: Atque ita potest Papa, simplici Sacerdoti committere, vt Ordines Subdiaconos, vt de facto commisisse referũt Victoria, Nauar. infra. Quod affirmant Hugo *lib.* 2. *par.* 3. Durandus *dist.* 24. *quæst.* 2, Caietanus *Opusc. de modo tradendi Ordines, & Apologia de potest. Papæ cap.* 9. Victoria §. 226. *vetcr. seu noua,* 235. *& relectio. de Simonia num.* 15. 43. Ledesma *quæst.* 40. 1. Castro *Ordin. fin.* Mantius 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 3. Hucusque Enriquez. Sic etiam Fornarius *de Ordine cap.* 5. *num.* 2. Ita dicens: Quarto dico, simplicem Sacerdotem posse conferre Subdiaconatum ex commissione Papæ, vt Victoria *quæst.* 235. & Enriquez *lib.* 10. *cap.* 23. §. 2. *lit. C.* cum. Caietano, Durando *locis cc. &c.* testantur. Ita ille. Et ita tandem Suarez *de Sacramen. disp.* 11. *sect.* 3. §. *ſolum possit.* Vbi hac profert: simplex Sacerdos potest interdum ex commissione Summi Pontificis Ordinare in inferioribus ordinibus; vel etiam in Subdiaconatu. Sic Suarez. Male ergo citat hos tres Authores Bonacina pro sua sententia. Tenent etiam nostram Nauar. (vt vissum est) *consil.* 13. *lib.* 5. *de priuileg.* Filliucius *tract* 9. *numer.* 94. Granados *loc. cit. disp.* 2. *num.* 5. Biescas *loc. citato pag. mihi* 778. Philibertus *tract.* 1. *par.* 2. *cap.* 13. *num.* 4. *pag.* 45. Vazquez *disp.* 243. *cap.* 4. Hurtado *diff.* 18. Ochagauia *quæst.* 7. *num.* 10. *pag. mihi* 479. Petrus à S. Ioseph *disp.* 8. *sect.* 1. Archangel *in* 4. *dist.* 24. & 25. *pag.* 290. Tamburinus *de Iure Abbat. disp.* 2. *quæst.* 1. & innuit Machado *tom.* 2. *par.* 6. *tract.* 10. *docum.* 9. Turrian. statim citand. cum alijs.

QVÆSTIO XIX.

An Etiam, ſimplex Sacerdos, poſsit, ex commiſsione Pontificis, Diaconatum conferre?

NEGANT, & à fortiori, omnes Doctores pro prima sententia citati. Et ex nostra, Turrian. in annotat. ad Nicenum Concil. *can.* 54. Granad. Filliuc. & Fornarius *ll. cc.* Enriquez *lib.* 10. *cap.* 23. & 24.

Sed probabilius Respondeo: Posse etiam. Quia id de facto fuisse concessum Abbati Cistercienſi, constat ex q. præced. Et ita id sentiunt Gabriel *d.* 25. *q.* 1. *art.* 3. Rodriguez, Victoria, Ochagau. & Philibert. *ll. cc.* Vivald. *de Ordine tit. de Miniſtro*

nistro num. 8. Angel. *Ver. Ordo.* 2. Archang. *loc. cit.* Vbi sic ait: Ego firmiter teneo, non Sacerdotē, nullo modo Ordines conferre posse. *Et infra.* Deinde subiungo, quod si Papa vnquam committeret Sacerdoti Subdiaconatus, ac Diaconatus collationem, factum ipsum profecto teneret. Sic ille, & alij statim citandi.

QVÆSTIO XX.

An Tandem, ex delegatione Papæ, possit simplex Sacerdos Sacerdotium conferre?

NEGANT Authores communiter, præcipue, quæst. præcedentibus, relati. Archang. Petrus à S. Ioseph. Victoria, Gabriel, Viuald. *locis citatis.* & Layman dicens, oppositum esse omnino improbabile.

Sed, probabiliter certè, Respōdeo: Posse. Quia (vt supra est habitum) ex indulto Pontificis, potest simplex Sacerdos, omnes ordines Sacerdotio inferiores conferre: ergo etiam poterit Sacerdotiū. Cum enim omnes Ordines sint Sacramenta, ō est maior ratio, cur Sum. Pontifex possit simplici Sacerdoti dare facultatem constituendi Subdiaconos, & Diaconos, & non Presbyteros. Sic Aureol. apud Capreol. *dist.* 25 *quæst.* 1. *art.* 2. Ange. *Ordo. num.* 2. Glossa *in Can. Peruenit. dist.* 95. Innocent. IV. *in cap.* 4. *de consecrat. nu.* 4. Abbas ibid. *num.* 9. Vazquez *disp.* 243. *cap.* 4. Ochagauia *quæst* 7. *de Ordine nu.* 11. Quos omnes refert, & sequitur Hurtado *tract. de Ordine diff.* 18. Quibus addi possunt Philibertus *loc. cit num.* 15. *pag.* 46. Putancus *de Ordine dubit.* 7. Et ex Thomistis, Doctus Biescas in Apologia pro doctrina Diui Thomæ *quæst.* 11. *art.* 4. *dub.* 5. *Propositione* 6. *pag.* 778. Sic dicens: Respondeo. Simplex Sacerdos ex commissione Papæ potest ordinare alios Sacerdotes, & Ministros, & ministrare Sacramentum Confirmationis; non tamen potest consecrare, & Ordinare Episcopos. *Et infra.* Sacerdos non potest Ordinare Episcopos: at potest Ordinare alium Sacerdotem, ex commissione Papæ, quia alius Sacerdos est sui Ordinis, & æqualis Ordinis: potest quoque Ordinare Diaconum, & Subdiaconum, quia sunt Ordinum inferiorum. Sic ille, & bene.

QVÆSTIO XXI.

An Denique, possit Diaconus, ex plenitudine Papæ potestatis; Ordinare Præsbyterum; aut Præsbyter, Episcopum creare, & consecrare?

AFFIRMAT Hostiens. vt refert Siluest. *Verb. Consecratio* 1. *num.* 1.

Sed certissime Respondeo: Non Posse. Quia maior à minori benedici non potest; vt ait Apostolus ad Hebr. 7. Sed Sacerdos est maior Diacono; & Episcopus simplici Sacerdote, vt certum est apud omnes Catholicos: ergo. Sic Biescas *loc. cit.* Philibertus *loc. cit. num.* 23. dicens, esse omnium Theologorum, & Canonistarum sententiam, vno excepto Hostiensi; Petrus à S. Ioseph *disp.* 8. *sect.* 1. *pag.* 403. Affirmans, esse certum apud omnes.

QVÆSTIO XXII.

An Etiam Episcopus possit facultatem Ordinandi, ex iusta causa simplici Sacerdoti concedere?

AFFIRMATIVAM sententiam esse probabilem, affirmat Philibertus *loc. cit. num.* 18. per hæc verba: Ampliatur tertio, non videri omnino improbabile, posse etiam Episcopum facultatem Ordinandi, ex iusta causa, simplici Sacerdoti concedere, stando solùm in iure diuino: quia iure humano, poterit id esse vetitum. Sic ille. Licet tandem contrarium, vt longe probabilius, sequatur.

Sed mihi certissime Respondeo: Non posse. Quia ad delegandam Ordinandi potestatem, quæ est inter omnes suprema, requiritur plenitudo potestatis Pontificalis (vt bene Archang. infra) qualis in solo Papa reperitur: ergo. Sic D. Thom. *in* 4. *dist.* 7. *quæst.* 3. *art.* 1. *quæst* 1. *dist.* 38. *art.* 1. *ad* 3. Enriquez *lib.* 10. *cap.* 23. *nu.* 2. (*non* 9 *num.* 1. vt citatur à Philiberto) Victoria *num mihi* 236. Fornarius *loc. cit.* Bonac. *disp* 8. *punct.* 4. *num.* 6. Philibert. *loc. cit.* Archang. *dist.* 24. *pag.* 289. *col.* 2. *& pag.* 290. *col.* 1.

QVÆS-

QVÆSTIO XXIII.

An Saltem possit Episcopus concedere Parocho facultatem conferendi Tonsuram suis subditis?

AFFIRMANT, & a fortiori, Panormitan. Hostiens. Hugo, Raymun. Ioan. Andr. & alij, quos supra, quæstione 7. retulimus.

Sed certissime Respondeo: Nec posse: vt nuper est habitum. Sic Authores citati, & alij, quos supra *q.* 7. adduximus.

(..)

DISPVTATIO QVINTA.

De Subiecto Sacramenti Ordinis?

QVÆSTIO PRIMA.

An Fœminæ sint capaces recipiendi Ordines Sacros?

AFFIRMARVNT olim hæretici Cathaphrygæ, Peputiani, & Gnostici; & nunc affirmant Lutherani, & alij nostri temporis sectarij; Quod probant exemplo Ioannæ Anglicanæ, quam ad summum Sacerdotium fuisse assumptã dicunt. (de quo statim) Tenuerunt etiam alij Catholici apud D. Bonau. *in 4. d. 25. art. 2. quæst. 1.*

Sed de fide Respondeo: Non esse capaces. Quia iure diuino, ab Ordinum maiorum susceptione excluduntur. Sic definitur *in cap. Noua de Pœnit. & remissio.* Et tenent omnes Sancti PP. quos omnes Theologi, & Canonistæ sequuntur. S. Th. *q. 39. ar. 1.* D. Bonau. *dist. 25. ar. 2. q. 1.* Durand. & Scot. *q. 2.* Sotus *q. 1. ar. 2.* Enriquez *lib. 1. c. 21. & lib. 10. cap. 16.* Hurtado *diff. 20.* Granado *tr. de Ordine disp. 1. num. 2.* Philibert. *tract. 1. par. 4. c. 1.* per totum. Petrus à S. Ioseph *disp. 8. sect. 2.* Machado *tom. 1. lib. 3. part. 1. tract. 4. docum. 1.* Sanchez *tom. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 30.*

QVÆSTIO II.

An Ioanna Anglitana, verè fuerit ad Summum Pontificatum euecta?

AFFIRMANT prædicti hæretici; & ex Catholicis, Martinus Monachus Cisterciens. Marianus Scotus, Sotus *in 4. dist. 21. quæst. 1. art. 2.* Petrus Mesias *in sua Sylua par. 1. cap. 9.* Platina, & alij, penes Enriquez, Affirmantes, hanc Papissam, habitam pro Ioanne VIII. (inter Leonem IV. Et Benedictum III) duobus annis regnasse.

Sed longe multo verius, multoque probabilius Respondeo: Minime fuisse talem fœminam ad Pontificatũ enectam; sed rem esse fabulosam, vt demonstrant Masso Gallus, Florimundus, Bellarm. *lib. 3. de Romano Pontifice cap. 24.* Baronius *tom. 10. Anno Christi 853. num. 86.* & alij, penes Philibertum, Enriq. *cap. 21. cit.* & alij apud ipsum.

Sed dato, & non concesso, rem hanc historicam fuisse, dicendum est, talem fœminam, nullo modo verum Pontificem fuisse, vt bene Philibertus *loc. cit.* Qui ex Onophrio Paniunio, addit, rẽ hanc fabulosam, à nefandis Ioannis XII. moribus, ortum habuisse: Qui in Pontificatum electus, adeô sordidam vitam ducebat, vt tres, inter alias, habuerit concubinas, Stephanam, Rayneram, & Ioannam, quæ cum in Pontificatus administratione primas partes haberet, cœpit vulgo Papissa nuncupari; & ita paulatim vires, acquirente fama, Ioannam fœminã, inter veros Pontifices, imperiti scriptores enumerarunt. Sic ille.

QVÆSTIO III.

An Fœminæ possint ex dispensatione Pontificis, minoribus Ordinibus initiari?

AFFIRMANT non nulli Doctores, ex illis, qui quatuor minores Ordines, non esse Sacramenta vera, affirmant. Imo Hurtado *tract. de Ordine diff. 20.* docet, id ipsum sustineri debere ab omnibus, qui credunt, minores Ordines esse tantum ex institutione Ecclesiæ (de quo sup. *disp. 1. q. 6.* quod ante ipsum, dixit Palud. *in 4. dist. 25. quæst. 3. art. 1.*

Sed longe multo probabilius, imo mihi certissime, Respondeo: Non posse initiari. Primo, quia longe probabilius est, quatuor minores Ordines esse vera Sacramenta à Christo Domino instituta, vt sup. *loc. cit. quæst. 6.* est habitum.

Secundò. Quia dato, & non concesso, quod dicti minores Ordines, solùm sint Sacramentalia, ex institutione Ecclesiæ, adhuc repugnat illis, huiusmodi Ordinibus initiari, vt statim dicemus: ergo. Sic omnes sustinentes minores Ordines esse vera Sacramenta. Et ita certum putat Nunus, vt oppositum asserere, esse temerarium, & errori proximum statuat. Sotus *dist. 25. quæst. 1. art. 2.* Vazquez *disp. 245. cap. 2. num 12* & Sanchez *loc. cit.* dicens, id vt certissimum tenendum.

QVÆSTIO IV.

An Fœminæ ex indulto Papæ, possint saltem, ad tonsuram Clericalem admitti?

AFFIRMANT Palud. *in 4. dist. 25. q. 3. art 1. concl. 1.* & Hurtado *diff. 20.* cit. & alij. Quia, vt communis docet opinio, prima Tonsura, tantum est Sacramentale, ex institutione Ecclesiæ: ergo.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Adhuc non posse. Quia, quamuis verum sit, quod Tonsura sit instituta ab Ecclesia, est tamen instituta abilla, vt quædã præparatio præuia, & gradus, quo tenditur in Sacerdotium: at sic est, quod fœminæ, iure diuino, sint capaces Sacerdotij, vt omnes Catholici fatentur: ergo etiam erũt incapaces primæ Tonsuræ. Sic D. Thom. *q. 39. art. 1.* Nunus ibi Vazquez *loc. cit.* Ahid. *disp. 20 dub. 10. num. 94.* Enriq. *lib 10. c. 16.* Granado *tract. 2. disp. 1. n. 2.* Ochag *q 8. n. 4.* Layman *tr. 7. cap. 6. n. 2.* Philiber. *l. c. n. 17. & 18.* Estius *in 4. dist 25 §. 7.* Sanch. *l. c. dub. 30.* fine, & cõmunis.

QVÆSTIO V.

An Hermaphroditus possit valide Ordinari?

RESPONDEO: Posse, præualente in Hermaphrodito, virili sexu: secus vero præualente fœmineo: aut in casu, quo neuter præualeat, sed æque vtrumque sexum ille participet. Quia in hoc casu, æque est fœmina, & ideo ex hac parte incapax Ordinis. Sic Nauar. *cap. 27 n. 203.* Siluester, & Armilla, *V. Hermaphrodita.* Enriq. *lib. 10. cap. 16. num. 1. & lib. 14. cap. 8. nu. 6.* Valentia *tom. 4. disp. 9. q. 4. punct. 1.* Suarez *tom. 5. disp. 51. sect. 2* Bonacina *disp. 8. pun. 5. nu. 6.* Granado *tract. 2. de Ordine disp. 1. n. 8.* & alij. Legatur Philibertus *tract. 1. par. 4. cap. 2. Qui. n. 15.* ex Aristotele, negare intendit, non dari Hermaphroditum, æque vtrumque sexum participantem; sed semper in illis sexum aliquem præualere.

QVÆSTIO VI.

An Hermaphroditus in quo præualet sexus virilis possit licitè Ordinari, absque dispensatione Papæ?

NEGANT Suarez *tom. 5. disp. 51. sect. 2.* Nauar. *cap. 27. n. 203.* Sa, *V. Ordo n. 34.* Enriquez *lib. 14. c. 8. n. 9.* Filliuc *tr. 9. n. 73.* Sanchez *lo. cit. dub. 31. nu. 3. pag. 302.* Bonac. *lo. cit.* Villalob. *tr. 11. diff. 10. n. 3.* Sayrus, Toletus, Vazquez, & Molfes. quos citat, & sequitur Philiber. *loc. cit. n. 10.* Quia existimãt, dictum Hermaphroditum esse irregularem, propter deformitatem.

Sed probabilius Respondeo: Posse Ordinari, sine dispensatione. Quia nullus textus id prohibet. Sic Toletus *lib. 1. cap. 63. n. 13.* (vnde male citat illum Philibertus prose) Fornarius *de Ordine cap. 3. n. 1.* & Hurtado *disp. 2. de Irregularit. diff. 14.* per hæc verba: Toletus verò, & Turrecremata docent, non esse irregularem, & merito; quia nullo iure deducitur. Quod autẽ sit mõstruosus, non obstat: quia quamuis sit talis, & publice notus, potest, absque graui nota ministrare; sicut potest Eunuchus à natura; & qui in pede habet sex digitos. Sic ille. Et tandem Philibertus *loc. cit. nu. 11.* Machado *tom. 1. lib. 3. par. 1. tr. 4. documm. 5. num 1.* & alij.

QVÆSTIO VII.

An Mulier, nuæ, erumpente ipsa natura, in virum transijt, ad Ordines promoueri possit?

AFFIRMANT posse valide, sed non licite, absque dispensatione, si aliàs, res non sit occulta, Philibertus *loc. cit. num.* 18.

18. & apud illum, Maiolus. Enriquez *lib.* 14. *cap.* 8. *num.* 6. per hæc verba: Si fœmina, erumpente ipsa natura, mutetur in virum (vt factu esse fertur) & res sit occulta, & absque admiratione, possit ordinari. Sic ille.

Sed (iuxta nuper dicta) probabiliter Respondeo: Posse etiam licite ad Ordines promoueri. Quia, ex vna parte, ille vere est vir; ergo & capax Ordinis. Rursus ex alia, nullum est ius, quod hoc illi prohibeat: ergo. Sic docebit Pater Hurtado; quia id clare colligitur ex eius doctrina, quæstione præcedenti, tradita. De casu autem nostræ quæstionis, legantur Sotus *dist.* 1. *quæst.* 5. *art.* 8. Maiolus *lib.* 1. *de irregular. cap.* 27. Philibert. *loc. cit.* Torreblanca *lib.* 5. *practicar. cap.* 9. *à num.* 20. Vbi multa mirabilia, & adeo, vt vix credibilia, refert, & docet.

QVÆSTIO VIII.

An Infans, aut Insanus, possint valide, Ordinibus minoribus initiari?

NEGAT Durand. *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 2. Pro cuius sententia, referunt Hurtadus, Philibertus, Machado, & Petrus à S. Ioseph, Petrum de Soto *lectione* 5. *de Sacram. Ordinis.* Sed omnes male, vt infra.

Sed certissime Respondeo: Posse. Quia id expresse habetur *in cap. vnico, de Clerico per saltum promoto.* Vbi Ordinatus ante annos discretionis, permittitur ad Diaconatum eleuari, absque interiorum Ordinum repetitione: ergo quia illos valide receperat. Sic S. Thom. *dist.* 25. *quæst.* 2. *art.* 1. & 3. *part. in add. quæst.* 39. *art.* 2. D. Bonau. *d.* 25. *art.* 2. *q.* 2. & ibi, Scot. & Sot. Valentia *disp.* 9. *quæst.* 4. *punct.* 1. Vazquez *disp.* 246. Hurtado *diff.* 21. Philibertus *tract.* 1. *part.* 4. *cap.* 4. *num.* 4. Sanchez *tom.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 32. Tenet etiam Petrus de Soto, loco ipso, pro contraria parte, citato, per hæc verba: Et quidem de minoribus Ordinibus, quam quam non dubitetur iniuste, pueris nondum ratione vtentibus, conferri: tamen collati tenent: quia non de necessitate sacramenti hoc (vt scilicet, suscipiens rationis vsum habeat) iudicatur. Traditur enim potestas spiritualis & character, non tam ex voluntate suscipientium, quam ex potestate ipsa Præfectorum Ecclesiæ. Vsque (vt B. Thomas, hoc loco, inquit) posset nonnunquam, etiam iuste, & sancte his pueris Ordo aliquis horum minorum tradi, vel etiam omnes: cum, scilicet, speraretur fructus vtilis Ecclesiæ, & accederet Parentum, aut maiorum eorum consensus. Huc vique Petrus. Quid clarius?

QVÆSTIO IX.

An Dictus infans, aut puer aliquis, ante vsum rationis, possit, etiam valide, Ordinibus maioribus initiari?

NEGAT Durand. *loc. cit.* Cui, in hac parte, satisfauet Petrus Soto *loc. cit.* quatenus (inquit) nimium ridiculum videretur credere, puerum esse Presbyterum.

Sed certissime Respondeo: Posse etiam valide. Quia infans est capax Ordinum minorum, & etiam Subdiaconatus, vt habetur in cap. vnico, sup. cit. Ergo etiam aliorum Ordinum; quia minores Ordines, & præcipue Subdiaconatus, non minus sunt Sacramenta, quam cæteri maiores: ergo si infans, illorum Ordinum est capax, etiam aliorum maiorum erit. Sic S. Thom. Enriq. Vazquez, Valentia, Scot. Sot. Hurtado & Philibert. *loc. cit.* Bonac *disp.* 8. *punct.* 5. *num.* 1. Filliuc. *tract.* 9. *num.* 75. & 76. Granado *tract.* 3. *de Ordine disp.* 1. *num.* 6. & 7. Ochagauia *quæst.* 9. *num* 3. & Petrus à S. Ioseph *tom.* 2. *disp.* 8. *sect.* 2. & communis.

QVÆSTIO X.

An Denique, Episcopatus valide possit conferri puero, ante vsum rationis?

NEGANT S. Thom. D. Bonau. Scot. Ricard. Siluest. Enriquez, Philibertus, & Granados *loc. cit.* Quorum fundamentum est. Quod Ordo Episcopalis, ex suamet institutione, est magis proprius adultorum, quam cæteri Ordines: ille enim, supponit necessariò, & intrinsicè characterem Sacerdotalem, & addit regimen animarum; ergo.

Affirmant tamen, Vazquez, Sotus, Hurtado, Filliuc, Ochagauia, & Bonac. *loc. cit.* Quod esse valde probabil, etiam Granados affirmat.

Sed ego clarius, sub distinctione Respondeo: Posse quidem conferri valide dicto puero, quantum ad characterem, & potestatem Ordinis (in quo bene Doctores

ſecundæ ſententiæ) non vero quantum ad iuriſdictionem, & curam animarum (in quo optime Authores Primæ.) Nam hæc ſuſcipi nequit abſque vſu rationis: cum ad acquirendum beneficium acceptatio requiratur, & hoc ſolum probat argumentum pro prima ſententia factum. Sic Petrus à S. Ioſeph *tom. 2. de Sacram. diſp. 8. ſect. 2. pag. 414.* §. Vbi obſerua. Qui bene reſpondet argumento, quod nonnulli ex Authoribus primæ opinionis opponunt; videlicet, Epiſcopum eſſe ſponſum Eccleſiæ, & matrimonium nullum eſſe, ſine contrahentium conſenſu: Reſpondet enim, ſponſum profecto eſſe, ſed ratione iuriſdictionis, ad quâ, rationis vſum requiri, vltro fatemur, & defendimus. Sic ille, & etiam Sanchez *loc. cit. dub. 32. num. 4. & 5. pag. 301.*

QVÆSTIO XI.

An, Epiſcopus, qui Ordinaret puerum ante vſum rationis, mortaliter peccaret?

NEGAT peccare mortaliter, in omni euentu, Philibertus *tract. 1. part. 4. cap. 4. num. 6.* per hæc verba: Reſpondeo cum D. Thoma *loco citato*, opus eſſe hac in re diſtinctione. Nam vel puer ordinatur ad Ordines minores; & tunc, ſi adſit neceſſitas, & ſpes profectus, etiam poteſt ante annos diſcretionis, ſine vllo peccato Ordinari: vel ordinatur ad maiores; & tunc Ordinans lethaliter peccaret: quia Ordines ſacri adnexum habent continentiæ votum, quod nemo, ante vſum rationis emittere poteſt: & ideo, qui aliquem puerum ad Ordines ſacros promouet, non ſolum illi, ſed etiam toti Eccleſiæ grauiſsimam irrogaret iniuriam. Sic Philibertus Marchinus.

Sed longe multo probabilius Reſpondeo: Iam in omni euentu mortaliter peccare; poſt prohibitionem Bonifacij VIII. quæ refertur *in cap. Nullus Epiſcopus.* (De quo infra *diſt. 6. quæſt. 1.*) Sic Granados *tract. 3. de Ordine diſp. 2. num. 5.* Enriquez *lib. 10. cap. 19. num. 1. lit. A.* Vbi ſic ait: Quare etiam nunc poſſet Epiſcopus tonſurare ante rationis vſum, (vt olim infantes offerebantur monaſterio) niſi prohiberetur capite. Nullus. Sic ille, & Lublinus *V. Ordo num. 14. pag. 614.* & alij.

QVÆSTIO XII.

An Religioſi, contra Regulam, vel conſtitutiones intruſi, vt in noſtro Ordine Conuerſi, valide Ordinari poſsint?

NEGANT, valide poſſe Ordinari, contra Regulam intruſos, aut contra expreſſam voluntatem ſuorum Prælatorum, non nulli Canoniſtæ, quos (penes Philibertum, vbi infra) ſequitur Faſſolus, in Sacris Canonibus verſatiſsimus. Quorum ſententiam, multis argumentis roborat Philibertus, dicitque eſſe probabilem, licet probabiliorem, contrariam.

Sed mihi certiſsime Reſpondeo: Poſſe valide (licet non licite) Ordinari. Idecque Ordinem à Religioſo receptum, contra regulam, aut inuito, & contradicente Superiore, ratum, & validum eſſe, & characterem imprimere. Quia in receptione talis Ordinis, reperiuntur omnia, quæ ad eius valorem requirunt omnia Concilia, omnes Patres, & omnes Theologi, nempe materia, forma, & Miniſter cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia; & denique, conſenſus adulti recipientis: ergo nihil deeſt, vt talis Ordo ſit validus in Religioſo, illum, contra voluntatem ſui Superioris, recipiente. Sic tandem tenet ipſemet Philibertus,

DISPVTATIO SEXTA.

De Ætate Ordinandorum.

QVÆSTIO PRIMA.

An Ad recipiendam Primam tonſuram, ſeptennij ætas, neceſſariò requiratur?

VIDETVR quod non; nam tempore D. Thomæ pueri, etiam ante vſum rationis, tonſura initiabantur; vt referunt Tabiena *V. Ordo*, 4. Enriquez *lib. 10. cap. 19. num. 1.* Maiolus *lib. 1. cap. 30. num. 5. & 8.* Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 28. n. 42.* & pro hac parte refert Sanchez Diuum Thomam, Sotum, Ricardum, Scotum, & alios.

Sed

Sed certissime Respondeo: Iam requiri. Quia postea prohibitum fuit *in cap. Nullus, de tempore. Ordin. in 6.* ne quis ante septennium completum tonsura initiaretur. Quæ prohibitio, satis etiam colligitur ex Trident. *sess. 23. cap. 4.* & sic docent Nauar. *cap. 27. num. 202.* Enriquez, Barbosa, & alij *loc. cit.* Sa, *ver. Ordo num. 20.* Bonac. *disp. 8. punct. 5. num. 12.* Ochagauia *quæst. 9. num. 7.* Hurtado *de Ordine diff. 21.* Granado *tract. 13. de Ordine disp. 2. num. 5.* Filliuc. *tract. 9. num. 84.* Philibert. *tract. 1. par. 5. cap. 2. num. 11.* Ex quibus, nonnullos, & alios, vsque *23.* Doctores, citat, & sequitur, D. Didacus Narbona *lib. de ætate ad omnes actus, anno 7 quæst. 9. num. 2.* Addens, solum in casu necessitatis posse infantes ante septennium tonsurare. Sanchez *tom. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 33. num. 15.*

QVÆSTIO II.

An Etiam sufficiat ætas septennij, ad omnes quatuor minores Ordines suscipiendos?

NEGANT in primis Enriquez, Sa, Hurtado, Filliuc. & Granad. *loc. cit.* Lublinus *loc. cit. num. 15.* Narbona, *anno 7. quæst. 9. num. 3. & anno 12. quæst. 1. num. 6.* qui (*num. 2.*) refert pro hac parte Toletum, Vegam, Armillam, Silueitrum, Monetam, Graffium, Viualdum, Thomam Sanchez, & alios, docentes, ad suscipiendum saltem, Accolytatum, requiri duodecim, vel tredecim annos.

Negant deinde alij Doctores existimantes, neminem posse in Accolytum Ordinari, ante decimum quartum annum expletum. Pro hac sententia refert Narbona *loc. cit. num. 1.* Sotum *in 4. d. 25. quæst. 1. ar. 2.* Sayrum *de censur. lib. 6. cap. 12. num. 2.* Maiolum *lib. 1. cap. 30.* Campanilem, Gutierrez, Barbosam, & alios.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere ad omnes quatuor Ordines minores suscipiendos: ætatem septem annorum. Quia supra istam ætatem, nulla alia est definita post Tridentinum. Sic Sotus *dist. 25. q. 1. art 2. § Quo autem*, per hæc verba: Post modum verò in Concilio Veronensi, sub Clemente V. huiusmodi tempora decurtata sunt, & in breuiori redacta, &c. Videlicet, vt non modo prima tonsura, verum, & omnes minores Ordines à septennio statim suscipi possint, tametsi hoc, non in textu, sed in glosa notatum est. Sic Sotus: Non ergo bene citatur à Narbona. Bonacina *loc. cit.* Layman *cap. 7. num. 1.* & Diana *2. part. tract. 2.* Miscel. *resol. 29.* Suarez etiam *de censur. disp. 31. sect. 1. num. 22.* & Fornarius *de Ordine cap. 3. num 5.* Quos simul cum Enrico Enriquez *lib 10. cap. 19.* citat, & sequitur Philibertus *loc. cit. cap. 2. num. 14. pag. 79.* Sed ex his, certe Enriquez, oppositum videtur docere (eodem loco, quo pro hac nostra sententia citatur à Philiberto *num. 1.*) Sic dicens: Ad Accolytum duodecim anni completi, quamuis iure antiquo, sat erat vlus rationis, qui contingit anno nono. Sic ille. Mandos. *emin. ætate cap. 4. num. 12.* Vgolinus *de offic Episc. cap. 26. §. 7. nu. 2.* Quos affert, & sequitur Machado, *tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 3. docum. 1.* Villalob. *tract 11. diff. 11. num. 1.* Ludouicus de S. Iuan *quæst. 2. de Ord. art. 8. dub 1. pag. 791.* Sanchez *loc. cit. num. 17.* Qui pro hac parte refert Sotum, Gutierrez, Bart. de Ledesma, & alios.

QVÆSTIO III.

Quænam ætas sit requisita, ad maiores tres Ordines licite recipiendos?

RESPONDEO: Quod licet olim, pro temporum varietate, varia fuerit assignata ætas pro sacris Ordinibus suscipiendis; (de quo optime Philibertus, & Narbona, infra) Pro nostris vero temporibus, & futuris, hanc statuit Trident. *sess. 23. cap. de Reformatio.* his verbis: *Nullus in posterum ad Subdiaconatus Ordinem, ante vigesimum secundū; ad Diaconatus, ante vigesimum tertium; ad Presbyteratus, ante vigesimum quintum ætatis suæ annum, promoueatur.* Sic Concilium. Cuius verba, de annis incœptis intelligēda sunt: iuxta communem Theologorum, & Canonistarum doctrinam (quidquid oppositum dicant Azebedo *lib. 8. Recopil. tit. 20. l. 3. num. 17.* & Menoch *de arbitr. lib. 2. centur. 5. casu 427. num. 25.*) Primo. Nam in fauorabilibus, annus incœptus pro completo habetur, *l. Qua ætate. ff. de testam.* Secundo. Quia ius antiquum, tantum requirebat annum cœptum, vt patet ex Clement. *Generalem.* Sed sic est quod ius nouum, in quantum est possibile, conciliandum est cum antiquo: ergo cum Tridentinum non

decla-

declaret, quod annus debeat esse completus dicendum est, sat esse incœptum, vt iure antiquo requirebatur. Sic Nauar. *cap.* 25. *num.* 116. Enriquez *lib.* 10. *cap.* 19. *num.* 2. Gutierrez *qq. can. lib.* 1. *cap.* 26. Philibertus *tract.* 1. *part.* 5. *cap.* 2. *num.* 2. Et penes ipsum, Rodriguez, Reginald. & Sacr. Congregatio. 7. *Septembris* 1594. Narbona *anno* 22. *quæst.* 1. *num.* 6. Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 7. *docum.* 3. *num.* 2. Sanchez *dub.* 33. *cit. num.* 4. *pag.* 302. & communis.

QVÆSTIO IV.

Quænam ætas ad Episcopatum, Cardinalatum, & Pontificatum; necnon, ad Canonicatum, & Beneficia, requiratur?

RESPONDEO: Quod ad Episcopatum, requiritur annus trigesimus completus, ex Trident *sess.* 24. *cap.* 1. Vbi iidem statuitur de Cardinalibus. Quamuis ex concessione Sixti V. Cardinalis Diaconus fieri potest quis, ætatis suæ anno vigesimo secundo.

Ad Pontificatum vero, in iure, nulla est ætas assignata. Non tamen poterit eligi infans, ante vsum rationis ad talem dignitatem, iuxta dicta supra *disp.* 5. *q.* 10.

Ad Canonicatum autem, in Cathedrali Ecclesia, requiritur annus vigesimus secundus incœptus. In collegiata vero, sufficiens est annus decimus quartus ex Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 4. & ex Sacr. Congregationis decreto, quod refert Barbosa *de Canonicis cap.* 13. *num.* 14. Sic Philibert. *loc. cit* & alij.

Ad Beneficia tandem simplicia requiritur annus quatuordecimus, ex Trident. *sess.* 23. *cap.* 6. (Quem annum sufficere, incœptum esse, optime defendunt Enriquez, Azor, Lessius, & alij, quos refert, & sequitur Philibert. *loc. cit. cap.* 2. *num.* 17. contra Bellonum, Mendosam, Tuschum, & alios.) Ad Beneficia vero curata, requiritur annus vigesimus quintus cœptus, ex eodem Trid. *loc. cit. cap.* 12.

Nota hic ex Sanchez, quod Glosa *regul.* 17. Cancellar. dicit ætatis annos computandos esse a die conceptionis, si id vtile sit ei, de cuius ætate agitur. Sed hoc esse falsum probat Couarr. 4. *decreti* 2. *part. cap.* 8. § 2. *num.* 3. Quia generali vsu receptum est, non a die conceptionis, sed a die natiuitatis computari. Sic Sanchez *tom.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 33. *nu.* 8.

QVÆSTIO V.

An Religiosi Mendicantes retineant modo aliquod priuilegium, quo Ordinari possint, ante ætatem a Tridentino (vbi supra) requisitam?

AFFIRMANT Enriq. *lib.* 6. *c.* 6. *n.* 6. *lit. R.* & clarius, *cap.* 10. *num.* 3. *lit. P.* Sa, *ver. Religio. num.* 56. cuius verba hæc sunt: Pius V. *voluit Mendicantes vti gratijs suis, & priuilegijs in foro conscientiæ, non obstante Concilio Tridentino: & quamuis eius Bullam, vbi eis multa concessit, reuocauerit Gregorius XIII. tamen postea reualidauit, vt testatur Congregatio Concilij. Quare videntur posse Ordinari ante ætatem legitimam.* Sic Sa, non correctus, in editione Antuerpiana 1599. & Venetiana 1602. (vnde non bene refert Granados eius verba, *tract.* 3. *disp.* 2. *num.* 6.) Hanc eandem sententiã sequitur Hieronimus Sorbus, *in compen. priuileg. Mendican. tit. dispensatio. nu.* 15. Eo quod existimet, etiam nunc post Tridentinum, vigere priuilegium Innocentij IV. quo concessit, vt Generalis, vel Prouintialis possit cum fratribus sui Ordinis, completo anno vigesimo secundo, ad Sacerdotium dispensare. Rursus eandem sententiam (inquit Philibertus) probauit Gabriel Vazquez *to.* 3. *in* 3. *p. disp.* 140. *cap.* 4. *num.* 44. pro solo conscientiæ foro. Sed certe Gabr. Vazquez, licet concedat, dictum priuilegium, nunc pro foro conscientiæ, adhuc vigere, non tamen concedit, sed potius negat, Mendicantes eo priuilegio vti ad Ordines posse, vt statim. Vnde.

Certissime Respondeo: Non retinere modo. Quia dato, vel concesso, quod Regulares vti possint, in foro conscientiæ, suis priuilegijs, etiam per Tridentinum reuocatis) nihilominus tamen, adhuc existimo: (verbis Vazqueis alloquor, non *disp.* 140. vt citatur a Philiberto, sed 146. *cap.* 4. *nu.* 44.) eos vti non posse hoc priuilegio ad Ordines. Nam, cum nullus Regularis Ordinari queat, nisi cum dimissorijs Prouintialis, & ille veritatem in his exprimere debeat non poterunt Religiosi, hoc modo ordinari, etiamsi superior cum illis in litteris dimissorijs dispenset: dicere enim non

potest,

potest,& testificari, illum habere legitimã ætatem,aut competentem: ideo autem nõ potest Regularis virtute huius priuilegij sic ordinari,quia si veritate expressa admitteretur,iam suffragaretur illi in foro exteriori: veritate autẽ non expressa,nõ potest suffragari, quia non intelligitur priuilegium eo modo concessum,vt falsitas in litteris contineatur. Sic Vazquez. Qui bene *num.*45.aduertit, ad hoc solum posse prædictum priuilegium prodesse Regularibus,vt si forte aliquis,bona fide,ordinaretur, ante vigesimum quintum annum, post vigesimum secundum, possit Prouintialis dispensare cum illo, vt exerceat Ordines. Sic ille. Et ex illo Ochag.*tract.de Ordine quæst.9.num.*7.& Hurtado *diff.* 21. Sic etiam Corduua *de casibus quæst.*154.Rodriguez *tom.*1.*sum. cap.*165. *& tom.*3. *de Regul.quæst.*23.*art.*6. Azor *part.*2. *lib.*6 *cap.*9.*quæst.*9. Philibertus *tract.* 1.*part.*5.*cap.*2.*num.*9. Miranda *tom.*1. *quæst.*39.*art.*1.Diana 3 *part.tract.*2.*resol.*59.Layman *tract.*10.*cap.*7.*num.*1. *fine*.Granad.*loc.cit.nu.*7. (Qui etiam pro hac parte citat Emanuel Sa,*ver.dispensatio, in fine*.Sed immerito; Quia in toto illo verbo,nihil ad propositum habet,& oppositum,vbi supra, docet.) Sayrus *de censur.lib.*7.*cap.*12.*infine*.Et denique Sacra Congregatio sæpe sæpius de hac re consulta,vt testatur Ioannes Gallemart.*in postrema recognitione declarationum d.sess.*23. *cap.*12.*de reformatione*.

QVÆSTIO VI.

An Recipiens Ordines Sacros, vno, vel duobus diebus,ante legitimam ætatem, peccet mortaliter; & incurrat suspensionem?

NEGANT aliqui,quos, suppresis nominibus,referunt Petrus Ledesma *de Ordine cap.* 7. Villalob.*tract* 11.*diff.*11. *num.*2.& Ludouicus *quæst.*2.*de Ordine art.*8.*diff.*1.& dicunt probabile Machado,infra,& Villalobos *loc.cit.*

Sed,longe multo probabilius,imo mihi certo,Respondeo: Peccare mortaliter, & suspensionem,tanquam ordinatum,ante legitimam ætatem,incurrere. Quia talis recipiens, non attigit verè ætatem a Concilio requisitam: ergo. Sic Ledesma, Villalobos,& Ludouicus *loc.cit.* Basilius Pontius *lib.*7.*de matrim.cap.*65.*num.*1. Diana 5.*part.tract.*5.*resol.*17. Machado *tract.* 7.*cit.doc.*3.*num.*3.*pag.*32. & communis.

QVÆSTIO VII.

An Ad recipiendum Subdiaconatum (v.g.) sufficiant viginti duo anni inchoati, etiam per vnum solum quadrantem horæ?

NEGANT in primis,quam plures Doctores apud Narbonam *lib. de ætate, &c.anno* 22.*quæst.*1.*num.*10. existimantes, necessarium esse, quod sint inchoati præfati viginti duo anni, per vnum integrum diem. Ita etiam Sanchez *tom.*2.*consil.lib.*7.*cap.*1.*dub.*33.*num.*4.

Negant deinde,Ægidius *disp.*20. *dub.* 10.*num.*102 Bonac.*disp.*8.*punct.*5,*nu.* 12.& Diana 2.*part.tract.*2.*resol.*29. putantes,opus esse ad singulos Ordines suscipiendos,inchoatos fuisse annos,à Tridentino præscriptos, per vnum medium diem.

Negant tandem Narbona, *loc.cit.nu.* 10.*& anno* 25.*quæst.* 55. rursus, Diana 5.*par.tract.*5.*resol.*17. cum Basilio *lib.* 7.*cit.cap* 65.*num.*1.docentes,requiri ad minus, dictos annos incœptos esse, per vnam horam.

Sed probabiliter certè Respondeo:Sufficere inchoatos esse per vnum, imo, & per dimidium, quadrantem horæ. Quia, qui per dimidium quadrantem horæ, viginti duos,ttes,aut quinque,annos attigit,vere constitutus est in anno vigesimo secundo, tertio,aut quinto,à Tridentino præscripto:at hoc sufficit ad maiores Ordines licite recipiendos, secundum, fere omnes, DD. ergo.

QVÆSTIO VIII.

An Complens ætatem requisitam, hora quarta, aut quinta post meridiem,possit licite,eadem die manè, recipere Subdiaconatum, Diaconatum, &c.

NEGANT Doctiss.Nauar.*lib.*1.*de tempor.Ordinan.consil.*9.*fol.mihi*, 34. & Villalobos *loc. cit.* per hæc verba: Mas se llega a la verdad el dezir, que si acaso le faltasse medio dia,se podria ordenar como lo dize Ledesma; Mas lo contrario tengo,por mas cierto, porque este medio dia

no

no mas, antes de entrar en el año, aun no està en el año, lo qual es necessario. Sic ille. Qui bene pro hac sententia, non pro contraria (vt inaduertenter dicit Philibertus) refertur à Diana vbi infra. Tenet etiam D. Didacus de Narbona *anno* 22. *quæst.* 1. *num.* 10. *pag.* 365. dicens, (sed improbabiliter) contrarium esse omnino improbabile. Machado, ni fallor (est enim secundus Diana) *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 7. *docum.* 3. *num.* 4. & alij.

Sed probabiliter certe: imo & probabilius: Respondeo: Posse: & consequenter nullomodo suspensionem incurrere. Ratio est. Quia in dicto casu, vespera diei trahitur ad mane, cum ex vtroque, vna dies fiat. Vnde, morali continuatione, qui sic ordinatur, ordinari dicitur, in anno vigesimo secundo, tertio, aut quinto, constitutus. Sic Petrus Ledesma *in sum. tract. de Ordine cap.* 7. *post* 1. *concl. pag. mihi* 658. Diana 2. *part. tract.* 16. *resol.* 29. (*non* 1. *part. resol.* 27. vt citat Philibert.) *&* *part.* 5. *tract.* 5. *resol.* 17. Quos citat, & sequitur Philibertus *tract.* 1. *part.* 5. *cap.* 2. *num.* 7. *pag.* 78. & fauent huic sententiæ Mandosius, Panormit. Sanchez, & Naldus, vt referunt Diana 5. *part. loc. cit.* & Narbona, *anno* 26. *quæst.* 55. *num.* 5.

QVÆSTIO IX.

An Qui, mala fide, ante legitimam ætatem Sacros Ordines suscipiunt, suspensionem perpetuam, ipso facto, donec absoluantur, incurrant?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia ita habetur, in quadam extrauaganti Pij, II. quæ incipit: Cum ex sacrorum. Expedita 15. Kal. Decemb. anno 1401. Quam postea, Pius V. & Sixtus V. auxerunt, & Clemens VIII. cõfirmauit. Ex quo colligitur. Primo, male Antoniũ de Hinojosa dixisse (in suo direct. *Ver. Ordo, fol.* 326. *pag.* 2.) ex Tabiena. & Armilla, talem extrauagantẽ non fuisse receptam, quia non fuit sufficienter promulgata. Secundo, colligitur, ex hac nostra recepta doctrina, quod, qui suspensi per dictam Bullam Pij, II. in suscepto ministrant Ordine, irregularitatem incurrunt: vt docent omnes Doctores. De quo bene Philibert. *tract.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. *per totum.* Sayrus *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 11. Suarez *de censur. disp.* 31. *sect.* 1. *nu.* 24. Narbona, *anno* 22. *quæst.* 1. *à num.* 11. Machado *lib.* 4. *cit. part.* 1. *tract.* 7. *docum.* 4. *num.* 1. & alij.

QVÆSTIO X.

An Si, per dictam Bullam suspensus, sit Sacerdos, non solum maneat suspensus ab executione Sacerdotij suscepti; sed etiam ab executione aliorum Ordinum, antea susceptorum?

AFFIRMAT Philibertus *loc. cit. num.* 8. *pag.* 80. per hæc verba: Si suspensus sit Sacerdos, non solum celebrare non potest, sed neque officio Diaconi fungi, aut in alio Ordine Sacro ministrare, aut dicere; Dominus vobiscum. Sic Nauar. & Rodriguez. Huc vsque Philibertus. Tamen ex duobus Authoribus, quos pro se citat, vnus tantum suam sententiam tuetur, nempe Rodriguez *in sum. cap. mihi*, 164. *num.* 2. *pag.* 522. Nam Nauarr. oppositum docet, vt infra. Tenent tamen Ledesma *in summa cap.* 7. *de Ordine post.* 1. *concl. pag. mihi* 658. Villalob. *tom.* 1. *tract.* 18. *diff.* 11. *num.* 2. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non manere suspensum, nisi à Sacerdotio, mala fide, suscepto. Sic Enriquez *lib.* 13. *cap.* 32. (non 33. vt habes apud Villalobos) *num.* 2. per hæc verba: Suspensus ab vno Ordine Superiore, vt à Diaconatu, quem per saltum recepit, non censetur suspendi ab inferioribus Ordinibus. Sic Enriquez. Qui, & bene, citat Nauarrum pro hac sententia. Illam enim docet, in eisdemmet locis, in quibus pro contraria, non solum à Philiberto, sed etiam à Rodriguez, Villalobos, Ledesma, Machado & Diana, male citatur: nempe, *lib.* 5. *consil.* 41. *de sentent. excommunicationis* (*non consil.* 71. vt ipsi citant, cum ille liber non habeat, nisi 57.) Sed *consil.* 53. *num.* 1. *fol. mihi* 191. Vbi hæc habet verba: Ad hanc quæstionem Respondetur primo, quod interdicti, & suspensi, sunt vitandi, in illis actionibus, à quibus eis interdicitur, vel à quibus suspẽduntur, & non in alijs: quia pœnæ non debent extendi, extra casus proprios. Sic meus Nauarrus, ibi: *Et in Man. cap.* 27. *num.* 163. *fol. mihi* 195. Sic ait: Quinto infertur, quod Sacerdos suspensus ab officijs Sacerdotalibus, administrãdo in Ordine inferiori, non peccat, nec est irregularis. Sic meus Nauar. Non ergo bene citatur pro sententia contraria, saltem in dictis locis. Quam

uis,

uis, vt verum fatear, citari posset pro illa *lib. 1. consil. de ætate, & qualit. Ordin. consil. 6. fol. mihi 6.* Vnde quidquid sit de eius mente; nostram sententiam tenent Tolet. *lib. 1. cap. 43. num. 2. & cap. 45. num. 2.* Auila, & Scortia, quos citat & sequitur Diana *3. par. tr. 4. resol. 182.* (vbi male citat pro hac parte Villalobos) & clarius, *5. par. tr. 10. resol. 35.* (Vbi bene pro contraria, præfatum authorem refert) Machado *loc. cit. num 7. p. g. 33.* Et dicunt probabilem Villalob. & Philibertus *loc. cit.*

QVÆSTIO XI.

An Qui, Parentum, vel Prælatorum testimonio, bona fide, Ordines maiores suscepit ante legitimam ætatem, suspensionem incurrat, & celebrando irregularitatem?

AFFIRMAT Hinojosa *in suo directorio 3. ver. Ordo sacer fol. mihi 326. vbi col. 1.* hæc ait: Secundo nota verbum, præsumpserit, contentum in extrauaganti; qui præsumpserit ministrare, irregularitatem incurrat; quod non inuenitur ad incurrendam suspensionem. Ex quo infertur, quod cum non præsumente, poterit facile dispensari. Et si quis bona fide, existimans sibi licere, forte non erit irregularis. Sic tenet Nauar. *cap. accepta, de rest. spoliat. num. 34. &c.* Sicille. Sed male citat pro se Nauarrum, vt statim. Vnde.

Longe multo probabilius Respondeo: Non incurrere. Quia re vera constitutio Pij II. loquitur per verbum, præsumpserit, at lex quæ pœnam imponit præsumenti aliquid facere, non imponit illam, ei qui bona fide, aut ex probabili ignorantia iuris, vel facti, etiam si sit (secundum aliquos DD.) crassa, dum modo, non sit affectata, facit illud: ergo. Sic Doctus Nauar. *in Man. cap. 27. num. 156.* expresse per hæc verba: Secunda (*intelligo, declaratio*) quod non comprehendit eum, saltem quoad forum conscientiæ, qui bona fide, & simplicitate existimans se legitimum, ordinatus est, vt late diximus in repe. *cap. accepta de restit. spoliat. oppositio 8. à nu. 32.* Quia textus habent, præsumpserint, quod significat dolum, secundum doctrinam Cardinal. in Clement. *2. quæst. 38. de priuileg.* Quod idem ausi fuimus dicere ibi, de eo, qui temerarie quidem ordinatus est, postea tamen, bona fide, & candida simplicitate per pœnitentiam, purgato peccato, exercuit Ordinem, existimans sibi licitum esse: quamquam ad illud vsque tempus non fueramus ausi affirmari. Sic Nauar. ibi: *Et consil. 9. de tempor. Ordin. & consil. 3. de ætate, & qualit.* Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 30.* Suarez *de censur. disp. 31. sect. 1.* Tolet. *lib. 1. cap. 48.* (*non 15.* vt inuenies apud Philibertum) *num. 7.* Rodriguez *in sum. tom. 2. cap. 16. num. 1.* Miranda, Vgolin. Filliuc. & Graff. Quos refert, & sequitur Philibert, *loc. cit. num. 10.* Bonac. *pun. 5. num. 13.* Diana *3. par. tract. 4. resol. 182. & resol. 192. & 5 par. tract. 10. resol. 32.* & communis.

QVÆSTIO XII.

An Qui non solum cum bona fide, aut ignorantia inuincibili, sed etiam cum ignorantia vincibili, & crassa, Ordinatur ante ætatem, incurrat dictam suspensionem?

AFFIRMANT Fuschus *de visit. lib. 2. cap. 28. num. 37.* Bonac. *de cens. disp. 3. pun. 5. §. 1. nu. 2.* Layman *lib. 5. tract. 9. cap. 10. num. 2. vers. Quartum,* & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non incurrere. Quia Pius II. ad incurrendam suspensionem hanc, requirit præsumptionem, dolum, & contumaciam. Sic Auila *de censur. par. 3. disp. 5. dub. 7. §. Pro intelligentia.* Portel. *in dub. regul. ver. Ordines sacri, num. 13.* Villalob. *tract. 11. diffic. 111. nu. 6.* Ægidius *disp. 16. dub. 5. num. 36.* Præpositus *in 3. par. quæst. vnica de Sacram. Ord. dub. 17. num. 167.* Hurtado *tract. de suspens. diff. 13.* Quos omnes refert, & sequitur Diana *3. par. resol. 192. citata, & 5. par. loc. cit.* Quibus adde Nauarrum *in Man. cap. 27. num. 125.* & Philibertum *tr. 1. de Ordine part. 5. cap. 3. num. 10.*

QVÆSTIO XIII.

An Si sic bona fide Ordinatus, adueniente fide mala, ante legitimam ætatem celebret, incurrat irregularitatem; vel saltem peccet mortaliter?

AFFIRMAT vtrumque Philibert *loc. cit. num. 11.* per hæc verba: Hic tamen obseruandum est, statim ac quis certò nouit, se ante ætatem legitimam ob ignoran-

tiam fuisse ordinatum, non posse officium sui Ordinis exercere: vt, si esset Sacerdos, non posset celebrare, & si celebraret, irregularitatem incurrere. Ratio est: quia tunc mala fides interueniret: quamuis Diana, *dicta resol.* 182. cum Peirino, & alijs oppositum dicant. Imo, nec lethaliter pecasse, sic celebrantem, docent Nauar. & Villalobos apud eundem Dianam, quos ipse sequitur. Sic Philibertus. Sed certè, male pro hac parte, citat Villalobos, & Dianam, vt statim.

Alij vero è contra, vtrumque negant, dicentes, sic bona fide Ordinatum, nec incurrere irregularitatem; nec mortaliter peccare, postea celebrando. Ita Nauar. *in Man. cap.* 27. *num.* 156. *& in addit. ad lib.* 1. *consil. de tempor. Ordin. consil.* 5. Machado *tom.* 2. *sum. lib.* 4. *par.* 1. *tr.* 7. *docum.* 4. *n.* 5. *&* 6. Vbi sic ait: La dificultad mayor cõsiste en aueriguar, si el que se ordenô con buena fe, y llegô à tenerla mala, conociendo que no tenia edad, incurra en irregularidad, exerciendo algun acto de Orden sacro. Probable opinion es que si, por la mala fe, con que estaua ya. Pero mas probable, y recibida, que no. Fundase, en que no auiendo incurrido suspension el tal ordenado al principio, nunca pudo incurrir en irregularidad, aunque despues interuiniesse mala fe. Pero si por lo menos, ya que no incurra en irregularidad, peque mortalmente, no es menos dudoso, y disputado entre los Doctores. Y aunque afirman comunmente, que si. Nauarro, y otros sienten que no. Y la razon es: porque este tal, estando legitimamente ordenado, tiene derecho de exercitarse en el orden, que recibiô; y por cõsiguiente, no peca en ello. Sic Machado. Cuius sententiam esse probabilem inquiũt Ledesma *cap.* 7. *cit. vers. la tercera duda post* 1. *concl.* Et Ludouicus de S. Iuan, vbi infra. Et pro illa citat Philibertus, Villalobos, & Dianam. Sed vtrumque male, vt dixi, & dicam.

Probabilius ergo Respondeo: Peccare quidem mortaliter, sed non incurrere irregularitatem. Sic expresse Diana 3. *part. tract.* 4 *resol.* 182. per hæc verba: Difficultas est, an adueniente mala fide, si sic ordinatus, ante legitimam ætatem celebret incurrat irregularitatem, Respondeo negatiue cum Peirino *in priuileg. Minim. tom.* 1. *const.* 1. *Iulij* 11. §. 16 *num.* 29. Qui citat Quarantam, Mirandam, & Nauarrũ. Et ratio est: quia cum à principio non incurrerit in suspensionem, & aduenientem mala fide, si celebret, non est cur irregularitatem incurrat. Sed an saltem ita celebrando peccet mortaliter, respondet affirmatiue Villalobos *in Sum. tom.* 1. *tract.* 11. *diff.* 11. *num.* 7. Sic Diana. Qui in fine huius, 3. ait, hanc Enrici de Villalobos sententiam esse communem, & practicari. Sic etiam Ludouicus de S. Ioan. *quæst.* 2. *de Ordine ar.* 8. *diff.* 3. *& dub.* 3. *& diff.* 7. *concl.* 3. hæc dicens verba: El que con buena fe se ordena de orden sacro, antes de legitima edad, en sabiendo que no tiene legitima edad para aquella Orden, pecara mortalmente exercitandola. Esta conclusion tienen comunmente los Doctores, como lo resuelue, y tiene Medina Salmantino. Prueualo porque aunque este no està suspenso, no tiene la edad deuida à tal Orden segun derecho: si la recepcion del Orden antes de legitima edad con mala fe, es pecado mortal: tambien lo serà, el exercicio de la misma Orden con mala fe, &c. Sic ille. Suarez, Nuñus, Rodriguez, & Toletus, quos citat, & sequitur Bonac. *disp.* 8. *pun.* 5. *n.* 13.

QVÆSTIO XIV.

An Regularis, qui, iussu sui Prælati, dicentis, parum pro nihilo habendum, assumpsit Presbyteratum, quadraginta diebus ante legitimam ætatem, maneat suspensus, & celebrando, irregularis?

AFFIRMANT Nauar. *de tempor. Ordin. lib.* 1. *consil.* 9 Petr. Ledesma *in sum. cap.* 7. *de Ordine, post* 1. *concl.* & ex illo, Ludouicus *quæst.* 2. *de Ord. art.* 8. *dub.* 3. *concl.* 1. *pag.* 793.

Sed æque probabiliter Respondeo: Non manere suspensum, nec celebrando, irregularem. Quia adhuc, bona fide Presbyteratum suscepit, credens illi, cui iustum erat credere. Sic Rodriguez *in sum. cap.* 16. *de Ordine, concl.* 1. *pag. mihi* 70.

QVÆSTIO XV.

An Suspensus, ob ordinationem, ante legitimam ætatem, mala fide susceptam; possit illa completa, sine vlla dispensatione celebrare?

AFFIRMANT Corduua *in summ. casu* 144 Sotus *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 1. *art.* 2. *in fine*, Medina *in sum. lib.* 1. *cap.* 11. §. 6. pe-

6. penes Dianam vbi, infra. Passarell. Zerola, apud Peirinum, vbi supr. *num.* 21.

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia, qui mala fide, ante legitimam ætatem sacris est initiatus: vere incurrit suspensionem, & suspensus manet, vt supr. *q.* 9. est habitum: ergo non satis est legitimæ ætatis assecutio, sed necessaria erit absolutio à prædicta suspensione. Secus dicendum de illo, qui bona fide, ante legitimam ætatem, Ordinem sacrum suscepit; Nam hic postquam ad legitimam ætatem peruenerit, optime poterit absque vlla dispensatione celebrare, aut actum sui Ordinis exercere; quia, stante bona fide, nunquam fuit suspensus: ergo non indiget aliqua dispensatione ad celebrandum, &c. Sic Enriquez *lib.* 13. *cap.* 38. *num.* 1. *in Gloss. a lit. F.* Rodriguez *tom.* 3. *de Regul. q.* 24. *art.* 14. & *in sum.* 1 *part. cap.* 165. Bonac. *de cens. disp.* 3. *q.* 1. *pun.* 1. Silvest. Hieronim. Rodriguez, Couar. & alij, quos citant, & sequuntur Diana 3. *par. tr.* 4. *resol.* 182. & *par.* 5. *tr.* 10. *resol.* 34. & Philibert. *tract.* 1. *par.* 5. *cap.* 3. *à num.* 3.

QVÆSTIO XVI.

An Suspensus, ob malam promotionem ad Ordines, possit à dicta suspensione absolui, virtute Bullæ.

NEGAT, penes Dianam 5. *par. tr.* 10. *resol.* 53. Emanuel Rodriguez *in addit. ad Bullam Cruc. §.* 9. *n.* 59. & penes Ludouicum, *q.* 2. *de Ordine art.* 8. *dub.* 5. *pag.* 794. Doctus Nauar. *in Man. cap.* 27. *nu.* 250. & Canonistæ communiter; & penes D. Ioannem Machado, *in sum. tom.* 1. *lib.* 1. *par.* 3. *tr.* 10. *docum.* 8. *pag.* 134. Enricus Enriquez *de Indulg. lib.* 7. *cap.* 18. Rodriguez, vbi supr. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse absolui virtute Bullæ. Quia Bulla absolute, & simpliciter concedit facultatem absoluendi ab omni censura: Sed sic est, quod prædicta suspensio est censura, vt cum communi docet Nauar. *cap.* 27. *n.* 151. ergo, &c. Sic Enriquez (penes Dianam *loc. cit.*) *in marg. lit. Y.* Vbi pro hac parte citat Medinam *lib.* 3. *cap.* 11. §. 8 Cordubâ *casu* 144. Manuel. §. 9. *n.* 62. Perez *lib.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. & Cano, Bañez, Ludou. legion. D. Balbas, & D. Martinez, qui aiunt (inquit Enriquez) eum, qui sine ætate initiatus est, absolui posse per Bullam à suspensione, vt ei liceat impleta ætate celebrare. Ita Enriquez. Sed certe hic Author, hic non loquitur ex propria sententia, sed ex sententia aliorum, vt colligitur ex his, quæ dicit, lit C. & in textu, vbi expresse contrariam sententiam, ijs verbis docet: Qui vero ad tempus suspensus est, vt quia, cum defectu ætatis sacris est initiatus, hic per Bullam absoluendus non esset (vt nec ab Episcopo absolui poterat iure antiquo) quia Bulla excipit, ne ipse etiam Comissarius absoluere possit à suspensione, seu irregularitate ob Ordines male susceptos incursa. Sic Enriquez. Melius ergo citatur à Machado, quam à Diana. Tenent etiam nostram sententiam Nauar. *cap.* 27. *num.* 162. (vt bene Enriquez *loc. cit.*) Nec oppositum docet loco citato à Ludouico *num.* 250. (mihi 254.) Quia ibi solum loquitur de absolutione à irregularitate; de qua, eo quod non sit censura, non potest quis absolui per Bullam Papæ, quæ solum habet clausulam absoluendi, à qualicumque censura. Sic etiam Diana *loc. cit.* & apud ipsum, Auila, Trullench, & Cornejo. Ludouicus *loc. cit. concl.* 2. dicens, hanc nostram responsionem esse fere certam, & communem apud Theologos. Machado *loc. cit.*

QVÆSTIO XVII.

An, Qui mala fide, ante ætatem legitimam, Sacerdotiũ susceperit, & cum Episcopo in Ordinatione concelebrat; non solum suspensus maneat, sed irregularitatem incurrat?

AFFIRMANT Nauar. *lib.* 5. *consil.* 8. *de clerico excom. ministr. fol.* mihi 135. (*alias consil.* 5. *de Clericis non Ordin.* vt citatur à Bonacina) Sorbus *in Compend. priuileg. mendic. ver. Ordines Sacri.* Couarr. *in cap. Alma mater par.* 2. §. 3. *num.* 5. *vers.* 9. Barbosa *de offic. & potest. Episcopi, allegat.* 16. *num.* 16. Bonac. *disp.* 8. *punct.* 5. *num.* 13. Pater Daza & Pater Gabriel Vazquez de hac re consulti à Salzedo. vt refert Rodriguez 1. *par. sum. cap.* 167. *num.* 2. *pag. mihi* 531.

Sed probabilius Respondeo: Suspensum manere, irregularitatem tamen non incurrere. Quia quamuis verum sit, quod Sacerdotes, qui suspensi celebrant, irregularitatem incurrant; tamen ille, qui Presbyter initiatur, & consecrat cum Episcopo Ordinante, non est complete, adhuc Sacerdos,

quia non est ei concessa potestas absoluendi à peccatis, ac proinde tunc nondum incurrit irregularitatem, quia hæc tantum incurritur ob celebrationem, postea completa Ordinatione. Sic Enriq. *lib.* 13. *cap.* 10. *num.* 1. *lit. I.* & penes ipsum Medina, Silvest. & Maiolus. Suarez *de censur. disput.* 31. *sect.* 1. *num.* 70. Rodriguez *loco citato*, Sayrus, Vgolinus, Quaranta, Auila, Naldus, Homebonus, quos citat, & sequitur Philibert. *tract.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. *num.* 16. Hurtado *tract. de suspens. diff.* 13. *num.* 36. Mercerus *in* 3. *part. quæst.* 24. *dub.* 7. Ægidius *disput.* 16. *dub.* 5. *num.* 36. & Diana 5. *part. tract.* 10. *resol.* 37. Sic etiam Additionator Nauarri *ad consil.* 8. *citatum*, Vbi dicit; quod nullus ex antiquioribus Doctoribus, prædictum Episcopo concelebrantem, reputauit irregularem.

QVÆSTIO XVIII.

An Saltem, Subdiaconus, & Diaconus susperſi, ob Ordinationem ante legitimam ætatem, incurrant irregularitatem, canentes Epistolam, & Euangelium in eadem Missa.

AFFIRMANT Hurtado *loco citato*, Auila *de censur. part.* 3. *disput.* 5. *dub.* 7. §. *Dico secundo*, & alij. Quia dictæ actiones, vere fiunt post completam Ordinationem Subdiaconi, & Diaconi.

Sed æque probabiliter Respondeo: Non incurrere. Quia dictæ actiones canendi Epistolam, & Euangelium, non censentur fieri, moraliter loquendo, post ordinationem, cum hæc durare censeatur, quamdiu durat Missa, in qua fit. Sic expresse Suarez, Ægidius, Mercerus, & Diana *locis citatis*.

QVÆSTIO XIX.

An Initiatus Ordinibus minoribus, antè ætatem legitimam, etiam suspensionem ipso facto incurrant?

RESPONDEO: Non manere ipso iure suspensum; sed suspendendum esse per sententiam. Quia Bulla Pij. II. loquitur solum, de suscipientibus Ordines maiores. Verum est, quod per extrauagantem Sixti V. quæ incipit, *Sanctum, & salutare*, etiam prædictus initiatus minoribus suspenditur ipso facto. Sed hæc constitutio, quoad hanc partem, reuocata fuit per Clementem VIII. Sic Nauar. *lib.* 5. *consil. tit. de sent. excom. consil.* 44. & *in Man. cap.* 25. *num.* 70. & *cap.* 27. *num.* 155. Miranda, Zerola, Toletus, Enriquez, quos affert, & sequitur Diana 5. *part. tract.* 10. *resol.* 30. Ludouicus *art.* 8. *citato diffic.* 5. Philibert. *loc. cit. n.* 9 *pag.* 80. Machado *tr.* 7. *citato, docum.* 4. *num.* 2. & communis.

QVÆSTIO XX.

An In computanda ætate Ordinandorum, numerandus sit dies Bissextus?

NEGANT Silvest. *V. ætas quæst.* 3. & 5. Enriquez *lib.* 10. *cap.* 19. *lit.* K. Fornarius *c.* 3. *n.* 6. Barbosa *de offic. Episc. allig.* 101. *n.* 13. D. Didac. Narbona *anno* 25. *quæst.* 55. *num.* 6. & penes ipsum, Riccius, & Acuña.

Sed æque probabiliter Respondeo: Numerandum esse diem bis sextilem. Quia in supputando anno integro nouiciatus, necessariò debet numerari, & includi dies bis sextilis: (alias professio esset nulla, vt late cõtra alios docet Sanchez *lib.* 2. *de matrim. disput.* 24. *n.* 22.) ergo etiam erit numerandus in computatione ætatis Ordinandorum. Sic Bonac. *disp.* 8. *pun.* 5. *num.* 15. Philibertus *tract.* 1. *part.* 5. *cap.* 4. *num.* 24. Molfes. *in sum. tract.* 2. *cap.* 12. *num.* 8. & alij penes ipsos.

(i)

DISPV-

DISPVTATIO SEPTIMA.

De Scientia, & Intentione Ordinandorum?

QVÆSTIO PRIMA.

An Sit neceſſaria Scientia his, qui ad Sacerdotalem Ordinem promouendi ſunt?

RESPONDEO Affirmatiue. Nam Gelaſius Papa *cap. 1. diſt. 36.* Illiteratos ab ordinibus repellit. Vnde, qui prima tonſura initiandus eſt, fidei rudimenta, legere (ſaltem lingua vulgari) & ſcribere ſcire debet. Qui minoribus ordinibus; linguã Latinam. Qui Subdiaconatu, & Diaconatu: ea, quæ ad ſuum ordinem exercendum, pertinẽt. Qui Sacerdotio; Scientiam Sacramentorum, & cenſurarum Eccleſiæ calere debet. Sic Tridentinum *ſeſſ. . cap. 1 . 2. & 14* & omnes Theologi, & Canoniſtæ Legatur Sanchez *tom. 2. conſil. cap 1. dub. 45.*

QVÆSTIO II.

An Defectus Scientiæ ad Ordines requiſitæ efficiat Ordinandum irregularem; itaut, nec ordinari, nec in ſuſcepto Ordine miniſtrare, poſſit?

AFFIRMANT Nauar. *cap. 27. n. 205.* Maiolus de irregular. *lib. 2. cap. 17.* Ledeſma *in ſum. cap 7. de Ordine, concl. 4.* Diana *2. par. tract. 16. reſol. 31.* Bonac. *diſp. 7. de cenſur. punct. 1. n. 2.* & penes ipſum, Suarez, Tolet. Filliuc. Reginald. & communis.

Negant vero ècontra, Enriquez *lib. 10. cap. 16. num. 2. & in marg. lit. Q. & lib. 14. cap. 8. n. 11. lit. B.* Garcias *de Benefic. tom. 2. par. 7. cap. 7. n. 19.* & alij, exiſtimantes; defectum ſcientiæ, prohibere quidem ſuſceptionem Ordinum; non vero in ſuſcepto miniſtrare.

Sed clarius conciliando hos Doctores Reſpondeo ſic. Si Ordinandus eſt omnino illiteratus, itaut, nec gramaticam audierit; tunc vere eſt ad Ordines inhabilis, & conſequenter fiet irregularis; vt conſtat ex cap. *Illiteratos* citato. Si vero, Ordinando adſit aliqua ſcientia, deficiens tamen à requiſita à Tridentino, vbi ſupra; tunc nullã irregularitatem incurret; Quia in hoc caſu, nec Tridentinum, aut aliud ins, adducunt irregularitatem. Et hoc ſecundum, vo lunt Authores ſecundæ ſententiæ, Primum; ſolum, Primæ. Sic Philibert. *loc. cit. n. 14. pag. 76.* & penes ipſum, Sayrus, Vgolinus, Homobonus, & alij.

QVÆSTIO III.

An Irregularitas proueniens ex defectu ſcientiæ ſit diſpenſabilis à Papa?

AFFIRMANT aliqui expræcitatis Doctoribus; Negant, ex illis, alij. Sed ex dictis clarius Reſpondeo. Nullomodo poteſt diſpenſare Papa per ſe, cum omnino illiterato, vt eos Ordines recipiat, qui ad eorum exercitium requirunt ſcientiam, qua careat v. g. cum eo, qui neſcit legere; vt Lectoris, Exorciſtæ, vel Subdiaconi (quorum ordinũ officium eſt legere pſalmos; exorciſmos recitare, &c.) Ordines recipiat. Bene tamen poteſt diſpenſare per accidens, & ad tempus, cũ omnino illiterato, vt diſcat: (licet interim ſuſceptum Ordinem exercere non poſſit.) Et in eo, in quo defectus ſciẽtiæ eſt, contra Canones Eccleſiaſticos. Sic Philibert. *loc. cit. n. 15. pag. 77.* Qui bene hac ratione; Authores, qui pro duabus oppoſitis ſententijs citari ſolent, conciliat. Legatur Nauar. *in Man. cap. 27. num. 205.*

QVÆSTIO IV.

An Licite poſſit Epiſcopus conferre Ordines ei, qui linguam Latinam parum intelligit; eſt tamen honæ indolis & docilis, & de eo habetur ſpes, quod poſtea addiſcet opportunã?

NEGANT Ledeſma *c. 7. de Ord. concl. 4.* (cui fauet Hurt. *tr. de Ord. diff. 22.*) Sanch. *l. c. dub. 45. n. 14.* & alij penes ipſũ.

Sed probabilius Reſpondeo: Poſſe. Quia attendendo finem præcepti ab Eccleſia poſiti, ſufficienter fit ei ſatis. Sic Enriq. *lib. 14 cap. 8. n. 11. lit. E.* & penes ipſum, Perez, Heſtienſ. & alij. Hieron. Rodrig. Peirinus, Monochius, & alij, quos refert, & ſequitur Diana *3. p. tr. 2. reſol. 86.* Philibert. *loc. cit. n. 10.* & alij, aduertentes, id eſſe valde notandum ab Examinatoribus.

QVÆSTIO V.

An Regularis, cum minori ſcientia, quam ſæcularis, Ordinari poſsit?

NEGAT Ledeſma *loc. cit.* per hæc verba: No es licito ordenar al tal Religioſo, porque por ſer Religioſo, no es bien que ſepa menos, que los demas; antes es razon, que ſepa mas, pues deue miniſtrar mejor en ſus propias ordenes que los demas. Ita ille. Et quidem ſatis probabiliter: nam Tridentinum generaliter requirit ſcientiam in Ordinandis.

Sed æque probabiliter Reſpondeo: Poſſe. Primo, quia Regulares, regulariter loquendo, non ordinantur ad curam animarum habendam: ſicuti Clerici ſæculares; ergo in illis, non requiritur ſcientia tanta, quanta in iſtis.

Secundo, quia de Regulari, veriſimilius iudicatur, propter ſocietatem aliorum, in litteris profecturum; quæ præſumptio, non habet locum in Clerico ſæculari: ergo. Sic Enriquez *lib.* 10 *cap.* 16. *num.* 2. Et penes ipſum, Nauar. Maiol. & alij. Perinus, Villalobos, Hieron. Rodriguez, quos affert, & ſequitur Diana 2. *part. tract.* 16. *reſol.* 31. & 3. *part tract.* 2. *reſol.* 86. & 4. *part. tract.* 2. *reſol.* 74. Silueſt. Graſſis, Miranda, Barboſa, Menochius, & Rodriguez, quos citat, & ſequitur Philibert. *tr.* 1. *part.* 5. *c.* 1. *n.* 9. *p.g.* 76. & alij ſtatim citandi.

QVÆSTIO VI.

An Liceat Epiſcopis initiare Ordinibus Sacris Regularem, qui bene legit, & cantat, quamuis ſcientia tanta non polleat?

NEGAT Petr. Ledeſma *in ſum. tom.* 1. *tract. de Ordine, cap.* 7. *concl.* 4. per hæc verba: No me parece, que es licito, que el Obiſpo ordene, de Ordenes mayores al Religioſo que lee bien, y canta, aunque no ſepa tanto en lo que toca al Latin, y en lo que toca a lo demas, &c. Sic ille.

Sed probabiliter Reſpondeo: Licere Epiſcopis. Quia cum in aliorum viuat ſocietate, aptus Miniſter pro muneribus ſuæ Religionis apparet. Sic Enriquez *loc. cit.* hæc dicens: Licebit tamen Epiſcopo initiare Sacris, & Sacerdotio Regularem, qui bene legit, & cantat, quamuis minus ſit litteratus, ſic enim in aliorum ſocietate, & pro officijs Religionis, videtur idoneus Miniſter. Sic ille, & citati ſupra apud ipſum. Diana, *locis*, vbi ſupra, *citatis*, & alij penes ipſum. Philibert. *loc. cit.* & alij, quos (vt vidimus) citat. Portel *in dubijs Regular. Ver. Ordines Sacri num.* 6. Villalob. *tom.* 1. *tract.* 21. *dub.* 34. *num.* 5. Ludouicus de S. Iuan *quæſt.* 2. *de Ordine art.* 9. *diff.* 6. *pag.* 798. Sic inquiens: Haſe de notar, que el Concil. *cap.* 14. determina, que no ſe dè el Presbiterado, ſino à aquel, que ſupiere enſeñar al pueblo lo neceſſario para la ſaluacion; lo qual, no ſe entiende, que ſe haga eſte examen à gente Docta, ni à Religioſos, que en la Religion tienen continuo exercicio de letras, y miniſterios; y aſsi entiendo, que es licito al Obiſpo ordenar à vn Religioſo de Ordenes Sacros, ſi lee bien, y canta, aunque no ſepa tanto de preſente, porque eſtà en continuo exercicio de ſaber. Aſsi lo enſeñan Mayolo, Enriquez, y Nauarro, y otros muchos Doctores, y dizen muy bien, porque ſiempre ſe ha de atender al fin del precepto, ô ley, mas que a la palabra. Sic Ludouicus.

QVÆSTIO VII.

An Regulares debeant examinari de ſufficientia ſcientiæ ab Epiſcopis; an vero, à ſuis Prælatis?

AFFIRMANT Vazquez *in* 3. *par. tom.* 3. *diſp* 246. *cap.* 6 *n.* 55. & alij, quos refert, & ſequi videtur Diana 2. *par. tr.* 16. *reſol.* 31 per hæc verba: Notandum eſt tamen, quod examen de ſcientia, & doctrina Regularium debet fieri ab Epiſcopo, vt contra aliquos Recentiores notat Vazquez, & alij. Et patet ex Concilio Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. (Huc vſque Diana) Vbi ſic dicitur: *Regulares quoque, nec minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur, priuilegijs quibuſcumque, quoad hoc, penitus excluſis.* Sic Concilium. Et ſic communiter Doctores.

Alij nihilominus id negant, ſed à Prælatis fieri debere dictum examen, affirmant. Quia ad id (inquiunt) habent priuilegium. Nam Eugenius IV. Monachis S. Benedicti, Congregationis Italiæ; Gregor. XIII. Religioſis Societatis Ieſu: & Sixtus IV. Prædicatoribus cóceſſerũt, vt ipſi, abſque aliquo examine, ad Ordines reciperẽtur. Sic refert Ioan. de Cruce *in Epitome lib.* 2. *cap.*

2. *cap.* 3. *dub.* 5. Et docent aliqui Recentiores apud Vazquez *loc. cit.* & probabile esse, ait Ludouicus de S. Iuan. *de Ordine quæst.* 3. *art.* 1. *dub.* 4. *pag.* 820.

Sed ego contra Respondeo: Posse quidem Episcopos examinare Regulares; nō tamen ad id teneri. Primum, patet ex verbis Tridentini. Secundùm, etiam. Tum, quia probabile est, dicta priuilegia esse in suo vigore, vt innuunt Ioan. de Cruce, & Ludouicus. Tum etiam: quia sufficit profecto Dominis Episcopis, si eis constet per literas dimissoriales suorum Prælatorum, Religiosos Ordinandos, examinatos esse, & sufficienter, ad suscipiendos Ordines, literis instructos. Nec hoc est contra Concilij decretum. Nam cur, quæso, magis debent credere Episcopi, examinatoribus sæcularibus, quam Prælatis Regularibus testificantibus de doctrina, & scientia Ordinandorum? Sic Miranda *in man. tom.* 1. *quæst.* 39. *art.* 2. Villalobos *tract.* 11. *diff.* 14. *nu.* 5. Per hæc verba: Los Obispos tienen derecho para examinar los Religiosos, que an de Ordenar, como consta del Concilio Tridentino Mas bien podian passar los Obispos con el examen de los Prelados, teniendo de ellos buen concepto, quanto á esto, que como los cometen a vn examinador, tambien los pueden cometer a vn Prelado. Sic ille. Et sic tādem Diana *loc. cit.* & 4. *par. tract.* 2. *resol.* 74. & alij.

QVÆSTIO VIII.

An Sacerdotio initiandus, debeat esse idoneus ad statim Confessiones audiendas?

AFFIRMATIVAM partem videtur docere, ac definire, Concil. Bracharens. II. *can.* 10. Vbi decernit, quod nullus ad Sacerdotium promoueatur, quin prius, in his, quæ ad scientiam Confessionis spectant, examinetur.

Sed certissime Respondeo: Negatiue. Quia, vt praxis docet, alio modo, Sacerdotes ad confessiones audiendas; quam Diaconi ad Sacerdotium promouendi, examinantur. Quod haud obscure colligi potest ex Trident. *sess.* 23. *c.* 15. decernēte, nullum Sacerdotem confessiones audire posse, nisi prius, vt idoneus de scientia ab Episcopo, approbetur: ergo. Nec obstat Concil. Bracharense, quia solùm loquitur de his, qui ad Sacerdotium, simul cum onere animarum promouentur Sic Vazquez *disp.* 246. *capit.* 6. Rodriguez *tomo.* 1. *de Regularitib. quæst.* 24. *artic.* 6. Ledesma *loco citato*, Ludouicus *quæst.* 2. *articul.* 9. *diff.* 6. *pag.* 798 Philibertus *tract.* 1. *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 12. & communis.

QVÆSTIO IX.

An Peccet mortaliter, qui Prima initiatur tonsura, absque intentione vlterius ascendendi ad alios Ordines?

AFFIRMANT Bartholom. de Ledesma *diff.* 5. *concl.* 2. *col.* 1138. Bannes 2. 2. *quæst.* 12. *artic.* 1. *concl. vltima.* Molfesius *in Summa tract.* 2. *cap.* 18. *num* 1. Quos citat, & sequitur Philibertus *tract.* 1. *par.* 8. *cap.* 1. *num.* 9. *pag.* 122.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare mortaliter. Quia imprimis, seclusō contemptu, & alia praua intentione, nulla apparet ratio, quæ lethalem faciat receptionem tonsuræ, & Ordinum minorum cum intentione non ascendendi ad vlteriores gradus. Rursus, id nullo iure est prohibitum: nam Concil. Tridentinum *sess.* 23. *cap.* 4. tantum prohibet non initiari prima tonsura, illos, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & scribere nesciunt, & de quibus probabilis coniectura non sit, eos nonsæcularis iudicij fugiendi fraude; sed, vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse: Ergo. Sic Nauarrus *cap.* 25. *num.* 108. *pagina mihi*, 164 Ægidius *disp.* 20. *dub.* 10. *num.* 104. Layman *lib.* 5. *de Ordine cap.* 7. *infine.* Vega *de Ordine casu* 11. Ledesma *in Sum. cap.* 7. *de Ordine, post.* 3. *conclus. pag. mihi* 668. Rodriguez 2. *par. Sum. c.* 17. *nu.* 2. *pag. mihi* 83. Hurtado *de Ord diff.* 22. Sanchez *lib.* 7. *de Matrim. disp.* 31. *n.* 16. Aragon 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. *dub.* 1. Bonacina *de Matrimonio quæst* 3. *pun.* 9. *num.* 5.

(..)

QVÆSTIO X.

An ſaltem, peccet mortaliter Epiſcopus, qui Primam tonſuram, aut minores Ordines confert ei, qui non habet intentionem vlterius aſcendendi?

AFFIRMANT, & conſequenter, Barth. de Ledeſma, Bannes, & Philibertus *locis citatis*, & Victoria expreſſe per hæc verba: Eſt autem Hiſpaniæ magnus abuſus, quod tonſurantur, ſine quacumque intentione veniendi ad Chorum. Et ego nō dubito, quin peccent pluſquam venialiter Epiſcopi, qui hoc ſciunt, & tamen de hoc non pœnitent: Ita Victoria.

Sed, ex dictis, probabilius Reſpondeo: Non peccare. Quia id nullo iure ſibi interdicitur; vt bene probat Sanchez *loc. cit. num.* 18. Sic ipſe, & Bonacina *loc. cit. nu.* 7. (Qui pro contraria ſententia, per errorem Typographi, citat Petrum de Ledeſma; pro Bartholomæo.) & alij ſupra citati.

QVÆSTIO XI.

An ad minus, ſit mortale, initiari Ordibus minoribus, aut tonſura, ſola intentione declinandi ſæcularem poteſtatem?

NEGANT adhuc Sanchez *loc. cit.* Villalobos *tr.* 11. *diff.* 14. Ægidius *diſp.* 20. *num.* 104. & 105. & Hurtado *de Ordine diff.* 22. Quos refert, & ſequitur Diana 2. *par. tract.* 16. *reſol.* 22. (non 10. vt habes apud Philibertum) Quibus addi poſſunt Bonacina *loc. cit. num.* 6. Homobonus *de exam. Eccleſ. tract.* 1. *quæſt.* 1. Layman *de Ordine cap.* 7. *num.* 2. Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 1. *docum.* 2. *num.* 5. qui ambo citant Nauarrum *cap.* 25. *num.* 108. Sed male, cum ibi potius oppoſitum inſinuet, & alibi, expreſſe doceat, vbi infra.

Sed probabilius Reſpondeo: Eſſe mortale. Primo; Quia verba Concilij *quæſt.* 9. citata innuunt, re vera, præceptum graue. Secundō; Quia Ordinatus, ſola intencione declinandi ſorum ſæculare, ſeu eximendi ſe à tributis, magnam iniuriam, & in re magni momenti, facit Chriſto, Eccleſiæ, & poteſtati ſæculari: ergo. Sic Nauar. *cap.* 25. *num.* 68. Bannes, Petrus Ledeſma, Rodriguez, Victoria. & Molfeſ. *quæſt.* 9. relati. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcopi allegat.* 10. *num.* 20. & *alleg.* 11. *n.* 12. Philibertus *loc. cit. c.* 1. *à nu.* 2. Bartholom. de Ledeſma *loc. cit.* Ludouicus de S. Iuan *quæſt.* 2. *de Ordine art.* 9. *diff.* 3. *pag.* 796. & alij.

QVÆSTIO XII.

An Sit mortale, initiari Tonſura, intentione obtinendi aliquod beneficium?

RESPONDEO: Eſſe mortale, ſi ſpes beneficij, ſit cauſa principalis finalis, & primaria; ſecus vero, ſi ſit ſolùm cauſa ſecundaria, & impulſiua. Sic colligitur ex Diuo Thoma 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 1. docente; eſſe mortale appetere Epiſcopatum od diuitias: ſed eadem eſt ratio de acceſſu ad Clericatum ob eundem finem. Sic expreſſe Petrus Soto, Barboſa, & alij quos citat, & ſequitur Philibertus *tract.* 1. *part.* 8. *cap.* 1. *à num.* 13.

QVÆSTIO XIII.

An Sit mortale, initiatos minoribus, Matrimonium inire?

AFFIRMAT Caiet. 2. 2. *quæſt.* 12. *art.* 1. *dub.* 1. penes Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 31. *num.* 7. caſu, quo id abſque iuſta cauſa, fiat

Negant vero è contra, eſſe aliquam culpam Tolet. Azor, Silueſter. & Couar.

Sed, longe multo probabilius, Reſpondeo: Nullam eſſe culpam, ſi iuſta cauſa, videlicet, ducendi vxorem, ob carnis tentationes vitandas; lites, vel inimicitias dirimendi &c. id fiat. Si vero abſque iuſta cauſa, ad ſummum venialis erit. Sic Cajetanus *in Sum. Verb. Apoſtaſia*, retractans ſententiam, quam prius docuerat, *loco cit.* Sanchez, & Philibertus *loco cit.* & alij apud ipſos. Bonacina *quæſt.* 3. *de Imped. matrim. pun.* 9 *num.* 2. & 3. & Valentia, Toletus, & Rodriguez penes ipſum.

DISPV-

DISPVTATIO OCTAVA.

De Subiectione Ordinandorum Episcopo proprio.

QVÆSTIO PRIMA.

An Episcopus possit valide conferre Ordines subditis alterius Episcopi, absque eius licentia?

RESPONDEO: Posse valide; sed non licite. Quia id prohibitum est Episcopis in Concilio Niceno *can.* 17. & in Trident. *sess.* 14. *cap.* 2. & *sess.* 23. *de reform. cap.* 3. & 8. & *can.* 7. & *in cap. Eosqui. de tempor. Ordin. in* 6. Vbi, Episcopo ordinãti non subditum imponitur pœna suspensionis à collatione Ordinum per vnum annum & ipsi Ordinato ab exercitio Ordinum, sic susceptorum, ad beneplacitũ proprij Episcopi. Et nouissime S. D. N. Vrbanus VIII. in Bulla, quæ incipit: *Secretis. Anno* 1624. *edita.* Sic Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disp.* 23. Lessius *lib.* 2. *cap.* 44. *dub.* 19. *num.* 92. Bonac. *disp.* 8. *pun.* 4. *num.* 7. Nauar. *ib.* 1. *consil. de tempor. Ordin. consil.* 39. Ochagau. *tract. de Ordine quæst.* 7. *num.* 21. Hurtado *diff.* 17. Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 194. Philibert. *tract.* 1. *par.* 5. *cap.* 5. *num.* 1. Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 3. *doc.* 3. *num.* 1. & alij.

QVÆSTIO II.

An Sacris initiatus ab Episcopo alieno, sit iure ipso suspensus?

RESPONDEO: Esse suspensum, ipso iure; & si celebrat ante absolutionem, irregularem. Quia sic habetur in extrauagan. *Cum ex Sacrorum.* Pij II. Sic Nauar. *consil.* 39. *citato fol. mihi,* 41. Philibert. *loc. cit. num.* 2. Qui bene dictam extrauagantem extendit etiam ad eos, qui ad minores Ordines, & ad primam Tonsuram, assummuntur.

O

QVÆSTIO III.

An Episcopus Ordinans ignoranter, alienum subditum, maneat suspensus?

RESPONDEO: Negatiue. Quia caput, *eos qui,* citatum, imponens pœnam Ordinanti alienum, sine licentia sui Episcopi, requirit, vt id faciat scienter, vel affectata ignorantia. Sic Nauar. *loco citato, consil.* 40.

QVÆSTIO IV.

An Episcopus conferens Tonsuram subdito alterius incurrat pœnam dictæ suspensionis, latam, in capite, eos qui, *citato.*

NEGANT Riccius in addit. ad Instit. Canc. Lancellot *lib* 1. *tit.* 25. Villalobos *tract.* 18. *diff.* 7. *n.* 7. Zerola 1. *p. praxis Episcop. Verb. Dimissoriæ* & Toletus *lib.* 1. *cap.* 49. *num.* 4.

Sed probabilius Respondeo: Incurrere. Quia etiam de Prima Tonsura loquitur Trident. *sess.* 14. *cap.* 2. & *sess.* 23. *cap.* 8. Sic Barbosa *in collect. tom.* 3. *lib.* 1. *tit.* 9. *cap.* 2. *num.* 10. Bonacina *disp.* 8. *pun.* 4. *num.* 29. Filliuc. *tract.* 17. *num.* 141. & alij, quos citat, & sequitur Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 194. Philibert. *tract.* 1. *par.* 5. *cap.* 10. *num* 8. Fornarius, Lessius, Azor, & alij penes ipsum.

QVÆSTIO V.

An Archiepiscopus possit conferre Ordines subditis suorum suffraganeorum?

RESPONDEO: Non posse, sine eorum licentia, etiam intra suam Diœcesim. Quia sic habetur 9. *quæst.* 3. *per totam.* & *cap.* 1. *de tempor. Ordin. in* 6. Sic Philibertus *lo. cit. cap.* 5. *num.* 8. Machado *to.* 2 *lib.* 4. *par.* 7. *tract.* 1. *docum.* 4. *num.* 6. per hæc verba: He dicho, *las acciones, que penden de jurisdicion,* para que se aduierta, que como enseña el Doctor Solorzano,

zano, i comunmente los Doctores por regla general, las que penden de la poteſtad del Orden, como es Ordenar, Conſagrar Chriſma, exercer el Pontifical &c. No las puede exercer el Arçobiſpo en las Dioceſis de los Obiſpos ſufraganeos, aunque ſea en tiempo de viſita; ſi ſi las exercita ſin conſentimiento expreſſo del Obiſpo incurre en la ſuſpenſion diſpueſta por el Concilio Tridentino *ſeſſ. 6. cap. 5. & ſeſſ 14. de reform. cap. 2.* Sic Machado, & ante illum Barboſa *de Iure Eccleſ. cap. 7. num. 92.* & communis.

QVÆSTIO VI.

An Epiſcopus poſsit, extra propriam Diœceſim, ſuis ſubditis Ordines conferre?

AFFIRMANT Albericus *in L. Emancipati ff. de adoptionib.* ex Rebuff. *in praxi beneficiorum, tit. de Clericis, a quibus, & quomodo creentur, num. 12.*

Sed certiſsime Reſpondeo: Non poſſe. Quia id prohibuit eis concilium Trident. *loc. cit.* ſuſpendens per annum Epiſcopos in aliena Diœceſi Pontificalia exercentes, & Ordinatos, vſu Ordinis ipſo iure priuat. Immo, & ante Tridentinum, id ipſum vetuit Concilium Antiochenum *cap. 22.* (non 12. vt habet Philibertus) & refertur *in cap. Epiſcopum, 9. 2.* Vbi ſic dicitur: Epiſcopum non debere in alienam irruere ciuitatem, quæ illi probatur non eſſe ſubiecta; neque in regionem, quæ ad eius curam minime noſcitur pertinere ad aliquid Ordinandum, neque Presbyteros, aut Diaconos conſtituere, ad alios Epiſcopos pertinentes, niſi forte cũ voluntate, & teſtimonio propriæ regionis Epiſcopi &c. Sic Philibert *tract. 1. part. 5. cap. 5. nu. 12.* & communis.

QVÆSTIO VII.

An, Quis Ordinibus initiari poſsit, vel ab Epiſcopo ſuæ Originis; vel Domicilij; vel Beneficij?

RESPONDEO: Poſſe. Quia ad effectum ſuſcipiendi Ordines, triplici titulo poteſt quis alicui Epiſcopo ſubijci. *Primò*, ratione Originis; Quia videlicet in eius Diœceſi natus, aut baptizatus fuit. *Secundò*, ratione Domicilij: Quia videlicet, in eius Diœceſi domicilium habet; licet alibi natus, vel baptizatus fuerit. *Tertiò*, ratione Beneficij; Quia ſcilicet, in eius Diœceſi beneficium habet: etiam ſi alibi natus fuerit, aut Domicilium habeat. Vnde ille, qui in vna Diœceſi eſt natus; in altera baptizatus; in tertia haberet Domicilium; & in quarta, Beneficium, optime poteſt à quolibet ex his quatuor Epiſcopis Ordinari; vel ad id litteras dimiſsoriales accipere. Sic habetur *in c. Nullus. de tempor. Ord. in 6.* & tenent Enriquez *lib. 10. cap. 22.* Sanch. *lib. 3. de Matrim. diſp. 23. num. 1.* Sayrus *lib. 7. cap. 10. num. 13.* Fornarius *de Ordine cap. 5. num. 6.* Bonac. *diſp. 8. pun. 4. num. 8.* Ochagauia *quæſt. 7. num. 20.* Hurtado *diff. 17.* Philibert. *tract. 1. part. 5. à cap. 5.* Torreblanca *lib. 2. practicar. cap. 13. à n. 7.* Machado *tom. 2. lib. 4. par. 1. tract. 3. document. 3. num. 2.* & omnes.

QVÆSTIO VIII.

An, Quis Ordinari poſsit ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi fortuitò natus eſt?

NEGANT Enriquez *lib. 10. cap. 22.* Sanchez *loc. cit. num. 3.* & penes ipſos, Greg. Lopez, Azebedo, Salzedo, Siluester, & alij. Quibus addi poſſunt Leſsius *lib. 2. cap. 34. dub. 19. num. 92.* Bonac. *diſp. 8. pun. 4. num. 13.* Filliuc. *tract. 9. num. 101.* Layman *cap. 9. num. 10.* Villalobos *tract. 11. diff. 9. num. 2.* Philibert. *tract. 1. par. 5. cap. 6. num. 8.* & alij. Quia exiſtimant ad Domicilium originis contrahendum, non ſatis eſſe natum eſſe aliquem, in loco, vbi Parentes domicilium non habebant, ſed fortuito, aut alia de cauſa ad tempus aderant, etiam ſi per decennium.

Sed probabiliter Reſpondeo: Poſſe à præfato Epiſcopo Ordinari. Quia ad hunc effectum ſuſcipiẽdi Ordines, ſufficit, quod in illa Diœceſi, etiam fortuito, natus ſit; cum vere dicatur Originarius illius Diœceſis: quamuis verum ſit, quod id non ſufficiat, vt filius ibi natus, dicatur ciuis illius oppidi. Sic Hurtado *diff. 17. citata.* Vbi ſic ait: Quilibet tamen ſit ſubditus Epiſcopo, quoad ſuſceptionem Ordinũ (vt exprimitur *in cap. Nullus. de temp. Ordin. in 6*) aut ratione natiuitatis in Diœceſi illius, ad quod ſufficere, quod in ea fortuitò natus ſit, quia in ea erat mater, cauſa iteneris, vel negotij. Sic ille, & alij.

QVÆS-

QVÆSTIO IX.

An Origo paterna sufficiat, vt quis possit Ordines recipere ab Episcopo Diœcesis, in qua eius Pater natus est?

NEGANT Rodriguez, & Alzedo, quos refert Diana 4. *par. tract.* 4. *resol.* 148. Quibus addi possunt Enriquez *lib.* 10. *cap.* 22. *num.* 1. *lit. B.* & penes ipsum, Ioan. Andreas, Francus, Ancarr. & Dominc. Graffis 2. *par. decis. lib.* 3. *tit. de Clericis cap.* 23. *num.* 4. Quaranta *Verb. Ordo. Vers. Quoad tertium.* Tuschus *to.* 2. *Verb Ordo, concl.* 592. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere Originem Patris, vt filius alibi natus, & commoratus, possit ab Episcopo, cui Pater erat, ratione originis, subditus, ordinari. Ratio est. Quia filius, vere dicitur Originarius ciuitatis, ex qua pater naturalem originem duxit; vt colligitur, *ex L. Adsumptio* §. 1. *ff. ad municipal. L. libertus. C. de municip. & Originarijs.* § 1. *& L. Filius, ibidem*: Sed sic est, quod Canones absolute dicunt, vt possit quis ordinari ab Episcopo Originis: ergo non excludunt originem paternam, quam filius participat.

Adde, quod, cum casus iste (vt refert Philibertus) in persona Matthęi de Capua domicilium in Ciuitate Neapolitana obtinentis, sed Originem paternam in Ciuitate Cauæ habentis, fuisse Pontifici propositus, eo quod Episcopus Ciuitatis Cauæ dictum Matthęum ad Presbyteratum admittere nollet, existimans Episcopum non posse ratione solius paternæ Originis, aliquem ordinare, demandatum illi fuit ab Eminentissimo Cardinali Burghesio, Summo Pœnitentiario, vt dictum Matthęum sacro Presbyteratus Ordine initiaret. Et id prius fuit declaratum à S. Congregatione, *die* 16. *Decembris* 1599. *&* 12. *Augusti* 1628. *&* 7. *Aprilis* 1629. teste Diana dicta resolutione 148. Hæc Philibertus. Qui pro hac parte, quam sequitur, refert Anchaitanum, Francum, *de vsuris in* 6 Panormitanum, Angelum, Riceiũ, Moisessium, Mandosium, Vgolinum, Comitolum, & Barbosam, Vazquium *disp.* 243. *num.* 56. Bonac. *disp.* 8. *pun.* 4. *nu.* 13. Dianam *loco citato*, & Nauarrum *de tempor. Ordin. consil.* 19. *alias* 11. Sed ex his authoribus, Vazquez *loco citato*, nihil ad propositum definit; cum neque dubium de hac re proponat. Tenent etiam Machado *loc. cit. num.* 4. *pag.* 10. Torreblanca *lib.* 2. *practicar. cap.* 13. *num.* 9. *fol.* 53. *pag.* 2. & alij penes ipsum.

QVÆSTIO X.

An Etiam Origo Aui, sufficiat, vt eius Nepos ordinetur ab Episcopo, in cuius Diœcesi Auus natus fuit?

NEGANT, & à fortiori, Authores, nuper pro sententia prima adducti. Quibus, ex nostra, adhęret Philibertus, & adeô, vt *num.* 2. dicat omnes Doctores defendere, non sufficere originem Aui, & aliorum Ascendentium.

Sed probabiliter profecto Respondeo: Sufficere etiam originem Aui. Quia (vt ex legibus quæst. præcedenti, allegatis, colligitur) Nepos etiam est Originarius oppidi, in quo Auus natus est: sicut est, & oppidi, in quo Pater est natus, vt docent plures Doctores, quos refert, & sequitur Enriquez *lib.* 10: *cap.* 22. *num.* 1. *in Glossa lit. B.* per hæc verba: Et quamuis pro iure ad res temporales filius acquirat domicilium originarium, in loco, vbi pater, aut auus natus est, *L. adsumptio.* §. *filius ff. ad municip.* Vbi Glos Barthol. Oldrad. Iacob. Aretinus Angel. *Verb. domicilium*, Bernardus *pract. cap.* 8. *fin. &c.* Sic ille. (Quod iddem docet Philibert. *num.* 25.) Tunc sic ego: sed Canones, absolute, & simpliciter docent, quemlibet posse Ordinari ab Episcopo originis; vt expressis verbis fatetur Philibertus, *loc. cit. num.* 10. ergo sicut non excludunt Originem Patris, ita non excludunt Originem, Aui, quam Nepos æquæ partjcipat. Et quamuis nullum viderim authorem hanc nostram sententiam expresse tenentem; nihilominus, illam esse probabilem, assignata ratio satis probat. Præter quam quod, id innuit Enriquez *loc. cit.* hæc sequentia relatis adiungens verba: *Sed respectu Ordinum probabilius est, filium, non dici oriundum, vt accipiat domicilium in Diœcesi, vbi Pater, aut Auus natus est.* Sic ille: ergò oppositum esse probabile, clare indicat.

Hic tamen cum communi nota, dictam responsionem, solùm esse intelligendam de filijs legitimis; nam in illegitimis non est attendenda origo paterna, sed materna tantum; vnde, hi non possent, ratione originis, ordinari ab Episcopo in cuius Diœcesi

ceſi Patres, aut Aui eorum nati ſunt; poſſunt tamen, iuxta dicta, ab Epiſcopo ſub cuius Diœceſi Matres eorum, aut Auiæ originem habuiſſent.

QVÆSTIO XI.

An Dicantur ſubrepticiæ litteræ Apoſtolicæ, caſu, quo petens diſpenſationem ad Ordines; dicat, ſe oriundum ex vrbe Granatenſi, cum tamen ſit natus Toleti; pater tamen eius ortus eſt Granatæ?

AFFIRMAT eſſe, & debere dici præfatas litteras ſubreptitias Garcias *de Benefic. par. 7. cap. 7. num. 25.*

Sed probabilius longe Reſpondeo: Nõ eſſe ſubreptitias. Quia, vt ex dictis, conſtat, ſufficit genitorem Granatæ fuiſſe natum; aut ibi habuiſſe domicilium. Sic Philibertus *cap. 6. cit. num. 25.* & penes ipſum, Marius Antonius *lib. 1. reſol. vltima, caſu 33.* & Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcopi allegat. 4. num. 8.*

QVÆSTIO XII.

An Habens diuerſa domicilia, ſub diuerſis Epiſcopis, poſſit à quolibet Ordines recipere?

RESPONDEO: Poſſe à quolibet illorum. Quia ratione vtriuſque domicilij, fit ſingulis illorum ſubditus. Sic Ricius, *in praxi tit. de Ordine, deciſ. 304. & 305.* Molfeſ. *in Sum. tract. 2. cap. 2. num. 6.* Philibert. *tract. 1. par. 5. cap. 7. num. 13.* & alij.

QVÆSTIO XIII.

An Poſſit quis Ordinari ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi beneficium ſimplex, non reſidentiale, habet?

NEGANT Abbas, *in cap. 1. de foro compet.* & Felinus ibid. Angel. *Verb. domicilium.* Marc. Anton. Ianuenſ. *in ſua praxi cap. 48. num. 3.* & Leſsius *de Iuſt. lib. 2. cap. 34. dub. 19. num. 92.* exiſtimantes, tale beneficium debere eſſe reſidentiale.

Sed multo probabilius Reſpondeo: Poſſe ordinari. Quia textus in capie, *cum nullus de tempor. Ordin. in 6.* generaliter, & abſolute dicit, ſufficere quodcumque beneficium, vt poſsit quis ordinari: ergo non requiritur, quod ſit reſidentiale, & ideo ſimplex ſufficiet: nam lex generaliter prolata, generaliter debet intelligi, *L. non diſtinguimus ff. de recep. arbitr.* Sic Philibert. *tract. 1. par. 5. cap. 8. nu. 4. pag. 91.* citans pro hac parte, Enriquez *lib. 10. cap. 22. §. 1. in Gloſa.* Quaranta *Ordo. Verſ. circa ſecundum.* Hugolinus *de Offic. Epiſcopi c. 26. §. 3.* Marius Anton. *par. reſol. lib. 1. reſol. 112. caſu 28.* Garcias *de benefic. par. 2. cap. 2. num. 9.* Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcopi allegat. 4. num. 46.* & alij. Sed, certe ex his doctoribus, ſaltem Enriquez *loc. cit.* oppoſitum videtur docere, in textu, & *in Gloſa lit. F.* Quamuis lit. H. dicat noſtram ſententiam eſſe probabilem. Addi etiam poſſunt Diana *par. 4. tract. 4. reſol. 51.* & Machado *tom. 2. lib. 4. par. prima, tract. 3. cap. num. 6.*

QVÆSTIO XIV.

An Poſsit quis Ordinari ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi habet beneficium tenuiſſimum?

NEGANT Proſper de Auguſtino, Vgolinus, Piaſetius, Squillantes, & Riccius, apud Dianam *loc. cit.* Praxis Epiſcopalis noua *par. 1. Verbo. beneficium §. 3.* Sotus *de Iuſtitia lib. 11. quæſt. 5. art. 3.* Quaranta, *Verb. Ordo* Machado *loc. cit. num. 3.* Molfeſ. *tract. 2. cap. 2. num. 7.* & alij, exiſtimantes, ad hunc effectum requiri beneficum ſufficiens ad ſuſtentationem ex Trident. *ſeſſ. 21. de reform. cap. 2.*

Affirmant vero, Enriquez *lib. 10. cap. 22. §. 1.* Garcias *de benefic. par. 2. cap. 4. num. 8.* Barboſa *de iure Pontificio lib. 1. cap. 33. num. 38.* & *de offic. Epiſcopi alleg. 4. num. 4.* & alij. Quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus: ſed textus *in cap. cum nullus. cit.* non explicat valorem, & qualitatem beneficij, ſed ſimpliciter & abſolute dicit, poſſe quem Ordinari ratione beneficij ab Epiſcopo in cuius Diœceſi habet beneficium: ergo.

Sed ego; vtraſque ſententias conciliando, clarius Reſpondeo: Non poſſe quemi ordinari ad titulum beneficij tenuis, abſolute, loquendo; poſſe tamen ſi illi adiungatur patrimonium ſufficiens ad victum; ita vt, adminus, conflatum ex vtroque, ad

ſuſten-

ſuſtentationem ſufficiat. Primam partem huius reſponſionis docent clare Tridentinum, & Authores primæ opinionis, non tamen negant Secundam; imo potius illam admittunt Vgolinus, & Quaranta. Et Vtramque ſimul defendunt Diana 4. *part. tract.* 4. *reſol.* 51. Philibertus *tract.* 11. *par.* 5. *cap.* 8. *num.* 15. & alij.

QVÆSTIO XV.

An Habens duo, vel tria beneficia, ſub diuerſis Epiſcopis, poſsit à quolibet illorum, Ordines recipere?

RESPONDEO: Poſſe. Quia omnium illorum, & ſingulorum, eſt ſubditus. Sic Riccius. Garcias, & Rubeus, quos affert, & ſequitur Philibertus c. 8. *cit. num.* 8.

QVÆSTIO XVI.

An Poſsidens Præſtimonium poſsit Ordinari ab Epiſcopo loci, in quo reſidet præſtimonium?

NEGANT Abbas, Felinus, Angel. & alij *quæſt.* 12. pro prima ſententia adducti. Silueſt. *V. Ciuitas* §. 4. & Enriq. *lib.* 10. *cap.* 22. *n.* 1. niſi caſu, quo poſsidens, in loco vbi reſidet præſtimonium, perſonaliter reſideat.

Sed probabilius Reſpondeo: Poſſe à tali Epiſcopo Ordinari. Quia etiam præſtimonium eſt quoddam beneficium: at (vt *lo. cit.* eſt habitum) *cap. cum nullus.* ſine limitatione loquitur de omni beneficio: ergo. Sic Philibertus *tr.* 1. *par.* 5. *c.* 8. *n.* 5. & *tr.* 2. *par.* 6. *c.* 5. *n.* 23. Riccius *in praxi fori Eccleſ. reſol.* 258. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 4. *n.* 48. & Enriq. *lo. cit. in marg. lit. H.* penes ipſum. Sed ex his, nō bene citat Philibertus, Enricū pro hac parte: nā licet *in marg. lit. H* (non, A, vt habes apud dictū) dicat, hanc noſtrā ſententiā eſſe probabilē, in textu tamen, oppoſitā partem, proqua illum nos citauimus, aperte tenet, his verbis: Si vero beneficium nullam reſidentiam, etiam ex conſuetudine recepta, requirat, vt præſtimonium: non videtur ſatis, vt ratione illius acquirat domicilium, niſi in illo perſonaliter reſideat. Sic ille.

(**)

QVÆSTIO XVII.

An Poſsit quis Ordinari ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi penſionem ex aliquo beneficio habet?

RESPONDEO: Non poſſe. Quia penſio ex beneficio, non eſt beneficium, quod reddat pēſionariū ſubditum illi Epiſcopo, ſub cuius iuriſdictione eſt beneficiū, illam penſionem habens. Sic Garcia & Philibert *lo. cit. n.* 13. Qui eadem ratione negāt poſſe quē Ordinari, Capellaniæ perpetuæ, ab illo Epiſcopo in cuius Diœceſi eſt fundata. An vero poſsit quis Ordinari à proprio Epiſcopo ad titulū penſionis, vel capellaniæ perpetuæ, dicemus infra *diſp.* 9. *quæſt.* 19.

QVÆSTIO XVIII.

An Epiſcopus poſsit promouere ad Ordines illum, qui in ſua Diœceſi patrimonium ſufficiens habet?

AFFIRMARE poſſet Gotfredus, qui *tit. de prebend. nu.* 14. (vt refert Filiuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *num.* 5.) ſuſtinuit, patrimonium, in cuius titulū promouetur quis ad Ordines, eſſe beneficium Eccleſiaſticū.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non poſſe, niſi aliàs prædictus promouēdus eſſet ſubditus illi Epiſcopo; vel ratione Originis, vel domicilij. Quia certiſsimū eſt, patrimoniū, nō eſſe beneficiū, vt bene probat Filliucius *loc. cit.* & tenet etiam, Philibertus *tr.* 11. *par.* 5. *cap.* 8. *num.* 11.

QVÆSTIO XIX.

An Poſsit Epiſcopus Ordinare illum, qui in ſua Diœceſi nullum habet beneficium; attamen Epiſcopus optans illum Ordinare, beneficium, hac ſola intentione, illi confert?

NEGANT Gloſa *in cap. Eos qui. de tempor. Ordin. verb. figmentum.* Francus *in c. cum nullus.* Riccius *reſol.* 262. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 4. *n.* 47. Quaranta *Verb. Ordo.* Quos omnes citat, & ſequitur Philibert. *loco citato num.* 9. Eo quod, hæc beneficij collatio eſſet in fraudem legis, nempe, ad eximendum Ordinandum à Iuriſdictione ſui Epiſcopi; at fraus, & dolus nemini debent patrocinari: ergo. Ita etiam

Machado *tom. 2. lib. 4. par. 1. tract. 3. docum. 4. num. 4. pag. 11.*

Sed aque probabiliter Respõdeo: Posse Episcopum, eiicium Clericu, cui beneficiú contulit, dicite Ordinare. Quia ius, solum requirit, quod quis beneficium legitime obtineat, vt ratione illius ad Ordines promoueri possit: nec distinguit, quo fine, aut ratione quis illud obtineat: ergo nec nos distinguere debemus. Nec quid obstat fundamentum contrarium: dicendum enim, nullo modo fraudem legis facere, qui vtitur iure suo, quod lege ipsa nititur. Sic Vgolinus *de Offic. Episc. c. 26. §. 3.* & dicit probabile Philibertus *loc. cit.*

QVÆSTIO XX.

An Episcopus, qui Ordinat aliquem, sola ratione beneficij, quod in sua Diœcesi habet, possit eundem ab interstitijs dispensare?

NEGAT Marius Anton. *lib. 1. variar. resol. 112. casu. 28* & penes ipsum, Nauar. *lib. 1. consil. de tempor. Ordin. consil 26.* Quos sequitur Philibertus. *tract. 1. par. 5. cap. 8. num. 13.* &, ni fallor, Machado *tom. 2. sum. lib. 4. par. 1. tract. 3. docum. 4. num. 5.* cum vltimo in loco, horum sententiam apponat.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia qui ratione beneficij fit subditus ad Ordines, etiam fit quoad omnia concernentia ad illos (inter quæ, sunt interstitia) iuxta illud commune: concesso aliquo, omne id concedi videtur, sine quo illud existere nõ potest: ergo. Sic Garcia *de benef. par. 2. cap. 4. num. 14.* Squillante, *de Priuileg. Cler. c. 4. num. 244.* Barbosa *de Offic. Episc. allegat. 4. n. 54.* & alij.

QVÆSTIO XXI.

An Episcopus Ordinarius possit triennalem familiarem, sibi non subditum, Ordinare?

RESPONDEO: Posse; dum modo statim illi beneficiú cong uú conferat. Quia hanc facultatem concesit Episcopis Tridentinum *sess. 23. de reform. cap. 9.* (non 3. vt habet, apud me, Enriquez) Sic ipse *lib. 10. c. 22. num. 2. fine.* Suarez *de censur. disp. 51. sect. 2.* Bonac. *loc. cit. num. 15.* Hurtado *de Ordine diff. 17.* Vazquez *disp. 243. n. 49.* Philibert. *tract. 1. par. 5. c. 9. num. 1.* Diana 4. *par. tract. 4. resol. 145.* & omnes.

QVÆSTIO XXII.

An Oneri conferendi, triennali præfato, beneficium, statim, satisfaciat Episcopus, conferendo beneficium, cum primum vacauerit?

AFFIRMANT Vazquez, & Hurtado. *Nn. citatis,* & Enriquez *loc. cit.* per hæc verba: Episcopus Ordinarius familiarẽ, non subditum, qui triennio fruitur continua eius commensalitate, potest tonsura initiare: aut etiam sacris, quando beneficium vacans parat, huic statim conferre.

Sed probabilius Respondeo: Non satisfacere; nisi talem beneficij collationem faciat intra decem dies, à die Ordinationis. Sic Philibertus *loc. cit. à num. 6.* Vbi ex alijs refert: Quendam Episcopum incidisse in pœnas Ordinantis non suos, eo quod, quandam collationẽ beneficij triẽnali suo fecisset, post sex menses à die Ordinationis. Zerola *in praxi Episc. par. 1. §. Dimissoria, & par. 2. Verb. Ordo.* Molfes. Riccius Alexand. & alij, apud Philibertum.

QVÆSTIO XXIII.

An etiam possit Episcopus triennalem famulum sui familiaris, statim collato beneficio, Ordinare?

RESPONDEO: Posse. Quia famuli familiarium Episcoporum, famuli vere sunt Episcoporum: ergo debent frui familiarium priuilegio. Sic Philibertus *loc. cit. n. 18.* per hæc verba: Sufficiat hic notare, etiam famulos familiarium Episcopi, qui expensis Episcopi viuunt; dici familiares Episcopi, &c. frui priuilegio Tridẽt *d. sess. 23. cap. 9. de reform.* consequenter posse ab eodem Episcopo Ordinari, collato statim beneficio. Sic Sanchez *in Opus. lib. 7. c. 1. dub. 20. n. 24* Diana *tr. 4. resol. 144. par. 4.* Hinc priuilegium concessum militibus, vt tempore quadragesimæ comedãt carnes, dixi cõsultus, extendi ad famulos, & famulas eorundem militũ, cum militet eadem ratio. Proqua sententia facit doctrina Mandosij *reg. 3 Cancel. q. 16* famulos familiariũ Cardinalium gaudere priuilegio familiariũ Cardinalis. Sic Philibert.

QVÆS-

QVÆSTIO XXIV.

An Triennium, quod familiaris Episcopi debet transigere in eius seruitute, debeat esse continuatum, & completum?

RESPONDEO: Affirmatiue. Nam licet annus inceptus, & dies inchoata, pro completo habeatur in faborabilibus, vt sup. est habitum: non tamen in odiosis; nã in his, annus cœptus non habetur pro completo, & ita debet impleri; vnde non sufficiet in præsenti, quod vltimus annus triẽnij fuerit cœptus, vt familiaris a suo Episcopo Ordinari possit. Sic communis. Legatur Philibertus *Vbi infra num.* 2.

Nota tamen, quod si seruitus talis familiaris cœperit ante quam Episcopus crearetur, tunc computanda erit in spatio dicto triennali, vt docent ex S. Congregatione. Riccius *decis.* 110. Auila, Garcias, Fornarius, & Barbosa, quos affert, & sequitur Philibertus *loco citato numero* 3. *pagina* 93.

QVÆSTIO XXV.

An Seruitus triennalis facta Episcopo absenti, tribuat illi ius Ordinandi suum familiarem?

RESPONDEO: Negatiue. Quia absens nullo modo dicitur familiaris. Vnde, siquis in regione remota, Episcopi obsequijs manserit, etiam si de ipsius Episcopi sumptibus vixerit, non poterit ab illo Ordinari. Sic Maiol. *lib.* 4. *de irregularit. cap.* 2. *num.* 5. Quaranta *V. Ordo. §. limita.* Suarez *de cens. disp.* 31 *sect.* 1. (non 15. vt habet Philibertus) *nu.* 15. Barbosa *allegat.* 5. *num.* 6. Molfes. *tract.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. & alij, quos affert, & sequitur Philibertus *loc. cit. num.* 4. Ludouicus *quæst.* 2. *de Ordine artic.* 3. *dub.* 5. *pagina* 772.

QVÆSTIO XXVI.

An Possit Episcopus, ad titulum pensionis, vel patrimonij, pro Ecclesiæ suæ vtilitate, aut necessitate, suum triennalem familiarem Ordinare?

AFFIRMANT (penes Philibertum (Garcias *par.* 2. *de benef. cap.* 5. *num.* 81. & 82. Barbosa *allegat.* 5. *n.* 12. & 13. & Vazq. *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 245. *n.* 49. Verum ex his authoribus, Vazquez nullo modo id docet, loco à Philiberto citato.

Sed probabilius Respondeo: Non posse, nisi alias Episcopus familiari Ordinando, statim, ideo, intra decem dies, iusta dicta quæst. 22. beneficium conferat. Quia ad collationem Ordinum requiritur subiectio Ordinãdi, vt habetur *in cap. cum Nullus.* cit. At nullus efficitur alieno Episcopo subditus, ratione pensionis, vel patrimonij, vt ex dictis quæst. 18. constat: ergo. Sic Philibert. *tract.* 1. *par.* 5. *c.* 9. *num.* 15. & *cap.* 8. *num.* 10.

QVÆSTIO XXVII.

An, Si Episcopus conferat beneficium suo familiari, possit, non expectato triennio, Ordines illi conferre?

NEGAT Petrus de Ledesma *in Sum. tr. de Ordine cap.* 5. *post.* 9. *conclusionem pag. mihi* 340.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia tunc iam non Ordinat Episcopus suum familiarem, ratione familiaritatis, sed prætextu beneficij ab eo collati, ratione cuius fit illi subditus. Sic Sanchez *tom.* 2. *opusc. lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 20. *n.* 25. & Enriquez, ab eo consultus, quos refert, & sequitur Diana 4. *par. tract.* 4. *resol.* 145. Quibus addo Philibert. *tr.* 1. *par. c.* 8. *nu.* 9. & *cap.* 9. *nu.* 8.

QVÆSTIO XXVIII.

An Etiam Episcopi titulares (vulgo, Obispos de anillo.) possint suos triennales familiares ad Ordines promouere?

RESPONDEO: Negatiue. Quia id expresse denegat illis Concilium Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 2. per hæc verba: Nemo Episcoporũ, qui titulares vocantur, etiã, si in loco nullius Diœcesis, etiã exempto, aut aliquo Monasterio, cuiusuis Ordinis residerint, aut moram traxerint, vigore cuiusuis priuilegij sibi de promouendo quoscũque ad se venientes, pro tempore concessi; alterius subditum, etiã prætextu familiaritatis, cõtinuæ cõmensalitatis suæ, absque sui proprij Prælati, expresso cõsensu, aut literis dimissorijs, ad aliquos Sacros Ordines, aut Minores, vel primã Tõsurã promouere, seu Ordinare valeãt. Cõtra faciẽtes ab exercitio pontificalium per annum; taliter

vero promotos, ab executione Ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso iure sint suspensi. Sic Concilium; & ex illo omnes. Azor 2. *par. lib.* 3. *c.* 48. Vazquez *tom.* 3. *disp.* 242. *à num.* 45. Torreblanca *lib.* 2. *practicarum cap.* 13. *à num.* 15. Philibertus *cap.* 9. *cit. nu.* 16. & alij.

QVÆSTIO XXIX.

An Possit Episcopus in aliena Diœcesi conferre suis subditis primam Tonsuram in priuato aliquo cubiculo, absque licentia Diœcesani?

NEGANT Campanilius, Barbosa, Sanchez, & Cæsar Madius, quos affert Philibertus *tract.* 1. *par.* 5. *cap.* 10. Qui etiam citat Dianam 3. *par. tract.* 4. *resol.* 194. Sed male; Quia Diana ibi, solùm loquitur de Episcopo Ordinante alienum, de quo egimus supra quæst. 4.

Sed æque probabiliter, Respondeo: Posse. Quia quamuis Episcopus, non possit (ex Tridentino *sess.* 6. *c.* 5.) in aliena Diœcesi pontificalia exercere, absque licentia Diœcesani; potest tamen Tonsuram conferre sine exercitio Pontificalium in priuato cubiculo, seu Oratorio; ergo. Sic Enriq. *lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 6. Azor *par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 48. *q.* 5. Fornarius *de Ord. c.* 5. §. 4. *notab.* 4. Bonac. *de Sacram. disp.* 3. *q. vnica pun.* 2. *n.* 13. & *disp.* 8. *pun.* 4. *n.* 28. Villalob. *tr.* 8. *diff.* 7. *nu.* 17. Diana 4. *par. tract.* 4. *resol.* 143. & 5. *par. tract.* 10. *resol.* 45. Philibert. *lo. cit.* & alij, penes ipsos.

QVÆSTIO XXX.

An Episcopus inuitatus ad Ordinandum in aliena Diœcesi, possit ibi Ordinare proprios subditos, absque expressa licentia illius, à quo inuitatus est?

NEGANT Miranda *in Man. tom.* 1. *q.* 38. *art.* 3. & Barbosa *de potest. Episcopi par.* 2. *allegat.* 4. *num.* 64.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia vt licite hoc faciat, sufficit generalis licentia, quam à Diœcesano ad Ordinandum habet. Imo non solum poterit suos Ordinare subditos, verum etiam aliorum Episcoporum, si litteras dimissorias habeant. Sic Venerus, Nauar. Toletus, Fornarius, Azedo, & Luysius Turrianus, quos affert, & sequitur Diana 4. *par. tract.* 4. *resol.* 144. & *par.* 5. *tract.* 10. *resol.* 45. *in fine.* Bonacina *loc. cit. num.* 28. Ioan. de Cruce *in Sum. de Sacram. Ord. dub.* 4. *concl.* 2. Villalobos *tract.* 11. *diff.* 9. *num.* 9. Farinac. apud ipsum, & Gutierrez *lib.* 1. *quæst. can.* 26. Qui subdunt, ita declaratum fuisse à S. Congregatione Cardinalium.

QVÆSTIO XXXI.

An Episcopus Ordinans, absque dimissorijs, alienum, sit per annum, non solùm à collatione Ordinum, quos male contulit suspensus; verum à collatione omnium Ordinum?

AFFIRMANT esse à collatione omniũ Ordinũ suspensum, Glossa *in c.* 2. *de tẽpore Ordin. in* 6. Sayrus *de censur. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 30. Campanili *in diuersis Iuris Canonici, rubr.* 9. *cap.* 1. *num.* 16. Barbosa *de Officio, & potestate Episcopi allegat.* 8. *num.* 1. Qui pro eadem sententia citat Suarium *tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 15. Qui de hac quæstione, nec verbum dicit; & Vgolinum *de Offic. & potestate Episcopi cap.* 26. §. 22. *num.* 2. Qui oppositam sententiam docet.

Sed probabilius; Respondeo: Solum esse suspensum à collatione Ordinum, quos male contulit, à Diaconatu. v. g. Subdiaconatu &c. Quia pœna non debet extendi extra culpam: sed culpa solum fuit commissa in collatione vnius, vel alterius Ordinis: ergo non est extendenda ad omnes. Sic Geminian. Philippus Francus, Vgolinus, Graffis, Riccius, Molfesius, & alij, quos affert, & sequitur Philibertus *tract.* 1. *parte* 5. *cap.* 10. *num.* 3. Nauarrus *lib.* 1. *consil.* 31. & 39. *de tempore Ordin.* & alij.

QVÆSTIO XXXII.

An Episcopus Ordinans subditum alienum, subspe ratihabitionis, incurrat dictam suspensionem?

AFFIRMANT Salzedo *in sua pract. cap.* 26. Rebuff. *in praxi Episc. tit. de literis dimiss. n.* 11. & 29. Parisius *consil.* 136. *vol.* 4. Quarant. *Verb. Ord. Vers. Amplia*, Bonac. *disp.* 8. *q. vnica pun.* 4. *n.* 28. Barbos. *loc. cit. allegat.* 8. *n.* 4. Luysius *de censur. lib.* 5. *disp.* 46. *dub.* 1. Auila *de*

censur.

censur. par. 3. disp. 5. dub. 7. §. dico 5. Sanchez *lib. 7. opus. cap. 1. dub. 20.*

Sed æquè probabiliter Respondeo: Non incurrere. Quia ad incurrendam dictam suspensionem, requiritur præsumptio, vt colligitur ex illis verbis textus: *Scienter, seu affectata ignorantia, vel quocumque alio figmento quæsito, præsumpserit Ordinare*: Sed sic est, quod bona fides, seu spes rationabilis ratihabitionis excusat præsumptionem: ergo. Sic Philibert. *tr. 1 par. 5. cap. 10, num. 5. & c. 11. nu. 11.* Qui, & citat Mandosium *de regul. cancell. 24. q. 4.* Fornarium *cap. 5. de Ordine n. 4.* Molfesium *tract. 2. cap. 2. n. 14.* Suarium *tom. 5. disp. 31. sect. 1. nu. 17.* Franciscum Marcum *decis. Delpinal. 105. lib. 10.* Tuschum *Verb. Ordo. concl. 188. nu. 41.* Maiolum *de irregular. lib. 4. cap. 2. n. 7.* Cherubinum *ad constit. 40.* Clementis VIII. Schol. 2 & Dianam *3 par tract. 4. resol. 191.* Sed ex his Doctoribus, Fornarius, in oppositam partem se inclinat, & Suarez, huiusmodi ratihabitionem raro admittendam esse adstruit. Tenent etiam Petrus de Ledesma, quem citat, & sequitur Diana *lo. cit. & par. 5. tract. 10. resol. 38* Vbi pro hac parte citat Reginaldum *lib. 32. tr. 2. cap. 24. sect. 3. num. 69.* & pro contraria, Mandosium, quem non vidi. Barbosa *in remission. Doctorum ad varia loca* Trident. *sess. 23. c. 8. n. 11. fol. mihi 69.* Quem etiam pro contraria opinione citat Philibertus.

QVÆSTIO XXXIII.

An à dicta suspensione excusetur, Episcopus, qui bona fide, aut ignorantia invincibili, alienum Ordinat?

Respondeo: Excusari. Ideoque, si Episcopus ignoranter Ordinat aliquem, qui ex malitia, vel ex simplicitate, intra multitudinem Ordinandorũ, se ingerer et; aut aliũ, de quo parentes eius, esse de sua Diœcesi testarentur; aut denique illum, qui dimissorias falsas, approbatas tamen ab illo, vel ab eius Vicario, aut examinatoribus; re verâ à dicta suspensione excusaretur. Sic Nauar. *consil. 8. de tempor. Ordin.* Quaranta, *Verb Ordo.* Molfes. & Riccius, quos citat, & sequitur Philibert. *lo. cit. c. 10. n. 5.* & penes ipsos, Sacra Congr. Cardinaliũ.

DISPVTATIO NONA.

De Qualitate, & Quantitate patrimonij, vel Beneficij, ad Ordines requisiti?

QVÆSTIO PRIMA.

An Clericus sæcularis possit initiari Sacris, si non habeat necessaria ad victum?

Respondeo: Non posse, nisi habeat congruam sustentationem ex beneficio certo, aut expensione, donatione, vel patrimonio. Quia sic definit Tridentinum *sess. 21. de reformat cap. 2.* & antea, alia Concilia, & Canones.

Secus dicendum est de Regularibus solemniter professis. Nam voluntaria paupertas, quam solemni voto emittunt, pro magnis opibus computatur, vel beneficij Ecclesiastici loco succedit. Sic omnis.

QVÆSTIO II.

An Patres Societatis Iesu, possint, antè solemnem professionem, post simplicia vota, quemcumque Sacrum Ordinem recipere?

Respondeo: Posse. Quia id eis concessit Gregor. XIII. in quadã Bulla edita anno 1573. die vltima Februarij; vt refert Philiber. *tr. 2. par. 6. c. 5. n. 4.* Quod si contingat, è Societate quos eijci, in Sacris iam constitutos, & carentes beneficio, vel patrimonio; tunc (addit Philibertus) Prælati eiusdem Societatis, de honesto victu illis prouidere debent, donec sufficiẽs beneficiũ fuerint consecuti. Sic declarauit Sac. Congregatio *sess. 21. c. 2. de reform.* Cuius hæc sunt verba: *Quoad Iesuitas, cũ post Sacerdotiũ exire non possint, nisi à Superioribus deijciantur, prohibeatur, illis de redditu quadraginta aureorum*

annuorum ex bonis Religionis. Quoad alios, qui arbitrio ſuo exire, quando volūt, poſſunt, ne detur illis occaſio excusandi, vt fruantur illo reditu, vocentur prius, & intelligant, qua alia via proſpici poſsit: deinde mature deliberandum. Hac ex Sac. Congregatione Philibertus. Sic etiã Salzedo *in pract. crimin. cap.* 18. Ludouicus *quæſt.* 2. *de Ordine ar.* 10. *dub.* 1. *concl.* 2. *pag.* 800.

QVÆSTIO III.

An Poſsit quis Ordinari ſine ſufficienti patrimonio, aut beneficio &c. cum ſola fidei iuſsione alimentorum?

NEGAT Philibert. *loc. cit. cap.* 7. *diff.* 2. *pag.* 213, Quia obligatio dicta perſonalis, nõ eſt (inquit) res immobilis, & pacifice poſſeſſa, & per illã Ordinandus non haberet ius in re, ſed ſolùm ad rẽ: Conciliũ vero requirit pacificam patrimonij poſſeſsionem. Sic Nauar. *conſil.* 34. *de tempor. Ordin.* Riccius *in praxi deciſ.* 318. Vgolinus *de Offic. Epiſcopi cap.* 26. §. 14. *num.* 2. Moiteſſ. *in Sum. tract.* 2. *c.* 14. *num.* 4. Azorius *moral. inſtit. par.* 2. *lib.* 3. *c.* 4. *quæſt.* 7. Ex quibus non nulli referunt, ita a Sacra Congregatione fuiſſe definitum. Huc vſque Philibertus. Sed ex his authoribus à ſe relatis, Nauar. oppoſitum videtur aliqualiter ſentire: docet enim ibi, quod licet patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, debeat eſſe in immobilibus, & non in mobilibus, non tamẽ ob id incurratur pœna aliqua. Sed quidquid ſit de hoc.

Probabiliter profecto Reſpondeo: Poſſe licite Ordinari ſola fide iuſsione. Quia cauſa finalis, ob quam Conciliũ Trident. *ſeſſ.* 21. *c.* 2. diſponit, ne ſidentur Ordines ſacri non habentibus beneficium, penſionem, vel matrimoniũ, ea præcipua eſt, ne, qui diuino myſterio aſcripti ſunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, cogantur: ergo quoties prouidetur, vt ſit cum fide iuſsione alimentorũ mendicitati huiuſmodi, ſufficienter ſatisfiet menti, & diſpoſitioni Concilij. Sic Grilenzonius *conſil.* 14 quem refert, & ſequitur Diana 5 *par. tr.* 10 *reſol.* 48. & ante ipſos, cum alijs Barboſa in remiſion ad varia Loca Concilij. *ſeſſ.* 21. *c.* 2. *n.* 11 *fol. mihi,* 42 Vbi ſic ait: ob penuriam Sacerdotum, quandoque conceſſum eſt Ordinari ſine beneficio, vel patrimonio, dum modo quis ſperdet, ſe neceſſaria Ordinandis miniſtaturũ. Docet Flaminiu. *dicto lib.* 2. *q.* 6. *n.* 11. Zechi, *dicto cap. de Clericis, ſub. nu.* 7. *Verſ.* 64. Qui tamen videtur velle id ſemper poſſe fieri, ſine ſpeciali diſpẽſatione Papæ. Sic Barbol.

QVÆSTIO IV.

An, Qui promouetur ad Ordines, cum patrimonio, aut beneficio ficto, ſuſpenſionem incurrat?

NEGANT (penes Philibertum) Enriq. *lib.* 13. *c.* 37. *nu.* 2. (Qui, & refert 12. Doctores) Viuald. *de ſuſpen. n.* 28. & 31. Tolet. *lib.* 1. *c.* 48. *n.* 16. Rodrig. *in Sum. par.* 2. *c.* 15. *n.* 5. Sayrus *de cenſur. lib.* 4. *c.* 15. *n.* 23. Gutierr. *lib.* 2. *practicar. q.* 65. *n.* 11. Petrus de Ledeſma *in Sum. de Ordine cap.* 7. *diff.* 3. *concl.* 6. Sa, *Verb. ſuſpenſio. n.* 10. Gonzalez *ad Regul.* 8. *cancellar, Gloſa.* 5. §. 10. *n* 22. Garcias *de benefic., par.* 2. *c.* 5. *n.* 161. & Diana 3. *par. tr.* 4. *de Sacram. reſol.* 184. Quibus addi poſſunt rurſus, idem Diana 2. *par. tr.* 16. *reſol* 5. & *par.* 5. *tr.* 10. *reſol.* 50 Fornarius c. 8. *n.* 8. Ægid. *de Sacram. diſp.* 15 *n.* 38. Luyſius *de Cenſur. lib.* 5. *diſp.* 46. *dub.* 1. Anila *de Cenſur. par.* 2. *diſp.* 5. *concl.* 1. Villalob. *tom.* 1. *tr.* 18. *diff* 10. *num.* 3. Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 7. *documen.* 9. *pag.* 37. Philibertus *tr.* 2 *par.* 6. *c.* 7. *diff.* 7. *pag.* 218. Quia exiſtimant, nunc non incurrere ſuſpenſionem aliquam eum, qui ſine patrimonio, aut beneficio ſufficienti ſacro Ordine initiatur: ergo, nec illam, incurret ille, qui ficto patrimonio, aut beneficio ad Sacros Ordines promouetur.

Sed probabilius Reſpondeo: Suſpenſionem incurrere. Quia probabilius eſt, quod qui ordinatur, ſine beneficio, aut patrimonio ſufficienti, ſit ſuſpenſus, ſuſpenſione lata, *in cap. neminem. & in cap. Sãcta rum diſt.* 70 & renouata à Trident. *ſeſſ.* 21. *c.* 1 *de reform.* nunc ſic, ſed patrimonium, ſeu beneficium fictum re vera non eſt patrimonium, nec beneficium: ergo idem eſt, quem ordinari ficto patrimonio, ac ſine patrimonio: ergo &c. Sic imprimis tenet Petrus Ledeſ. *c.* 7. *cit. concl.* 5. per hæc verba: Tambien ſe a de aduertir que eſtos tales, que ſe Ordenaſſen ſin titulo de patrimonio quedan ſuſpenſos, i por conſiguiente, ſi adminiſtran en alguna Orden de las

mayores,

mayores, quedan irregulares. Esto se colige bien claramente de la extrauagante, y del motu proprio de Sixto V. que lo dize bien claramente. Y ansi han de tener atencion los que se ordenan, à no hazer informaciones falsas de lo tocante al Patrimonio, sino con toda verdad. Porque fuera de que hazen jurar falso à los testigos, que dan suspensos, sino es verdadero el Patrimonio. Sic Ledesma. Nec oppositum docet *cõcl. 6. diff. 3.* Nam ibi loquitur de alio casu, in sequenti quæstione explicando. Sic etiam Rodriguez *cap. 15. citato num. 1. & 3.* Nec in 5. loquitur de casu præsenti, vt infra. Male ergo citat hos Doctores Philibertus. Sic etiam Nauar. *in Man. cap. 27 nu. 158.* Sanchez *lib. 6. de matrim. disp. 32. nu. 8.* Suarez *de censur. disp. 31. sect. 1. num. 34. & 35.* Vazquez *tom. 3. in. 3. part. disp. 243.* Bonacina *disp. 8. quæst. vnica punct. 5. num. 24. & tom. 3. disp. 3. quæst. 1. punct. 8. num. 3.* Maiolus *de irregularit. lib. 14. cap. 25.* Barbosa *de offic. & potest. Episcopi alleg. 19. num. 57.* Zerola, *in praxi Episcop. par. 2. ver. Dimissoria, §. 6. & ver. irregularitas, §. 2.* Comitol *lib. 6. respons. Moral. quæst. 38.* Molfes. *tr. 2. cap. 18. num. 26.*

QVÆSTIO V.

An Ordinatus cum patrimonio, hac conditione donato, vt, scilicet, ordinetur, & post Ordines, illud restituat donanti; suspensionem incurrat, & teneatur poste à illud restituere?

NEGANT suspensionem incurrere, licet affirment, teneri sic Ordinatum ad illud patrimonium restituendum, Auila *de cens. 3. par. disp. 5. dub. 5. concl. 3.* Ioan. de Cruce *in sum. vbi de Ordine dub. 6. concl. 2 num. 2.* Corduua *in sum. quæst. 32.* Ludouicus Lopez *1. part. sui instruct. cap. 45.* Sanchez *lib. 6. de matrim. disp. 32. num. 8.* Philibertus *tract. 2. par. 6. cap. 7. diff 5. pag. 216.* Qui etiam citat pro hac parte Petrum de Ledesma *in sum. tit. de de Sacram Ordinis, concl. 5. diff. 6.* Sed certe Ledesma oppositum docet, vt infra.

Sed probabilius Respondeo: Negatiue. Itaque, licet taliter Ordinatus mortaliter deliquerit, vt constat; non tamen incurrerit suspensionem, cum, re ipsa, vero, & non ficto patrimonio, se ordinauerit; nec tenebitur postea ad restitutionem illius patrimonij, in pœnam donantis, qui voluit decipere Ecclesiam, & Episcopum. Sic Petr. Ledesma *cap. 7. de Ordine concl. 6. aff. 3. pag. mihi 671.* per hæc verba. A esta dificultad se responde, que parece mas probable, que no queda suspenso. Ansi parece que lo tiene Nauarro en el lugar citado (*nempe in Man. cap. 27. num. 158.*) Y claramente lo dize en otro lugar, (*Viatlicet, lib. 1. consil. de tempor. Ordin. consil. 13.*) La razon es, porque este tal se ordena con verdadero titulo de patrimonio: Luego no està suspenso. Que se ordene con verdadero titulo de patrimonio, se prueua claramente, porque este tal, por el concierto que hizo, no quedô obligado, y la promesa fue de ningun efecto, y fue como sino huuiera prometido nada. Luego con verdadero patrimonio se ordenô, y por consiguiente no queda suspenso. De lo qual se colige bien claramente, que no està obligado à estar al concierto, y al pacto que hizo de restituir el patrimonio, &c. Sic ille. Nec certe oppositum docet *concl. 5. diff. 6.* Vbi Philibertus illum citat. Nam in conclusione 5. nec agit de præsenti casu, nec inuenitur *difficultas 6.* In conclusione autem *6. diff. 5.* tractat solum de illo, qui recipit patrimonium, tan solamente prestado para poderlo mostrar al Obispo, y dezir fingidamente, que tiene patrimonio, Et respondet Sic. Que el que se ordenasse con semejante patrimonio, peca mortalmente incurriria en suspension, y sin duda en el foro de la conciencia estaria obligado à restituirlo, porque en realidad de verdad no fue mas que empréstito. Sic summatim ille, & bene. Sed non pro Philiberto. Sic etiam Nauar. *loc. cit.* Bonac. & Diana *loc. cit.* Sa, *ver. Ordo, num. 26.* Tolet. *lib. 1. cap. 49. num. 5.* Villalob. *tract. 11. diff. 15. num. 10.* Auila, Rodriguez, Vgolin. & Garcias apud Philibertum. Machado *loc. cit. docum. 8. num. 5.* & Torreblanca, ex parte, *lib. 2. pract. c. 13. n. 30.* Sic dicens: Ordinatus cum patrimonio falso, aut ex pacto obligatus, restituere proprietatem, vel fructus, vel quid aliud, committit simoniam, & remanet suspensus ab Ordinum executione, & si ministrat in susceptis ante dispensationem, fit irregularis. Sic ille, & Ludouicus *loc. cit. dub. 3.*

QVÆSTIO VI.

An Incurrerit ſuſpenſionem Clericus, qui a titulum patrimonij donatiſibi à fratre Ordinatus eſt uſque ad Diaconatum, & poſtea renuntiato patrimonio ipſi fratri, ſine alia donatione, aſſumpſit Presbyteratum?

AFFIRMANT nonnulli ex præcitatis Authoribus. Quia exiſtimant talem donationem eſſe validam. Ita apud Sanchez plures, & Ludouicus de S. Iuan *quæſt. 2. de Ordine art. 10. diff. 2. pag. 801.*

Sed probabilius Reſpondeo: Non incurriſſe, licet mortaliter peccauerit. Quia, re vera, dictus Clericus, non recepit Presbyteratum, ſine vero patrimonio; cum renunciatio ab ipſo, fratri facta, nulla, & irrita fuerit, ex Tridentino *ſeſſ. 21. cap. 2.* Non enim præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum. De regul. iuris in 6. Sic Nauar. *lib. 1. conſil. 17. & 18. de tempor. Ordinatio. fol. mihi 36. & 37.* Enriquez *lib. 13. cap. 37. num. 2.* Bonac. *loc. cit. num. 19.* Diana 4. *part. tract. 4. reſol. 52.* (vbi pro hac parte citat Thomam Sanchez *to. 2. opuſc. lib. 7. cap. 1. dub. 40. iniuncto dub. 38.*) *& 5. parte tract. 10. reſol. 50.* Sa, *verb Ordo num. 26.* Ortiz *in ſum. cap. 27.* Philibert. *tract. 2. part. 6. cap. 7. diff. 7. num. 10.* Villalobos *tom. 1. tract. 18. diff. 10. num. 10.*

QVÆSTIO VII.

An Teneatur Pater patrimonium ſufficiens aſſignare filio, volenti ſe ad Ordines promoueri?

RESPONDEO: Teneri. Imo, & ad id cogi poſſe. Ratio eſt. Quia filiæ volenti religionem ingredi, tenetur pater dotem aſſignare, vt Bald. Anchar. Felin. Menochius & alij, penes Sanchez, infra citan. docent: ergo pari ratione tenebitur ad aſſignandum patrimonium filio volenti ad Ordines promoueri. Sic Auendaño, *reſponſ. 17. num. 4.* Aymon Craueta, *conſil. 136.* Gutierrez *practicar. qq. lib. 2. quæſt. 65. num. 8. & 9.* Barboſa *de offic. Epiſcopi alleg. 19. num. 63.* Sanchez *lib. 4. de matrim. diſp. 26. num. 7.* Philibert. *tract. 2. part. 6. cap. 7. diff. 1. num. 4.* & alij.

QVÆSTIO VIII.

Quantum, & Quale debeat eſſe patrimonium ad Sacros Ordines requiſitum?

AD Primum Reſpondeo: Quod debet eſſe tantum, vt Clericus minime mendicare cogatur. Quod quidem, iudicio Epiſcopi relinqui debet. Qui ad id diiudicandum, maxime attendere debet, qualitatem perſonæ, nobilis, vel ignobilis; vbertatem regionis; & temporis ſterilitatem, &c. Vt volunt Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, alleg. 19. num. 8.* & Philibertus *loc. cit. num. 5.* Quamuis Petr. de Ledeſma *de Ordine cap. 7. concl. 7.* (qui & citat Nauarrum *de Oratione cap. 21. num. 11.* haud bene) Garcia *de benefic. part. 2. cap. 5. nu. 114.* Quos citat, & ſequitur Machado *lib. 4. part. 1. tract. 7. docum. 7. num. 3.* dicant; Que el Obiſpo para admitir el patrimonio, no deue tener reſpecto à mas circunſtancias, y calidades, ſino que la renta ſea tal, que baſte: *vt Clericus minime mendicare cogatur.*

Ad ſecundum Reſpondeo: Quod in primis, nomine patrimonij, in hac materia, veniunt, non ſolum bona paterna, vel materna, Clericis Ordinandis aſſignata, ſed etiã quæcunque donatio, vnde commode ſuſtentari queant.

Secundo, Quod parum referat, quod illud in vna re, vel in pluribus conſiſtat: habeat illud commune cum fratribus, vel ſeparatum. Rurſus, quod ſi patrimonium ſit tenue, poſsit iungi cum beneficio, dummodo ex his duobus, congrua vitæ ſuſtentatio conſurgat. Sic Philibert. *loc. cit. diff. 2. pag. 213.*

QVÆSTIO IX.

An Poſsit initiari ſacris filius, qui ex bonis paternis pingue expectat patrimonium, ſi illud non eſt illi à patre in titulum deſtinatum?

AFFIRMAT Surdus, *de aliment. tit. 7. quæſt. 37. ſub. num. 2.* Et dicit probabile Machado, vbi infra.

Sed multo probabilius, & verius Reſpondeo: Non poſſe. Quia non ſufficit, quod filius habeat ius ad patrimonium, ſed quod illud in re habeat, vt ad titulum illius initiari ſacris poſsit. Sic Sanchez *lib. 8. de matr. diſp. 19. nu. 21.* Molfeſ. Vgolinus, Barbo

Barbosa, Garcia, & alij, quos refert, & sequitur Philibert. *loc. cit. pag.* 214. Machado *tom. 2. lib. 4. par. 1, tract. 7. docum. 7. num. 5.* & alij.

QVÆSTIO X.

An Possit quis Ordinari ad titulum patrimonij, quod consistit in Censu, etiam redimibili?

NEGANT Vgolinus, *de offic. Episcopi, cap. 26. §. 10. num. 2.* & alij, penes Garciam, *de benefic. part. 2. cap. 5. à num. 93.*

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia census est titulus certus, & firmus, ex cuius certa pensione, congrue quis viuere potest: ergo. Sic Cencius, *de censib. par. 1. cap. 3, quæst. 4. art. 2.* Garcia, *loc. cit. num. 45.* Philibert. *loc. cit. aff. 2.* Machado *loc. cit.* Sic dicens: Si bien Garcia, y otros lo afirman, fundados, en que el censo, assi perpetuo, como redimible, ó por de vida es, titulus per se frugifer, certus, & firmus, ex quo quis adquirit ius habendi certam pensionem, ex qua congrue viuere possit. Y segun consta del derecho, el censo se quenta entre los bienes inmobles. Y aunque es assi, que el censo està sujeto à redimirse, y despues de redemido, gastarse el principal, este inconueniente se remedia facilmente, con que el Obispo al admitir este patrimonio, mande que no se pueda redemir, sino dandole quenta, para que por su orden se deposite la cantidad, y se buelua à imponer. Sic ille.

QVÆSTIO XI.

An, Acquisita aliunde congrua sustentatione, possit Clericus renuntiare, aut alienare patrimonium, (ad cuius titulum fuit ordinatus) sine licentia Episcopi?

AFFIRMANT posse valide, (imo, & licite) in eo casu, patrimonium alienare, aut renuntiare, sine Episcopi licentia, Parisius *lib. 2. de resignat. benef. quæst. 6. num. 16.* Zauallos *quæst. 527. num. 8. & 561. à num. 12.* Garcias *de benef. part. 2. cap. 5. num 186.* Azor, *par. 2. lib. 3. cap. 4. quæst. 3.* Molfesi *tract. 2. cap. 18. num. 31.* & alij.

Sed probabilius Respondeo: Nec valide, nec licite posse patrimonium, etiam in casu acquisitæ sustentationis congruæ, sine licentia Episcopi, alienare, aut renuntiare. Quia id aperte colligitur ex Trident. *Sess. 21. de reform. cap. 2.* Sic dicente: *Atque illa,* (id est, pensio, vel patrimonium *sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possit, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, unde viuere possint.* In quibus verbis duo requirit Concilium: vnum, quod in locum patrimonij, sufficiens beneficium, aut congrua pensio, pro decenti victu subrogetur; alterum, quod Episcopus, post diligens examen de tali sufficientia, judicet, qua existente, pro dicti patrimonij alienatione, suum præstet consensum. Et ratio horum est, Quia patrimonium erectum in titulum sacri Ordinis, cõnumeratur inter bona Ecclesiæ, vt docẽt cõmuniter Doctores penes Philibertũ, & Barbosam, vbi infra: ergo nequit sine licentia Episcopi alienari. Sic tenent Bursatus *consil. 178. num. 55. lib. 2.* Vgolinus *cap. 26. cit. §. 13. num. 4.* Barbosa *alleg. 19. num. 90.* & in Trident. *Sess. 21. cap. 2. nu. 21.* & penes ipsum, Quintan. *Ecclesiast. lib. 3. num. 7.* & Ceñedo *practic. lib. 1. quæst. 11. nu. 9.* Cæsar Madius, quem citat, & sequitur Philibert. *loc. cit. aff. 9. pag. 219.* Vazquez *disp. 246. cap. 6. nu. 60.* & (ni fallor) Machado, *loc. cit.*

QVÆSTIO XII.

An Bona à patre prosuscipiendis Ordinibus filio donata, succedant loco legitimæ, & in diuisione bonorum cum alijs fratribus, sint enumeranda?

NEGANT succedere, seu imputari in legitimam, & in diuisione bonorum inter fratres esse computanda, sed in illis censeri Clericum à Patre melioratum, Fauer, Craueta, Chassaneus, Fernandez, Gometius, Spino, Rebuffus, & alij quam plurimi quos refert, & sequitur Barbosa *de Episcopi offic. 10. alleg. 19. à num. 64.*

Sed probabilius Respondeo: Succedere, & computari debere in legitimam, nisi de expressa voluntate patris manifeste constet, contrarium voluisse. *Primo,* Quia filij, in paterna hæreditate, semper præsumuntur æquales; cum æquitati naturali repugnet, inter filios inæqualitas: *Secundo,* Quia patrimonium Clerici in titulum Ordini erectum, est donatio ob nuptias spirituales;

trialis: ergo in legitimam cõputari debet. Sic Bern. Diaz *in pract. crim.* dicens, in facti contingentia cum peritissimis cõsuluisse, & obtinuisse. Menchaca *de succeff. creat. lib.* 3. §. 22. *num.* 44. Auendañus *resp.* 17. *num.* 3 dicens, id sibi verissimum videri. Gutierrez *practic. quæst. lib.* 2. *q.* 65. *num.* 12. Molina *de iustitia, tract.* 2. *disp.* 238. & 241. Vbi dicit commune. Bonac. *de contract. disp.* 3. *quæst.* 6. *pun.* 6. §. 5. & *in Bullam Cœnæ disp.* 1. *q.* 19. *punct.* 3. §. 1. *num.* 14. Petrus Ledesma *cap.* 7. *de Ordine concl.* 6. *in fine, pag. mihi* 356. & penes ipsum, Couarr. & Salzedo, Viuius etiam, Auendañio, Garcia, & alij, quos citat, & sequitur Philiber. *tract.* 2. *part.* 6. *cap.* 7. *diff.* 10. *pag.* 220. Rodriguez *de Ordine cap.* 15. *num.* 8. Perez, Aior, Raynald. & alij, quos affert, & meo videri, sequitur Barbosa in Trident. *sess.* 21. *cap.* 2. *num.* 25. Ludouicus de S. Iuan *q.* 2. *de Ordine art.* 10. *diff.* 5. *pag.* 863. & alij.

QVÆSTIO XIII.

An Quis ad Ordines promoueri possit, ad titulum beneficij certi de futuro?

AFFIRMANT Glossa magna, *in cap. Ossius dist.* 61. Maiolus *lib.* 4. *de irrigul. cap.* 15. *num.* 3. Sayrus *de censur. lib.* 4. *cap.* 14 *num.* 19. & Campanilis *in diuers. iuris Canonici, rubr.* 8 *cap.* 4. *num.* 10.

Sed, certissime fere, Respondeo: Non posse. Quia Tridentinum *sess.* 21. *cap.* 2. prærequirit titulum iam pacifice possessum: ergo non sufficit titulus de futuro, cum inter os, & offam, multa cadant: Hispanè; *De la mano a la boca ay peligro.* Sic Vgolinus. *de potest. Episc. cap.* 26. §. 8. *num.* 3. Rodriguez *in sum. par.* 2. *cap.* 15. *num.* 20. Garcias *de benef. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 130. Barbosa, *de offic. Episc. allegat.* 19. *num.* 28. Quos omnes affert, & sequitur Philibert. *tract.* 2. *par.* 6. *cap.* 6. *num.* 8. Salzedo *in pract. crimin. cap.* 18. *p.* 53. Enriquez *lib.* 10. *cap.* 17. *num.* 3. Petrus de Ledesma *cap.* 7. *de Ordine concl.* 8. *diff.* 1. & omnino ex illo, Ludouicus *quæst.* 2. *de Ordine, art.* 11. *dub.* 1. & *diff.* 1. Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tr.* 7. *docum.* 6. *num.* 4. & communis.

QVÆSTIO XIV.

An Saltem, posset quis recipere Diaconatum ad titulum beneficij de præsenti, si fructibus illius, non statim, sed solum post receptum Presbyteratum potiretur?

NEGAT Philibert. *loc. cit. nu.* 10. Quia ex eo fieri posset, promotum ad Diaconatum, si non habeat vnde viuat, cogi mendicare.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia pacifice beneficium, quod solum requirit Concilium, possidet: ergo. Sic Garcias *cap.* 5. *citato num.* 120. & Barbosa *alleg.* 12. *cit. num.* 29. Qui & referunt, sic fuisse à Sacra Congregatione resolutum. Sic etiam, & à fortiori, Rodriquez & Ludouicus, mox citandi.

QVÆSTIO XV.

An Ad titulum impetrati beneficij, non tamen possessi, ob iniustam prohibitionem Iudicis Secularis, possit Sacris Ordinibus initiari?

AFFIRMANT Rodriguez *c.* 15. *citato, nu.* 11. *pag. mihi* 76. & Ludouic. de S. Iuan *q.* 2. *de Ordine art.* 11. *diff.* 3. per hæc verba: Sin incurrir en suspension, ni pecar mortalmente, se podra el susodicho ordenar à titulo de tal beneficio, porque este tal tiene titulo, y beneficio: y sino tiene la possession, no es por su culpa, antes la tuuiera, si el dicho Iuez no se la impidiera. Sic ille, omnino ex Rodriguez, quem non citat.

Sed, probabilius longe, Respondeo: Non posse. Quia Concilium, vt supra vidimus, *sess.* 21. *cap.* 2. ibi, *pacifice possidere*, ante ordinationem, pacificam possessionem prærequirit: ergo ante illam, nequit quis ad Sacros Ordines promoueri. Sic Petrus Ledesma *cap.* 7. *de Ordine, concl.* 8. *diff.* 3. *pag. mihi* 357. Philibertus *loc. cit. num.* 13. *pag.* 209.

QVÆSTIO XVI.

An Quis Sacris initiari possit, titulo temporalis vicariæ?

AFFIRMATIVAM partem, penes Barbosam, *de offic. Episc. allegat.* 19. *n.* 25. tene-

tenere Salzedum, *in addit. ad Bernardum Diaz cap.* 18. *num.* 8. Flaminium *de resignat. benef. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 3. & Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellariæ Gloss.* 5. §. 3. *num.* 42. ait Philibert. *loc. cit. num.* 18. *pag.* 210. Sed haud recte (inquit) pro hac parte, hos Authores Barbosa citat, cum omnes expresse oppositum doceant. Ita Philibertus. Sed an bene, pro nunc nescio, solum vnum scio, Barbosam, non pro hac affirmatiua parte, sed pro negatiua illos afferre *sess.* 21. *in Trident. cap.* 2. *num.* 12. *fol. mihi* 42. per hæc verba: An ad titulum Vicariæ temporalis possit quis Ordinari Sacris Ordinibus? Negant Salzedo ad Bernard. *in pract. cap.* 18. *num.* 8. *vers. Et ea ratione Vicaria temporalis.* Flam. *lib.* 2. *quæst.* 6 *num.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. Gloss.* 5. §. 3. *num.* 42. Sic Barbosa. Vnde.

Certissime Respondeo: Non posse. Quia res, ad cuius titulum, quis sacris initiari potest, debet esse perpetua, ne ea amissa, Ordinatus, cum dedecore mendicare, vel sordidos quæstus quærere, cogatur. Sic omnes Authores nuper citati. Garcia, Ianuensis, Zerola, & alij, quos affert, & sequitur Philibert. dicens esse sententiam omnium Enriquez *lib.* 10. *cap.* 17. *num.* 3. Rodriguez *cap.* 15. *cit. num.* 12. Petrus de Ledesma *cap.* 7. *de Ordine diff.* 11. Ludouicus *q.* 2. *cit. art.* 11. *dub.* 6. *pag.* 807. & alij. Qui bene subdunt, secus dicendum esse de Vicaria perpetua, aut perpetua Coadiutoria. Quia, hæ vere equiualent beneficio Ecclesiastico perpetuo.

QVÆSTIO XVII.

An Quis Sacerdotio initiari possit, titulo perpetuæ Capellaniæ, iam obtentæ?

RESPONDEO: Posse. Quia huiusmodi Capellania, rationem habet beneficij Ecclesiastici perpetui. Sic Rodriguez *cap.* 15. *cit. num.* 14. *pag. mihi* 77. Qui id, de stylo Rotæ testatur. Philibertus *loc. cit. num.* 20. addens, ob hanc rationem, obtinentes Capellaniam in Capella Papæ, posse ad illius titulum promoueri ad Sacros Ordines. Petrus Ledesma *cap.* 7 *de Ordine concl.* 12. *pag. mihi* 359. Ludouicus *loc. cit. art.* 11. *dub.* 4. & communis.

QVÆSTIO XVIII.

An Etiam possit quis sacris initiari, ad titulum præstimonij perpetui?

NEGANT Diaz *in sua practica cap.* 10. & Vgolinus *de offic. Episcopi, cap.* 26 §. 8. *num.* 3.

Sed, multo probabilius, Respondeo: Posse. Quia præstimonium perpetuum (quod nil aliud est, quam quidam redditus ex beneficiorum redditibus abstracti concessi adolescentibus, vt studijs incumbentes, se sustentare possint, vt postea eruditi Ecclesiæ seruiant) vel est beneficium Ecclesiasticum, vt supra ✠ iam est habitum; vel saltem, est pensio Ecclesiastica: vt omnes docent. Sed sic est, quod hæc, etiam est sufficiens, vt quis possit ad titulum eius, Ordinibus initiari sacris, vt expresse docet Trident. *sess.* 21. *cap.* 2. & ex illo, Sacra Congregatio, vt testantur Garcias, & Barbosa, & nos infra: ergo. Sic hi Doctores, quos citat, & sequitur Philibertus *loc. cit. num.* 23. *pag.* 210. Machado *loc. cit.* Petr. Ledesma, Rodriguez & Ludouicus, & communis.

QVÆSTIO XIX.

An possit quis sacris initiari ad titulum pensionis perpetuæ, & ad victum sufficientis?

NEGAT P. de Ledesma *cap.* 7. *concl.* 12. *pag. mihi* 359. per hæc verba: La segunda dificultad es, de los que tienen alguna pension perpetua, y suficiente para poderse sustentar decentemente. Si se podran Ordenar à titulo della, como de Ecclesiastico beneficio? A esto se responde, que no. La razon es, porque en realidad de verdad no es beneficio Ecclesiastico. Sic ille. Et sic etiam Ludouicus, *quæst.* 2. *de Ordine, art.* 11. *diff.* 6. *pag.* 807. & penes ipsum, Sotus *de Iust. quæst.* 5. *art.* 3.

Sed multo probabilius, & verius, imo mihi certissime, Respondeo: Posse. Quia sic videtur expresse determinare Tridentinum *dicta sess.* 21. *cap.* 2. ibi: *Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes.* Ergo. Sic Sacr. Congregatio, quam referunt, & sequuntur Garcias *de benef.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 93. & 94 Barbosa *dicta alleg.* 19. *num.* 74. Philibert. *loc. cit. num.* 36. Machado *loc. cit.* & alij. Quos bene, ex eodem Triden-

Tridentino, notant, ex volentibus se ordinibus sacris ad titulum pensionis, vel patrimonij initiari, illos tantummodo debere admitti, quos Episcopus iudicauerit, pro necessitate, aut commoditate suarum Ecclesiarum.

QVÆSTIO XX.

An In Sacra Theologia, aut Iure Canonico graduatus, possit, absque titulo beneficij, aut patrimonij, solo sub titulo litteraturæ, legitime Ordinari?

AFFIRMANT Corduba *in sum. quæst. 36.* Vega *in sum. 1. part. cap. 57. casu 1.* Alzedo *in praxi Episc. par. 2. c. 5. num. 6.* Campanilis *rubr. 8. c. 4. num. 6.* Auila *de censur. par. 3. disp. 5. dub. 16.* Moscoso *in summa tract. 8. c. 2. num. 10* Gonzalez *ad regul. 8. cancel. num. 36.* Enriquez *lib. 13. c. 37. num. 2. & lib. 10. c. 17. in fine. & lib. 14. c. 5. num. 3.* Vbi refert peritissimos Theologos, Salmanticæ, Compluti, & Toleti, ita consuluisse, & cecisse. Barbosa *in Trident. sess. 21. de reformat. c. 2. num. 14.* & apud ipsum, Garcia, *par. 2. de benef. c. 3. num. 128. & 129.* Vbi decretum Sac. Congregationis Cardin. tenoris sequentis, refert: In Concilio Vlisbonensi, decretum de promouendis ad titulum litteraturæ, vsus sit Sanctissimus deleri, & dicit se daturum Breue Cardinali Portugalliæ, vt solos Doctores in iure Canonico, vel Theologia, possit ipse Cardinalis, præuio examine de facto, promouere ad Sacros Ordines adhuc titulum litteraturæ, qua in re suam grauat conscientiam. Sic ex Garcia, Barbosa. Ita etiam Ludouicus de S. Ioan *quæst. 2. de Ordine art. 11. dub. 5. pag. 806.* Citat etiam, pro hac parte, Gonzalez *loc. cit.* Emanuelem Rodriguez *2. part sum. c. 15. num. 15.* & tenere videtur Sa, non correctus, vbi infra: Quamuis correctus, contrarium sustineat.

Sed probabilius longe Respondeo: Non posse. Quia ex Trident. vbi supra, nullus potest sacris initiari, *quamuis alias sit idoneus, moribus, scientia, & ætate*, quin acta vnde honeste viuere possit, possideat: ergo nec sufficit scientia, nec spes habendi, vnde quis viuere possit, qua sola gaudent Graduati, aut Doctorati dicti. Sic declarauit Sacra Congregatio Cardin. vt refert Sa, correctus, *verb. Ordo num. 27.* Sanchez *tom. 2. opusc. lib. 3. c. 1. dub. 35. num. 10.* Salzedo *c. 18. num. 7.* Petr. Ledesma *c. 7. cita.* ante vltimam conclusionem. Philiberthus *tr. 2. par. 6. c. 6. diff. 6. pag. 211.* Qui pro hac parte citat Barbosam *de offic. Episcopi allegat. 19. num. 72.* Garciam *de benef. c. 5. nu. 127.* Emmanuelem Rodriguez *c. 15. nu. 15. cit.* & Emmanuelem Sa, *loc. cit.* Sed ex his Doctoribus, oppositum docent Garcias, & Barbosa, locis saltem à nobis pro prima sententia citatis; Imo & Rodriguez, loquendo de Doctoribus in Theologia, aut Iure Canonico, licet loquendo de Bachalaureo, nostram defendat sententiam. Sa, tandem, non correctus, contrarijs fauet: correctus, nostris. Citari tamen, pro hac parte, possunt, Ioan. de la Cruz *in sum. vbi de Ordine dub. 6. concl. 1.* Ludouicus de S. Ioan *quæst. 2. de Ordine art. 11. dub 1. & diff. 1. pag. 804* licet non ita expresse, sibi tamen contrarius. Diana *4. part. tract 4 resol. 52. & part. 5. tract. 10. resol. 50.* Machado *loc. cit. de cum 8. nu. 1. pag. 36.* Licet hanc nostram sententiam limitet in Collegialibus Collegij maioris cuiusuis, per hæc verba: Diana siendo tambien de esta opinion, la limita, y con mucha razon, en los Collegios mayores de Salamanca, y de otras partes: porque de ordinario son personas nobles, y de mucho fauor, y que siempre salen de sus Collegios acomodados en grandes puestos. Por lo qual el Doctor Solorzano, dize que a los tales, como de derecho, se deuen las plaças, y grandes puestos de la Republica Sic ille. Sed certe (quidquid sit de sua ôpinione, cui nec ego assentio) haud bene citat Dianam pro illa: nam hic Author, non aliam docet, quam nostram, adhuc loquendo de prætatis Collegialibus. Ait enim sic, *4. part. loc. cit.* Ego vero, si non obstaret declaratio Cardinalium quam affert Emman. Sa, correctus, *ver. Ordo num. 27.* hanc opinionem libenter consulerem in Collegialibus ex aliquo Collegio maioris Salmanticensi, aut Complutensinam in dictis Collegijs, quæ ego voco equos Troyanos Doctorum hominum, recepto gradu, certum est, cito graduatum habiturum pluſquam congruam sustentationem, & ita tenet in specie Corduba *in sum. quæst. 36.* Sic Diana, quod & repetit *5. part. loc. cit.*

DISPVTATIO DECIMA.

De Litteris Dimissorialibus?

QVÆSTIO PRIMA.

An Episcopus quilibet, qui per se potest Ordines conferre; possit, & dimissorias concedere?

RESPONDEO: Posse. Et ita, iuxta supra dicta, dimissorias potest concedere Sum. Pontifex, Deinde Episcopus Originis, domicilij, beneficij, vel familiaritatis, dummodo sit electus, & confirmatus, etiamsi non sit consecratus. Sic ex Trident. *sess. 23. cap. 10. docent.* Enriquez *lib. 10. cap. 22. num. 3.* Tolet. *lib. 1. cap. 49. nu. 2.* Bonac. *disp. 8. pun. 4. num. 22.* Philibertus *tract. 1. par. 6. cap. 3. num. 1.* & omnes.

QVÆSTIO II.

An Legatus à latere possit dimissorias concedere?

NEGAT Philibertus *tract. 1. part. 6. cap. 3. num. 5.* per hæc verba: Quarto Legatus à latere, etiam in casibus intra annum præmissis, non potest dimissorias concedere. Sic Glossa *in cap. Dilectus de prebend.* & fuse Nauar, *de tempor. ordinatio. conf. 27.* Sic ille. Sed non recte citat hos Doctores pro hac parte. Nam in primis Nauar. oppositum expresse docet eodem loco pro se citato, vt statim. Et Glossa, solùm ait, quod Legatus non possit dispensare contra Concilium: quod verissimum est, sed non ad rem. Melius posset citari pro hac parte Rodriguez *de Ordine cap. 14. num. 6.*

Sed probabilius Respondeo: Posse. Sic Nauar. *loc. cit.* Vbi in summario hæc verba habet; *Legatus reuerendas quidem dare potest, etiam Sede vacante, sed non derogare Sacro Concilio.* Et in corpore Consilij *num. 2.* hæc alia: Secundo, quod, pro ordinato, & ordinante facit, quod legatus potuit dare reuerendas, & dedit eas accedēte testimonio idoneitatis Ordinarij, vel prouisoris N. quod testimonium accesit, seu datum fuit, vt requirebatur. Sic meus Nauar. & sic etiam Petrus de Ledesma *cap. 8. de Ordine concl. 4. diff. 36. pag. mihi 361.* & (ex illo non citato) Ludouicus de S. Ioan *quæst. 2. de Ordine art. 3. dub. 1. pag. 769.*

QVÆSTIO III.

An Vicarius Generalis possit, præsente Episcopo, dimissorias concedere?

NEGANT Astensis *tit. 3. art. 8.* Mandosius *de regul. Cancell. tom. 2. reg. 24. quæst. 2. & 6.* & alij, quos citat, & sequitur Enriquez *lib. 10. cap. 22. §. 3. in Glossa lit. P.* Menochius *de arbitr. lib. 2. casu 222. num. 9.* D. Ioannes Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum par. 1. nu. 197.* & alij, docentes, solum posse dictum Vicarium reuerendas concedere, absente Episcopo in remotis locis, hoc est, extra Prouintiam, aut adminus, vltra duas, aut vnam dietam.

Sed probabilius Respondeo: Etiam præsente Episcopo posse dimissorias concedere, si ad hoc, speciale mandatum eius habeat: aut expressum, vel tacitum consensum: secus alias. Sic Ioan. Andr. *in cap. Cum nullus.* Quaranta *ver. Ordo.* Molfes. & alij, quos refert, & sequitur Philibert. *loc. cit. à num. 8.* Et ita intelligendi sunt multi ex Authoribus, qui pro contraria opinione afferuntur.

QVÆSTIO IV.

An Capitulum, vel eius Vicarius, possit, Sede vacante, dimissorias concedere, intra annum à morte Episcopi?

RESPONDEO: Non posse. Quia id expresse prohibet Tridentinum *sess. 7. de reform. c. 10.* sub pœna Ecclesiastici interdicti, per hæc verba: Non liceat Capitulis Ecclesiarum, Sede vacante, infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias, seu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis dispositione, quam etiam cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis, alicui, qui beneficij Ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione

arctatus non fuerit, concedere: si secus fiat, Capitulum contrahentes Ecclesiastico subiaceat interdicto: & sic Ordinati, si in minoribus Ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus gaudeant: in maioribus vero, ab executione Ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, sint ipso iure, suspensi. Huc vsque Concilium. Et ex illo docent omnes Doctores. Qui bene ab hac prohibitione, excipiunt Collegium Cardinalium, nam hoc, Sede vacante, statim potest dimissorias concedere. Et consequenter iddem poterit Vicarius Papæ, statim post vacantem Sedem. Sic Maiolus *lib. 4 cap. 5. num. 5. de irregularit.* Enriquez *lib. 10. cap. 22. num. 3* Barbosa *de offi. & potest. Episcopi. alleg. 7. num. 13.* Ludouicus *quæst. 2. de Ord. art. 2. dub. 3.* Machado *tom. 2. lib. 4. part. 4. tract. 1. doc. 7. num. 2.* Philiber. *tract. 1. part. 6. cap. 3. num. 12. & 22.* & alij.

QVÆSTIO V.

An Saltem, Arctatis, beneficijs receptis, seu recipiendis; possit vicarius Capituli, intra annum, dimissorias concedere?

RESPONDEO: Posse. Sic colligitur clare ex Tridentini verbis, nuper relatis, & docent Philiber *loc. cit. num. 19.* Vbi sic ait: Dantur tamen aliqui casus, in quibus potest Vicarius Capituli dimissorias concedere. Primus est, post elapsum annum à morte Episcopi. Secundus, quando aliquis occasione beneficij recepti, vel recipiendi, Ordines Sacros recipere arctetur. Sic ille: & bene. Zerola *in praxi Episcopi part. 1 ver. Capitulum* Riccius *dec. 30* Barbosa *in Trident. sess. 7. cap. 10. num. 2. pag. 20.* & alij.

QVÆSTIO VI.

An Possit Episcopus, ex iusta causa concedere alicui dimissorias, ad omnes sacros Ordines, collectiue?

NEGANT aliqui, penes Philibertum *loc. cit. num. 20* putantes, necessarium esse ad singulos sacros Ordines, singulas reuerendas, diuersis temporibus, tradere.

Sed Probabilius Respondeo: Posse. Quia nil ad hoc obstat, vt bene probat Philibert. & ante ipsum, Rebuff. *in praxi benef. lib. 1. cap. 9. num. 4.*

QVÆSTIO VII.

An Abbates communes exempti, valeant dimissorias concedere suis subditis sæcularibus?

AFFIRMATIVAM sententiam tenere Enricum de Villalobos *tom. 1. tr. 11. diff. 9. num. 4.* Hieronimum Rodriguez, *in compend. qq. Regul. resol. 1. num. 26.* aiunt Diana *3. part. tract. 2. resol. 95.* & Philibert. *tract. 1. part. 6. cap. 3. num. 21.* Sed certe isti Doctores, haud recte citant prædictos, pro hac parte; cum solum loquantur de Abbatibus Magnatibus, qui, excepto charactere Episcopali, Episcopis æquiparantur. Citat etiam Diana 4. *part. tract. 4. resol. 147.* pro hac sententia, Thomam Sanchez *tom. 2. opus. lib. 7. cap. 1. dub. 22. num. 6.* & Tamburinum, *de iure Abbatum tom. 2. disp 2. quæst. 7. num. 1.* Sed ex his duobus, vltimus pro contraria citatur ab ipsomet Diana *3. part. loc. cit.*

Vnde longe multo probabilius Respondeo: Non posse. Sic Philibertus *loc. cit.* per hæc verba: Octauo, neque Abbates exempti, aut Collegia, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, aut consuetudinibus immemorabilibus, possunt suis subditis sæcularibus dimissorias cõcedere; alioquin pœnam suspensionis per annum ab officio, & beneficio incurrent, vt habetur in Tridẽtino *sess. 23. c. 10. de reformat.* & sic etiam asserunt Azorius *to. 2. lib. 3. cap. 49. q. 3.* Miranda *in Man. Prælatorum to. 1. q. 39 ar. 5.* Tamburin. *de Iure Abbat. to. 2. disp. 2. q. 2. 6. n. 2.* Quare valde miror, nonnullos Neotericos oppositum sine fundamento scripsisse, quos legas apud Dianam *p. 3 tr. 2. resol. 95.* Huc vsq; Philibertus. Quem ego certe, Valdius miror mirantem dictos Doctores oppositam sententiam sequẽtes. Non enim id faciunt, vt diximus; & dicit, præcitato Villalob. Hieron. Rodrig. *loc. cit.* à Diana, per hæc verba: Hoc tamen nõ procedit nisi in Abbatibus iurisdictionem ordinariam in parochos, & parochianos, pleno iure exercentibus, vt dictum est: non cæteri quales sunt Cistercienses, & Benedictini, qui tali iurisdictione nõ pollent, id in præfato decreto Tridentino prohibetur. Sic Hieronimus. Desinat ergo mirari Philibertus. Tenent etiam nobiscum Diana *loc. cit.* Petrus Ledesma *cap. 8. de Ordine, post 2. concl.* & communis.

QVÆS-

QVÆSTIO VIII.

An saltem, Abbates Magnates possint, suis sæcularibus subditis dimissorias concedere?

NEGANT adhuc Enriq. *lib.* 10. *c.* 23. *n.* 3. Rodrig. 2. *p. c.* 14. *n.* 2. Fornarius *c.* 5. *n.* 6. & Azor 2. *p. lib.* 3. *c.* 49. *q.* 3.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse. Quia huiusmodi Abbates, licite possunt ordines minores suis subditis sæcularibus conferre: ergo, & eisdem reuerendas concedere. Sic Riccius, Mandosa, Sayrus, Molfess. Campanil. Barbosa, Tāburinus, & alij, quos affert, & sequitur Philibert. *loc. cit. c.* 4. *n.* 17. Vbi, ait sic fuisse resolutū *in vna Salarnitana iurisdictionis die* 9. *Maij*, 1594. Diana 3. *p. tr.* 2. *de dubijs Regul. resol.* 94. & 4. *p. tr.* 4. *resol.* 147. Petr. Ledes. & Villalob. *li. cit.* & Hieron. Rodrig. *loc. cit. & resol.* 106. *n.* 3. & 16. Ludouicus *q.* 2. *de Ordine art.* 2. *diff.* 1. *pag.* 767. & alij.

QVÆSTIO IX.

An Prælati Regulares possint suis subditis reuerendas concedere?

NEGANT Enriq. *lib.* 10. *c.* 23. *n.* 4. & penes ipsum, Maiolus *lib.* 4. *c.* 9. *n.* 3. & *c.* 20. *n.* 2. Astensis *tit.* 3. *ar.* 4. *col.* 2. & Siluest. *ver. Ordo*, 3. §. 3. Quibus nouissime adhęsit Filliuc. *tr.* 9. *c.* 5. *n.* 98. docentes, solos Episcopos posse illis, dictas reuerendas concedere. Excipiunt tamen huiusmodi Societatis Doctores, Societatis Prælatos, qui ex priuilegio speciali Gregorij XIII. dato anno 1584. possunt suis subditis dimissorias, seu reuerendas concedere.

Sed certissime Respondeo: Posse reuerendas concedere suis subditis quemcumque Generalem, vel Prouintialem; non solum Societatis, sed alterius cuiusuis Ordinis, vel Religionis. Quia sic est illis concessum à Sixto V. & à Clemente VIII. anno 1596. vt referunt Quaranta *ver. Ordo, in fine*. Piasecius *in praxi Episc. p.* 1. *c.* 1. *n.* 14. Philibert. *tr.* 1. *p.* 6. *c.* 4. *n.* 3. Diana 2. *p. tr.* 16. *resol.* 15. Et ita docent ipsi; & ante illos, Nauarr. *lib.* 1. *de tempor. ordinat. consil.* 36. Rodrig. 2. *p. sum. c.* 14. *n.* 9. Ludouic. *q.* 2. *de Ordine ar.* 3. *dub.* 10. *pag.* 774. Barbosa, Gutierrez, & alij, penes Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 6. *tract.* 10. *docum.* 9. *num.* 4.

QVÆSTIO X.

An Prælati Regulares valeant concedere suis Nouitijs reuerendas, vt ab Episcopis ordinentur?

NEGANT Alexand. Peregrinus *in Clement. constitut. sui Ordinis par.* 1. : 4. & *in additio. q.* 10. Homobonus *consult. moral. p.* 4. *respons.* 99. *vol.* 1. Quos refert, & sequitur Philibert. *tr.* 1. *p.* 6. *c.* 4. *n.* 10. & 13. *pag.* 107. & Bonac. *de censur. disp.* 3. *pun. vlt. num.* 13.

Sed probabilius Respondeo: Posse, & valere. Quia Nouitij gaudent priuilegijs professorum: at ijs possunt Prælati, ex priuilegio, concedere reuerendas: ergo, & illis. Sic Vechius, & Tamburinus, quos affert, & sequitur Diana 3. *p. tr.* 2. *resol.* 7. & *p.* 4. *tr.* 4. *resol.* 7. & *p.* 5. *tr.* 10. *resol.* 43. Sanchez *in sum. lib.* 6. *c.* 10. *n.* 22. Suar. *tom.* 3. *de Religio. lib.* 5. *c.* 16. *n.* 17. Vbi ait: Superiores Societatis Iesu habere priuilegium concedendi reuerendas professis, etiam cum ampliatione illud communicandi Nouitijs. Quo priuilegio, præcipue, Religio nostra Discalceatorum, gaudet, ob Bullam, illi nouissime, & ampissime à S. D. N. Vrbano VIII. anno 1635. concessam, vt infra.

QVÆSTIO XI.

An Episcopi teneantur fidem præstare literis dimissorijs Prælatorum Regularium attestantibus, Ordinandum, his, & illis Ordinibus, iam esse initiatum?

NEGANT, in praxi, nonnulli Examinatores Episcoporum, repellentes ordinandos Regulares ab ordinatione, eo quod secum non ferant publica instrumenta attestantia præcedentium ordinum susceptionem.

Sed certissime Respondeo: Teneri fidem præstare, ac si ferrent publica instrumenta. Sic Abbas, Mascard, & Francus, quos citat, & sequitur Philiber. *loc. cit. cap.* 5. Vbi his verbis, contrarios manifeste conuincit. Quomodo enim (inquit) est verisimile, Prælatos istos, tam Regulares, quam non Regulares, qui sunt personæ omni exceptione maiores, velle publicis literis suo sigillo munitis rē falsam ettestari?

Postremo, si examinatores eisdē litteris fidem præstant, quæ cum spectat ad attestationem natalium, ætatis, & similium, cur nō eisdem credunt, dum præcedentium Ordinum susceptionem attestantur? Vel enim in omnibus, vel in nullis, ficēs dictis litteris est præstanda. Sic ille. Qui, & mira, sic subdit: Quare mirari satis nō possum rigidam nimium nonnullorum Episcoporum examinationem, erga regulares ordinandos, non solum de scientia; sed etiam de aliis requisitis: cum tamen in animarū salute procuranda, nullos habeant meliores, aut efficaciores coadiutores. Quam calamitatē, etiam in Hispania vigentem, deplorare nō desinit Rodrig. *to.* 1. *ac Regul. q.* 24. *ar.* 7. *infine.* Huc vsque Philibertus. Et bene. Sic etiam Machado *loc. cit. nu.* 5. & penes illum, Tamburinus, Villalob. Portel, & alij.

QVÆSTIO XII.

An Litteræ dimissoriæ expirent, morte concedentis, vel cessatione ab officio?

AFFIRMAT, his (licet inordinatis) verbis Zerola *in praxi Episc. verb. Dimissoriæ p. g. mihi*, 249. Ad nonum. Istę litteræ expirant morte cōcedentis, Rebuff. *loc. cit. n.* 39. 40 & 41. Si sciuit ipse Ordinandus mortem concedentis, secus excusaret ignorātia, modo sit probabilis *n.* 43. & 44. dicit, quod non expirat, quod satis notari dū; potest facere pro hoc cap. gratum, & cap. licet, *de offic. aceleg.* Vbi habetur, quod gratia morte concedentis non expirat: secus vero in odiosis, cuiusmodi non sunt istæ litteræ dimissoriales. Sic Zerola. Cui, apud Barbosam, vbi intra, fauet Gutierrez *c. n. lib.* 2. *c. ap.* 17. *num.* 12.

Sed longe multo probabilius Respōdeo: Non expirare. Quia gratia semel concessa, non expirat, etiam re integra (idest, ante omnem eius vsum) morte concedentis, vt nuper est dictum: at concessio dimissoriarum est quædam gratia: ergo non expirat, morte Episcopi concedentis, siue naturali, siue ciuili, aut per ingressum moderni Episcopi, casu, quo dictæ dimissoriæ à Capitulo, Sede vacante, concessę fuerint. Sic Nauar. Perez, Salzedo, Enriq. Suarez, Sa, Petr. Ledes, Rodrig. & alij, quos affert, & sequitur Sanch. *lib.* 8. *de matrim. disp.* 28. *n.* 83. Bonac. *disp.* 8. *pun.* 4. *n.* 21. Barbosa *in Trident. c.* 10. *n.* 3. & 4. *& de offic. & potest. Episc. alleg.* 7. *n.* 24. Molina, Mouta, & alij plures, quos citat, & sequitur Philibert. *loc. cit. c.* 6. *fere per totum.* Ioan de Cruce *in sum. tr. de Ord. dub.* 4. *concl.* 5. Ludouicus *q.* 2. *de Ord. ar.* 2. *dub.* 4. *pag.* 768. Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *par.* 1. *tr.* 3. *docum.* 5. *num.* 4. & communis.

DISPVTATIO VNDECIMA.

De Temporibus Ordinationum; & Interstitijs.

QVÆSTIO PRIMA.

An Prima Tonsura conferri possit quacumque die, & hora, & quocumque loco?

RESPONDEO: Posse. Quia sic praxis, & cōmunis: & sic Doctores Canonistæ *in c. cōsultatio. de tēpor. Ord.* Tabiena *ver. Ordo*, §. 3. Siluest. *Ordo* 2. *n.* 6. Enriq. *lib.* 10. *c.* 12. *nu.* 1. Vazq. *disp.* 246. *c.* 5. Sa, *ver. Ordo n.* 13. Bonac. *disp.* 8. *pun.* 6. *n.* 1. Layman *tract.* 10. *cap.* 8. *num.* 1. Diana *part.* 2. *tract.* 16. *resol.* 30. Ochagauia *tract. de Ordine quæst.* 9. *nu.* 8. Hurtado *diff.* 23. Philibert. *tract.* 1. *par.* 7. *cap.* 5. *num.* 1. Sanchez *to.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 52. & omnes.

QVÆSTIO II.

An Etiam minores Ordines possint quacumque die, etiam feriata, conferri?

AFFIRMANT Philibert. *loc. cit. n.* 7. per hęc verba: Quinimo in rigore iuris, nec videtur prohibitum, quacumque die, minores conferre *can. Quando d.* 75. vbi: Quando, & vbi libitum fuerit, vsque ad Subdiaconatus officium ordinentur Clerici: Diaconi vero & Presbyteri, nunquā nisi in publica ordinatione. Sic ille. Et ante illū Zerola 2. *p. prax. Episc. V. Ord.* ita loquens: Imo Ordines minores potest Episcopus conferre, quando, & vbi libitum fuerit *cap. Quando d.* 75. Rebuff. *in Reg. Cancell.* 25 *n.* 5. Ita ille. Et Ludouicus de S. Ioā. *q.* 2. *de Ord. ar.* 9. *dub.* 1. *p.* 9. 795. Vbi sic scribit: Las Ordenes menores se pueden dar en qualquier tiempo, que al Obispo le pareciere,

ora

ora sea Domingo, ô otra fiesta, ô en otros dias feriales, como las celebre dentro de su Obispado. Ita Ludouic. ex Petr. Ledes. (quē nō citat) *c. 7. concl. 2. pag. mihi 664.*

Sed probabilius Respondeo: Non posse conferri, nisi in diebus Dominicis, aut alio die festo. Quia sic colligitur clare, *ex c. de eo autem. de tempor. ordinat.* quod citat, & cuius verba refert Ludouicus ad suam sententiam tēq probandā, licet ego ad reprobā dā dicerē. Sic enim ibi Alexan. III. De eo autē, quod quæsiuistis, an liceat extra ieiunia quatuor tēporū aliquos in Ostiarios, Lectores, Exorcistas, vel Accolytos, aut etiam Subdiaconos promouere: taliter respōdemꝰ, quòd dictū est Episcopis, Dñicis, & alijs festiuis diebus vnū, aut duos ad minores Ordines promouere: sed ad Subdiaconatū, nisi in quatuor tēporibus, aut Sabbato Sācto, vel in Sabbato ante Dominicā de Passione, nulli Episcoporum, præterquā Romano Pontifici licet aliquos Ordinare. Sic ibi. Vbi potest clarius? Sic Siluest. *Ordo 2. q. 6.* Angel. *Ordo 4.* Enriq. *lib. 10. c. 12. nu. 2.* per hæc verba; Minores ordines cōferre potest, nō tantū, eodē tēpore, quo maiores: sed priuatim: tribus, aut etiā pluribus in qualibet Dominica, aut festiuo die. Vazq. Bonac. *dict.* Philibert. *loc. cit. n. 1.* Sic dicēs: Minores Ordines, quibuscumq; diebus Dominicis, & festis solēnibus, modo non sint tot ordinādi, vt generalis ordinatio videatur, quæ solis præscriptis tēporibus, etiam quoad minores, est peragenda, *cap. De eo, de tempor. Ord.* Sic. Philibertus. Quē valde miror, statim sibi contrarium, vt vidimus. Sanchez *doc. cit. dub 52.* & communis.

QVÆSTIO III.

An Dies festiui, in quibus Ordines minores conferri possunt, necessariò debeant esse dies festi de præcepto Ecclesiæ, an vero sufficiat, quod sint duplices in ordine ad officium Diuinum?

AFFIRMANT debere esse necessario dies festos, qui à populo ex præcepto Ecclesiæ obseruantur, Azor. *p. 2. lib. 1. c. 27. q. 9.* Naldus, *ver. Ord. n. 15.* Barbosa *de potest. Episc. p. 2. alleg. 11. n. 22.* Villalob. *to. 1. tr. 11. diff. 13. n. 4.* Viguerius, Rossella, D. Anton. Siluest. Barth. de Ledes. Palud. Zanard. & Vega; quos omnes pro hac parte citat Diana *5. p. tr. 13. resol. 97.* Machado *to. 2. lib. 4. p. 1. tr. 3. doc. 2. n. 5. pag. 9.* & penes illū, Vinald. *tit. de Sacr. Ord.* & alij.

Negāt'è contrario, debere esse dies festos de præcepto Ecclesiæ; sed sufficere prędictos dies, esse festa duplicia ex officio Ecclesiastico, licet minime feriata à laboribus ex Ecclesiæ mādato: Fagund. *d. quinq; præc. p. Eccl. lib. 1. c. 2. n. 12.* & ex illo Philibert. *tr. 1. p. 7. c. 6. n. 12.* Qui id probāt. Primo; Quia in iure Canonico, ille etiam dicitur dies festus, in quo officiū duplex recitatur, licet à laboribus nō sit feriatus, vt cōstat *ex Clemēt. vnica de reliq. & vener. Sānctorū*, ergo. Sed hæc ratio, aut multū probat, aut nihil. Quia in dicta Clem. etiam dies, in quo fit officiū de Sācto simplici, dicitur dies festus. Sic enim ibi (loquēdo generaliter de festiuitatibꝰ omniū Sāctorū, quorū dies per anni circulū celebrātur) dicitur: *Hos enim circa Sānctos, quos per anni circulū veneramur, ipsa obseruat Ecclesia, vt quānis in Litanijs, & Missis, ac alijs etiā ipsorū memoriam sæpius renouemus: nihilominus tamē ipsorum natalitia certis diebus per anni cursum solemnius recolat, festa propter hoc ipsa diebus specialia celebrando. Et quia in his festis, circa solēnitatis debitū, aliquid per negligētiā, aut rei familiaris occupatiōnē, aut aliàs ex humana fragilitate omittitur, statuit ipsa mater Ecclesia certā diē, in qua generaliter omniū Sācto rū cōmemoratio fieret, vt in hac ipsorū celebritate, tā cōmuni, quidquid in proprijs ipsorū festiuitatibus omissum existeret, solueretur.* Ita Clemēs V. Fūc ego; sed in die, in quo fit de Sācto simplici, nō possunt conferri Ordines minores, ex vi huius Clementinæ; ergo ex vi illius, nec in diebus, in quibus fit officium de festo semiduplici, aut duplici non feriato. Vnde.

Ego probabilius cū Authoribus primæ sententiæ Respōdeo: Debere necessario esse dies festos ex Ecclesiæ præcepto. Quia id expresse habetur *in c. De eo, de tēpor. Ord.* & clarius, *in Pontif. Rom. §. De minor. Ord.* Vbi sic dicitur: Quatuor minores Ordines dari possunt, extra Missarū solēnia, diebus Dominicis, & festiuis duplicibus, sed in mane tantū. Sic ibi. Sed sic est, quod nomine festiuorum duplicium, nō possunt venire, aut cōprehēdi, omnia festa duplicia, aut omnes dies festi duplices nō feriati (vt de se patet) sed ad summū, omnia festa quæcūq; sint, modo ab Ecclesia obseruari mandentur, ergo. Sic Authores citati, & alij statim citandi. Dubium igitur (mihi saltē) solū potest esse, an indistincte in omnib' præcepti festis, Ordines minores dari valeant. Proquo sit.

QVÆSTIO IV.

An In omnibus festis conferri minores Ordines possint?

NEGANT Panormitan. *in cap. litteras. de tempor. Ordi. n. & in cap. ae eo, cit.* Et Hostiens. affirmantes; solum posse conferri in Dominicis, & festis præcipuis, aut solemnibus; aut solum in illis diebus, in quibus Virgines cõsecrari possunt: Hæc autem festa sunt (teste Siluestro, *ver. consecratio Virginum*:) dies Epiphaniæ, Pascha Resurrectionis, Natalia Apostolorum, dies Dominæ. Sic etiam D. Anton. 3. *par. tit.* 14. *c.* 16. §. 16. Barth. de Ledesma *de Ordine dub.* 15. Palud. *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 2. *num.* 15. Siluest. *ver. Ordo* 2. *quæst.* 2. Turrecrem. *in capite Quod à Patribus. dist.* 75. Viguer. *lib. institut. c.* 16. §. 6. *ver.* 6. & Rolella, *Ordo* 2. *num.* 4.

Sed probabilius Respondeo: Posse conferri in omnibus festis, siue præcipua sint, siue non; dummodo ab Ecclesia obseruari præcipiantur. Quia indistincte in dicto capite, *ae eo*, & in Pontificali dicitur, posse conferri omnibus Dominicis, & festis, aut festiuis duplicibus. Sic Angel. *ver. Ordo* 4. *num.* 1. Tabiena *Ordo* 2. *quæst.* 3. Armilla *ver. Ordo num.* 7. & alij quos refert, & sequitur Sanchez *tom.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 52. *num.* 5. & communis.

QVÆSTIO V.

An In dictis Dominicis, & Festis, possit Episcopus minores Ordines conferre pluribus, quam duobus?

AFFIRMANT Innocẽt. & Gotfred. *in c. de eo autem, cit* Siluest. *ver. Ordo.* 2. *n.* 6. Enriq. *loc. cit.* Sa, *verb. Ordo n.* 13. Barth. de Ledes. *diff.* 15. *cons.* 3. *col.* 1183. Reginald. *lib.* 30. *n.* 26. Layman *loc. cit.* Sanch. *to.* 2. *consil. lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 52. *n.* 8. Filliuc. *tr.* 9. *n.* 83. Diana 2. *p. tr.* 16. *resol.* 30. Philibert. *tr.* 1. *p.* 7 *c.* 5. *n.* 5. & alij, docentes, optime posse Episcopũ in Dominicis, plusquã duobus, vel tribus, Ordines conferre.

Sed probabilius Respondeo: Non posse plusquam duobus, vel tribus. Quia hoc expresse habetur in cap. *De eo, cit. sup. q.* 2. Sic Hostiens. & Angel. Quos referunt Siluest. & Enriq. Vazq. *disp.* 246 *cap.* 5. *in principio* Hurt. *disp.* 23. Abbas, Palud. & alij, penes Sanchez.

QVÆSTIO VI.

An Liceat post prandium minores Ordines conferre?

NEGANT Siluest, *Ordo* 2. *q.* 6. *fine.* Angel. *Ordo* 5. §. 5. Tabiena, Hugo & Armilla, quos omnes citat, & sequitur Ferrarius *de Ordine c.* 8. *n.* 3. *versu. Tertio nota.* Zerola *p.* 2. *praxis Pontif. V. Ordo. ver. Decimo.* Qui & citat (& recte, vt infra) Pontificale Roman. *de Ordin. confer.* §. *minores verò.* Et Philibertus *tract.* 1. *part.* 7. *cap.* 5 *num.* 3. licet *num.* 15. oppositum, haud obscure, defendat.

Sed probabilius Respondeo: Licere. Sic testatur Enriquez per hec verba: Consuetudo vero Episcoporum recepta concedit, vt feria sexta, vespere ante Sabbatum; in quo Sabbato iure possunt omnes Ordines conferre, liceat dare quatuor minores. Sic ille, *lib.* 10. *cap.* 12. *num.* 2. & ex illo Diana, *loc. cit.* Philibertus *tract.* 1. *part.* 7. *cap.* 1. *num.* 15. Qui citat pro hac parte Villalobos *tom.* 1. *tract.* 11. *diff.* 13. *nu.* 4. Dianam 2. *part. tract.* 16. *resol.* 28. & alios. Sed, prædictos saltem, male. Nam Diana, *loc cit. resol.* 30. (non 28. Quia ibi nil ad rem) hæc verba, ex Enrico de Villalobos profert: Hase de aduertir, que tambien se pueden hazer las Ordenes el Domingo siguiente por la mañana, con tal, que el que ordena, y el que se ha de ordenar continuen el ayuno del Sabado antes, porque entonces, la mãñana del Domingo se trae al Sabado, por la continuacion del ayuno, como dize ze vn texto. Mas esto no lo ha de hazer el Obispo sin necessidad: La qual feria, si el Sabado no las pudo hazer por hallarse enfermo, que entonces podria diferirlas para el otro dia. Sic ille. Et est praxis communis in nostra Hispania, & in Italia.

QVÆSTIO VII.

An Etiam liceat Episcopis, maiores Ordines Dominicis diebus dare?

AFFIRMAT Hugo *in cap. Quod à Patribus dist.* 75. *& in cap. Quod dicta. dist.* docens, non solum licere, verum etiam teneri celebrare illos die Dominica, nec opus esse continuari ieiunium Sabbati cum Dominica, vt reputetur vna dies.

Sed

Sed certiſsime Reſpondeo: Nullo modo licere, niſi in diebus à iure ſtatutis; Quæ ſunt ſex Sabbata Ieiuniorum; nempe, Sabbata quatuor temporũ; & Sabbata ante Dominicam Paſsionis, & Reſurrectionis. Sic ſtatuitur, *in cap. de eo. & in cap. Quando.* (vt vidimus ſup. quæſt. 2.) & in Trident. *ſeſſ. 23. cap. 8.* & tenent D. Tho. *diſt 25. in lit.* Enriquez *lib. 10. c. 12. n. 1.* Barboſa in Trident. *ſeſſ. 23. c. 8.* Philibert. *tr. 1. par. 7. c. 5. nu. 8.* & omnes communiter apud Sanchez *tom. 2. conſil. cap. 1. dub. 51. num. 3.*

QVÆSTIO VIII.

An Saltem, vrgente cauſa, poſsit Epiſcopus Ordines maiores conferre, mane dicti Dominicæ, poſt generalem in Sabbato Ordinationem factam?

RESPONDEO: Poſſe: dum modo continuetur ieiunium Sabbati, tam ab Ordinante, quam Ordinando, cum Dominica ſequenti; quia tunc fictione Canonica, mane Dominicæ ſequentis trahitur ad veſperam Sabbati præcedentis, & ſic conferri dicuntur in Sabbato. Sic Enriquez *lib. 10. cap. 12. num. 2.* (non 12. vt citatum reperies, apud Dianam, & Philibertum) per hæc verba: Poteſt Epiſcopus maiores. (*Ordines intellige*) Dominica ſequenti poſt Sabbatum prædictum conferre, ſi cauſa ſub ſit, dum modo ieiunium Sabbati continuet vſque ad Dominicam; quod continuari dicitur poſt Miſſam Sabbati, niſi ſumpſerit ablutionẽ. Sic ille. Nota hic, quod cauſa iuſta, aut vrgente, erit, ſi in Sabbato ob multitudinem Ordinandorum, Ordinationes expediri non poſsint, aut ſi Epiſcopus ob grauem infirmitatem illas, Sabbato conferre non valuerit. Sic etiam Maiol. *lib. 3. de iregul. c. 23. num. 11.* Diana, & Villalobos *loc. queſtione 6.* citatis Philibertut. *loco citato, numer. 9. pagina 118.* Layman *de Ordine cap. 8. num. 5.* & communis apud ipſos. Siluester vbi infra, & Sanchez *loc. cit. numero 4.*

QVÆSTIO IX.

An Liceat Epiſcopo, in caſu aſsignato, præfata in Dominica, maiores Ordines conferre, ſi ipſe, in Miſſa Sabbati, ablutionem ſumpſerit?

NEGAT Enriquez, verbis nuper adductis, quem citat, & non refutat Diana *2. par. tract. 16. reſol. 30.* Layman *tr. 10. cap. 8. nu. 5.* & alij penes ipſum. Quia id videtur colligi *ex cap. Quod à Patribus diſt. 75.*

Sed probabiliter Reſpondeo: Adhuc licere. Quia textus citatus, ſolum loquitur de ieiunio Eccleſiaſtico, quod, nullo modo, per ſumptionem ablutionis ſoluitur. Sic expreſſe Siluester *Verb. Ordo. 2. num. 6.* Vbi ſic ait: Hoc autem ieiunium Supplem. Sic intelligit, quod ſi quis eorũ Sabbato celebret, non ſumat, niſi corpus, & ſanguinem; quod etiam attribuit Innocentio. Sed ille, per duo prædicta intelligit etiam ablutionem ad iſtam Ordinationem ordinatam. Vnde dico, quod dictũ caput, *Quod à Patribus*, Loquitur de ieiunio Eccleſiæ, quod per huius modi ablutionem non ſoluitur. Sic Siluester. Vnde male illum citat Enriquez pro ſua ſententia. Tenent etiam noſtram Philibert. *loc. cit. num. 9. pag. 118.* & Sanchez *loc. cit. num. 5.*

QVÆSTIO X.

An Liceat Epiſcopo, vnum Ordinem Sacrum die Sabbati vni conferre; & mane Dominicæ ſequentis, alterum eidem tradere?

RESPONDEO: Nullo modo licere, etiam ſi continuet ieiunium Sabbati, vſque ad ſequentem Dominicam. Quia ſic, ſub pœna ſuſpenſionis prohibetur *in c. literas. & cap. Dilectas. de tempor. Ordinatio.* & tenent Nauar. *in Manc. c. 25. n. 71.* & Suarez *de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. nu. 40. pag. mihi 502.* non (vt citat Philibertus) *lib. 4. c. 14. n. 23.* cum ille tomus, nec libros, nec capita, ſed ſolum, diſputationes, & ſectiones contineat. Menochius, & Maiolus, quos refert, & ſequitur Philibertus *tract. 1. par. 7. c. 5. num. 10. & cap. 6. num. 8.* Sanchez. *tom. 2. conſil. lib. 7. cap. 1. dub. 53. num. 7. pagina mihi 318.* & omnes.

QVÆSTIO XI.

An Saltem, qui die Sabbati suscepit Sacerdotium, possit, die Dominica immediata, Episcopatum recipere?

AFFIRMANT Suarez *loc. cit.* per hæc verba: Est autem hic aduertendum Episcopatum non numerari in his iuribus, inter Ordines sacros: & ideo, non incurri hanc suspensionem, etiam si quis die Sabbati, & Dominica, continuato ieiunio, Ordinaretur Sacerdos, & consecraretur Episcopus, vt notarunt Ioan. Andreas *in d. cap. Quod à Patribus.* & Abbas *in d. cap. literas.* Sic ille.

Sed ego, etiam non continuato ieiunio, id fieri posse, Respondeo. Quia Episcopatus potest conferri, quauis Dominica die; ergo absolute potest, etiam in ea, quæ est immediata, post Sabbatum Ordinationis generalis. Sic Layman *cap. 8. cit. num. 5.* Philibert. *tract. 1. par. 2. cap. 11. num. 5. & par. 7. cap. 6. num. 9.* Sanchez, & communis.

QVÆSTIO XII.

An Liceat Episcopo, omnes Ordines, simul cum prima Tonsura, eadem die, eidem conferre?

NEGANT Innocent. Abbas, & Hostiens. *in cap. Deeb. de tempor. Ordinat.* Siluest. *Ordo. 2. num. 7.* Armilla *Ordo. num 6.* Enriquez *lib. 10. cap. 11. num. 4.* Barthol. de Ledesma, *diff. 15. concl. 5. col. 1184.* D. Anton. & alij; quos affert, & sequitur Philibertus *tract. 1. par. 7. c. 1. num. 6. 9. & 10.*

Sed probabilius Respondeo: Licere. Quia hæc est multarum Ecclesiarum consuetudo. Adde, quod, secundum aliquos Doctores, id nullo iure est prohibitum: ergo. Sic Vazquez *disp. 246. cap. 5.* Machado *tom. 2. lib. 4. par. 1. tract. 3. doc. 2.* Barbosa *de Iure Eccles. lib. 1. cap. 33. num. 185.* & alij statim citandi. Imo Enriquez, Siluester, Armilla, & Ledesma nobiscum tenent, casu, quo consuetudo vigeat. Sanchez *cap. 53. nu. 14.* & alij, penes ipsum.

QVÆSTIO XIII.

An Etiam liceat Episcopo, minores Ordines, simul cum Subdiaconatu, eadem die, eidem concedere?

NEGANT, etiam in casu, quo causa vrgeat, & vigeat consuetudo, Maiolus *lib. 4. de irregularit. cap. 11. num. 1.* Siluester. *loc. cit.* Tolet. *lib. 1. cap. 71. num. 1.* Reginald. *lib. 30. num. 28.* Enriq. *lib. 10. cap. 11. num. 4.* Fornarius *cap. 8. vers. Tertio. irregularis est;* & alij.

Affirmant vero è diametrô, id licere, ex iusta causa, Episcopo (seclusa adhuc consuetudine) Gutierrez *lib. 1. qq. can. quæst. 26. num. 31.* Molfes. *in sum. tract. 2. c. 8. num. 27. & c. 14. nu. 3.* Vazq. *disp. 246. c. 5. num 48.* Diana *2. par. tract. 16. resol. mihi, 30.* (Philiberto 28.) Hurtado *diff. 23.* quia existimant, id nullo iure Canonico esse vetitum, sed solum, duos Ordines sacros, eadem die, eidem conferri.

Sed probabilius Respondeo: Ex iusta causa licere: Non quia id nullo iure sit prohibitum, vt putant Doctores nuper relati; est enim vetitum per Tridentinum *sess. 23. c. 11.* vt bene probant Maiolus, Nauarrus, Reginald. Machado, & alij; sed propter consuetudinem contrariam, quæ in omnibus ferè Ecclesijs viget, vt testantur Vazquez, Viuald. & Molfes. Sic Nauar. *cap. 25. nu. 71.* Suarez *disp. 31. de censur. sect. 1. num. 41.* Fornarius *c. 8. num. 3.* Miranda, Sayrus, Rodriguez, & alij, quos citat, & sequitur Philibert. *loc. cit. num. 12. pag. 113.* Machado *tom. 2. lib. 4. par. 1. tract. 7. docum. 11.* Diana (iam sibi non nihil contrarius) *tom. 5. tr. 10 resol. 36.* per hæc verba: Notãdum est etiam, hic obiter, contra Venerum *in examin. Episc. lib. 1. cap. 18. num. 13.* Maiolum *de irregul. lib. 4. cap. 11. num. 1.* Menochium *casu 564. de arbit. num. 8.* & alios, quod Ordines minores cum Subdiaconatu, poterit Episcopus simul conferre, vbi vigeret de hoc consuetudo, ante Concilium Trident. ita Villalobos *to 1. tr. 11. diff. 12. à num. 7.* Sic ille, & alij ab ipso adducti. Sanchez *tom. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 53. nu. 5. 6. & 7.* & alij.

QVÆS.

QVÆSTIO XIV.

An, Qui recipit duos Ordines Sacros in vna die, incurrat, ipso facto, suspensionem?

NEGANT Villalobos 1. *par. tract.* 18. *diff.* 11. *num.* 7. & Diana *par.* 5. *tract* 10. *resol.* 35. citantes, pro hac parte, Suarium *de cens. disp.* 31. *nu.* 41. docentem, non incurrere suspensionem, ipso facto. Sed, an bene hic citetur author, statim constabit.

Sed, probabilius Respondeo: Incurrere ipso facto, suspensionem. Sic *ex cap. Quod a Patribus*, citato, & ex *cap. Innotuit, de eo, qui furtiue Ordin. suscipit* docent Nauar. *c.* 25. *n.* 71. & 241. Suarez *lo. cit.* pro parte contraria, sic dicens: In alio autem casu duorum Ordinum Sacrorum, licet res sit dubia, nihilominus, iura supra citata, attente perpensa, videntur hanc suspensionē, ipso iure, imponere. Sic Suar. & sic Luysius Turrian. *lib.* 5. *de censur. disp.* 46. *dub.* 1. Bonac. *de cēsur. disp.* 5. (non 3. vt inuenies apud Dianam) *pun.* 1. §. 1 *num.* 4. & *disp.* 7. *quæst.* 3. *pun.* 4. *n.* 3. & Philibert, *tract.* 1. *par.* 7. *c.* 1. *n.* 2. Qui etiam citat Suarium pro opposita sententia; sed etiam, male.

QVÆSTIO XV.

An Etiam, incurrat suspensionem, ipso facto, qui eodem die, Ordines minores simul cum Subdiaconatu suscipit?

AFFIRMANT etiam Bonacina *locis citatis*, Nauar. *num.* 71 *citato* Gauant. *in man. Prælator. Ver. Irregularitas.* & Suarez *loc. cit.* penes Philibertum, vbi infra. Sed vterius, male abisto authore, Suarius citatur. Vnde.

Probabilius Respondeo: Non incurrere ipso facto suspensionem. Sic Suarez *nu.* 41. *citato* per hæc verba: Est autem aduertendum, etiam esse grauiter prohibitū suscipere eodem die minores Ordines, & Subdiaconatum non solum ex eodem Cōcilio Trident. *sess.* 23. *cap.* 11. Sed etiam ex *cap.* 2. *de furtiue Ord. suscep.* Vbi suspensio etiam fertur, quam Nauar. etiam putat esse ipso iure; sed re vera non est; quia Pontifex in dicto cap. 2. solum ait: *Mandamus, vt eum ministrare non permittas &c.* Sic Suarez. Et sic etiam Philibertus *tract.* 1. *par.* 7. *c.* 1. *num.* 16. Qui minus proprie, hanc suspensionem ferendam, vocat irregularitatem. Villalob. & Diana, *locis citatis.*

QVÆSTIO XVI.

An In receptione Ordinum maiorum, seruanda sint interstitia vnius integri anni?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia id cōstat ex Trident *sess.* 23. *cap.* 11. & *c.* 13. Vbi agens de Subdiaconis, & Diaconis, hæc ait: *Promoti ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltē, in eo non sint versati, ad altiorem gradū, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittatur.* Sic ibi. & *c.* 14. agens de promouendis à Diaconatu ad Presbyteratum, eandem tradit doctrinam. Ideoque illam docent omnes Theologi, & Canonistæ. Qui bene notant, annum integrū, qui inter vnum, & alterum Sacrum Ordinem percurrere debet, non esse mathematice computandum, sed moraliter, iuxta annum Ecclesiasticum. Vnde initiatus Diaconatu, temporibus Penthecostes, vel Septembris, optime poterit anno sequenti eisdem temporibus, Sacerdotium recipere, etiam si duodecim menses, iuxta circulum solarem, nondum elapsi sint. Legantur Philibert. *tract.* 1. *par.* 5. *c.* 4. & *par.* 7. *cap.* 2. Villalobos *tract.* 11. *diff.* 12. *nu.* 6. Vbi affert quandam Congregationis Cardin. declarationem

QVÆSTIO XVII.

An Etiam, in receptione Ordinum minorum, sint interstitia requisita?

NEGANT absolute Filliuc *tom.* 1. *tract.* 17. *c.* 5. *num.* 86. & ex illo Diana *par.* 5. *tract.* 10. *resol.* 40. Vbi sic ait: In receptione autem Ordinum minorum, nulla requiruntur interstitia, sed possunt recipi eodem die, si ita videatur Episcopo, cui se remittit Trident. *loc. cit.* Ius autem antiquum *in cap. singulis dist.* 77. est antiquatum. Ita ille; & ego. Sic ex Filliucio, Diana.

Sed clarius, & probabilius Respondeo: Requiri. Quia id, haud obscure, docet Trident. *sess.* 23. *cap.* 11. per hæc verba: *Minores Ordines ijs, qui saltem Latinam Lin-*

Linguam intelligant, per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videatur, conferantur Sic Conciliũ. Et ex illo Petrus de Ledesma *cap. 8. de Ordine concl. vltima*, & ex illo, non citato, Ludouicus de S. Ioan *quæst. 2. de Ord. art. 4. diff. 3. pag. 775.* Philibert. *tract. 1. par. 7. c. 1. num. 6. pag. 112.* Zerola *in praxi Episc. par. 1. Ver. Ordo, pag. mihi 536. & 537.* & alij. Quamuis, ex cõsuetudine, vt supra vidimus, omnes minores Ordines, vna die, vni conferri possint.

QVÆSTIO XVIII.

An Peccet mortaliter Ordinatus, qui non expectat temporum interstitia?

NEGATIVAM sententiam indicare Enriquez *lib. 6. cap. 10. num. 3.* ait Philibertus *loc. cit. c. 2. num. 13. pag. 115.* Sed non bene id attribuit Enrico: nam hic, oppositum clare docet *lo. cit.* & innuit *lib. 10. cap. 1. num. 3.* Vnde.

Certissime Respondeo: Peccare mortaliter, si id ibique licentia Episcopi faciat. Quia transgreditur præceptum Tridentini *loc. cit.* in materia Ordinum, quæ est grauissima. Sic Filliuc. Diana, & Philibertus *locis citatis*, & communis.

QVÆSTIO XIX.

An, Qui Ordinatur, non seruatis interstitijs suspensionem aliquam incurrat?

AFFIRMANT Enriquez *lib. 6. cap. 10. num. 3.* Additionator Nauari. *lib. 1. consi. 4. de tempor. Ordin. fol. mihi 33.* Portel *in dubijs regular. Verb. suspensio. nu. 14.* Diana *par. 4. tract. 2. resol. 55.* Vers. *Nota etiam.* Vnde male citat illum Philibertus pro opposita opinione: quia licet alibi, vt statim dicam, oppositum sequatur; non tamen, loco abipso, & à nobis, citato.

Sed probabilius Respondeo: Nec suspensionem, aut irregularitatem incurrere. Quia nulla est in iure apposita. Nam quãuis Sixtus V. in quadam extrauag. contra male promotos, pœnam suspensionis, ipso facto, imposuerit; postea tamen sublata fuit per Clementem VIII. Sic Nauar. *consi. 4. cit*, Suarez *de censur. disp. 31. sect. 1. nu. 43* (vnde immerito citat illum Portellus pro sua sententia) Filliuc. vbi supra, *& tr. 20. cap. 7. num. 190.* Madius, Riccius, Sayrus, Zerola, & alij, quos citat, & sequitur Philibertus *tract. 1. par. 7. c. 2. num. 12. pag. 115.* Bonac. *disp. 8. punct. 5. num. 35.* Diana *3. par. tract. 2. resol. 32. & 4. par. tract. 4. resol. 209. & par. 5. tract. 10. resol. 40.* Villalob. *tract. 11. diff. 12. num. 2.* Lauretus, Barbosa, Campanillus, & alij apud ipsos.

QVÆSTIO XX.

An Non solum Episcopus, sed etiam Capitulum, seu eius Vicarius, sede vacante, possit cum suis subditis in interstitijs dispensare?

NEGAT Rodriguez in Bulla §. *dub. 8. concl. 4. pag. mihi 138.* & penes Ioannem Machado, Salcedus, Maiolus, & Nauarrus, docentes, facultatem remittendi interstitia, solum esse concessam Episcopis; non Capitulo, Sede vacante.

Sed probabilius Respondeo: Vtrique, tam Capitulo, quam eius Vicario, esse concessam; interueniente necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ. Nam quod Episcopus possit, illi Tridentinum, *sess. 13. cap. 11. & 13.* concedit, & cum illo omnes Doctores. Quod vero, etiam Capitulum, seu eius Vicarius, Sede vacante, possit, docet Sacra Congregatio Concilij, & ex illa, Homobonus, Armendarius, & Marta, quos affert, & sequitur Diana *par. 4. tract. 4. resol. 209.* Ioan. de Cruce *in Sum. Vbi de Ordine dub. 3. concl. 2.* Quaranta, Carolus de Graffis, Modernus, Riccius, & Barbosa, quos refert, & sequitur Philibertus *tract. 1. par. 7. cap. 2. num. 8.* Qui, *num. 7.* hanc facultatem dispensandi in interstitijs, etiam extendit ad Vicarios Generales Episcoporum. Suarez, Sanchez, Vega, & alij, quos citat, & sequitur Machado *tom. 2, lib. 4. par. 4. tract. 1. docum. 7. num. 4.*

QVÆSTIO XXI.

Quænam causæ sint sufficientes, vt Episcopus dispensare possit in interstitijs?

RESPONDEO: Quod multiplex. Prima sit, necessitas, & vtilitas particularium Ecclesiarum. Hanc causam assignat Trident.

Trident. *sess.* 23. *cap.* 11. 13. & 14. *de reform.* Per necessitatem Ecclesiæ intelligit Concilium, quando deficiunt omnino Ministri, ita vt, per Ordinatos, onera Ecclesiæ, tam in Missarum celebratione, quam in Ecclesiasticis ministerijs, suppleri nequeant. Per vtilitatem vero, quando pauci sunt Ministri idonei.

Secunda causa dispẽsandi ab interstitijs est ætas prouecta Ordinandi, cum grauitate, & integritate coniuncta.

Tertia est arctatio recipiendi Diaconatum, aut Presbyteratur, matione beneficij recepti, vel recipiendi, ex Trident. *sess.* 7. *c.* 10. *de reformatione.*

Quarta est, magna virtus Ordinandi, aut excellentes in litteris profectus.

Quinta denique causa dispensandi ab interstitijs cũ aliquo, est studiũ in aliqua Vniuersitate, vt scilicet, media Missarum celebratione, se possit in studijs sustentare. Sic omnino Philibertus *tract.* 1. *par.* 7. *cap* 3. *per totum.* Hurtado *tract. de Ord. diff.* 23. & exillo Diana *loc. cit.*

QVÆSTIO XXII.

An Generales Religionum possint cum suis subditis in interstitijs dispensare?

NEGANT Sorbus *Ver. Ordines Sacri.* Hugolinus *de potest. Episc. par.* 2. *c.* 26. §. 27 *num.* 3. Genuens. *cap.* 83. *num.* 1. Rodriguez *tom.* 3. *de regularib. quæst.* 27. *art.* 3. Barbosa *de Offic. Episc. alleg.* 18. *num.* 10. Miranda *in manuali tom.* 1. *quæst.* 38. Bonac. *de Sacram. disp.* 8. *quæst vnica punct.* 5. *num.* 34. Quaranta *Verb. Ordo* Cæsar Madius *de sacram. Ordinis. cap.* 10. *num.* 13. Vazquez *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 246. *num.* 57. Molfes. *in sum. tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 56. Stephanus Gratianus *discep. forens. cap.* 212. *num.* 43. Quos omnes affert, & sequitur Philibert. *tract.* 1. *par.* 7. *cap.* 2. *num.* 2. Vbi affert pro hac parte, quandam declarationem Cardinalium. His addi possunt Pet. Ledesma *cap.* 8. *de Ord. concl.* 11. *pag. mihi* 677. Machado *tom.* 2. *lib.* 5. *par.* 2. *tr.* 6. *docum.* 9.

Affirmant vero, è contra aliqui apud Petrum Ledesmam *loc. cit.* &, vt ipse ait, non improbabiliter.

Sed ego clarius, & probabilius, Respondeo: Non posse quidem absolute, & secluso omni priuilegio: bene tamen, ex priuilegio, & indulto Pontificio. Primam partem huius responsionis docent Doctores pro prima sententia relati, & fuit à Sacra Congregatione, his verbis definita: Congregatio Concilij censuit, Superiores Regulares non posse dispensare super interstitijs Regularium Ordinandorum; sed id pertinere ad Episcopum Ordinantem, qui tamen, quoad causam dispensationis, iudicium facere debet ex attestatione Superiorũ Regularium. Hanc declarationem referunt, vltra Philibertum, Peirinus *tom.* 1. *constitut.* 1. Sixti IV. §. 22. & Diana 3. *par. tract.* 2. *resol.* 112.

Secundam vero nostræ responsionis partem; nempe, quod Superiores Regularium possint cum suis subditis dispensare in interstitijs, ex indulto, & priuilegio pontificio; sic probo. Quia id concesit Gregorius XIII. Generali Præposito Societatis Iesu, & eius delegatis, quo priuilegio (quid quid dicant Vazquez, & Hurtado) etiam participant omnes aliæ Religiones, non obstante prohibitione communicationis per eundem Gregorium XIII. expressa. Rursus Clemens VIII. *die* 23. *Nouembris* 1596. concesit Congregationi Sãcti Ioannis Euangelistæ, in Portugalia, vt possint Patres dictæ Congregationis Ordinari extra tempora, & per quemcumque Episcopum, tribus Dominicis, vel festis continuis, vel interpollatis, non seruatis interstitijs à Tridentino assignatis: ergo Sic Ioan. de Cruce *in sum. tr. de Ordine. dub.* 3. *concl.* 2. *& in Epitome lib.* 2. *c.* 8. *dub.* 1. Hieronym. Rodriguez, & Villalobos, quos citant, & sequuntur Diana 3. *par. tract.* 2. *resol.* 32, *& resol.* 112. *&* 4. *par. tract.* 4. *resol.* 209 *&* 5. *par. tr.* 13. *resol.* 57. Vbi citat Thomam Sanchez, & Cælestinum pro hac parte. Machado *loc. cit. num.* 6. & alij.

QVÆSTIO XXIII.

An Regulares omnes possint ex priuilegio, vbique, extra tempora à iure statuta, ab Episcopis Ordinari?

NEGAT in primis Lezzana *in sum. qq. regular. cap.* 14. *num* 19. docens; nõ posse Regulares, modo post Concilium Tridentinum, extra tempora Ordinari. Negant deinde, Peirinus in priuileg. Minimor.

nimor, *tom.* 1. *const.* 2. Sixti IV. §. 1. *num.* 39. Suarez *de legibus lib.* 8. *cap.* 17. *nu.* 8. Miranda *in Manu. Prælat. tom.* 1. *q.* 38. *art.* 4. Vazquez *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 246. *cap.* 5. *num.* 50. *& cap.* 6. *num.* 58. & Hurtado *tract. de Ordine diff.* 23. existimantes; non posse omnes Regulares extra tempora Ordinari: Quia Gregor. XIII. qui concessit hoc priuilegium Patribus Societatis Iesu, vetat expresse, vt aliæ Religiones possint in tali priuilegio participare, etiam si habeant participationē priuilegiorum dictæ Societatis. Sic refert Diana 3. *par. tract.* 2. *resol.* 31.

Sed probabilius longe Respondeo: Posse omnes Regulares, modo etiam post Cōcilium Tridentinum, virtute suorum priuilegiorum, extra tempora quibusuis Ordinibus initiari.

Primo, Quia hoc priuilegium fuit olim concessum Mendicantibus, & postea à Clemente VIII. absque limitatione confirmatum; vt docent Rodriguez *tom.* 1. *qq. regul. quæst.* 55. *art.* 17. *& tom.* 3. *quæst.* 13. *art.* 5. Barbosa *de Offic. Episc. alleg.* 17. *nu.* 6. *par.* 2. Pottel *de dubijs Regul. Verb. Ordin. Saeri. n.* 4. & alij, quos refert, & sequitur Philibertus *tract.* 1. *par.* 7. *c.* 7. *num.* 1.

Secundo, Quia iddem priuilegium concesserunt Alexand. VI. & Eugenius IIII. Monachis Sancti Hieronymi, & S. Benedicti, vt referunt Rodriguez, & Philibert. *to. cit.* & Villalob. *tract.* 11. *diff.* 12. *n.* 8. *& diff.* 13 *num.* 6. Quod non esse Tridentino reuocatum, docent ijdem.

Tertio. Quia simile priuilegium concessit Clemens VIII. Congregationi S. Ioannis Euangelistæ in Portugalia, vt quæstione præcedenti est habitum.

Quarto. Deniq; quia iddem priuilegium concessit Societati Iesu Gregor. XIII. *die* 21. *Septembris* 1582. Quilicet, vt vidimus, prohibuerit illud communicari alijs Ordinibus; communicant tamen multi: nam alij Summi Pontifices successores Gregorij XIII. priuilegia Societatis Iesu, multis Ordinibus absolute concesserunt. Et nouissime nobis, Discalceatis, ipsorum priuilegia, nec non, & Monachorum Sancti Hieronymi, & Benedicti, & aliorum, Ordinum, & Congregationum, à S. D. N. Vrbano VIII. absolute, & pariformiter concessa, & communicata fuerunt anno Domini 1634. *die* 28. *Martij*, per hæc notanda verba, quæ in gratiam Religionis, hic transcribere volui. Sic ergo Vrbanus Pontifex. Ex voto Congregationis Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium Præpositorum Congregationi Fratrum Discalceatorum prædicti Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, illiusque domibus, & regularibus locis sub illa comprehensis, nec non Ministro Generali pro tempore existenti, diffinitoribus, ac Procuratoribus Generalibus, Visitatori, Consultoribus, Assessori, Ministrisque Prouintialibus, & Conuentualibus, alijsque cuiuscumque nominis Officialibus. Superioribus, ac Religiosis omnibus, & singulis in ea professis; Fratribus pro tempore ad captiuos redimendos transmissis, & Capitulis Generalibus, personis Regularibus, Nouitijs, Conuersis, Donatis, oblatis, Ministris, Famulis, cunctisque tam officiarijs, quam domesticis, & eorum domibus inseruientibus, & cæteris primo dictæ Congregationis, ac Domorum, & Regularium locorū personis quibuscumque pro tempore existentibus, nec non quibusuis alijs personis, ac Christi fidelibus illorum Ecclesias, seu Capellas pro tempore visitantibus; vt omnibus, & singulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus præeminentijs, antelationibus, concessionibus, indultis, fauoribus, indulgentijs, alijsque prærogatiuis, & gratijs vniuersis, & singulis, tam spiritualibus, quam temporalibus, singulis Domibus, Conuentibus, & alijs Regularibus locis, ac personis, tam Canonicorum, quam Clericorum Regularium vbiuis existentium institutis, & non solū Ordinibus Monasticis, Regularibus, Mendicātiū & nō Mēdicantiū, tā pro redimendis Captiuis, quā, aliàs quo modolibet Ordini SS. Trinitatis Redēptionis Captiuorum, illiusque Domibus, Conuentibus, & fratibus; nec non Ordini B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, ac etiam omnibus, & quibuscumque Congregationibus Regularibus, & præcipue Clericorum Regularium infirmis ministrantium, & Canonicorum Congregationis Sanctissimi Saluatoris Lateranensis, Sancti Saluatoris de Bononia; ac etiam S. Rufi, Valentiæ, & Sanctæ Crucis Conimbriæ; Clericorum Regularium de Somascha, & Pauperum Matris Dei, ac Scholarum Piarum; ipsisque Monasticis Congregationibus, etiam Casinen: alijsque Monachis, & Monasterijs Sancti Benedicti, & Sancti Hieronymi, Carmelitis discalceatis,

ceat is, Conuentui B. Mariæ de Guadalupe; nec non Societati Iesu, ipsisque Carthusien. Præmonstraten, & Reformatorum Cisterc.en. Seruitarum, Oliuetanorum Ordinibus, aliisque Familijs, Societatibus Regularibus, Mo...tijs, Hospitalibus quibuslibet, & Pijs locis Regularibus, ac quibuscumque personis, nunc, & pro tempore existentibus prætactorum, & quorumlibet Ordinum, Societatum, Congregationum Regularium per Nos, & Sedem prædictam, ac alios quoscumque prædecessores nostros Romanos Pontifices; nec non eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & de latere Legatos, & quosuis Sedis prædictæ Nuntios, vel etiam Apostolica prædicta, quâ Ordinaria, & Regia, vel Imperiali authoritatib⁹ respectiue, aut alias quo modolibet, sub quibuscumque verborum expressionibus, & tenoribus in genere, vel in specie, ac particulariter, tã per modum Communicationis, & ampliationis, quam simplicis, & indiuiduæ, ac particularis, & specialis concessionis, ac etiam Motu proprio, & ex certa sciẽtia, & de Apostolicę potestatis plenitudine, etiam iteratis vicibus concessis hactenus, vel cõfirmatis, aut approbatis, & quibus illi, tam in vita, quam in mortis articulo, etiam circa peccatorum remissiones, & iniunctarum pœnitentiarũ relaxationes, aut aliàs quomodolibet de iure, vsu, aut priuilegio, vel consuetudine, seu aliàs quomodolibet vtũtur, fruũtur, potiuntur, & gaudẽt, ac vti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, quamuis illa sint specialis nota digna, difficilisque concessionis, & quæ in generali concessione non veniunt, nõ solum per participationem, cõmunicationẽ illorũ, extensionem, & ad illorũ instar, sed specialim, & nominatim, pariformiter, & æque principaliter, in omnibus, & per omnia absque vlla prorsus differentia, perinde ac si illa, primo dictæ Congregationi, illiusque Capitulis Generalibus, Ministroquè Generali pro tempore existenti, illiusque Superioribus, & personis, prælatis specialiter, expresse, & nominatim, etiam per viam, & modum simplicis, & indiuiduæ, ac particularis, & specialis cõcessionis, etiã Motu proprio, & ex certa sciẽtia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine aut cõmunicationis & ampliationis concessa fuissent, quatenus tamen sint in vsu, ac non reuocata, nec sub aliqua reuocatione comprehensa, vti, potiri, gaudere libere licite possint, & valeant &c. Huc vsque Pontifex. Possumus ergo nos, & omnes alij Regulares, virtute horũ priuilegiorũ, à quocumque, Episcopo per extra tempora, quibuuis Ordinibus initiari. Sic Rodriguez, Villalobos, Barbosa, & Philibert. Vbi supra, Ioan. de Cruce *in suo Epitom. lib. 2. cap. 8. dub. 1.* Layman *tract. 10. cap. 8. num 2.* Ludouicus de S. Ioan *quæst. 3. de Oratne art. 2. dub. 2.* Diana *3. par. tract. 2. resol. 31. 81. & 112. & par. 4. tract. 4. resol. 209. & par. 5. tract. 13. resol. 57.* Machado *tom. 2. lib, 5. par. 2. tract, 6. docum. 9. n. 2.* & communis.

QVÆSTIO XXIV.

An Regulares possint quibusuis Ordinibus initiari, in diebus, in quibus fit Officium de Sanctis semiduplicibus?

AFFIRMANT Fagund. *de quinque præc. cap. 2. nu. 12.* & firmius Villalobos *tract. 11. diff. 13. num. 6.* Vbi ex Rodriguez *tom. 3. q q. regul. q. 23. ar. 5.* ait: Gregorium XIII. concesisse Patribus Societatis Iesu, que en tres dias festiuos se puedan Ordenar; y por dia festiuo tambien se entiende el semidoble, como cõsta de vna declaracion de Clemente VIII. que hizo al Arçobispo de Santiago, don Ioan de S. Clemente de buena memoria: la qual dice, que le mostrõ el señor Obispo de Salamanca D. Pedro Iunco de Possada, y que los Religiosos Mendicantes gocen della, ya queda dicho en esta dificultad: y tambien lo tiene Portel, y Cruz. Sic ille (Sed an bene, postea videbitur) & Ludouicus de S. Ioan *quæst. 3. de Ordine art. 2. dub. 3. pag. 792.*

Sed mihi certissime Respondeo: Nullo modo posse dictos Regulares initiari Ordinibus (ad minus) Sacris in diebus in quib⁹ officiũ fit de semiduplici. Quia id cõstat clarè ex tenore priuilegiorũ virtute quorum, Regulares extra tempora Ordinari valent. Nam Alexand. VI. Solum concessit Ordini S. Hieronymi; quod Prior Generalis, & alij Priores eiusdẽ Ordinis possint eligere quemcumque Episcopum Catholicum, qui personas Monasteriorum huius modi, adidoneas, *ad omnes etiã Sacros, & Præsbyteratus Ordines, etiam extra tempora à iure statuta, tribus diebus Dominicis, siue festiuis duplicibus, succesiue promouere possit, Diœcesanorum licentia super hoc requisita.*

Rursus, Greg. XIII. concessit Patribus Societatis Iesu, vt extra tempora à iure ita tuta, *tribus Dominicis, vel alijs festis diebus, etiam continuis, ad Sacros, etiã Presbyteratus, Ordines promoueri possint*. ergo ex vi horũ priuilegiorũ minime possunt Regulares initiari, adhuc Ordinibus minoribus, nisi in diebus Dominicis, aut diebus festis, vel festiuis duplicibus. Et sic expresse docet Emmanuel Rodriguez loco, pro parte opposita, citato, per hæc verba: Notandum est, quod in præfato Benedictorum priuilegio conceditur Episcopis, vt possint extra tempora Ordinare Monachos diebus Dominicis, siue festiuis duplicibus. Vnde non poterunt Ordinare, vel in ferijs, neque in Sanctis Semiduplicibus, vt clare patet ex tenore priuilegij. Sic Rodriguez. Male ergo citatur pro opposito.

Notanter dixi in Responsione, non posse initiari dictis diebus, Ordinibus, ad minus, Sacris: Nam, loquendo de Ordinibus minoribus, bene poterunt Ordinari, diebus, in quibus fit officium de semiduplici, si vera est declaratio Clementis VIII. quam quantum ad hoc, dumtaxat, affert Rodriguez *loc. cit.* per hæc sequentia verba: Ad minores tamen Ordines possunt Domini Episcopi promouere habiles in diebus Dominicis, & in diebus festiuis, & S. D. N. Papa Clemens VIII. festiuos dies, quoad hoc, etiam in quibus Semiduplex recitatur esse censendos, declarauit: quam declarationẽ accepi ab Illustrissimo Domino Petro Iunco de Possada Cathedralis Salmanticensis Episcopo dignissimo, qui mihi ostendit Epistolam Illustrissimi Domini Ioannis de S. Clemente Archiepiscopi Compostellani, ad se missam, inqua ipsum Dominum Episcopum de præfata declaratione fecit certiorem. Huc vsque Rodriguez. Solum ergo concedit hic Author, hanc declarationem Clementis, circa receptionem minorum Ordinum, non maiorum: quod clarius id dicit, in indice sententiarum, *Verb. Ordo Sacer*: Vbi has habet propositiones: Ordines Sacri extra tempora, non possunt dari, nisi in diebus festiuis, aut Dominicis: Ordines minores possunt dari in festis Semiduplicibus. Ita Rodriguez ibi.

Haud recte ergo referunt illum Villalob. Fagundez, & alij.

QVÆSTIO XXV.

An Saltem, possint Regulares, virtute suorum priuilegiorum, Ordinari Ordinibus Sacris, quacumque die, inqu. fit officium de quocumque duplici, etiam non festiuo?

AFFIRMANT Præpositus *in 3. par. q. v. nica de Sacram. Ordinis aub.* 15. *nu.* 150. Fagundez *loc. cit. num.* 12. docens, posse Ordinari in quocumque die duplici; aut festo in Ordine ad officia diuina, licet non sit à laboribus feriatus. Diana *par.* 5. *tract.* 13. *resol.* 97. Qui pro hac sententia citat Homobonum; tenet etiam Villalob. *loc. cit. num.* 6. Vbi sic ait. Quanto a los Religiosos se ha de decir, que se pueden Ordenar, fuera de los tiempos señalados en derecho, en tres dias de Domingo, ó fiestas dobles. Sic ille. Vnde, non recte citat illum Diana pro sententia opposita.

Sed, longe probabilius Respondeo: Non posse Ordinari, quacũque die, in qua fit officium de duplici qnocumque; bene tamen quacũque die, in qua fit officiũ defesto, aut defestiuo duplici; hoc est defesto, quod seruetur Ecclesiæ præcepto in populo. Patet, ex tenore verborum priuilegiorum. Nam Regulares solum possunt initiari, extra tempora, Sacris Ordinibus, diebus Dominicis; aut *festiuis duplicibus* (vt loquitur Alexander VI.) vel, *alijs festis diebus*, (vt ait Gregor. XIII.) Sed sic est, quod duplex festiuus; vel dies festus, solum denotat diem, in quo celebratur officium de Sancto, qui à populo seruatur: Ergo. Minor, inqua est difficultas, probatur. Primo; Quia ly verbum, *festiuus*, in sua primæua significatione, nil aliud significat, quam dié feriatum, Hispane, *dia de olgar, ò cosa que pertenece à dia de fiesta, de olgar*; vt notat Ambrosius Calepinus. verb. Festus. *Secundo*. Quia festum duplex, vt apud omnes est notum, diuiditur in festum duplex festiuum (cuius Ordinis sunt festa Primæ, & Secundę Classis, & alia, quæ ab Ecclesia obseruari mandantur) & in festum duplex non festiuum, (cuius Classis sunt, festa Doctorũ, & alia huius modi, quæ solũ dicũtur talia in Ordine ad chorũ) ergo ex vi tenoris Priuilegij Alexãdri solũ possũt Regulares promoueri ad Sacros Ordines diebus

diebus festiuis, id est, feriatis. Tertio. Quia nomine *diei festi*, absolute prolati, solum feriatus dies, in quo populus ab operibus seruilibus cedat, intelligitur, vt cõstat ex illo. *Non in die festo.* ex Trid. *sess. 5. c. 2. & sess 22. in decreto de obseruãdis, & vitand. in celebratione Missa. & ex c. Omnes dies, &c. Quoniam.* & clarius, *cap. licet, de feriis.* iunctis glosis, & excommuni modo loquendi: ergo, solũ in his festis diebus, à laboribus, & operibus seruilibus feriatis, nõ in alijs, possunt Regulares, extra tempora, initiari Sacris. Sic docent communiter Doctores, vt constat ex dictis

QVÆSTIO XXVI.

An Possint Regulares, vi priuilegiorum, in vna die, quos Sacros Ordines recipere?

AFFIRMATIVAM sententiam docere videtur Ioan de Cruce *in suo Epitome lib. 2. c. 8. dub. 1.* dum hæc verba dicit: Eugenius IV. concessit Priori Benedictino Vallesolleti, vt Monachi ab eo electi, semel tantum, quouis anno, vno die, etiã extra tempora, recipiant omnes Sacros Ordines, etiam sine alia licentia. Ita in compend. Benedictin. concessione 18. Sic ille.

Sed mihi certissime Respondeo: Nõ posse. Quia dictum priuilegiũ derogatũ fuit expresse per Trident. *sess. 23. c. 12. & 13.* per hæc verba: Duo Sacri Ordines, nõ eodem die, etiam Regularibus conferantur: priuilegijs, ac indultis quibuscunque, sic Concilium. Et sic Nauar. *cap. 25. n. 71. & cap. 27. n. 241.* Enriq. *lib. 6. c. 10. n. 3. & lib. 10 c. 11. n. 4. & c. 12. n. 3.* Rodrig. *to. 3. qq. reg q 23. ar. 4.* Ludouicus *q. 3. de Ordine art. 2. dub. 2.* & communis.

QVÆSTIO XXVII.

An Regularis, qui scit professionem suam esse irritam, peccet mortaliter, si permittat se Ordine Sacro initiari?

RESPONDEO: Et peccare mortaliter, & suspensionem incurrere, & si celebrat, irregularitatem: nisi aliàs ignorantia, vel metus infamiæ, à mortali, illum sic suscipiẽtem, vel exercentem Ordines susceptos, excuset. Quia leges humanæ, quas in hoc casu transgreditur, non obligant cum incommodo graui Sic Bonac. *tract. de Clausura q. 2. pun. 10. diff. 5. n. 4,* Portel *in dub. regul. V. Ordines Sacri, n. 8.* Sayrus, Rodrig. & alij, quos affert, & sequitur Diana *3. pa. tr. 2 resol. 113. & 4. par. tract. 2. resol. 82.* Philibert. *tract. 2. par. 6. cap. 5. num. 7, pag. 207.*

DISPVTATIO DVODECIMA.

De Effectibus Sacramenti Ordinis.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid, & Quot sint effectus Sacramenti Ordinis?

RESPONDEO: Quod duo. *Primus* est, communis omnibus alijs legis nouæ Sacramentis. videlicet, gratiam habitualem in Ordinatis producere: *Secundus*, imprimere Characterem, de quibus hic pauca tractanda sunt; quia iam præcipuas quæstiones, *1. par. tr. 1. de Sacram. ingenere* tractauimus.

Quod si hic inquiras, an Sacramentum Ordinis principalius fuerit institutum ad producendam in Ordinatis gratiam; an vero characterem? Respondent Caiet *3. par. q. 63. art. 4.* & Sotus *in 4. d. 1. q. 4. n. 4.* primario institutum fuisse ad causandam habitualem gratiam: secundario vero ad dandum characterem.

Sed æque probabiliter Respondeo: Primario institutum ad causandum Characterem; secundario ad producendam gratiã. Ratio est. Quia Sacramentum Ordinis primario est institutum à Christo ad constituendos publicos diuini cultus Ministros: at hoc fit per characterem: ergo. Sic ex D. Thom. *3. par. quæst. 63. art. 4. ad 1.* docet Philibert, *tract. 1. de Ordine par. 3. cap. 5. nu. 12. pag. 59.*

QVÆSTIO II.

An Omnes Ordines, tam minores; quam maiores, characterem imprimant?

NEGANT, Ordines characterem imprimere, Doctores, qui negant omnes Ordines esse Sacramenta, de quo egimus supra *disp.* 1. *q.* 6. Vnde aliqui dicunt, solũ Sacerdotium characterem producere: alij vero, etiam Diaconatum; alij tandem, Subdiaconatum etiam.

Ego vero probabilius Respondeo: Omnes Ordines, nõ solum maiores, verũ etiam minores, characterem causare. Quia probabilius est, omnes esse vera Sacramenta, vt habitum est, vbi supra. Legatur Philibert. *tr.* 1. *par.* 3. *cap.* 5. *à num.* 1.

QVÆSTIO III.

In quo actu Ordinationis, character, in vno quoque Ordine, imprimatur?

RESPONDENT Aliqui Characterem in Ostiariatu imprimi in traditione clauiũ, & prolatione verborũ formæ. In Exorcistatu, in traditione libri exorcismorũ, & vltimo instanti prolationis suæ formæ. In Lectoratu, in traditione libri Prophetarum, & prolatione suæ formæ. In Acolytatu, in traditione Vrceolorum. In Subdiaconatu, in traditione Calicis, & Patenæ vacuæ. In Diaconatu, in impositione manuũ. In Sacerpotio, in traditione Calicis cũ vino, & Patenæ, cũ Hostia. Sic tenet Philiber. *tr.* 1. *de Ord. c.* 8. *per totum, pag.* 64. & alij penes ipsum.

Sed iuxta dicta *disp.* 3. quasi per totam, Respondeo: Dicendo: quod in Ostiariatu character imprimitur in traditione clauiũ tantũmodo. In Lectoratu, in traditione libri Prophetarũ, *ex q.* 19. In Exorcistatu, in traditione libri exorcismorũ, vt in hoc bene Philibert. & constat ex dictis *disp.* 3. *q.* 18. 20. *&* 21. In Accolytatu, in quo duo imprimũtur characteres realiter distincti, vnus ad ferendos cereos, & alter ad porrigendũ vinum, & aquã Sacerdoti ministranti, dicendum est; *Primum*, imprimi in traditione candelabri; *Secundũ*, in traditione vrceolorũ. Quod patet exibidem dictis *q.* 17. In Subdiaconatu, similiter dicendũ est, duos imprimi characteres: alterũ. in traditione Calicis, & Patenæ vacuæ porrectione: altetum vero in traditione libri Epistolarum. Quod ex ibidẽ dictis, *q.* 14. liquet. In Diaconatu etiam dicendũ est, duos imprimi characteres: *Primũ*, in impositione manuũ Episcopi: *Secũdũ vero*, in traditione libri Euangeliorum, cõstat ex dictis *q.* 12. *disp.* 3. Item, in Sacerdotio imprimuntur duo characteres; *Primus*, in porrectione Calicis cum vino; & Patenæ cum Hostia; *Secũdus autẽ*, in impositione manuũ Episcopi super caput Ordinandi: patet ex *disp.* 3. *cit. q.* 6. *&* 7. In Episcopatu denique, imprimitur character in impositione manuũ triũ Episcoporũ super caput consecrandi constat ex dictis *q.* 1. *d.* 3. Sic tenẽt authores, quæstionibus citatis, adducti.

DISPVTATIO DECIMA TERTIA.

De Sacrorum Ministrorum Obligationibus.

QVÆSTIO PRIMA.

An initiati Ordinibus Sacris Obligentur, diuino iure, ad perpetuam continentiam?

AFFIRMANT Maior *in* 4. *dist.* 24. *q.* 2. per totam. Clicthoueus *lib. de Continentia à cap.* 4. Franciscus Torrens. *lib.* 2. *de dogmat. characteribus*, Vbaldens. *de Sacram. c.* 28.

Sed certissime Respondeo: Non obligari diuino iure; sed iure Ecclesiastico, aut ex proprio voto; aut ex vtroque simul. Quia quod est de iure diuino, indispensabile est: atqui tã in Ecclesia Græca, quã Latina permissũ fuit Sacrorũ virorũ coniugiũ: ergo. Sic definit Trident *sess.* 24. *can.* 9. per hęc verba: Si quis dixerit Clericos in Sacris cõstitutos, vel Regulares castitatẽ solemniter professos, posse matrimoniũ contrahere, cõtractumque validum esse, nõ obstante lege Ecclesiastica, vel voto; anathema sit. Sic Concilium: Vbi continentiam Sacrorũ Ministrorum, non in diuinum aliquod præceptum, sed in legem Ecclesiasticã quoad Clericos, & in solemne votum, quoad Regulares professos refert. Sic S. Tho. 2. 2. *q.* 88. *ar.* 11. Caiet. *to.* 1. *Opusc. tr.* 27. Scot. *in* 4. *d.* 37. *q.* 1. Palud. *q.* 1. *ar.* 2. *concl.* 3. Sanch. *lib.* 7. *de Matr. disp.* 27. *q.* 2 Basilius Legiõ. *lib.* 7. *c.* 24. Vazq. *disp* 247 Hurtado *diff.* 24. Granad. *tr.* 4. *de Ordine disp.* 1. *per totã*. Philibert. *tr.* 2. *par.* 6. *c.* 8. *diff.* 1. *& seqq.* Machado *to.* 2. *lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 7. *docum.* 13. & communis.

QVÆS-

QVÆSTIO II.

An Subdiaconi incœperint in ſua Ordinatione continentiam profiteri, ab anno Chriſti Domini, 1050?

AFFIRMANT hæretici noſtri temporis, vt refert Philibertus *lo. cit. diff.* 1. & *diff.* 5. *num.* 3. *pag.* 227.

Sed Reſpondeo dicendum, quod, licet incertum ſit, quo tempore cœperint Subdiaconi in ſua Ordinatione ex præcepto Eccleſiæ continentiam profiteri, certiſsimum tamen eſt, tẽpore Leonis I. qui Sedẽ Apoſtolicã occupauit, anno Domini 440. continentiæ profeſsionem, tunc apud omnes Miniſtros Altaris floruiſſe. Sic expreſsis verbis profitetur *Epiſtola* 83. *c.* 4. *ad Anaſtaſiũ Epiſcopum Theſſalonicenſem.* Eadem continentiæ lex impoſita fuit Subdiaconis à Calliſto I. qui floruit anno Chriſti 218. & habetur *in cap. Præsbyteris diſt.* 27 & à D. Gregor. Papa, qui vixit circa annum Domini 590. vt habetur, *in cap. Ante triennium diſt.* 31. & clarius, *in cap.* 1. & 2. *diſt.* 28. Vbi ſic dicitur: *Nullum facere Subdiaconum præſumant Epiſcopi, niſi qui ſe caſtè victurum promiſerit.* Sic etiam habetur *in cap. Miramur. de ſeruis non Ordinandis.* & tenent communiter Theologi. Legatur Philiber. *lo. cit.*

QVÆSTIO III.

An Obligatio, qua tenentur Subdiaconi ad continentiam ſeruandam, ſit ex mera conſtitutione Eccleſiæ, illis continentiam præcipientis?

AFFIRMANT Sotus *in* 4. *d.* 37. *q. vnica* Palud. *ibid. q.* 1. *ar.* 2. & *diſt.* 38. *q.* 2. *ar. vnico. n.* 12. Valent. 3. *par. diſp.* 9. *q.* 5. *pun.* 5. §. 1. & alij, penes Sanchez *lib.* 7. *de Matrim. diſp.* 27. *q.* 2. *n.* 9. Candid. *diſquiſ* 28. *ar.* 9. *dubit.* 6.

Sed probabilius Reſpondeo: Non obligari ad continentiam, ex mera ſolum conſtitutione Eccleſiæ id Subdiaconis præcipiẽtis; ſed ex voto implicito caſtitatis, quod Deo vouent. Sic habetur expreſsè *in cap. Nullum. citato*, & ibi expreſsè Gloſſa. *in c. Aſſumi diſt.* 28. Vbi ſic dicitur: Aſſumi aliquem ad Sacerdotium, in coniungij vinculo conſtitutũ non oportet: niſi fuerit promiſſa conuerſio: ideſt, continẽtiæ promiſsio. Ex quibus locis clariſsimè deducitur, Eccleſiam ab Altaris Miniſtris immediate exigere continẽtiæ promiſsionem, & votũ Deo factum. Vnde qui Subdiaconatũ voluntarie recipiũt, nõ verbis, ſed facto ipſo, cõtinentiã, quã norũt illi eſſe annexã, implicite Deo vouent. Sic S. Tho *in* 4. *d.* 37 *q.* 1. *ar.* 1. Caiet. *to.* 1. *Opuſ. tr.* 27. *q. vnic.* Nauar. *in man. c.* 22. *n.* 52. Sanch. *lo. cit. n.* 10. & *to.* 2. *in Decalog. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 2. & 3. Vazq. *to.* 3. *in* 3. *par. diſp.* 249. *c.* 2. & 3. Baſilius *Ab.* 7. *de matrim. c.* 27. *n.* 7. Philibert. *tr.* 2. *par.* 6. *c.* 8. *diff.* 6. *n.* 3. Vbi ſic ait. Dicendum eſt, Eccleſiam omnibus ad Subdiaconatum promouendis præcipere, vt volẽtes hoc Ordine initiari, ſimul in ipſa Ordinatione Deo continentiã promittant: conſequenter præcipit illis immediatum continentiæ votum, non abſolute, quia eſt de cõſilio; ſed ex ſuppoſitione, quod velint ad Subdiaconatum eleuari. Sic ille.

QVÆSTIO IV.

An Initiatus Subdiaconatu, cum defectu aliquo ſubſtantiali, ad ſeruandam continentiam obligetur?

AFFIRMANT Ioan. Andreas, Dominicus, & Brunel, penes Sanchez vbi infra: & alij, quos tacito nomine, refert Philiber. *lo. cit. diff.* 8. *pag.* 230. Quorum fundamẽtum eſt: nam ſi quis inualidè in aliqua religione profiteretur; vel ex defectu ætatis &c. is votо ſimplici caſtitatis adſtringeretur *cap. Placet de conuerſ. coniugat*: ergo ſimiliter in caſu noſtræ quæſtionis.

Sed, longe multo verius, & mihi certo, Reſpõdeo: Non obligari. Itaque ſi quis ſubdiaconatu initietur, cũ defectu Subſtãtiali, vel ex parte materiæ, vel ex parte formæ, vel ex parte intẽtionis Ordinantis, aut Ordinati, nullo modo legẽ continentiæ ligabitur. Ratio eſt: Quia ablato principali corruit accеſſorium: Ergo ablata Ordinis validitate, quod eſt principale, corruit obligatio continentiæ, quæ eſt acceſſoria, vt nuper eſt habitum. Sic omnino Philibert. *lo. cit. diff.* 8. *per totã pag.* 230. & ante illũ Sanch. *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 27. *n.* 13. & penes illũ Palud. *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 2. *ar. vni. n.* 11. & ibi Supplem. Gabrielis *q. vni. ar.* 2. & Barboſa *rubr. ff. ſolut. matrim.* 2. *p. nu.* 100. Candid. *diſquiſ.* 28. *art.* 9. *dubit.* 3.

Ad fundamentũ oppoſitę ſen tentiæ, reſpondet Philibert: concedẽdo antecedens, & negando conſequentiam; & diſcrimen, inquit, eſt: quia votũ Caſtitatis in profeſsione, nõ eſt acceſſoriũ, ſed principale; & ideo nil mirum, ſi Profeſsione nõ ſubſiſtente, defectu alicuius circũſtantiæ, adhuc ſubſiſtat obligatio voti, quoad ſuam eſſentiã, At, in

noſtro caſu, qui Subdiaconatũ recipit, non vouet primo, & perſe caſtitatẽ, ſed ſolũ ex conſequenti, & acceſſorie, hoc eſt, ſuppoſita Sacra Ordinatione, cuius valore ſublato, quod eſt principale; corruit, & ipſa continentiæ obligatio, quæ valori Ordinis, velut parietes fundamento, innitebãtur. Ita Philibert. & ante ipſum, quẽ non citat, Sanchez *lo. cit.* Bonac. *de matrim. q. 3 pun. 9.* & alij. Sed ego certe cum Baſilio *lib. 9. de matrim. cap. 11.* antecedens etiam nego, vt infra.

QVÆSTIO V.

An, Qui per vim, vel metum cadentem in conſtantem virum, iniuſte incuſſum, Ordines Sacros ſuſcepit, teneatur lege continentiæ, itaut nequeat valide matrimonium contrahere?

AFFIRMANT Petrus Ledeſma *de matrim. q. 55. art. 4.* Rebellius *de oblig. par. 2. lib. 1. q. 5. poſt. 2. concl.* Comitolus *lib. 1. reſponſio. q. 55. num. 3.* Baſilius Pontius *lib. 7. de matrim. cap. 29. num. 3.* Hurtado *de matrim. diſp. 16. diff. 2.* & (ni falor) Diana *3. par. tract. 4. reſol. 193.* & alij, penes Sanch. *lib. 7. de Matrim. diſp. 29. num. 4.*

Sed probabilius Reſpondeo: Non teneri lege continentiæ; ideoque optime poſſe valide matrimonium contrahere. Ratio eſt. Quia votum ſolenne profeſsionis per vim, vel metum grauem emiſſum, eſt ipſo iure irritum, vt habetur *in cap. Perlatum. & cap. cum dilectus de ijs, quæ vi &c.* ergo, afortiori, erit votum continentiæ Sacri Ordinis emiſſum per vim grauem, ſeu metum. Sic Sanchez *loc. cit. nu. 5.* Naua. *in manu. c. 22. num. 51. & lib. 1 conſi. tit. de ijs, quæ vi, conſil. 1. & 2.* Azor *tom. 1. lib. 13. cap. vltimo. quæſt. 8.* Bonacina *de Matrim. q. 3 pun. 9. num. 11.* Laymã *de Ordine cap. 11. num. 2.* Ægidius *de Sacram. diſp. 20. num. 143.* Granados *diſp. 5. cit. ſect. 5.* Villalob. *tract. 14. diff. 14. n. 4.* Viuald. *cap. 2. de Ordine num. 18.* Machado *tom. 2. lib. 4. par. 1. tract. 7. docum. 13. num. 5.* Petrus à S. Ioſeph *tom. 2. de Sacram. diſp. 8. ſect. 2. aſſertione 5. pag. 418.* Candid. *diſquiſ. 28. art. 9. dubit. 7.* Philibert. *tract. 2. de Ordine par. 6. c. 8. diff. 9. num. 5. pag. 231.* Qui bene cum communi notat, ſecus dicendum eſſe in caſu, quo quis ſacris initiaretur per vim, vel metũ iuſtè incuſſum; nã tunc ſic initiatus lege continẽtiæ adſtringeretur; & ſi nuberet, matrimoniũ eſſet irritũ: quidquid in contrariũ dicat Machado *to. 1. ſum. lib. 3. par. 1. tr. 4. docum. 5. n. 3.* Vbi quæſtioni his verbis, propoſitæ: *Queda pues dudoſo entre los Doctores, ſi tãbien eſtè obligado al voto, el que por miedo juſto ſe Ordenò de Orden Sacro?* Sic reſponder: Probable opinion es que ſi: Pero mas comun, i recebida, q̃ no, por raçon del defecto de la voluntad que es la que conſtituie el ſer voto: pues ſegũ derecho, el que ſe haze con miedo juſto, es ipſo iure, nullo; *vt conſtat ex c. Perlatum. cap, cum dilectus. de his, quæ vi metus &c.* Ita Machado, citans pro ſe Thom. Sanchez *lib. 7. de Matrim. diſp. 25. n. 5.* & alios. Sed certe omnino male. Nã Sanchez oppoſitum docet *lo. cit. n. 10.* loquendo de Ordinato, ob metum iuſte ineuſſum, per hæc verba: Tandé prædicta, de iniuſta cõpulſione accipiẽda ſunt: ſi enim, vrgente neceſsitate, cõpellat Prælatus, iuſto præcepto, ad Ordines aſſumendos, ſic compulſus tenetur ad continentiam, & ad cætera Ordinis onera; cũ nullam iniuriã paſſus ſit. Quod bene docet Enriq. *lib. 10. de Sacram. Ordin. c. 14. nu. 3. comment. lit. Y.* Huc vſque Sanchez. Haud ergo recte pro oppoſito citatur: imo nec quis alius citari poteſt.

QVÆSTIO VI.

An Puer ante vſum rationis, Ordine Sacro initiatus, lege caſtitatis ligetur?

AFFIRMANT Palud. *in 4. diſt. 37. q. 1. ar. 2. ad 3.* Cui fauet ſatis Hurt. *tr. de Ord. diff. 26.* Quatenus docet, teneri talẽ puerũ ex lege Eccleſiaſtica ad continentiã exteriorẽ ſeruãdã. Tenet etiã Baſilius *lib. 7. de Matrim. c. 29. n. 15. pag. mihi 562.*

Sed probabilius Reſpondeo: Non ligari. Quia non eſt imponenda tam grauis obligatio illi, qui ſine conſenſu Ordinem Sacrum ſuſcepit. Sic Sanch. *lib. 7. de matrim. diſp. 30. n. 3.* Bonac. *de matrim. q. 3. pun. 9. n. 8.* Granad. & Viual. *lo. cit.* Philibert *lo. cit. diff. 10. n. 1.* Vbi bene aduertit, quod in caſu, quo puer ante vſum rationis Sacris eſſet initiatus, poſtquã ad vſum rationis peruenisſet, danda eſſet illi optio, an vellet in ſtatu Eccleſiaſtico permanere, vel nõ. Si vellet, tunc teneretur ſeruare caſtitatem; ſi nollet, minime: ſed poſſet ducere vxorem. Ita etiam Trullench *lib. 1. in Decalog. c. 7. dub. 12. §. 2. n. 6.* & alij penes ipſum, Candid. *lo. cit. dubit. 10*

QVÆS-

QVÆSTIO VII.

An Saltem, Lege continentiæ ligetur puer, qui habens plenum vsum rationis, sed ante pubertatem, sua voluntate Sacros Ordines susceptit, sciens onus castitatis illis esse annexum?

NEGANT adhuc, Innocent. Calder. Ioã. Andreas, Abbas, Hericꝰ, Hugo, Diaz, Maiolus, & alij, quos affert, & sequitur Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 30. num. 8.* Qui addit: post Tridentinum, iddẽ dicendum esse de initiato Ordinibus sacris, ante decimum sextum annum expletum; nempe, eum non teneri continere, sed licere ei vxorem ducere. Squillantes *de Clericorum obligatio. par. 1. num. 85.* Villalobos *tr. 14. diff. 14. à num. 4.* per hæc verba: Lo mismo se ha de dezir, si se ordenasse vn niño antes de los catorze años, como dize Inoc. Hostiense, y Abad. La razon es porque tan poco vale el voto en Religion aprouada antes de essa edad. Y añade Sanchez, que como el dia de oy por el Concilio Tridentino, no vale el voto solene de Religion hasta cumplido los diez y seis años, tan poco valdra este (hoc est, votum castitatis) Sic Villalobos.

Sed probabilius Respondeo. Ligari dictum puerum, in dicto casu, continentiæ voto. Quia huiusmodi impuber habet plenum vsum rationis, & plenam libertatem, & est doli capax; potest inire sponsalia, & matrimonium; potest etiam emittere vota simplicia perpetuæ castitatis; & vouere ingressum arctissimæ Religionis; ergo etiam poterit matrimonium cum Deo inire, & dominium sui corporis, Sacri Ordinis susceptione, in Deum transferre. Sic Basilius *loc. cit.* Vbi sic ait: Magis autem sine fundamento est, quod asserit idem Thom. Sanchez ibidem *num. 8.* Ordinatũ post rationis vsum, ante pubertatem tamen, non teneri continere. Nam votum post rationis vsum obligat ex natura rei, cum sit libertas idonea ad mortale peccatum, vt habet communis sententia, in materia de voto. Quare nisi aliquo iure Ecclesiastico reddatur nullum, votum emissum ante annos pubertatis, valet quidem ex natura rei: nullo autem iure infirmum est. Sic ille: Et ante illum; Glossa *in cap. Pueri quæst. 1. in ver. Ad sacros.* Vega *tom. 2. sum. cap. 57. casu 7.* Sotus *lib. 7. de iustitia quæst. 2. art. 5. ad vltim.* Caiet. *2. 2. quæst. 88. art. 9.* Sayrus *lib. 6. clauis, cap. 5. num. 6.* Ægid. *de Sacram. disp. 20. dub. 14. num. 136.* Bonac. *de matrim. quæst. 3. punct. 9. num. 9.* Trullench, *loc. cit.* Candid. *loc. cit.* & Philibertus *tr. 2. cap. 8. diff. 9. num. 8. pag. 233.* Vbi ad argumentum, quo vtuntur contrarij de Professione irrita ante 16. expletum, respondet, negando paritatem: Nam professio solemnis (inquit) præter onus perpetuæ castitatis, includit etiam votum paupertatis, & obedientiæ, & plures Religionis regulas, quarum obseruantia arctissima est, & ideò maturior deliberatio est necessaria, ad quam faciendam annus Nouitiatus conceditur: at susceptio Ordinis Sacri, præter onus continentiæ, & recitationis officij diuini (quod etiam Professus recitare tenetur) nihil amplius includit, & ideo non valet argumentum à Professione solemni, ante 16. annum, irrita, ad vinculum continentiæ Ordini sacro adnexum, quod nullo iure Canonico expresse irritatur. Sic ille.

QVÆSTIO VIII.

An Subdiaconi, sola consuetudine antiqua, officij diuini præcepto teneantur?

NEGARVNT in primis quidam, vt refert Glossa *in cap. Presbyter. dist. 92.* asserentes: Clericum in Sacris constitutum, & non deputatum alicui certæ Ecclesiæ, nec ex iure diuino, neque humano, neque ex consuetudine ad recitandum officium diuinum teneri. Hanc sententiam refert, & merito reijcit Suarez *tom. 1. de Religio. lib. 4. cap. 16. num. 2.* Negant etiam Panormit. *in cap. 1. de celebrat. Missar.* Angelus *V. Horæ quæst. 6.* Tabiena *eod. ver. quæst. 15.* Turrecremata *in cap. Eleutherius dist. 91.* quatenus affirmant, Clericos in sacris constitutos teneri, iure diuino, ad aliquid quotidie Deo recitandum.

Negant deinde alij, affirmantes, teneri Subdiaconos ad diuinum officium recitandum, iure Canonico, & Ecclesiastico, habito *in cap. 1. de celebrat. Missar.* quod (vt inquit meus Nauar.) ad verbum est, *cap. Presbyter. 91. dist.* Sic communiter Canonistæ, & alij apud Bonacinam, quos ipse sequi videtur, *de Horis Canon. disp. 1. q. 2. punct. 3. num. 1.* Machado *lib. 4. part. 1. tract. 7. doc. 14. num. 1.*

Sed probabilius Respondeo: Subdiaconos, aut Diaconos, sola antiqua consuetudine, quæ vim præcepti obtinet, ad diuinũ

officium adstrictos esse. Sic Nauarr. *de Horis Canon. cap. 7. num. 2.* per hæc verba: Tertio, dico de Sacris initiatis, esse textum expressum, duobus in locis repetitum *in cap. 1. de celebratio. Missarum*, quod ad verbum est, *cap. Presbyter. 91. dist.* Sed quia ille de solis Sacerdotibus loquitur, ideo videtur Subdiaconos, & Diaconos, non tam iure humano scripto, quam lege naturali diuina, determinata per vniuersalem consuetudinem, ad eas obligari, cœpisse Sic ille. Sicque intelligendi sunt Authores secundæ sententiæ adducti. Caiet. *verb. Horæ Canonicæ.* Hugolinus *de officio Episcopi part. 1. cap. 13. §. 1.* Azorius *1 part. lib. 1. cap. 5.* Philibert. *tract. 2. part. 6. cap. 12. diff. 1. per totum.* Trullench *lib. 1. in Decalog. cap. 7. dub. 12. §. 2. num. 1.* & alij communiter, penes ipsos.

QVÆSTIO IX.

An Subdiaconus teneatur die suæ Ordinationis, totum officium Diuinum recitare?

AFFIRMATIVAM sententiam tenere aliquos antiquos, apud Azorium *1. part. l. 10. cap. 13. quæst. 17.* ait Machado *to. 2. lib. 4 part. 1. tract. 7. docum. 14. num. 2.* per hæc verba: Queda pues dudoso, y controuerso entre los Doctores si el Subdiacono tiene obligacion à rezar el oficio Diuino desde Maytines, y Laudes todo lo restante, el dia que se Ordenô, ô si cumple con rezar desde sexta adelante, que es la hora en que se pudo ordenar. Los antiguos (*quos vide apud Azorium 1. part. lib. 10. cap. 13. quæst. 17.*) fueron de parecer, que no cumplian con su obligacion, sino era rezando el oficio de todo el dia desde Maytines. Ita Machado. Sed male in hoc, quod dicit, Azorium afferre pro hac parte, aliquos Authores antiquos; quia nec vnum affert, aut citat.

Sed certissime Respondeo: Non teneri. Sic Diana *4. part. resol. 238.* per hæc verba: Si quis accepit Subdiaconatum, vel emisit professionem hora vndecima ante meridiem, non tenetur recitare matutinum illius diei, neque primam, neque tertiam, sed ad summum, sextam, & reliquas horas, quia ab illa hora vndecima incipit obligatio. Ita Castrus Palaus *tom. 2. disp. 2. punct. 4. num. 3.* Qui citat Suarez, & Bonacinam: quibus adde Homobonum *in consult. cas. conf. vol. 2. part. 5. resp. 240.* Huc vsque Diana. Et tenent omnes Doctores communiter. Machado *loc. cit.* Azor, Philibert. & alij, penes ipsum.

QVÆSTIO X.

An Saltem, teneatur Subdiaconus, in dicto casu, ad aliquas horas diei recitandas?

AFFIRMANT communiter omnes Doctores, licet discordent in assignando, ad quas Horas recitandas teneatur. Alij namque generaliter docent, teneri ad eam Horam recitandam, quæ in Choro canenda est, & ad sequentes illius diei, non vero ad præcedentes Sacr. Ordinationem. Ita Philibert. *tract. 2. par. 6. cap. 12. diff. 1. num. 11. pag. 241.* Machado *loc. cit.* & Azor. *loc. cit.* Sic dicens: Respondeo satis esse, si incipiat recitare eas preces, quæ conueniunt horæ, in qua est Subdiaconus factus: sufficit igitur, & debet incipere à sexta, vel nona, vel vespertinis precibus, iuxta horam, in qua est ordinatus. Ita Azor. Quem etiam sequitur Trullench *lib. 1. in Decal. c. 7. dub. 13. fine.* Et penes ipsum, Suarez *tom. 1. de Religio. lib. 4. cap. 27. num. 8.* Fillic. *cap. 9. num. 285.* Bonac. *disp. 1. de Horis Can. punct. 5. num. 9.* Sanchez *in Consilijs par. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 7.* Diana *loc. cit.* & communis.

Oliuerius vero, *de Horis Canon. lib. 2. cap. 39. num. 11.* docet, in tali casu, Subdiaconum satisfacere incipiendo à Vesperis illius diei: nam Ecclesiæ mens (inquit) non censetur velle Tironem ad paruas aliquas horas diei currentis astringere. Ita ille, apud Dianam *loc. cit.*

His tamen non obstantibus. Respondeo: quod licet certum sit, Subdiaconum teneri ad onus Diuini officij statim suscepto Subdiaconatu; non tamen est certum, non excusari à recitatione officij, eo die, quo initiatus Subdiaconatu fuit. Prima pars huius responsionis constat. Quia Subdiaconus obligatur ad officium Diuinum recitandum, ratione Ordinis Sacri: ergo, eo suscepto, statim obligatur. Et ita tenent omnes DD.

Secunda vero pars, in qua maxima est difficultas, probari potest. Primo Quia si (vt bene Oliuerius) non est credibile, piam matrem Ecclesiam velle Tironem restringere ad recitandas sextam, & nonam, etiam casu, quo, ante dictas in Choro præfatas horas, Subdiaconatu Ordinatus fuerit; cur erit

erit credibile, velle Ecclesiam, dictum Subdiaconum ad quas horas paruas recitantes obligare? cur enim ad has, & non ad illas, Ecclesiam obligare, dicemus?

Secundo; Quia probabile est, quod, qui ex quauis causa, non potest recitare maiorem partem officij, in qua saluatur forma officij Ecclesiastici, non tenetur recitare minorem, vt qui non potest recitare horas ante meridianas, non tenetur recitare Vesperas, nec Completas, etiamsi possit, vt ex Torre *controu. 7. de Horis Canon.* docet Ioan. de Cruce *in sum. præcep. 3. art. 3. dub. 5.* Et hoc, non ob aliam rationem, nisi quia omnes horæ vnicum Diuinum officiu reputantur, in quo Ecclesia representat, quæ Christo Domino in sua Passione acciderunt; & cum ista representatio, saltem, in minore parte, non saluetur, ad eam non tenebitur: Tunc ego, sed sic est quod, secundum communem opinionem, qui initiatur sacris non tenetur eo die, recitare Matutinum, nec Primam, nec Sextam, imo (secundum aliquos) nec Nonam, quod est maior, imo & maxima, pars officij: ergo probabile erit, quod nec ad recitandam minorem partem, hoc est, Vesperas, & Completas, eo die, tenebitur.

Tertio, Quia probabile est, quod, qui adimplet annū vigesimum primum, mane hora nona alicuius vigiliæ, non tenetur, etiam si possit, ad ieiunandum illa die, non alia ratione, nisi quia præceptum ieiunij respicit totum diem, vt indiuiduum obiectum, & ita qui exemptus est à ieiunio, per aliquā diei partem, totaliter liberatur toto illo die: ergo similitet in nostro casu, est dicendum, siquidem (vt nuper diximus, & infra dicemus) omnes septem Horæ Canonicæ sunt vnica oratio, & habent vnicam rationem obiecti totalis: ergo qui liber est à maiori, saltē, parte horarum, liber erit ab omnibus. Consequentia mihi est patens: antecedens vero docet Sancius *in sele Cl. d. 54 num. 4.* (contra alterum Sancium *lib. 2. de matrim. disp. 24. num. 23.*) his verbis: Nam præceptum ieiunij respicit totum diem integrum, vt indiuiduum obiectum: non enim præcipitur per mandatum ieiunij dimidium diei, vel quartam partem ieiunari, sed totum diem: igitur qui exemptus fuerit à ieiunio, per aliquam diei partem, totaliter liberatur illo die, cum præceptum huiusmodi, vel totum diem comprehendere debeat, vel nullam partem illius. Sic ille. Et post illum Trullench *lib. 3. in Decalog. cap. 2. dub. 6. num. 1.* ergo. Quarto. Quia si hæc, quam sequimur, sententia, non habet aliquam probabilitatem, ve, ve, quam plurimis, qui Subdiaconatu initiantur, ve illis.

QVÆSTIO XI.

An Peccet mortaliter, qui promouetur ad Sacros Ordines, antequam Breuiarium habeat, & discat Officium Diuinum recitare?

AFFIRMAT absolute Bonac. *disp. 1. de Horis Can. quæst. 6. punct. 3. num. 10.* Qui & citat pro se Suarium *lib. 4. cit. cap. 28. num. 6.* Azorium *lib. 10. cap. 13. quæst. 18.* Magcinum *cap. 19. num. 3.* Nauarrum *de Oratione cap. 11 num. 20.* Parisium, Garciam, Filliucium, & Valentiam. Quibus addi possunt Machado *tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 3. docum. 1. num. 5.* Sic dicens: Comun doctrina es, que el que recibe Orden Sacro, ô Beneficio Ecclesiastico, deue disponer sus cosas de modo, que pueda cumplir con su obligacion, preuiniendose de Breuiario con que rezar, y si culpablemente lo dexa de hazer, peca en no rezar. Sic ille.

Sed ego clarius, & distinctius Respondeo: Peccare quidem; nisi alias, is, qui Ordinem Sacrum, vel beneficium suscipit, bona fide putet, se statim, post Ordinem, vel Beneficium, habiturum Breuiarium, prætio emptum, vel cōmodato acceptum, vel donatum ab aliquo: aut denique si bona fide credat se statim opportuno tempore officium recitaturum: Sic expresse Azor, *loc. cit.* Qui in hunc sensum explicat doctiss. Nauarrum. Suarez, *loco* etiam à Bonacina, *citato.*

QVÆSTIO XII.

An Si quis, suscepto Subdiaconatu, nequeat, ob carentiam Breuiarij, aut alias ob causas officium recitare, teneatur alias preces diuino officio æquiualentes recitare?

AFFIRMAT Sa, *Ver. Horæ Canon. num. 3.* Sic dicens: Qui legitime excusatur, non tenetur ad aliud loco officij. Qui tamen nescit recitare officium, dicat saltē Rosarium, seu Coronam, vt Vulgô appellatur. Et num. 12. loco Horæ alicuius, aliquid æquiualens, ex causa dicere, non videtur illi.

illicitum. Sic Sa. Citat etiam Bonacinã pro hac parte, Suarium, Reginaldum & Molleſium, affirmantes, teneri officium B. Virginis, aliaſque preces Diuino officio æquiualentes, recitare. Sed ex his tribus Doctoribus, duo primi, quos legi, oppoſitũ plane docent, vt infra. Tenent tamen Angel. *verb. Horæ num.* 9. Silueſter. *ver. Horæ quæſt.* 4. *dicto* 3. Sic dicens: Tertium. Qui ſine culpa non habet librum, & ſimiliter carens viſu, aut huiuſmodi, excuſantur ſi horas non dicunt, &c. modo ſuppleant per pſalmos, vel Pater noſter, & huiuſmodi, &c. Sic ille.

Sed probabilius longe Reſpondeo: Non teneri. Quia non eſt præcepta recitatio aliarum precum, ſed Diuini officij. Sic Reginald. *lib* 18. *cap.* 13. *num.* 184 per hęc verba: Queri poteſt ſexto. An qui ob aliquod iuſtum impedimentum horas Canonicas recitare nõ poſſunt, teneãtur aliquid aliud, quod poſſunt, vt officium parum Beatæ Virginis, vel Roſariũ dicere, vel aliud bonũ opus facere. Ad quod Azor *in ſequen. quæſt.* 3. & Suarez *in citato cap.* 28. *num.* 29. negatiue reſpondent cum Silueſtro *in verb. Hora quæſt.* 4. *dicto* 3. & Nauarro *in cit. cap.* 11. *num.* 19. Quia nullum ius proferri poteſt obligans eum, qui per ſe nequit horas Canonicas recitare, vt vel recitet per alium, vel in compenſationem eleemoſynam, vel quid aliud ſimile faciat, &c. Sic Reginald. Qui bene certe, citat Suarium *num.* 29. Sic enim ibi ait: Et ideo non probo, quod dixit Angel. *verb. Horæ num.* 9. Cœcum, vel carentem libro excuſari, *dummodo ſuppleat per Pſalmos, vel Pater noſter, & huiuſmodi*; Nam hoc ſupplementum neceſſarium non eſt, quando non eſt per recitationem alicuius horæ Canonicæ, vel memoriter, vel cum ſocio. Sic Suarez. Male ergo citat illum Bonacina, bene Reginaldus; quamuis hic, etiam citet male Silueſtrum pro noſtra ſententia, vt vidimus. Tenent deinde noſtram reſponſionem Bonac. *loc. cit.* Machado *tom.* 1. *lib.* 2. *par.* 3. *tr.* 3. *doc.* 1. *nu.* 6. & penes illum, Filliuc. Garcia, Malderus, & alij, & eſt communis.

QVÆSTIO XIII.

An Sacris initiati, Beneficiarij, &c. recitantes officium Diuinum cum mentis euagatione, etiam aduertenter, peccent mortaliter?

NEGANT Duránd. *in* 4. *d.* 15. *quæſt.* 12. *num.* 6. Palud. *ea. diſt quæſt.* 5. *art.* 2. D. Anton. 3. *par. tit.* 13. *cap.* 4. § 8. & 7. Vbi citat pro ſe, Hoſtienſem, Vmbertum, Gloſſam, & Archidiaconum. Angel. *ver. Hora num.* 27. Roſſella, & Tabiena *Ver. Hora*, §. 3. Silueſter. *Ver. Hora quæſt.* 11. Ioan. de Medina, C. *de Oratio. quæſt.* 15. Quos omnes, ſic refert pro hac ſententia Leſsius *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 11. *num.* 63. Quibus addi poſſunt Ægidius *de Sacram. in* 3. *par. quæſt.* 83. *art.* 6. *num* 291. Valerus. *ver. Horæ Can. differ.* 1. Diana 2 *par. tract.* 12. *reſol.* 2. per hæc verba: Ego ſine metu probabilem eſſe affirmo cum Leſsio *lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 63 *fine*. & Enriquez *lib.* 9. *cap.* 25. *num.* 5. *in Gloſſa lib.* P. & Victorello *in ſum. Toleti lib.* 2. *cap.* 13. & Layman *lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 10. Tenent etiam Machado, *loc. cit. tract.* 2. *docum.* 5. *nu.* 2. *pag.* 294. & penes Philibertum, Comitolus *in reſponſ. moral. lib.* 1. *de Sacram. quæſt.* 62. Quamuis hic Author (quem videre non potui) à Diana *loc. cit.* pro oppoſita ſententia citetur.

Fundamentum eorum eſt: Quod Eccleſia nequit præcipere actus internos, cum ne queat illos cognoſcere, nec iudicare: ergo intentio non poteſt cadere ſub præcepto Eccleſiæ: ergo ſi non habeatur, nullum erit mortale.

Sed probabilius Reſpondeo: Peccare mortaliter. Quia re vera, ad ſatisfaciendũ præcepto recitandi Horas Canonicas, neceſſario prærequiritur interior aliqua attentio, vel ad Deum; vel ad ſenſum verborum; vel ad ſola verba: ergo, hac deficiente, peccatum erit mortale. Antecedẽs probatur, Primo, ex Clement. 1. *de celebrat. Miſſar.* Vbi Clemens V. ſtricte præcipit, vt officium Diuinum, ſtudioſe pariter, & deuote recitetur: at deuotio, internam attentionem includit: ergo.

Secundo, Quia, recitatio Diuini officij debet eſſe actus humanus: ergo cum mentis aduertentia: ergo hæc, neceſſaria erit ad implendum præceptum Eccleſiæ: Quæ licet directe, & immediate non poſsit actus internos præcipere; poteſt tamẽ indirecte, & con-

& concomitanter, præcipiendo debitam, & humanam Diuini officij recitationem externam. Sic Nauarr. *de Oratione cap. 13. à num. 18. & in manuali cap. 25. nu. 133.* Sotus *lib. 10. de iust. quæst. 5. art. 5.* Suarez *tom. 2. de Religio. lib. 3. cap. 4. & lib. 4. cap. 26. num. 22.* Vazquez *in 1. 2. tom. 2. disp. 160. num. 30. & 31. & in opusc. tract. ae Benef. cap. 4. §. 1. art. 3.* Aragon. 2. 2 *q. 83. ar. 13.* Lessius *loc. cit.* à Diana *nu. 64.* Vbi ait, hanc sententiam esse probabiliorem, & veriorem. Sa, *Ver. Horæ Canonicæ num. 19.* Bonacina *de Horis, disp. 1. quæst. 3. punct. 2. §. 2. nu. 4.* Sanchez *tom. 2. consil. lib. 7. cap. 2. dub. 30. n. 2. & dub. 28. n. 7. & 9.* Phil. b. *tr. 2. p. 6. c. 12. diff. 2. à n. 3.* Trullench *lib. 1. in Decal. cap. 7. dub. 17.* & communis.

QVÆSTIO XIV.

An Dormitans, dum Diuinum Officium recitat, præcepto satisfaciat?

RESPONDEO: Nullomodo satisfacere, Si dormitans aduertat, se notabilem Diuini Officij, partem omittere, & illam postea non repetat. Quia tunc transgreditur præceptum Ecclesiæ, obligans ad deuote, & attente recitandum. Sic Trullench *lib. 1. in Decalog. cap. 7. dub. 17. num. 6.* Vbi contrarium dicit dicendum, de illo, qui vexatur à somno, sed adeo resistit, vt pronuntiet suas horas, vel audiat sacrum, ea attentione, quod saltem videt, quod non omittit dicere, vel audire vllum versum, vel verbum, licet propter grauitatem, & molestiam somni non attendat ad significationem, vel aliam meditationem. Sic ante ipsum, Nauarrus *de Oratio. cap. 9. num. 7.* & Sanchez *part. 1, consil. lib. 2. cap. 2. dub. 3. num. 2.* (Quos ipse citat,) Rodriguez *in sum. par. 1. cap. 140. num. 17.* Philibertus *loc. cit. num. 10. pag. 241.*

QVÆSTIO XV.

An Ille satisfaciat, qui suam partem recitat, sed alteram, quam alter Chorus recitat, non potest percipere, quamuis attendat?

NEGANT satisfacere, nisi casu, quo partem, quam non percepit, suppleat. Bonac. *disp. 1. quæst. 3. punct. 2. §. 1. num. 20.* & Reginald. *lib. 4. cap. 10. num. 87.*

Sed probabilius Respondeo; Satisfacere; etiamsi alias, non suppleat. Quia vere dicitur assistere in choro, & communicare suam partem alijs, & nec per ipsum stetisse, quin versiculos à socijs recitatos audiret, & illam partem suam efficeret. Sic Sa, *ver. Horæ Canon. num. 9.* per hæc verba: Qui in choro suam partem dicit, & alteram, etiam si attentus, non potest percipere, non tenetur supplere, nisi, vt quidam addunt, surdus esset. Sic illic. Et Suarez *lib. 4. citato, c. 28. n. 15.* Loquendo de Cæco. Trull. *lib. 1. in Decal. c. 7. dub. 16. n. 9.* & alij.

QVÆSTIO XVI.

An Clerici choro addicti, qui ita submissa voce versus suos dicunt, vt ab altera Chori parte non audiantur, præcepto satisfaciant?

NEGANT Caiet. *ver. Horæ Canonicæ,* Nauarr. *in Man. cap. 10. num. 47. & cap. 11. num. 43. & cap. 22. Miscell. nu. 79.* penes Philibertum, infra

Sed æque probabiliter Respondeo: Satisfacere. Quia ad satisfaciendum huic præcepto sufficit, si quis, alte. nante choro, eos recitet versus, qui ad suam partem spectant: eos vero, qui ad alteram pertinēt, audiat, licet altera chori pars vocem illius nō audiat, audit tamen vocem aliorum, vna secum canentium, aut recitantium, quod sufficit, vt omnes præcepto satisfaciant; cum vna quæque chori pars vnum corpus constituat, & mutua communione se iuuēt. Sic expressis verbis Philibertus *loc. cit. diff. 7. num. 3. pag. 245.* referens, pro hac parte, Tabienam *ver. Horæ quæst. 33.* Aragonium 2. 2. *quæst. 83. art. 12.* Rodriguez *in sum. 1. par. cap. 142. num. 2.* Suarium *2. de Religio. lib. 4. c. 12. num 8.* & Bartho. à S. Fausto *de Horis lib. 2. quæst. 133.* Bonac. *disp. 1. de Horis quæst. 3. punct 2. §. 1. nu. 16.* citantem etiam pro hac sententia, Molfesium *tract. 5. c. 2. num. 24.* Petrum Nauarram *de restit. lib. 2. num. 216.* Lessium *lib. 2. c. 39. dub. 33. num. 184.* Filiucium *tract. 23. c. 6. num. 195.* Nauarrum *de Oratione c. 10. num. 47.* Sed ex Doctoribus citatis, male citatur, à Philiberto, Nauarrus pro prima sententia, locis adductis, & à Bonacina, pro secunda. Nam, locis ab illo citatis, nil dicit ad rem; in citato ab isto, solum docet ex Caietano, recitantem submissa voce, alijs canentibus, non satisfacere præcepto dicendi horas ad lucrandas distributiones. Tenet etiam Trullench *lib 1. in Decalog. cap. 7. dub. 16. num. 8.* & alij

& alij penes ipsum. Diana 2. *part. tract.* 12. *resol.* 33. & communis.

QVÆSTIO XVII.

An Recitantes in choro teneantur submissa voce dicere versus, qui organis pulsantur?

AFFIRMAT Sanchez, penes Trullench. Qui & dicit, valde probabile, per hæc verba: Vide etiam Sanchez in consilijs *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 16. Vbi absolute, & valde probabiliter asserit, eum, qui cantat in choro, non teneri dicere versum, qui organis pulsatur: iddem dicit de eo, qui organis choro respondet, *Organista*; quia ab Ecclesia accipitur sonus ille organicus, loco vocis, & pro parte Diuini Officij. Ita Trullench *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 7. *dub.* 16. *num.* 7. Huic sententiæ, loquendo de *Organista*, adhæret Nauar. *de oratio. cap.* 21. *num.* 15. Vbi hæc ait: rationi satis consonum videtur id, quod ille subdit, nempe, ille qui organorum pulsu choro respondet, excusari à recitanda antiphona, vel alia parte, quam organus pulsat, tametsi (quod ille non tangit) non auderem excusare chorum totum, nec singulos eius, à suppendo tacite id, quod organus pulsat, &c. Sic Doctiss. Nauarr.

Sed, longe multo verius, longeque probabilius, & mihi certo, Respondeo: Teneri recitantes in choro versus, qui organis, vel alijs instrumentis, cantantur, aut pulsantur, iuxta consuetudinem Ecclesiæ, recitare. Quia alias, cum organa, aut alia instrumenta, verba non proferant, nullomodo diuinum officium integre recitaretur. Requiritur ergo, vt versus, qui per organa, aliaue instrumenta canuntur; vel ab aliquo alta voce proferantur; vel à singulis submissa voce; vel à toto choro, supplendo singulos versus ab organo pulsatos, post singulos à se cantatos; nisi casu, quo Musici cum organo, alijsve instrumentis, versus prædictos clara voce cantent; nam tunc satis erit musicos cantores audire. Sic Nauarr. *loc. cit.* (Qui contrarium, loquendo de pulsante organum, cum Soto *lib.* 10. *de iust. & iure, quæst.* 5. *art.* 3. *col.* 4. satis probabiliter defendit.) Suar. *lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 17. Bonac. *disp.* 1. *quæst.* 3. *punct.* 2. §. 1. *num.* 12. Villalobos 1. *par. tract.* 24. *diff.* 10. *num.* 4. Castro Palao. *tom.* 2. *disp.* 3. *pun.* 4. *num.* 7. Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 7. *dub.* 16. *num.* 7. Sentiunt etiam cum Nauarro, Reginald. *lib.* 18. *nu.* 160. & 188. Aragonius 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 12. *in fine*, Vbi sic ait: De illo, qui pulsat organa, aut ponunt libros, vel è choro mittuntur ad thurificandum altare, ex quo fit, vt partem aliquã Diuini officij, nec proferant, nec audiant, similiter puto, quod satisfaciunt, etiamsi partem illam per ipsos non dicant, quia dum illi in re illa, ad celebritatem officij, occupantur, totus chorus pro illis supplet. Et satis dicere sunt æstimandi, qui ministrant dicentibus. Sic ille. Legatur Diana 2. *par. tract.* 12. *resol.* 13. & alij penes ipsum. Citat tamen Suarium pro contraria sententia, *de Relig. lib.* 4. *c.* 14. *nu.* 13. Sed male.

QVÆSTIO XVIII.

An Qui priuatim officium recitat, debeat ita illud pronuntiare, vt, adminus, se ipsum audiat?

AFFIRMAT in primis Ioan. de Medina, *C. de oratio. quæst.* 7. Quia existimat. Quod nisi quis ita officium recitet, vt ab alijs audiri possit, minime præcepto satisfaciat. Sic refert hanc sententiam Aragonius, vbi infra; licet aliter, Azorius, infra. Sed melius Aragon; Nam expresse docet hanc sententiam Medina his verbis: Si quæras quanta vocis expressio requiratur? Dicendum, quod quanta sufficit, vt ab astantibus auditu percipiatur: si tamen attendãt & non sit impedimentum, alioqui minime satisfaciat præcepto. Ita ille.

Affirmant deinde Suarez *lib.* 4. *cit. c.* 7. *nu.* 6. Reginald. *lib.* 18. *c.* 12. *dub.* 5. *nu.* 174. Vbi sic ait: Tertia propositio. Vocem eius, qui solus, & priuatim recitat horas Canonicas, non debere esse ita summissam, vt non audiat se ipsum. Hæc est contra Azorium *in* 1. *p. moral. instit. lib.* 10. *c.* 11. *q.* 4. eamque tenent, non modo Caiet. & Medina, quos ipse refert: sed etiam *loc. cit.* Nauarrus, quem, quasi sibi cõsentientem, idem Azor affert, satis aperte. Ita Reginald.

Sed æque probabiliter Respondeo: Non debere ex necessitate, ita officium pronunciare, vt se ipsum audiat. Sic Azor, *loc. cit.* per hæc verba: Sane si quis solus Diuinum officium persoluat, satis est, si sic recitet, ac proferat, vt vere dici queat, ore, & voce preces fundere, siue ab alio, vel à se audiri possit; siue non: quoniam iure solum cogitur voce, & ore, & non tantum mente, & animo

mo precari,& orare. Ac proinde, si re vera linguam,& labia moueat, voce orat, non mente dumtaxat. Satis igitur est, vt ait Nauar. *de orat. c.* 20. *n.* 14. Si Clericus dū recitat preces, verba ita proferat, linguam, & labia mouendo, vt se ipsum percipiat,& intelligat, & non solum in gutture pronuntiet. Sic Azor. Qui certe non male, vt ait Reginaldus, citat meum Nauarrum; hic enim ait *loco* ab Azorio *citato*: Tum; quia, cum eas pronuntiat, ad se tantum mouendum,& mente,& corpore Deo seruiendum, sufficit, quod formet verba, illaque audiat, & intelligat, saltem quoad forum interius, licet quoad forum exterius, non posset probare illa dixisse. Sic ille. Diana 2. *p. tr.* 12. *resol.* 11. & Filliuc. *tom.* 2. *tr.* 23. *c.* 3. *n.* 117. Loquendo solum respectu scrupulosorum. Trullench *lib.* 1. *in Decalog. c.* 7. *dub.* 11. *in fine* sic dicens: Attamē satis est vocem formare labia mouendo, etiam si à nemine, neque ab ipso proferente audiri possit, vt docet Azor, quod tanquam probabile, & tutum admittendū censeo; non tantum propter scrupulosos, vt existimant Filliuc. sup.& Suar. *d. c.* 7. *n.* 6. Sed absolute, quoad omnes: quia huiusmodi vere vocaliter orant, vt comprobat ferè communis fidelium vsus; nullo enim præcepto, aut iure probatur: quia præceptum, non ad audiendum, sed ad dicendum obligat; & ex alia parte oratio ore, & voce fieri potest, etiamsi non audiatur ab ipso recitante. Denique sequeretur surdastros teneri officium altissima voce recitare, aut dici, orationem vocalem nō facere. Bonac. *de Horis Can. disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 1. §. 1. *nu.* 23. Huc vsque Trullēch. Et bene, licet male referat locū vbi id doceat Bonacina; est enim *pun.* 2. §. 1. *nu.* 24. Qui etiā inter alios citat pro nostra sententia Suarium *c.* 28. *n.* 17. *& c.* 7. *n.* 5. Nauar. *c.* 20. *cit. n.* 14. Molfes. Tolet. & alios. Sed ex his, adminus, male Suarium.

QVÆSTIO XIX.

An Si quis recitet officium diuinum, sola mente, satisfaciat suæ obligationi?

AFFIRMANT quidam, quos suppresso nomine refert Sa, *ver. Hor. Can. n.* 11. per hæc verba: Qui solus mentaliter officium dicit, ob maiorem deuotionem, quidam excusant, alij accusant, censentes necessariam esse voce pronuntiationem. Michi tutum non videtur: mente sola dicere, Sic Sa. Fauet in parte huic sententiæ Nauar. *in cap. Quando, & in Man. cap.* 19. *nu.* 87. *Hispanè*, quatenus dicit, esse probabile, satisfacere præcepto recitandi, qui sola mente recitaret ea, quæ secreto iubentur recitari in regulis Breuiarij.

Sed, mihi certo, Respondeo: Non satisfacere. Quia cum Clerici, ex tantum præcepto Ecclesię Horas Canonicas dicere teneantur, & Ecclesia non præcipiat nudos actus interiores, de quibus non potest esse certa, vtrum fiant, necne, sed actus exteriores, quos potest in iudicium vocare, fit, vt actu exteriori officium persoluere teneamur. Addo, quod in Concilio Basilensi *sess.* 21. iussum fuit, vt Horæ Canonicæ, nō inter dentes, nec in gutture, nec syncopatē dicantur, sed integre voce pronuntientur. Sic Medina, *C. de oratione q.* 7. Aragon. 2. 2. *q.* 83. *art.* 12. *in fine*. Reginald. *lib.* 18. *n.* 174. Nauar. *de Oratio. cap.* 17. *à n.* 37. Sa, *loc. cit.* Bonac. *de Horis disp.* 1. *q.* 4. *punct.* 1. *n.* 1. Lublinus *ver. Horæ Canon. n.* 4. Sanchez *tom.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 8. Dicens: opinionem Nauarri pro prima sententia adductam, nō esse probabilem: sed hoc durum mihi videtur.

QVÆSTIO XX.

An Interruptio Diuini officij, etiam longissima, & absque causa facta, sit lethalis?

AFFIRMANT, penes Dianam, Nauar. *de oratio. cap.* 16. *n.* 75. Suarez *lib.* 4. *cit. c.* 24. *n.* 10. Azor 1. *p. lib.* 10. *c.* 8. *q.* 5. Vazquez *opusc. de Benef. c.* 4. §. 1. *dub.* 6. *nu.* 109. Reginald. *lib.* 18. *cap.* 12. *sect.* 4. *n.* 162. Squillant. *de obligat. Cleric. part.* 1. *dub.* 15. *num.* 48. Molfes. *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 2. *n.* 38. Raguci. *de offic. Canonic. in choro, q.* 14. *n.* 4. Comitolus *lib.* 1. *respons. q.* 66. *num.* 2. Ioan. de Cruce *in sum. p.* 1. *præc.* 3. *ar.* 3. *dub.* 4. *concl.* 2. Homobonus *de exam. Eccles. p.* 1. *tract.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 39. & Carolus Macig. *de Horis Canon. cap.* 87. *num.* 12. Quibus addi possunt, Medina, *C. de Oratio. q.* 16. Angles *de oratio. q.* 5. *diff.* 5. Quos affert, & sequitur Philibert. *tr.* 2. *p.* 6. *c.* 12. *diff.* 4. *n.* 6.

Sed probabilius Respondeo; Non esse lethalem. Primo, quia continuatio, non est de substantia singularum precum: vt bene probat Leisius, vbi infra. Secundo, quia de illo, qui cum interruptione, etiam maxi-

ma, dixit officium, vere verificatur, intra eandem diem recitasse, & opus ab Eccle. sia præceptum, fociisse: ergo, & satisfeciisse. Sic Suarez, *loco* pro parte contraria, à Diana *citato*, nempe 2. *tom. de Relig. lib.* 4. *cap.* 24 *num.* 10. & 11. Et ita pro hac parte, illum citant Bonac. & Trullench. Licet, vt verum fatear, satis confuse loquatur. Vnde quidquid sit de hoc; clare docent pos. tram sententiam Aragonius 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 12. *in fine*, Leisius *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 10. *num.* 57. Filliucius *tract.* 23. *cap.* 9. *quæst.* 7. *num.* 202. & Naidus *num.* 4. Quos affert, & sequitur Bonac. *disp.* 1. *de Horis, q.* 3. *pun.* 2. §. 1. *n.* 28. Fernandez *in suo Exam. p.* 3. *c.* 13. §. 7. *n.* 5. Vega *tom.* 1. *c.* 128. *casu* 1. Zanard. *in suo direct. or. p.* 2. *c.* 23. Ledesma *p.* 2. *sum tr.* 9. *c.* 1. Barbosa *in collect. to.* 1. *lib.* 3. *tit.* 41. *c.* 9. *n.* 17. Layman *lib.* 4 *tr.* 1 *c.* 5. *n.* 6. Villalob. *tom.* 1. *tr.* 24. *dub.* 11. *nu.* 4. & Rodriguez *tom.* 1. *c.* 141. *concl.* 3. Quos omnes citat, & sequitur Diana 2. *p. tr.* 12. *resol.* 4 His addi possunt Sanchez *in Consilijs p.* 2. *lib.* 7. *c.* 2. *dub.* 19. Trullench *lib.* 1. *in Decalog c.* 7. *dub.* 15. *nu.* 11. Machado *tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 2. *docum.* 3. *num.* 6. & alij.

QVÆSTIO XXI.

An sit peccatum, dicere Matutinum, Vespere; & Laudes, aurora sequentis diei?

AFFIRMANT esse veniale, si id fiat sine causa. Azor *lib.* 10 *cap.* 8. *quæst.* 4. Sed probabilius Respondeo. Nullum esse peccatum. Quia sic antiquitus vsum fuit; & colligitur ex *c.* 1. *de celebrat. Miss.* & docent expresse Suarez *tom.* 2. *de Religio. lib.* 4 *cap.* 9. *num.* 9. & *cap.* 24. *num.* 9. Nanar. *de oratio. cap.* 3. *num.* 28. Bonacina *disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 3 *num.* 11. Qui citat pro hac parte Graffium, Toletum, Reginaldum, Bellarminum, & alios, inter quos est Azor, pro sententia contraria à nobis bene citatus.

QVÆSTIO XXII.

An Obligatio recitandi officium incipiat à media nocte antecedentis diei, & duret vsque ad mediam subsequentis?

NEGANT (penes Dianam, 2. *part. tract.* 12. *resol.* 39.) Molfes. *in sum. tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 2. *num.* 59. & Faber. *dist* 24. *q.* 1. *dist.* 1. *n.* 148. docentes, præceptum recitandi officium Diuinum incipere, à Vespere huius diei, vsque ad mediam noctem diei crastinæ. Hanc sententiam esse probabilem, ait Trullench, vbi infra, & pro illa citat Dianam, *loco adducto*. Sed certe Diana, solum videtur loqui in sententia aliorum, vt videre apud illum potes. Sed quidquid sit de mente illius. Melius citari pro hac parte possunt. D. Thomas, & Caietanus. Quos refert, & sequi videtur Doctissimus Nauar. *de oratione cap.* 3. *nu.* 60 per hæc verba: Sequitur 2. rectè dictum à S. Thoma *quodlib.* 5. *art.* 18. Quod quantum ad horarum recitationem, vnusquisque dies incipiat à sua vespera, pro quo est Concilium *in cap.* 1. *de ferijs*, vbi glossa, quam in hoc commendat, Felin. *in c. consuluit. de offic. delegat. Compendij*, & decretū Alex. III. *cap.* 2. *de ferijs*, vbi glossa, cū glo. suis. Sequitur 3. verum esse dictum illud Caiet. vbi supra, Diem quoad horas recitandas durare vsque ad mediam noctem, & incipere à vesperis, quæ insignis est præfatorum textuum declaratio. Sequitur 4. recte dixisse S. Thomam *d. quodlib.* 5. *art.* 28. eum, qui dicta Vespertina, & Completoria, vnius diei, sero dixit Matutinum sequentis diei, videri illas dicere illo die, quo tamen nō procedere, nisi quoad Matutinam, & Laudes dixit Caietanus; qui licet absq; nullo textu, & ratione, ita declaret dictum S. Thomæ, vbi supra, fundatum à nobis maximæ authoritatis textibus, ea tamen ratione nobis placet, quod consuetudo generalis habere videtur, non esse dicendas, vespera præcedente, horas alterius diei, vltra Laudes. Quamuis enim ratio Thomæ de rigore videatur concludere eidem, quoad Primam, & tertiam, & alias omnes horas, consuetudo tamen præfata illud limitans, rationi valde consona videtur. Qua propter, nunquam respondere ausus fui; licere dicere vespera, Primam, alias vè Horas alterius diei, exceptis Matutinis, & Laudibus. Huc vsque Sapientiss. Doctor Nauarr. & certe satis probabiliter, vt ex se constat. Citat etiam Bonacina, pro hac opinione, Francolinum, Bellarminum, & Durandum.

Sed probabilius, aut clarius Respondeo: Obligationem recitandi officium Diuinum, incipere, iure communi, à media nocte, & finiri, aut terminari in media nocte subsequenti. Ratio est. Primo. Quia, in communi

muni omnium opinione, Ecclesiasticum officium in media nocte terminatur: ergo, eo etiam tempore, debet incipi subsequens officium. Secundo. Quia numerus Horarum Canonicarum incipit à Nocturnis vigilijs: seu tempus huiusmodi vigilijs, iure deputatum, est media nox: ergo. Sic Azor *lib.* 10. *cap.* 9. *à quæstione* 5. *usque ad* 8. ex Siluestro, *ver.* Hora, *q.* 9. *dicto* 6. Bonac. *disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 3. *n.* 2. Quid, hac ratione, probat. Nam Diuinum officium, singulis diebus est recitandum, *ex cap.* 1. *de celebr. Miss.* Sed dies, iuxta communem Ecclesiæ vsum, incipit à media nocte antecedentis diei, vsque ad mediam subsequentis: ergo. Trullench *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 7. *dub.* 18. *n.* 3. Gauant. *tom.* 2. *Thesauri sect.* 1. *cap.* 5. *tit.* 6. *n.* 2. Villalob. *tr.* 24. *diff.* 12. *n.* 4 Sic dicens: Quanto a las horas menores, todos conuienen en que el dia es de media noche, à media noche, de suerte, que no se puede dezir Prima, antes de media noche, ni Completas despues de la media noche siguiente.

QVÆSTIO XXIII.

An, Finita hora secunda post meridiē, dictisque Vesperis, & Completis, possit quis statim recitare Matutinum, & Laudes sequentis diei?

NEGANT Nauar. *de oratio. notab.* 3. *nu.* 77. existimans, solū posse recitare Matutinū diei sequentis, media hora ante Solis occasum, Gauantus *sect.* 1. *cit. c.* 5. *tit.* 6 *n.* 6. Bonac. *loc. cit. pun.* 3. *n.* 16. & penes ipsos, D. Thom. *quodlib.* 5. *art.* 28. Suar. *c.* 27. *n.* 14 Sa, *ver. Hora. n.* 17. Filliuc. *c.* 8. *q.* 10. *n.* 275. Et alij, docentes, posse dūtaxat recitare dicta; hora tertia, vel quarta post meridiem, non antea. Eandem sententiam tuetur Enriq. *lib.* 9. *c.* 24 *n.* 7. *lit. P.* Et pro ea refertur à Ioan. Ægidio Trullenh. Villalob. *tr.* 24. *diff.* 12. *n.* 5. Sed nō ita bene, cū hic, Enrico, per hæc verba, nolle consentire, dicat: De mi parecer basta a las quatro de la tarde, y de alli adelante como tiene Azor. Y aun concluye Enriquez, referiendo varias opiniones, que basta dezirlos desde las tres en adelante. Mas a mi pareceme demasiado temprano, sino es que fuesse con vna grāde causa. Sic ille.

Sed probabiliter Respondeo: Posse recitare Matutinas, & Laudes, post horam secundam pomeridianam, finitis Vesperis, & Completorio. Quia in multis locis hæc praxis, hæc consuetudo, vt testatur Trullench *lib.* 1, *in Decalog. cap.* 7. *dub.* 18. *num.* 8. per hæc verba: In nostra autem Diœcesi Valentina, officium Matutinum, dum in choro celebratur, solet recitari immediate dictis Vesperis, & Cōpletorio, quod solet finiri ante tertiā horam, præsertim in hyeme. Sic ille. Et tenet expresse cum alijs Diana *par.* 4. *tr.* 4. *resol.* 9. Vbi sic dicit: Affirmatiuam sententiam probabilem esse puta, pro qua alibi adduxi Fabrum, & Molfesium, quatenus dicunt, posse recitari hora 20. quæ aliquando est secunda post meridiem: quibus nunc addo Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 37. *num.* 4. Loquē tem expresse de hora secunda. Sic Diana, Cui adde Ægidium, Trullench *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 7. *dub.* 18. *num.* 8. hanc sententiam confirmantem his verbis: Postquā hæc scripsi vidi Sanchez *in consil. ijs par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *dub* 37. Asserentem, quocumque die anni, recitantem Matutinum diei crastini, hora secunda post meridiē, etiamsi nondum recitauerit Vesperas, & Completorium, satisfacere præcepto, & non peccare mortaliter, sed tantum venialiter, si absit causa sufficiens: ea vero existente, nullo modo peccare. Ratio est; quia illud tēpus, cum sit hora Vesperarum, pertinet ad sequentem diem; ergo qui tunc recitat, censetur sequenti die recitare Matutinum; ideo non peccat mortaliter, quia recitat intra diem, & præuenire tempus intra diem non est mortale, vt dictum est sup. Hanc doctrinā colligit ex S. Thoma *quodlib.* 5. *ar.* 28. *ad* 1. Viguer. & Turrecrem. dicentibus, quod si post Vesperas, & Cōpletorium dicat quis Matutinum diei sequentis, iam hoc pertinet ad diem sequentem. Ita Sanchez supr. Addens: eam tenuerunt quidam recentiores Magistri, quorum quidam addidit, quod si post mediam diem hodierni recitaret quis Matutinum diei crastinæ, saltem in Quadragesima, vbi Vesperæ dicuntur ante prandium, videtur iam incepisse dies sequens, & in rigore non videtur obligandus ad mortale, nec ad iterum recitandum. Ego autem id vltimum minime consulerem, quia non fert consuetudo, cætera vero libenter admitto propter rationem dictam. Huc vsque Trullench. Legatur etiam Diana *loco cit.*

QVÆSTIO XXIV.

An, Vt prĭdie possit licite dici Matutinum post vesperas, requiratur aliqua bona causa?

AFFIRMANT communiter Doctores, Suarez, Pmiiarcus, & Filliuc. penes Bonacinam *loc. cit. n.* 10. Gauant. *loc. cit. nu.* 6. Vbi sic ait: Matutinum, & Laudes, ex iusta causa, possunt recitari in Vesperis præcedentis diei, puta, vt deuotius oret, vel studijs mane operam det, vel quia non poterit mane, ita commodè recitare. Ita ille.

Sed probabilius Respondeo: Nullam speciatim causam requiri, præter consuetudinem: Hæc enim satis est pro causa. Sic Enriquez *loc. cit.* & Trullench *loc. cit. n.* 8. per hæc verba: Nam consuetudine ab Ecclesia approbata, & permissa, introductum est, vt Matutinum cum Laudibus recitari possit in vespere præcedentis diei: qui vsus introductus est, ob difficultatem recitandi illud in media nocte, quod erat proprium illius temporis: tum etiam, quia anticipare melius est, ex iuo genere, quam postponere. Potest igitur, Matutinum simul cum Laudibus quis recitare absque vllo peccato, circa tertiam, vel quartam horam post meridiem, &c. Sic ille.

QVÆSTIO XXV.

An, Adimpleat præceptum recitãdi, ille, qui incœpit recitare officium hodiernum, paulo ante mediam noctem diei sequentis, si ipsum prosequatur post completam mediam noctem?

NEGANT communiter Doctores, generali doctrina, nam in specie, nullum vidi Doctorem de hac quæstione tractantem. In primis enim, Primus in rebus moralibus Author, Nauar. *in Mã. c.* 25. *n* 97. expresse docet, Clericum Ord. Sacri, qui horas Canon. per totam diem, horis debitis, non recitat, non peccare mortaliter, si ante mediam noctem eas dicat. Et clarius id docet, *de oratio. c.* 3. *n.* 59. per hæc verba: Vnde singulariter sensit D. Anton. 3. *p. tit.* 13. *c.* 4. §. 4. Et exerte asserũt Siluest. *ver. Hora q.* 9. & Caiet. *in sum. ver. Hor.* §. *Quoad*, 4. Quod dicere Primã, imo & Matutinũ post meridiẽ: imo & post decimã, & vndecimã à meridie, nõ est peccatũ mortiferũ, modo ante mediam noctem finiantur. Sic Nauarrus.

Id ipsum docet Azor *lib.* 10. *c.* 9. *q.* 6. per hæc verba: Quod verò pertinet ad tempus, vltra quod officium Ecclesiasticum differri, & prorogari, iure nequit, etiam conuenit, inter omnes, illud in media nocte terminari, atq; desinere, itaut media nocte elapsa, recitari amplius non possit, si qua fuerit precatio Canonica prætermissa, qua ad diẽ præcedentem expectauerit. Ita Azor, ex D. Anton. Siluest. & Nauar. *locis citatis.* Vide Iob. Trull. Gauant. Bonac. *citati supra. q.* 22. Fundamentum est: quia onus recitandi horas Canonicas, est onus diei, vt omnes fatentur: ergo transacto die, necessario debet esse transactũ onus ei affixum: nequit ergo illi fieri satis, in die altera sequenti, in qua iam datur nouum onus recitandi illa. Et licet hæc sententia sit lõge probabilior, & in praxi omnino sequẽda: Nihilominus

Probabiliter Respõdeo: Posse prædictũ, adimplere præceptum recitandi officium, si illud paulo ante mediam noctẽ incipiat, & sine interruptione recitãdo, post illã, finiat.

Primo, Quia probabile valde est, quod omnes septem Horæ Canonicæ sint vnica oratio, vnico præcipiantur præcepto, & omnes habeant rationem vnius obiecti talis vnius præcepti, vt fatentur Nauar. Bonac. Lesius, & alij: ergo probabile etiam erit, quod ille, qui eas ante mediam noctem incœpit, etiamsi post illam, finiat, finiat eas tempore congruenti, & adimpleat præceptum recitandi. Patet consequentia: Quia res vna, & indiuidua, incœpta tempore apto, optime finiri potest, imo, & debet, si res est præcepta, tempore consequenti, si id incontinenti fiat; vt statim.

Secundo, Quia licite potest quis hodie post vesperas, recitare Matutinum crastinæ diei, non solum ratione consuetudinis (vt fert communis opinio) sed etiam, quia (vt aliqui probabiliter dicunt, iuxta habita *q.* 23.) vespertinum tempus reputatur pro tempore diei sequentis; & ita quãuis in rei veritate, diuerso in die, recitet Matutinũ, censetur recitare in eodẽ: ergo sic similiter probabiliter dici potest, quod ille, qui incipit recitare officiũ hodiernum paulo ante mediã noctẽ, & finit illud post eã, censeatur illud recitare hodie. Patet cõsequẽtia. Nã sicut vespertinũ tẽpus trahit ad se diẽ sequẽtẽ; ita etiã tẽpus illud nocturnũ vndecimæ, & dimidiæ horæ v. g. in quo quis cœpit recitare officiũ Diuinũ hodiernũ, trahit ad se, fortiori iure, partẽ aliquã diei sequentis, in quo potest, adimplẽdo præceptũ, complere officiũ. Legatũr pro hac ratione Glos. *in c. Quod à Patr. dist.* 75. Nam ei valde fauet.

Tertio,

Tertio, id probo à simili. Quia etiam datur præceptum, ne quis dicat Missam post meridiem (vt ex communi probat Francolin. *de Horis Canon. cap.* 41. *à num.* 1.) Et tamen licite potest expectare ad illam inchoandam, vsque paulo minus, ad meridiem; etiamsi præuideat, se eam non posse finire nisi post meridiem, vt praxis, & communis Doctorum apud Enriquez *lib.* 9. *cap.* 24. docent: ergo sic etiam, quamuis detur præceptum recitandi officium Diuinum à media, in mediam noctem; seu (quod in iddem redit) quamuis detur præceptū ne officium Diuinum hodiernum, post mediam noctem differatur, poterit nihilominus quis, saltem absque graui culpa, vsque ad mediam noctem, paulo minus differre; & tunc incipere officium, &, absque interruptione, complere illud post mediam noctem.

Quarto (& sit confirmatio huius tertij argumenti.) Nam (vt habetur in *l. lecta ff si cert. pet. Ad Iuliam. l. continuus.* & alibi) ea, quæ incontinenti fiunt, inesse videntur, seu insunt (& ob hoc, inquit Francolin. *loc. cit. nu.* 34. Qui ante meridiem cœpit Missam, debet eam post meridiem perficere:) ergo officium Diuinum cœptum ante mediam noctem, & post illam incontinenti finitum, inesse totum ante mediam noctem dicetur: poterit ergo, qui illud sic cœpit, finire, & adimplere præceptum, sicut, qui incœpit Missam ante meridiem, potest post meridiē finere, eo quod incōtinenti id fiat.

Quinto id, alio simili probo. Nam etiam datur præceptum Episcopis, ne Ordinationes generales, nisi diebus Sabbati Quatuor Temporum, faciant, vt cōstat ex *cap.* vlt. *d.* 75. Et tamen Ordines, quos incœperunt dare Sabbato, complere possunt in manè Dñicæ sequentis, vt expresse habetur in *cap.* Quod à Patribus ea. d. 75. eo quod manè Dominicæ diei, fictione Iuris trahatur ad Sabbatum, in quo cœpta fuit ordinatio: ergo similiter, quamuis detur mihi præceptum, quod in spatio viginti quatuor horarum, istius Sabbati v. g. recitem totum officium, potero incipere illud, paulō ante mediam noctem, & complere illud post mediam, in mane Dominicæ sequentis, quia tunc huius pars fictione canonica, etiam trahitur ad Sabbatum, in quo cœpta fuit recitatio officij

Sexto, & sic confirmatio præcedentis argumenti; Quia probabile, & satis, est vt diximus *disp.* 6 *quæst.* 8. Quod ille, qui complet ætatem ad Ordines requisitam, hora tertia, aut quarta, post meridiem, possit licite eadem die manè recipere Subdiaconatum, vel Diaconatum, &c. Eo quod (vt diximus) in dicto casu, vespere dies transitur ad manè, & morali continuatione, qui sic ordinatur, ordinari dicitur in anno 22, vel 23. constitutus: ergo etiam erit probabile dicere, quod ille, qui incœpit officium Diuinū hora vndecima noctis, v. g. Sabbati, & sine interruptione recitando, finit illud post mediam noctē, manè Dñica, dicatur recitare totū in die Sabbati, in qua illud recitare cœpit; cum in hoc casu etiam possit dici, quod manè Dominicæ trahatur ad vesperam diei Sabbati, in qua cœptum fuit, & quod morali continuatione, in ipso totum officium recitari dicatur, & consequenter, adimpleri præceptum.

Septimo, Quia etiam datur præceptum annuæ confessionis, & adeo annexum anno, vt si cōpleto, quis non confiteatur, illud frangat: & nihilominus tamen, potest quis, saltem absque mortali, expectare vltimam horam, in qua finitur annus, & in illa incipere confessionem, eamq, post finitam horam cōplere, & per hoc adimplere præceptū annualis cōfessionis, vt cōstat: ergo simili modo, quāuis detur præceptum recitandi officiū in hac die, poterit quis, absq; graui culpa, expectare vltimā horā eius, ad illud inchoandū, & prosequēdo absq, interruptione, finire ipsum in sequētihora alterius diei, & sic adimplere præceptū recitādi officium.

Octauo, Quia, vt diximus, res vnica, & per se indiuidua cœpta tēpore apto potest finiri (imo, & debet, si res est præcepti) tēpore cōsequenti; dūmodo non obstet finitioni eius nouū mandatū, aut cōtrariū præceptū: at sic est, quod ille, qui incœpit recitare officiū ante mediā noctē, cœpit rē per se in diuiduā, tēpore apto; ergo, cū nō obstet aliud præceptū oppositū, poterit (imo & tenebitur) illā finire tēpore cōsequenti. Vnde hæc sententia, & quia nil obesse diligentibus, & valde negligentibus, & vsq; ad mediā fere noctē, ludētibus prodesse potest, ne ex vna, in alterā abyssū incidāt; & quia valde vrgēt argumēta pro illa facta, & quia illā docuit eximius Mag. Basil. Legion. *in tr. de Horis c.* 2. (vt à viro fide digno, & docto, audiui;) & ex nostris sapiētiss. & in Theolog. Morali versatissimi, Fr. Franciscus à S. Iuliano; & Fr. Ludouicus à Cōceptione in nostris Collegijs Salmant. & Complut. dignissimi Lectores, mihi, vt dixi, probabilis videtur.

QVÆSTIO XXVI.

An Officium Diuinum possit priuatim vbilibet (etiam in latrinis dum venter exoneratur) absque vllo peccato dici?

NEGANT carere omni peccato: quia existimant esse veritate interpretato, aut simili loco, recitare officium, Sotus *lib.* 10. *de iustitia, & iure, quæst.* 5. *articulo* 4. *in fine*. Lublinus (licet dubius) *ver. Horæ Canonicæ num.* 30. Vbi hæc habet: Orare autem dum naturæ ceditur, sine culpa forsan esse non potest, licet D. Bernardus quondam, cum in latrinis oraret, dæmoni insultanti, & cachinanti respondit: Quod inferius egeritur, tibi conceditur, quod vero superius, Deo præsentatur. Ita Lublinus. In hanc sententiam videtur inclinare Bonacina *disp.* 1. *de Horis quæst.* 3. *punct.* 5. *num* 6. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse quidem, absque vllo peccato, officium dici in loco vbi venter exoneratur: in alijs verò valde indecentibus, non absque veniali, si id, sine causa fiat, Vtramque partem docet ex Nauarro, Sanchez *tom.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 2. *dub* 44. Et primam, per hæc verba: Recitantes horas Canonicas, dum venter exoneratur, non peccant, modo aliæ circunstantiæ concurrant Probatur, quia potest quis ibi mente orare: ergo & voce. Item, quia alias orationes vocales potest quis ibi recitare ad eleuandum mentem in Deum, & distrahendum ab immundis cogitationibus, vt docent optime Nauar. *cap. quando cap.* 5. *art.* 8. & Iosephus Angles *Florib. quæst. Theolog. mater. de oratione fol.* 329. Ergo & Horas Canonicas. Ita Sanchez *loc. cit. num.* 4. Secunda vero pars constans est apud omnes. Et sic tenent Nauarr. *de oratio. cap.* 5. *num.* (*non art.*) 8. Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 7. *dub.* 20. ex Nauarro, & Sanchez. Et hanc sententiam valde confirmat exemplum Diui Bernardi, vt narrat (contra se certe) Lublinus, vt vidimus.

QVÆSTIO XXVII.

An Sit mortale, longius, in breuius officium priuatim permutare; vnumque pro alio, aduertenter recitare?

AFFIRMANT Vazquez *opusc. de Benef. cap.* 4. §. 1. *dub.* 2. *num.* 60. Reginald. *lib.* 18. *cap.* 16. *num.* 172. Suarez *de Religio. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 11. Moure (seu Fernandez) *in exam. Theolog. par.* 3. *cap.* 13. §. 3. *num.* 1. Fabrus *de Ordine dist.* 24. *quæst.* 1. *disp.* 1. *num.* 146. Homobon. *de exam. Eccles. par.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *quæst.* 42. Gauant. *comment. in rubric. Missal. tom.* 2. *sect.* 1. *cap.* 5. *tit.* 2. *num.* 7. Ontiphrius *opusc. de mutatione officij*. Nauar. *de orat. cap.* 19. *num.* 211. Gratis, *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 10. Phliarc. *tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 1. *concl.* 6. Rodriguez *tom.* 1. *quæst.* 42. *art.* 8. Bellarmin. *tom.* 3. *lib.* 1. *controu.* 9. *cap.* 18. Tolet. *lib.* 2. *cap.* 23. Ledesma *in summ. part.* 2. *tract.* 9. *cap.* 4. *concl.* 12. Raguc. *de offic. Canonicorum in Choro quæst.* 17. *num.* 2. Squillante *de obligatio. Clericor. part.* 1. *dub.* 26. *num.* 50. Tabiena *ver. Hora quæst.* 10. Molies. *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 2. *num.* 50. Naldus *ver. Diuinum officium num.* 16. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 23. *cap.* 8. *num.* 186. & Summa Corona *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 10. Quos omnes, sic pro hac parte refert Diana *part.* 2. *tract.* 12. *resol.* 3. His addi possunt, Bonacina *disp.* 1. *de Horis quæst.* 3. *punct.* 1. *num.* 7. & penes ipsum, Garcia *tom.* 1. *par.* 3. *cap.* 1. *nu.* 150. Ita etiam Philibertus *tract.* 2. *de Ordine part.* 6. *cap.* 12. *diff.* 4. Qui etiam pro hac parte citat Rodrig. *in sum. p.* 1. *c.* 142. & *de regular. q.* 42. *ar.* 8. & Vegam *in sum. p.* 1. *c.* 128. *casu.* 17. Trull. *lib.* 1. *in Decal. c.* 7. *dub.* 14. *n.* 13. & penes ipsum, Palao *to.* 2. *disp.* 2. *pun.* 2. *n.* 18. & Sanch. *to.* 2. *consil. lib.* 7. *c.* 2. *dub.* 25. *n.* 2. Item Machado *in sum. to.* 1. *lib.* 2. *p.* 3. *tr.* 2. *doc.* 6. *nu.* 4. & apud illū, Barbosa *in collect an. ad caput, Dolentes*. Tenent etiam Baldelus *to.* 1. *lib.* 5. *disp.* 24. *n.* 5. & Lublin. *V. Hor. can. n.* 21

Ex his tamen Authoribus quidam male citātur pro hac parte, vt infra; quidam verò, limitant hanc opinionem, vt nullum sit mortale, vbi vel permutatio non fieret ex contemptu, & officium permutatum esset æquiualens in quantitate, vel ferè, illius diei, & secluſa voluntate frequentis mutationis: vt limitant Suar. Rodrig. Lublinus Nauar. & Regin. Quibus addi potest Sāch.

loc.

loc. cit. Vbi ita loquitur: Recitare semel, aut iterum, & raro, mutando qualitatem officij, absque causa, est tantum peccatum veniale, & ex iusta causa, nullum est peccatum, vt si occurrat necessitas spiritualis audiendi, vel prædicandi, vel legendi, vel recitãdi cum agroto, vel defesso, at si toties id fieret, vt arbitrio prudentis exiret manifesta notabilis audacia, esset peccatum mortale. Probatur prima pars, quia est leuis materia. Probatur secunda pars, quia nõ tantum in Breuiario præcipitur recitare, sed recitare secundum formam, & modũ ibi traditu, vt constat ex Bulla Pij V. posita in principio Breuiarij. Item, quia quis non iudicet rem grauissimam esse, communiter nõ seruare formam recitandi præscriptam à Pontifice, sicut esset res grauis, & peccatũ mortale, non seruare communiter ceremonias traditas à Pontifice in Missa? &c. Et hæc sententia est multo probabilior. Hucusque Sanchez.

Sed quæ probabiliter Respondeo: Tantum esse peccatum veniale, etiam aduertenter, & dedita opera, longius officium, in breuius, citra causam permutare, occurrente autem iusta causa, nec veniale esse, Ratio est. Quia substantia præcepti recitandi Officium diuinum, solum consistit in recitatione quotidiana septem Horarum Canonicarum: ergo quod officium diuinũ sit de Dominica, de feria, vel de Sancto, solum pertinere potest ad modum, seu ritum accidentalem: at modus non cadit sub præcepto: ergo &c. Sic Siluest. *Ver. Hora quæst.* 10. *alias* 12. *num.* 15. Vbi addit, nõ esse mortale, licèt id ex fraude faciat, scilicet, vt recitet quis officium breuius. Caiet. *Ver. Horæ. §. Quoad secundum.* Armilla *ibi num.* 7. Pedraza *in Sum. cap.* 5. Nieua *in sum. tit.* 65. Victoria *in Confessionario in 3. præcepto.* Merina *in Sum. lib.* 1. *cap.* 14. § 11. Sotus (licèt dubius) *lib.* 10. *de iust. quæst.* 5. *art.* 4. Quos omnes refert Sanchez *loc. cit.* & penes Dianam, vbi infra, Lesius *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 12. *num.* 77. Layman *lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 4. Zerola *in praxi Episcopor. par.* 1. *Ver. Horæ Canonicæ num.* 6. Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 2. *pun.* 10. Binsfeld. *in Enchirid. par.* 4. *cap.* 9. *concl.* 7. per hæc verba: Ordo non est in præcepto sub peccato mortali, vt DD. docent cũ veriori consensu, ers, qui priuatim recitãt, quamuis sit peccatum veniale, sine causa mutare, Quia, qui Ordinem mutat, non mutat substantiam officij, sed tantum accidẽtia, vt Caietanus receptus ab aliis. *Ver. Horæ Canon.* tradit. Sicut etiam accidit, si quis deberet dicere de festo alicuius Sancti, & diceret de feria. In hac re tamen, cauendus est error quorundam, qui etiam in publicis officijs, aliquando ob breuitatem eligunt de Sanctis, quando de feria dicendum, aut ex festo nouem lectionum faciunt trium. Eadem est ratio, si quis ex incuria, aut negligentia, Sextam antè Tertiam recitet, non est plusquam veniale. Sic ille, & bene. Medina *de Oratione quæst.* 10. *cons.* 10. Azorius *par* 1. *lib.* 10. *cap.* 10. *quæst.* 2. dicens: hanc esse communem omnium sententiam. Diana 2. *par. tract.* 12. *resol.* 3. (Vbi pro hac parte citat Rodrig. *in sum. tom.* 3. *cap.* 195. *num.* 3. Sed melius citat illum pro sua Philibertus, *locis citatis*) & 5. *par. tr.* 5. *resol.* 26. Vega *in sum. par.* 1. *cap.* 18. *casu.* 17. per hæc verba: Angles dice, que si, por causa raçonable, como auiendo impedimento justo, se haze esta mudanza, que no será pecado, porque dezir este officio ô aquel, no está en precepto, como diuersos rezen diuersos officios, como se dize en derecho, i de aqui se sigue, q̃ si por inaduertencia, ó por mayor comodidad, ô porque el officio, q̃ en lugar del otro reza, se saue de memoria, que el mudar el officio, ô será ningun pecado, ô a lo menos venial tansolamente: i esto es assi. Y tambiẽ se sigue de lo dicho, que el que en fraude de esta suerte paga las horas por acauar mas presto, que peca venial, i grauemente, empero nunca mortalmente: i la razon destas dos cosas, que se han dicho, es la que arriba queda ya dicha: conuiene a saber, porque el officio determinado, no está debaxo de precepto, i esto es comun, i lo resueluen Tabiena, Siluestro, Pedraza, Iacob de Grassis, Caietano, i Nauar (*cap.* 22. *n.* 217.) Y nota, que lo propio es aora despues de la extrauagante, que dió Pio V. acerca del rezado del Breuiario Romano, nueuamente reformado, aunque Suma Corona Confessorum dice, que despues della no cumple, el que rezare de la suerte que está pregunta do: i esta misma opinion tiene Fray Manuel Rodriguez, aunque dice, que el no tendrá por pecado mortal hazerlo vna, ô dos vezes; a loqual digo, que sino no lo puede hazer, q̃ tampoco lo puede hazer, vna, ô dos vezes, pues cada dia ay precepto de rezar, distinto vno de otro, como lo ay de ayunar cada dia de la Qua-

resma; i tãbien peca mortalmente, el q; deja de ayunar vn dia, ô dos, pudiendo, como el q; muchos. Finalmente, q; lo mismo q; se ha respõdido a lo pregũtado en nuestro caso, corra, i tenga aora tãbien lugar despues dela dicha extrauagãte de Pio V. Es doctrina de Medina, i de Padres doctissimos de la Compañia de Iesus, Orden de S. Domingo, i de nuestro Padre Fray Iuan Ponce de Leon, con los quales comuniquè esto, todos los quales fueron de parecer, que la dicha extrauagante solo manda; que no se reze en Breuiario, que no estè aprouado por la Sede Apostolica, como lo es el Breuiario Romano de tres lecciones, porque este esta yà reprouado: empero que no prohibe, que no se reze en Breuia- aprouado por la Sede Apostolica. Y assi dice bien Medina, que si el Religioso de S. Domingo rezasse por el Breuiario Romano, ô por el de S. Francisco, ô al reues, solo es pecado venial, i como digo, sin glosa ninguna se deue tener esto, pues en negocio de tanta importancia, no ay para q̃ echar pecados mortales amonton. Huc vsque Vega. Ex cuius verbis solutum manet fundamentum contrariorum; nulliusq; momenti esse limitationem Suarij, Reginaldi, Sanchez, & aliorum constat; & quam male hic author citetur à Philiber. pro opposita sententia. Tenẽt etiam hanc nostrã Villalob. 1. *par. tract.* 24. *diff.* 13. *num.* 2. Ludouicus de S. Ioan *q. vnica. de offic. diuino, art.* 10. *dub.* 6. omnino ex Vega, quem non citat. Citant etiam Bonacina pro hac nostra sententia, Vazquiũ; & Ioannes Machado, Filliucium; sed vterque male, sicut male etiam refert Vega, Nauarrũ pro nostra parte; nam expresse, contra Sotum; oppositum docet *loc. cit. à num.* 211. *vsque ad num.* 217. *& cap.* 21. *num.* 22. Adducit etiam Diana Laymanium, & Zerolam, sed illum male: nam oppositum potius sequitur, si attente legatur: Hunc autem licet bene, non tamen aduertit, hunc authorem, errore Typographi, opposita docere, & male afferre Nauarrum pro nobis. Legatur.

QVÆSTIO XXVIII.

An Saltem, sit culpa Lethalis recitare, adhuc priuatim, Officium de Resurrectione, quando recitare quis debet de feria, vel de Sancto?

AFFIRMANT, & a fortiori, omnes DD. nu per pro prima sententia relati, præcipue Sanchez *loc. cit.* Vbi oppositum dicit improbabile, per hæc verba: Quia si quis (inquit) vellet omni tempore dicere Paschale Officium, quia breuius est, sine dubio grauiter peccaret: item qui omnibus ferijs diceret officium feriæ tertiæ, quia breuius: item, qui semper, & quotidie eodem modo recitaret, vt memoriter, & facile diceret: quæ omnia, iuxta priorem opinionem possunt fieri sine peccato mortali, quod mihi nunquam persuadere potui, etiam, vt probabile. Ita ille. Et Filliuc. *loc. cit. cap.* 7. *num.* 226. dicens sic. Si quis vellet omni tempore dicere officium Paschale, quia breuius, ex omnium sententia peccaret mortaliter &c. Ita Filliucius, Et ex relatis pro nostra opinione, id expresse docet Diana 5. *par. tract.* 5. *resol.* 26. Vbi hæc verba habet: Notandum secundo, in mutatione Officij pro officio dari paruitatẽ materiæ, vt si semel, aut iterum quis dicer et Officiũ de Sancto quando dicendũ est de feria. Ita Baldellus *tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 24. *nu.* 5. Sed ego semper puto in tali casu, non adesse peccatum mortale, nisi dicatur officium Resurrectionis, vt alibi exprofesso docebo. Ita Diana.

Negatiuam tamen sententiam, nempe in proposito casu, non interuenire culpam mortalem, suadere possunt alicui hæc argumenta. Primo. Nam probabile est, non esse culpam mortalem, vnum officium pro alio (priuatim) etiam aduertenter, & sine causa, recitare, v. g. de Conceptione, quãdo recitãdum erat de Sabbato; vel de SS. Trinitate, dum recitandum erat de Dominica; vel de quouis alio Sancto, in Breuiario Romano, à Sede Apostolica approbato, appositio, quando recitandum est de alio, vt ipsemet Diana nobiscũ tenet; ergo etiam erit probabile, non adesse in tali casu, mortale, quamuis dicatur officium de Resurrectione, eo die, quo recitãdum erat de feria, Dominica, vel de alio festo nouẽ lectionum. Cõsequentia, concesso antecedenti, est mihi euidenter probabilis, vt infra; aut ergo negandum est, cum Suario, antecedens; & asserere, nõ esse probabilem sententiam, quam, quæstione præcedenti, amplexi sumus (quod durissimũ dictu est, cum illa tot, & tam graues Patronos habeat, & esse probabilem ex contrarijs, non nulli Doctissimi, vt Sanchez, Filliucius Trullench, & alij, concedant) aut concedenda cum ipso Suario consequentia, & affirmare esse probabile non esse in dicto

casu

casu mortale, officium Resurrectionis, pro alio recitare.

Secundo probabile est, quod, qui recitat officium Resurrectionis, adimpleat præceptum recitandi officium diuinum, quoad substantiam, licet non quoad modum: ergo, cum violatio præcepti, quoad modum, non sit mortalis, vt omnes fatentur, nullo modo erit mortale mutare officium alicuius Sancti, in officium Resurrectionis. Consequentia constat; antecedens vero, probatur; Quia, vt supra est habitum, probabile est, quod substantia præcepti recitandi diuinum officiū, solum consistat in hoc, vt recitentur septem Horæ Canonicæ iuxta Breuiarium a Sede Apostolica approbatum; ad modum vero, quod tali die recitetur de tali Sancto, vel de feria &c. at sic est, quod qui recitat officium Resurrectionis, recitat officium contentū in Breuiario, à Sede Apostolica approbato: ergo probabile erit talem sic recitantem adimplere substantiam præcepti, & consequenter non cōmittere mortale.

Tertiò. Quia, si sola permutatio officij diuini in officium Resurrectionis, non vero in aliud, esset mortalis, vt vult Diana, eò maxime esset, vel ratione significationis; vel quia officium longius, aut longissimū, permutatur in officiū valde breuius, quale est officium Resurrectionis: at hæc non obstant, ad hoc vt dicamus, hanc mutationē, & non aliā, esse mortalē. ergo aut nullā esse mortalē, aut vtrāq, esse affirmare debemus. Maior, in qua est tota difficultas, probatur; & primo, eius prima pars. Nam etiam in officio SS. Trinitatis representātur, & in illo significantur, & per illud confitentur quā plura mysteria huius diei festi, & nihilominus, vt fatetur ipse Diana cum omnibus authoribus, qui nostram sententiam quæstione superiori habitam, sequuntur, potest quis, absque vlla peccati mortalis, illud recitare, quando recitare debet de Sabbato, aut de S. Siluestro, vel alio Sancto &c. ergo significatio nil obstat. Secunda etiam pars, probatur. Quia in nostra opinione etiam potest quis, absque mortali culpa, in die Dominica recitare de SS. Trinitate, vel de aliquo Sancto nouem lectionum; sed sic est, quod hic, etiam fit mutatio longissimi officij, nempe Dominicæ, in valde breuius respectiue: ergo si nihil ratione poterit quis in die alicuius festi, vel sancti habentis nouem lectiones, recitare absq, mortali de officio Paschali, aut Resurrectionis, vel de officio Penthecostes.

Quartò denique. Quia omnes Authores (vno excepto Diana) qui nostram tenent sententiam, absolute, & sine exceptione officij, docent mutationem officij diuini in aliud, etiam dedita opera, non esse peccatum mortiferum. Vnde Lesius *loc. cit.* hæc verba notanda dicit: Itaque substantia præcepti seruatur, quodcumque officium Breuiarij concessi dicatur. Azorius, iuris est Canoci, vt septem preces Horarias recitētur, quod vero hoc officium, aut illud persoluatur, non attinet ad substantiam legis, siue præcepti &c. Caiet. Non est præterea reus peccati mortalis commutans qualitatem horarū: putà soluens de Sanctis, quas deberet soluere de feria. Siluester. Si vero mutatio Officij, fiat in fraudem, vt dicatur officium breuius, secundum Archid. non est absque graui peccato; non tamen inueniligas mortale, quia determinatum officiū non est in præcepto. Sic ille, & eodem modo alij loquuntur.

Vnde mihi Respōdendū, in hac difficillima difficultate, videtur; vel, quod hæc argumenta, habent vim faciendi hanc negatiuā partem probabilem; vel reddendi improbabilem alteram, quam præcedenti quæstione, vt probabilem cum Diana, secuti sumus. Videat doctus quis. In facti autem contingentia, non auderem certe, sic officium, absque contemptu formali, vel virtuali, permutantem, lethali culpa damnare; (Nam valde durum videtur, & à pietate Christiana alienum, mittere aliquem in infernum, aut dicere quod peccat mortaliter, sine euidenti, aut certa ratione) Nec consilium præbere alicui de tali officij permutatione, nisi forte illis, qui iuste, vel iniuste sūt valde occupati, ideoque præmagnitudine officij diuini exterriti, nullum recitant. Melius est enim, securiusque aliquod officium, etsi breue, recitare, quam nullum.

QVÆSTIO XXIX.

An Siquis, citra contemptum, vna die omittat Horas, peccet mortaliter?

NEGAVIT Enricus Anglicus, quem refert, & sequitur Angelus *Verb. Hora. n.* 10 Pro quorum sententia, citant Bonacina, & Machado, Agonium 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 12. *dub.* 5. & Rodriguez *in sum.* 1. *par. cap.* 141. *num.* 3. docentes, eum, qui

qui semel, aut bis. Sed certe hi authores nullo modo docent hanc sententiam: solum enim aiunt *loc. citatis*, non esse mortale, vno, aut altero die, officium diuinu peruertere, recitando, scilicet horas de vno Sancto, in die, quo Breuiarium præcipit, vt officium fiat de feria. Vnde falsò hæc illis sententia imponitur à Bonac. & Machado. Verũ est, quod Aragonius *lo. cit. dub. 4. concl. 3.* loquẽdo de Monacho Choristà, qui sacris, non est initiatus, affirmet, semel aut iterum officium diuinũ omittente, suo iudicio, nõ peccare mortaliter. Sed hoc est extra rem.

Sed certissime Respondeo: Mortaliter peccare. Quia transgreditur præceptum Ecclesiæ habitum *in cap. Dolentes. de celebrat. Missarum.* cuius transgressio in re graui, etiam citra comtemptum, est mortale. Sic Tabiena *Ver. Hora. num.* 18. Siluester *quæst.* 12. *dicto* 5. Nauarr. *cap.* 25. *num.* 96. & 97. Metina, Sandoual, & Fráciscus de los Sanctos, quos refert, & sequitur Sanchez *tom.* 2. *consil. lib.* 7. *c.* 2. *dub.* 11. Bonac. *disp.* 1. *de Horis quæst.* 5. *pun.* 1. *num.* 1. Machado *lib.* 2. *par.* 3. *tract.* 2. *docum.* 2. *num.* 1. & communis.

QVÆSTIO XXX.

An, Etiam peccet mortaliter, qui vnicam integram Horam recitare omittit?

NEGAT expresse Philibertus Marchinus *tract.* 2. *de Ordine par.* 6. *cap.* 12. *diff.* 13. *numer.* 4. *pagina* 242. per hæc verba: Quam ob rem, saluo meliori iudicio, arbitror, omissionem vnius integræ Horæ, non esse lethale. Ratio est: quia singulis diebus vnicum tantummodo vrget præceptum: sed omissio vnius horæ est parua materia, comparata ad integrum officium diuinum: ergo. Ita Philibertus. Qui, pro sua sententia, nullum citat Authorem; posset tamen citare Sotum *lib.* 10. *de Iust. quæst.* 5. *art.* 6. *Ver. s subtexitur.* Vbi (licet dubius) docere videtur, non esse mortale, aliquam Horam non recitare: sic enim ait: Imo vero, etsi matutinale officium, aut aliam Horam, seu ex culpabili obliuione, seu dedita opera, prætermiseris, quod forte semper est mortale; aut si totum diẽ orare prætermittas, quod certe est lethale &c. Ita Sotus.

Sed certissime fere Respondeo: Etiam peccare mortaliter. Quia certissimum, fere, apud omnes Doctores est, omissionem vnius integræ Horæ, magnam esse materiã, comparatam ad integrum officium diuinum: vt ex statim dicẽdis manifestum fiet: ergo peccabit mortaliter, qui talem materiam omittit. Sic omnes DD. quæst. præcedenti adducti; & alij mox adducendi.

QVÆSTIO XXXI.

Quænam pars Officij omissa, sit sufficiens ad mortale?

MONETA inprimis *tract. de quotid. distribut. par.* 2. *quæst.* 3. *num.* 33. docet, decimam partem vnius Horę, etiam minimæ, omissam, esse sufficientem ad mortale. Sed hoc improbabiliter est dictum; cum sit omissio leuissimæ materiæ.

Alij censent, omissionẽ tertiæ partis, vnius Horæ minoris, esse peccatum lethale. Sic Nauar. *in man. c.* 25. *num.* 68. *& de Oratione cap.* 7. *num.* 5. Azor *lib.* 10. *cap.* 7. *q.* 3. Villalob. 1. *par. tract.* 24. *diff.* 10. *n.* 1. Squillantes *de Oblig. Clericor. par.* 1. *dub.* 33. *n.* 69. Magcinus *de Horis cap.* 26. *n.* 2. & Malderus 2. 2. *tr.* 10. *c.* 2. *dub.* 3.

Alij existimant, nõ tertiam partem, sed dimidiam Horæ paruæ, omissam, constituere mortale. Ita Diana 2. *par. tr.* 12. *resol.* 41. per hæc verba: Dico igitur cum Fernandez *in suo Exam. Theolog. par.* 3. *cap.* 13. §. 7. *n.* 3. Bellochio *in praxi de cas. reser. par.* 2. *q.* 15. *n.* 46. Vega *in Sum. tom.* 1. *cap.* 128. *casu.* 15. P. de Ledes. *in sum. tom.* 2. *tr.* 9. *cap.* 10. *concl.* 14. & Reginal. *in praxi lib.* 18. *cap.* 12. *num.* 143. In Horis breuioribus, vt Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Completorio, partem notabilem esse, dimidiam partem. Siquis ergo ex Nona v. g. id relinqueret, quod non attingeret dimidiã partem, non peccaret mortaliter, nec teneretur ad restitutionem fructuum, si haberet Beneficium. Ita Diana ibi, & 5. *par. tr.* 5. *resol.* 26. His autẽ horibus addi possunt Suarez *loc. cit. cap.* 25. *n.* 6. & 15. Filliuc. *n.* 146. *tr.* 23. Rodrig. *c.* 141. Naldus, Molfes. & alij penes Bonac. Vbi infra; Trullenc. *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 7. *dub.* 23. *num.* 2. & alij.

Sed ego denique, probabilius Respondeo: Dicendum: omissionem vnius integræ Horæ paruæ, non tertiæ, aut dimidiæ partis eius, constituere culpam mortalem. Quia pars, infra Horam paruam, secundum se, modica videtur, & leuis ad constituendum mortale. Sic Bonac. *disp.* 1. *de Horis*

ris. q.5. pun.1. n.7. Lesius *lib. 2. cap. 37. dub. 9. n. 52.* Castro Palao *tom. 2. disp. 2. pun. 5. n. 1.* & Gauant. *coment. in Rubric. Breuiarij sect. 1. cap. 5. tit. 1. n. 4.* Sic dicens: Placet mitior Lesij, & Bonacinæ sententia, Horam paruam integram tantum esse materiam peccati mortalis, & infra: eam esse ita modicam, quamcumque partem, vt Ecclesia non creaatur, ob eam, tacere velle reos ignis æterni. Sic ille.

Hæc autem resolutio, intelligenda est, tam de recitatione priuata, quam de publica in choro, cum eadem sit ratio; solumque de Horis minoribus, nam loquendo de maioribus, dicendum est, illam esse partem notabilẽ, quæ æquiualet vni minimæ Horæ. Legantur Suar. Trullench, & Diana *ll. cc.*

QVÆSTIO XXXII.

An, Omittens recitare Litanias in diebus Rogationum, mortalem culpam committat?

NEGAT Diana *2. part. tr. 12. resol. 42.* Vbi pro se refert Carolum Macig. *de Horis Canon. cap. 29. nu. 18.* Vazquium *Opusc. de Benef. c. 4. §. 1. art. 2. dub. 1. n. 58.* & Molfesium *tom. 1. tr. 5. cap. 1. nu. 56.* Tenent etiam Homobonus *in consult. casuum consc. volum. 2. par. 5. respons. 244.* Philibert. *tr. 2. cap. 12. diff. 12. pag. 250.* & Machado *lib. 2. par. 3. tract. 2. docum. 1. num. 5.*

Negat etiam ex parte, Sanchez, *tom. 2. consil. lib. 7. cap. 2. dub. 27.* Per hæc verba: Qui sequuntur hoc Breuiarũ nouũ Pij V. recitando priuatim, non tenentur regulariter, nisi ad solum officium maius illius. Probatur. Quia Pius V. sic expressit in Bulla, quæ habetur initio Breuiarij. Dixi, *regulariter*, quia tribus diebus Litaniarum ante Ascensionem, tenentur omnes, qui tenentur ad Horas, sub peccato mortali recitare Litanias; & die commemorationis Defunctorum tenentur sub mortali ad Officium Defunctorum. Probatur, quia talibus diebus ponuntur Litaniæ, & Officium Defunctorum vna cum officio maiori, & in rubrica officij diei præcipitur, vt dicantur. Sic quidam Iuniores docti, & tanquã verũ tenendum est, licet alij Recentiores, quos refert Alcholedo in Rubricis Breuiarij, dicant, Litanias nõ obligare sub mortali. Ita Sanchez, & bene; sed addit, nõ ita, hęc verba: At in die S. Marci est difficultas, an teneantur sub mortali ad Litanias; quia in fine Breuiarij, vbi ponuntur Psalmi Pœnitentiales, habetur vt dicantur Litanię in die S. Marci; at in Rubrica Officij diei, id non dicitur, vt dicitur in alijs. Nihilominus credo teneri sub peccato mortali, si quidem id præcipitur *loc. cit.* saltem in Prouintia, vel Oppido, vbi fit processio generalis: at vbi non fit, non auderem damnare ad mortale, non recitantes Litanias in die S. Marci, & tribus diebus ante Ascensionem; Quia Rubrica Breuiarij videtur loqui, vbi sunt Processiones. Sic quidam Iuniores Magistri valde docti. Huc vsque Sanchez.

Sed probabilius, absolute Respondeo: Omittentem recitare Litanias, tam in diebus Rogationum, quam in die S. Marci, siue fiat Processio generalis, siue non, mortalem culpam committere. Quia non solum in tribus diebus ante Ascensionem, verum etiam in die S. Marci ponuntur Litaniæ vnà cum officio maiori, & ibi præcipitur, vt dicantur. Vnde fallitur Sanchez dicẽs: id non præcipi, aut haberi in Rubrica officij diei S. Marci: habetur enim, & præcipitur, per hæc verba: *Hodie, qui non interfunt processioni Litaniarum dicant illas priuatim post Matutinum cum suis precibus, & Orationibus, sine Psalmis Pœnitentialibus, etiam si hoc festum transferatur in aliam diem.* Sic ibi. & Sic Diana (sibi contrarius) *par. 4. tr. 4. resol. 226.* & penes ipsum, Lezana *in sum. qq. Regul. cap. 12. num. 23.* Castro Palao *tom. 2. disp. 2. pun. 2. num. 13.* Tãnerus *in 2. 2. disp. 5. q. 1. dub. 5. num. 148.* Gauantus *in Coment. ad Rubric. Breuiarij tom. 2. sect. 6. cap. 16. num. 3.* Suarez *tom. 2. de Religion. li. 4. cap. 25. num. 7.* Bonac. *tract. de Horis disp. 1. quæst. 3. punct. 3. num. 13.* His addi possunt, Syluius *in addit. ad* Binsfeld. *par. 4. cap. c. 8. §. 5. pag. mihi 484.* Trullench *lib. 1. in Decalog. c. 7. dub. 14. num. 9.*

Nec oppositũ docuit Vazquez, vt vult Diana, nam ille loquitur de Litanijs de quibus Pius V. Motu Proprio initio Breuiarij agit, vt expresse ipse fatetur: at Pius V. solum in illo motu loquitur de Litanijs, quæ in feriis sextis Quadragesimæ cum Psalmis Pœnitentialibus dicuntur, vt bene notat Gauanto; ergo.

QVÆS-

QVÆSTIO XXXIII.

An Etiam peccet mortaliter, qui ſecunda Die Nouembris, Officium Defunctorum non recitat?

NEGARVNT quidam, quos, tacito nomine refert Molfeſ. *in Sum. tom. 1. tr. 5. cap. 1. num. 57.* & nouiſsime quidam Theologus è Societate Ieſu, de hac re cõſultus, (teſte Diana *4. par. quæſt. vltima, in calce operis*) & Machado (cum hanc opinionem vltimo loco conſtituat) *loc. cit.*

Sed certiſsime fere, Reſpondeo: Etiam peccare mortaliter; vt conſtat ex habitis, quæſtione præcedenti. Sic omnes authores pro vtraque parte citati, quos affert, & tandem ſequitur Diana *loc. cit.* Legatur, & hæc pro nunc, de Horis.

QVÆSTIO XXXIV.

An Clerici minoribus Ordinibus initiati, ſi beneficio careant, peccent mortaliter, coronam in capite non geſtando?

AFFIRMANT Abbas *in cap. Siquis. de vita, & honeſt. Cleric.* Angelus *ver. Clericus 4. num. 1.* Tabiena *Clericus 2. num. 7.* Armilla *Ver. Clericus. nu. 10.* Siluester, *Clericus 2. §. 2* Bannez *in 2. 2. quæſt. 12. art. 1.* Sotus *diſt. 24. quæſt. 2. art. 1. Concl. 1.* Nuñus *quæſt. 40. de Sacram. art. 1.*

Negant vero è contra, adhuc caſu, quo beneficio gaudeãt, Caiet. Enriq. & Villalobos, quos citant, & ſequuntur Diana *3. par. tract. 4. reſol. 183.* & Philibert. *tract. 2. par. 1. cap 6. nu. 3.* Machado *tom. 2. lib. 4 par. 1. tract. 4. docum. 1. num. 6.*

Sed probabilius, media via. Reſpõdeo: Non peccare mortaliter, ſi beneficio Eccleſiaſtico careant; ſecus vero ſi habeant illud. Quia beneficium Eccleſiaſticum, hoc ſignum tam proprium Clericorum, omnino poſtulat. Sic Nauar. *cap. 25. n. 110. & 111.* Vazq. *diſp. 250. c. 9.* Bonac. *diſp. 8. pun. 7. n. 3.* Sa *Ver. Cleric. num. 33. alias 35.* Granad. *tr. 4. de Oraine diſp. 3. n. 8. & ſequent.* Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcopi alleg 9. n. 3.* Hurtado *tract. de Oraine diff. vltima*, & alij.

QVÆSTIO XXXV.

An Maioribus Ordinibus initiati, ſi beneficiati non ſint, teneantur ſub mortali Coronam deferre?

NEGANT teneri, adhuc ſi Beneficiati ſint, Caiet. *in Sum. Ver. Clericor. peccata*, Enriq. *lib. 10. cap. 11. n. 1.* Villalob. *tract. 11. diff. 16. num. 5*, Diana, Philibertus, & Machado, *locis citatis.*

Sed probabilius Reſpondeo: Teneri, etiam ſi Beneficiati non ſint. Quia ſic præcipitur *in cap. Si quis. de Vita & honeſt. Cleric.* Et ſic tenẽt omnes authores quæſt. præcedenti, pro prima ſententia, adducti: nec non Sotus *concl. 2.* Pet. de Ledeſma *in Sum. de Ordine c. 9. concl. 2.* Nauar. *cõment. 4. de Regul.* Granad. & Bonac. *loc. cit.* Reginald. Layman, & Vazq. quos citat, & ſequitur Hurtado *loc. cit.* Qui bene aduertit, de facto, non peccare mortaliter Clericum, ſeu Beneficiatum, non geſtando Coronam, niſi quando mora temporis, in quo non geſtatur, ſit notabilis. Sic ſentit etiam Diana (iam ſibi contrarius) *par. 5. tract. 5. reſol. 60.*

TRAC-

TRACTATVS SEPTIMVS

DE AVGVSTISSIMO EVCHARISTIÆ SACRAMENTO.



TRACTANT de Eucharistia PP. in quatuor Euangelia Matthęi 26. Marci 14. Luc. 33 Ioannis 6. & in Paulum 1. ad Chorintios 11. Concilia antiqua, & recentiora, Florentin. in Istruc. Armen. Costantiense *sess.* 8. & Tridentinum *sess.* 13. & 22 Scholastici, & Theologi cum Magistro *in* 4. *distint.* 8. & Diuo Thoma 3. *parte quæst.* 73. Vbi Suarez, & Vazquez *tomo* 3. Lugo *tomo de Sacramentis tract. de Eucharistia.* Bellarminius *tomo* 2. *suorum operum, tract. de Eucharistia* Ochagauia *de Sacramentis. tractatu de Eucharista.* Henricus Henriquez *libro* 8. *tomi* 1. Summæ moralis, & communiter Sumistæ Verbo, Eucharistiæ, & Communio.

DISPVTATIO PRIMA

De Difinitione, Institutione, & Necessitate Sacramenti Eucharistiæ.

QVÆSTIO PRIMA.

An Eucharistia sit verum nouæ legis Sacramentum?



RESPONDEO: Affirmatiue. Sic enim definitur in Trid. *sess.* 7. *can.* 1. & *sess.* 13. *cap.* 2. 3. & 6. & in Florent, *in decreto de vnione Armenorum, & in cap. Firmiter de Summa Trinit. & fide Catholica,* & alibi. Et est adeo certa hæc responsio, vt nec ab Hæreticis negetur. Sic docent omnes Scholastici cum Magistro *in* 4. *dist.* 8. Et Theologi cum D. Thom. 3. *par. quæst.* 73. *art.* 1. Qui, & addunt, esse Sacramentum omnium excellentissimum.

QVÆSTIO II.

Quid sit Eucharista?

RESPONDEO; quod est Sacramentum continens sub specie panis, & vini, vel alterius eorum, corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi. Sic Magister *l. cit.* D. Thom. *quæst.* 73. *ar.* 4. Nauar. *cap.* 22. *n.* 10. Aut, vt alij volunt, est Sacramentum consistens sub speciebus panis, & vini consecratis, significans Christum, & refectionem spiritualem. Sic Nuñus 3. *par. q.* 73.

ar.1.diff.3.concl.10 Bonac. *diſp.4.pun.1.numer.3.* Filliuc. *tract.4.numer.21.* & alij.

QVÆSTIO III.

An Euchariſtia ſit vnum in ſpecie atoma Sacramentum?

NEGANT Cloſa *in cap. comperimus de conſec. diſt.2.* Aureolus apud Capreolũ *diſt.8.q.1. arg. cõ. ra 2. cõcl.* & Gabriel *diſt.8.q.2.ar.2. & lect.53. in Canon.* Mayor *ead.d.8.q.vnica* aſſerentes, eſſe duas Euchariſtias ſpecie diſtinctas.

Sed longe multo probabilius Reſpondeo: Eſſe vnicum in ſpecie atoma. Quia Sacramentum, ex ſpecieous panis, & corpore Chriſti, vel non differt ſpecie à Sacramẽto, ex ſpeciebus vini, & ſanguine Chriſti; vt aliqui volunt; vel ſi differt, eſt ſpecie incompleta, & partiali; ex quibus duabus, non vna ſpecies ſubalterna, ſed vna ſpecies integra, & tota is infima (ſicut homo ex materia, & forma) reſultat. Sic D. Tho. *q.73.ar.2.* Catheciſ. Rom. Suar. & Vazquez, quos citat, & ſequitur Lugo *diſp.2. de Euchar. n.1.* Filliuc. *to.1.tr.4. nu.25.* Bonac *tom.1.diſp.4.q.1. pun.4.* Villalob. *tom.1.tr.7.diff.3.* Machado *tom.1. lib.3.par.1 tract.9.docum.1.nu.3.* Valent. *diſp.6.q.1.pun.4.* Petrus Cornejo *in 3.par. quæſtion.73. artic.2. diſp.1.* & communis.

QVÆSTIO IV.

A quo fuit hoc diuinum Sacramentum inſtitutum?

RESPONDEO: Quod à Chriſto Domino. Eſt de fide definitũ in Florent. & Trid. *ll.cc. & cap. Cũ Marthæ. de Celebr. Miſſarum, & cap. in Sacram. de conſecra. diſt.2.* Et tenent omnes Doctores id expreſſe colligentes ex verbis ipſiſſmet Saluatoris: *Accipite, & manducate; hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem, &c.* Matth. 20. Lucæ 22. Marci 22. & Ioan. 13.

QVÆSTIO V.

An Chriſtus Dominus inſtituerit hoc admirabile Sacramentum, anno ætatis ſuæ trigeſsimo quarto inchoato?

NEGAT Hirineus *lib.2. cõtra hæres c. 39.* & 40. aſſerẽs, illud inſtituiſſe, anno ætatis ſuæ quinquageſimo. Negant etiam Clemens Alexand. *1. Stromat.* & alij dicentes, illud inſtituiſſe, trigeſsimo anno ætatis ſuæ. Quia tunc Chriſtus Dominus obijt, iuxta hos Sanctos DD. Negant denique Beda *lib. de ratione temporis cap. 7.* & Benedict. Pereyra *lib.11. in Danielem q.7.* Pontacus in Chronographia in principio, vbi ait: Chriſtum natum octauo Kalendas Ianuarij: Vixiſſe menſes tres, & dies, decem, ſupra annos triginta duos: & alij aſſerẽtes, illud inſtituiſſe in anno trigeſimo tertio inchoato. Et horũ opinio, penes Suarium, eſt probabilis; aliorum vero, minime.

Sed, longe probabilius, Reſpondeo: Quod illud inſtituerit anno ætatis ſuæ trigeſimoquarto inchoato. Quia ille fuit annus vltimus vitæ ſuæ. Sic Suarez *diſp.41. initio* Filliuc *tract.4.num.30.* & alij communiter.

QVÆSTIO VI.

An Hoc maximum Sacramentum inſtitutum fuerit à Chriſto, Menſe Martij?

NEGANT Doctores illi, qui exiſtimant Menſem, in quo Chriſtus Dominus eſt paſſus, fuiſſe Aprilem, non Martium. Ita aliqui, quos refert Hugolinus Martellus. *in lib. de anno integra reſtit. c.19.* Exiſtimantes Chriſtum Dominũ in Cruce ſublatum, ſecundo die Menſis Aprilis. Alij tertio die eiuſdem menſis. Ita Rogerus, Bacon & Ioan. de Muris. Paulus Burgenſ. Abulenſ. Ioan. Lucidus, & Pontacus, & alij, quos citat Francolinus *de Horis Canonicis. c.74. n.21. & 22. pag. mihi 375.* iuxta quorum ſententiam dicendum eſt, hoc Euchariſtiæ Sacramentum inſtitutum fuiſſe, vel primo, vel ſecundo die Aprilis.

Sed probabilius Reſpondeo: Inſtitutum fuiſſe Menſe Martij. Quia probabilius eſt, Chriſtum Dominum Crucifixum fuiſſe Menſe Martij, die, ſecundum aliquos, ſeptima; ſecundum alios decima octaua; ſecundum alios, viceſima: ſecundum alios, viceſima prima: ſecundum alios, viceſima ſecunda: ſecundum alios, viceſima tertia: ſecundum alios (quorum primo.

nio communior, & verior) viceſimaquinta die Martij: Secundum alios, die viceſima ſexta: & denique, ſecundum alios, die triceſima. Legantur Francolinus *lo. cit. c. 74. à num. 8. & cap. 73. per totum*; & Suarez *lo. cit.*

QVÆSTIO VII.

An Hoc venerabile Sacramentum Chriſtus inſtituerit, prima die Azymorum Luna decima quarta ad veſperam, id eſt, die Iouis?

NEGAT Ludouicus Legionenſ. in opuſc. quod inſcripſit, *de vtriuſque agno typici, atque veri immolationis legitimo tempore*. Exiſtimans inſtitutum fuiſſe in veſpere diei Mercurij.

Sed certò Reſpondeo: Inſtitutum eſſe die Iouis: In vltima videlicet cæna, quam Dominus Ieſus illa die cum diſcipulis ſuis celebrauit. Inſtituitque illud poſt lotionẽ pedum eorum, & poſt cænam legalem in principio cænæ vſualis: aut ſtatim poſt illam. Sic colligitur ex Luc. 22. Marc. 14. & Math. 26. & ex Trident. *ſeſſ. 13. cap. 1. & 2.* & tenent omnes. Legantur Suarez *diſp. 41. ſect. 1.* Vazq. *diſp. 172.* Grân. *contro. 6. tr. 1. d. 5.* Ægid *quæſt. 74. ar. 4. dub. 1. à num. 64.*

QVÆSTIO VIII.

An Hoc excellentiſsimum Sacramentum fuerit inſtitutum, hora ſecunda noctis?

NEGANT Claud. *repetit. 1. capit. 7.* exiſtimans, illud inſtitutũ in media nocte, aut in profundo eius. Sed hoc nullo modo poteſt eſſe verum, cum ex Euangel. Ioan. 13. conſtet, quod Chriſtus Dominus poſtquam cænauit, & inſtituit hoc Sacramentum, habuerit longum ſermonẽ ad diſcipulos, & exierit in hortum ad orandum, antequam à Iudæis comprehenderetur. Quare, circa mediam noctem cõprehenſum fuiſſe, exijs, quæ poſtea ſecuti ſunt, facile colligitur.

Reſpondeo ergo, inſtitutum fuiſſe hora ſecunda noctis. Quia hoc tempus ſufficiens fuit ad eſum Agni legalis, & ad lotionem pedum, quæ ad inſtitutionẽ Sacramenti præceſſerunt. Sic Soar. *diſp. 41. ſect. 5.* Montes. *in manuſcriptis diſp. 4. q. 2. § 6.* Ægid. *lo. cit. n. 66.* & alij.

QVÆSTIO IX.

An Chriſtus Dominus inſtituerit hoc admirabile Sacramentum in domo Mariæ Matris Ioannis Marci?

NEGANT D. Hieron. *in cap. 26. Matth.* & D. Auguſt. *lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum cap. vlt.* docentes, quod illud inſtituerit in domo Simonis Leproſi Patris Lazari, & Mariæ Magdalenæ. Negant, & alij dicentes, quod in domo Patris Ioannis Euangeliſtæ. Ita Nicephorus *lib. 1. Hiſtoriæ cap. 28. & lib. 2. cap. 3. & 21.* & Turrianus *in Clement. lib. 7. conſtit. Apoſtolorum c. 36.* Alij, quod in domo Priſci, vnus ex diſcipulis Chriſti. Ita Pet. de Natalibus *lib. 8. Catbalog. Sanctorum cap. 7.* & Sandoual *de Offic. Eccleſiæ 4. par. q. 12.* Alij denique in domo cuiuſdam diſcipuli Chriſti, alijs diſcipulis ignoti. Sic D. Chriſoſt. *hom. 28. in Matth.* & Barradas *tom. 4. lib. 1. c. 14.* quibus fauet Granados *diſp. 6. num. 2.* quatenus ait; nihil certius dici poſſe, quam eſſe incertum, quiſnam fuerit Dominus huius feliciſsimę domus.

Sed æque probabiliter Reſpondeo: Illud inſtituiſſe in domo Mariæ Matris Marci, de quo fit mentio *Actor. 5.* Sic D. Greg. Naciancenus, Caniſius, & Enriquez, quos citat, & ſequitur Fagundez *præc. 3. lib. 1. cap. 2. num. 14.* & communis.

QVÆSTIO X.

An Calix in quo Chriſtus Dominus conſecrauit fuerit ex Agatha, efformatus?

NEGANT Veda *de locis Sanctis c. 2.* Baron. *t. 1. anno Xpi. Domini 34.* Scortia *lib. 4. de Sacrif. Miſſæ c. 11. nu. 26.* Granad. *to. 5. in 3. p. tr. 1. de Euchariſt. diſp. 6. n. 4.* & Victorell. *in notis* ad Emmanuel. Sa *V. Calix.* Quia exiſtimant fuiſſe ex argento. Negat etiã Gabriel. *lect. 52. in Canon. lit. C.* quia putat ex ſtanno fuiſſe. Sic enim ait: Chriſtus autem, qui Apoſtolis ſuis poſſeſsionem auri, & argenti interdixit, non creditur fuiſſe vſus Calice argenteo, vel aureo, ſed forte ex ſtanno. Sic Gabriel. Vnde male illum refert Granad. *lo. cit.* quaſi negantem, nec ex ſtanno fuiſſe.

Sed probabilius Reſpondeo: Fuiſſe ex Agatha, ſeu ex Calcedonio ignito, & præcioſſo lapide maximeq; rubeo, qui & nunc ſeruatur Valentiæ. Sic Enriqu. *lib. 9, cap. 28. numer. 2.* Vrreta *lib. 1. de rebus*

Æthiopiæ *cap.*11. Fagund. *præc.*1. *lib.*3. *c.* 21. *n.*13. & Molina *tr.*1. *de inſtruct. Sacerdotum cap.*14. §. 1. Qui, & dicit, ſe illũ vidiſſe Valentiæ. Et in hanc opinionem inclinat Gauant. *part.*2. *tit.*1. *lit.F.* Vbi ſic ait: In calice argenteo conſecraſſe dicitur Chriſtum à Baronio ex Beda *Anno* 34. *num.*63. Vereor tamen, ne calix hic, in quo (vt narrat idem Beda) ſeruatur ſpõgia potus aceti miniſtra, & habet duas antas, hic inde ad hibitus fuerit potus ad potandum Chriſtum felle, & aceto, quam ad vltimam cænam. Valentiæ venerantur calicem lapideum alium prætioſum, ex Agatha, quam vocant, quo dicunt vſum fuiſſe Chriſtum in vltima cæna Sic ille. Et Cartagena *Homilia* 26. *de Euchariſtia.*

QVÆSTIO XI.

An Patina, ſeu catinum, in quo Chriſtus panem conſecrauit, fuerit ex Smaragdo?

NEGAT Gabriel *lo. cit.* Quia exiſtimat, Chriſtum Dominum non conſecraſſe panem in aliquo diſco, ſed immediate in ſuis manibus.

Sed probabilius Reſpondeo: Fuiſſe ex Smaragdo lapide, qui, & nunc Genuæ ſeruare dicitur. Sic ſentiunt Primus Cauilonenſis, & Eraſmus, Stella, Vrreta, & Salmeron, quos citat, & ſequitur Granados *loc. cit. n.*3. & Fagundez (licet non ita clare) *præc.*3. *lib.*1. *cap.*2. *num.*14.

QVÆSTIO XII.

An Mappæ menſæ, in qua Chriſtus panem, & vinum conſecrauit, fuerint elaboratæ manu Beatæ Mariæ?

AFFIRMAT Granados *loc. cit. num.*6. per hæc verba: Tertia circunſtantia ſunt mappæ, quæ creduntur Beatæ Mariæ manu eleboratæ, imo, & acu pictæ inſertis lilijs Seruat eas Societatis Ieſu Olyſiponi in Templo Beati Rochi, in earumque honorem hæc carmina.

Hac Deus in mappa poſuit ſua fercula, (artis
Pro pretio, Mariæ ſat mihi noſſe manũ.
Admirans aliquis textũ admirabile, dixit;
Te Mariæ eximia texuit arte manus.
Quam bellè depingit acu, quæ lilia nectit
In Chriſti veſtes, ingenioſa manus.

Sic ex Vulterio Granados. Sic & ego pie credo.

QVÆSTIO XIII.

An Euchariſtia in re, ſit Paruulis ad ſalutem neceſſaria?

AFFIRMARVNT nõnulli, apud Vualdẽſ. *tom.*2. *de Sacram. cap.*91. & etiam aliqui Græci, qui, adhuc, hoc tẽpore Euchariſtiam Infantibus poſt Baptiſmum tribuunt, vt ſe vidiſſe teſtatur Claudius *repet.*6. *cap.*7.

Sed certiſsimè Reſpondeo: Non eſſe. Sic habetur in Trident. *ſeſſ.*21. *cap* 4. & *canon.*4. Vbi id expreſſe definitur; & ita docent omnes Chatholici. Legãtur Suarez *diſp.* 40. Petrus Soto *lect.*8. *de Euchariſtia* Granad. *Contr.*6. *tr.*1. *diſp.*7. & alij.

QVÆSTIO XIV.

An Euchariſtia, in voto ſaltem, ſit neceſſaria omnibus, neceſsitate medij?

NEGANT Durand. *diſt.*9. *q.*2. Palud. *a.* 1. Caiet. 3. *p. q.*73. *ar.*3. Nuñus ibidem, *diff.*1. & 3. Soarez *diſp.*40. *ſect.*1. & 2. Vazq. *diſp.*172. Ægid. *q.*73. *ar.*3. *n.*44. Filliuc. *n.*42. Reginald. *lib.*29. *nu.* 8. Heredia *de Euchar. diſt.*2. *p.*2. *dub* 2. Bonac. *diſp.*4. *q.*1. *pun.*3. *n.*1. Villalob. *tom.*1. *tract.*8. *diff.*34. *n.*3. Lugo *diſp.* 3. *n.* 35. & Diana 3. *par. tr.* 6. *reſol.*95. Baſſe. *communio. n.*1. & alij apud ipſos.

Sed probabilius Reſpondeo: Eſſe, tam paruulis, quam adultis neceſſariam in voto, ſaltem implicito, & contento in Baptiſmo. Quia ſic colligitur ex verbis Chriſti Domini Ioan. 6. *Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitã in vobis.* Sic S. Tho. *q.*73. *ar.*3. & *q.*79. *ar.*1. & *q.* 80. *ar.*11. Nauar. *c.*21. *n.*57. Sot. *in* 4. *diſt* 12. *q.*1. *ar.*11. Enriq. *lib.*8. *c.*3. *n.*2. Beca. *c.*23. *q.*4. *n.*2. Layman *tr.*4. *c.*5. *à n.*2. Siluius *q.*70. *ar.*11. & Fagund. *præc.*3. *lib.*1. *c.*3. *n.*4. & alij, apud ipſum, & Dianam. Licet vterque, male citet pro hac ſententia Emmanuelem Sa, *V. Euchar. n.*1. Quia de hoc, nihil hic Author. Machado *lo. citat. doc.*2. *n.*4. Bellar. P. Soto, & alij penes ipſum. Legatur P. Cornejo *in* 3. *par. q.*73. *ar.*3. *diſp.*1. per totam. Vbi de hoc, late, & bene.

DISPV-

DISPVTATIO SECVNDA.

De Obligatione ſumendi Euchariſtiam ex præcepto diuino.

QVÆSTIO PRIMA.

An Detur præceptum diuinum Sumendi Euchariſtiam?

NEGANT Alexand. 4. *par. q.* 51. *n.* 4. Carthuſian. *diſt.* 9. *q.* 1. D. Boauen. *diſt.* 12. *ar. vlt. q.* 1. Siluеſt. *V. Euchariſt.* 3. *in princip.* Gabriel *in Canonem. lect.* 87 & indicat Caiet. *q.* 80. *ar.* 11. Et tenuit olim D. Thom. *in* 4. *diſt.* 9. *q.* 1. *art.* 1. *quæſt.* 2. & *diſt.* 12. *quæſt* 3. *ar.* 2. *quæſt.* 1. Pro hac ſententia citat Machado, vbi infra, Victoriam *de Euchar. num.* 86. Rodriguez *in Sum. cap.* 64. *de commun. num.* 3. Graſſium 1. *par. lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 23. Chamerotam *de Euchar. cap.* 10. *dub.* 1. & alios. Sed certe ex his DD. oppoſitum expreſſe docent Victoria, & Rodriguez *loc. citatis*, vt infra.

Sed longe probabilius, imo iam certiſsime, Reſpondeo: Dari. Quia ſic colligitur ex verbis Chriſti Ioan. 6. *cit. Niſi manducaueritis &c.* & ex illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22. Et ſic D. Thom. *quæſt.* 80. *ar.* 11. & omnes Doctores, quæſtione præcedenti pro noſtra ſententia citati, & ex alijs, Soarez *diſp.* 69 *ſect.* 1. Vazquez *diſp.* 213. *cap.* 2. Valent. *diſputatio.* 6. *quæſtion.* 8. *puncto* 4. Vbi dicit; iam nullum Catholicorum contrarium dicere. Peſantius *loco citat. diſp.* 2. Ortiz *in Sum. cap.* 19. *præcep.* 4. §. 2. Ledeſma, & Victoria, quos citat, & ſequitur Granados *tract.* 10. *diſp.* 3. *num.* 3. Lugo *diſp.* 16. *num.* 2. *pag.* 486. & apud ipſum, Durand. Palud & etiam Caietanus, vterque Sotus, & Gabriel, ſibi contrarius, in 4. *diſt.* 9. *quæſt.* 1. *ar* 2. Rodriguez *loc. cit.* Machado *tom.* 1 *lib.* 2 *par.* 4. *tract.* 7. *docum.* 1. & 2. Trullench *lib.* 4. *in Decalog. cap.* 5. *nu.* 1. Ægid. *in* 3. *par. quæſt.* 80. *art.* 11. *dub.* 1. Fagund. *in* 3 *præcep. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 4. Villalobos 1. *par. tract.* 7. *diff.* 42. *num.* 1. Archangelus Rubeus *diſt.* 8, *pag.* 80. & 81.

QVÆSTIO II.

An Hoc præceptum diuinum obliget adultos non baptizatos?

AFFIRMANT Soarez *diſp.* 69. *ſect.* 2. Vazquez *diſp.* 214, *cap.* 4. Ægidius *quæſt.* 80. *art.* 11. *nu.* 93. Reginald. *lib.* 29. *nu.* 78. Filiuc. *num.* 186. Granad *tr.* 10. *diſp.* 3. *num.* 11. Hurtado *diſp.* 10. *de Euchariſtia diff.* 4. Lugo *diſp.* 16. *num.* 17. *pag.* 489. Becan. *cap.* 23. *quæſt.* 4. & Ochagauia. *tract.* 2 *quæſt.* 17. *num.* 1 dicens, id eſſe certum Trullench *loc. citato, num.* 2.

Sed probabilius Reſpondeo: Non obligare, niſi adultos baptizatos. Quia (vt ſupra 1. *par. tract.* 5. *diſp.* 3. *quæſt.* 9. eſt habitum) præceptum diuinum Confeſsionis non obligat nondum baptizatos: ergo nec præceptum Euchariſtiæ. Sic Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 1. *art.* 3. Nuſnus *quæſt.* 80. *art.* 11. *diff.* 2. *concl.* 5. Sanchez *lib.* 1. *oper. moral. cap.* 12. *nu.* 15. Bonac. *diſp.* 4. *q.* 1. *pun.* 3. *n.* 4. *fine.* Fagundez *præc.* 3. *lib.* 1. *c.* 3. *num.* 4. & 6. & *cap.* 4. *n.* 2. & 6. Machado *lo. cit. tr.* 7. *docum.* 2. *nu.* 4.

QVÆSTIO III.

An Hoc præcpetum diuinum ſumendi Euchariſtiã, ſolũ obliget ſemel in vita?

AFFIRMANT Palud *diſt.* 9. *q.* 1. Ledeſma 1. 4. *q.* 21. *ar.* 11. Caiet. *Ver. Communio*, & Victoria *quæſt.* 86. exiſtimantes, quod, ſtando in ſolo iure diuino, ſufficiat, ſolum ſemel cõmunicare in vita.

Sed longe probabilius Reſpondeo: Obligare hoc præceptum diuinum, non ſolum ſemel, ſed aliquoties invita; ſi alias hæc, nimis breuis non ſit, vt ſtatim conſtabit. Sic D. Thom. *q.* 80. *ar.* 11. Sot. *diſt.* 12. *ar.* 11. Suarez, & Vazq. *ll. cc.* Granad. *lo. cit. num.* 8. Lugo *num.* 27. & alij iam citandi.

QVÆSTIO IV.

An Hoc diuinum præceptum obliget adultos ad ſumendam Euchariſtiam in articulo mortis?

NEGANT Caietanus, & Ledeſma, Victoria, & Paludanus *loc. citatis*. Siluеſter

V. Eucharistia 3. Armilla *V. Communio num.* 4. Rodriguez *cap.* 64. *de Communione num.* 3. D. Bonau. *dist.* 10. *ar.* 3. *q.* 1. Sa *V. Eucharistia num.* 1. Graffis 1. *par. lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 23. Chamerota *cap.* 10. *de Eucharistia dub.* 1. & alij docentes; nõ peccare mortaliter illum, qui in articulo mortis omittit Eucharistiam (secluso contemptu) si, ad minus, tempore Paschæ communicauit.

Sed probabilius Respondeo: Obligare etiam illos, qui tempore Paschatis cõmunicarunt. Quia supposito præcepto diuino recipiendi aliquoties Eucharistiam, necessario debet cõcedi, obligare peculiariter in articulo mortis; cum nunquã possit esse maior necessitas huius cibi, quã in illo articulo, ex quo pẽdet æternitas. Sic Sot. *dist.* 12. *q.* 1. *ar.* 11. Petrus Sot. *lect.* 9. *de Eucharistia*, Durand. *dist.* 9. *q.* 2. Suarez *disp.* 69. *sect.* 3. Vazq, *disp.* 214. *c.* 2. & 3. Valentia *disp.* 6. *q.* 8. *punct.* 4. Filliuc. *n.* 47, & 48 Ægid. *q.* 80. *ar.* 11. *dub.* 3. Hurt. *d.* 10. *de Eucha. diff.* 2. Enriq *lib.* 8. *cap.* 4. & apud ipsum, D. Tho. Ricard Durand. & Gabriel, Bonac *disp.* 4, *q.* 7. *pun.* 1. *nu.* 1. Granad. *disp.* 3. *cit. nu.* 9. Lugo *disp.* 16. *n.* 27. & *n.* 33. Fagund. *præc.* 3. *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 2 & 8. Qui tamen male citat Emmanuelem Sa, pro hac parte; cum oppositum expresse doceat, vt aduertit Diana 3. *par. tr.* 4. *resol.* 40. Qui hanc nostrã sententiã, *loc. cit* & clarius 5. *par. tract.* 3. *resol.* 42, amplectitur. Trullench. *ib.* 4. *in Decalog. cap.* 5. *num* 3 & 5 Archangelus *dist.* 8. *pag.* 82. Machado *lib.* 2. *par.* 4. *trac.* 7. *docum.* 2. *num.* 2. Villalob *tom.* 1. *trac.* 7. *diff.* 42. *n.* 2 Basse. *Ver. communio. nu.* 1. Ortiz *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO V.

An ille, qui paulo antequam incideret in mortis articulum, communicauit, teneatur rursus communicare in ipso mortis articulo?

NEGANT Paludanus *dist.* 9. *quæst* 1. *ar.* 2. Angel. *V. Eucharistia* 3. *num.* 1. Suarez *disp.* 69. *sect.* 3. Enriquez *lib.* 8. *cap.* 4. & 5. *num.* 3. Ægid *quæst.* 80. *art.* 11. *dub.* 2, *num.* 98. Reginald. *lib.* 29. *nu.* 65. Layman *lib.* 5 *tract.* 4 *cap.* 5. *nu.* 4. Bonac *loc. cit. num.* 2. Fagundez *præc.* 3. *lib* 1. *cap.* 3. *num.* 7. Granad. *tract.* 10. *disp.* 2 *num.* 91 Lugo *disp.* 16. *nu.* 37 *pag.* 492. Diana 3. *par. tr.* 4. *resolus.* 40. Trullench, *loc. cit. num.* 5. Archangelus *loc. cit* & alij, apud ipsos, asserentes, quod nullo modo teneatur infirmus communicare in periculo mortis, si vno, duobus, tribus, vel etiam octo diebus, antequam, in mortis periculum incideret, ex deuotione communicauit.

Sed probabilius Respondeo: Teneri. Quia præceptum cõmunicandi in articulo mortis, & sumendi Eucharistiam per modum Viatici est diuinum, at huic nullo modo est satis factum per communionem ex deuotione factam, ante periculum, & articulum mortis: Ergo. Sic Vazq: *disp.* 214. *cap.* 2. Hurtad. *disp.* 10. *diff.* 2. Ochagauia *tract.* 2. *de Eucharistia quæst.* 14. *num.* 7. Ludouicus de San Ioan *quæst.* 7 *de Eucharistia art.* 4. *diff.* 4 *pag.* 159. & Diana (iam sibi contrarius) 4. *par. tr.* 4. *resol.* 97. & 5. *par. lo. cit. resol.* 41.

QVÆSTIO VI.

An Debeat, aut saltem possit, Viaticum sumere ille, qui eadem die ex deuotione communicauit?

NEGANT Suarez, Ægid. Fagund, Zambrana, Granad. Layman, & alij, quos refert, & sequitur Lugo *disp.* 16. *num.* 52. docentes; nec debere, nec posse, in eo casu, iterum Eucharistiam pro Viatico sumere Sic etiam Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 40 Trullench. *lo. cit nu.* 5. *pag.* 628. Vbi sic ait. Vnde non videtur audiendus Gaspar Hurtado *de Eucharist. disp.* 10. *diff* 2. qui teste Diana 4. *par. tract.* 4. *resol.* 197 asserit, eũ qui sanus mane sumpsit Eucharistiam, si post prandium incidat in periculum mortis, nõ solum posse, sed teneri, iterum sumere Eucharistiam; etenim, etsi sustineri posset, eum posse iterum communicare: videtur tamen durum illũ adid obligare, cũ censeatur præcepto, per illã cõmunionem satisfeciisse. Ita ille.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse, imo, & debere; tum ob rationem nuper assignatam, tum etiam, quia quamuis sit prohibitum bis eadẽ die, extra Missam, cõmunicare, potest nihilominus infirmus, imo, & tenetur Eucharistiã sumere pro adimplẽdo diuino præcepto cũ hoc maioris põderis sit, quã Ecclesiasticũ. Sic Gaspar Hurt. *loc. cit.* & apud ipsum, Vazquez in manu scriptis, & alij grauissimi viri Academiæ Cõplutensis, & Salmanticensis, quos sequitur

tur Diana, iam ibi contrarius, 4. *par. tr.* 4. *reſo.* 197. & 5. *part. tr.* 3 *reſol.* 33 Hurt. de Mendoça, & Turrian, apud ipsu& (quidquid dicat Lugo) hãc ſententiam, valde inſinuant Ochagauia *loc. cit* & Vega 1. *par. cap.* 110. *caſ.* 24. & illam nouiſsime, & expreſſe docet Ludouicus de S. Ioan. *in ſua parua ſum. tr.* 4. *de Commun. infirmorum num.* 45 *fol.* 85 per hæc verba. Vno comulgò por deuocion, ô dixo Miſſa, en el miſmo dia le dio vn accidente, que à juyzio de los medicos ſe moria, puede recibir el Viatico, ô eſtara obligado à recibirle pudiendo ſo pena de pecado mortal? Reſpondo. Eſte no ſolo puede comulgar por modo de Viatico, mas eſtà obligado à ello. Porque la primera comunion fue voluntaria, y esta es de precepto Diuino, y obligacion, &c. Y auer comulgado antes en el proprio dia por deuocion, no le quita la obligacion tan grande de recibir el Viatico. Sic Ludouicus. Per quod ad fundamentum Ioannis Ægidij Trullench, fit ſatis.

QVÆSTIO VII.

An Obliget hoc præceptum ad iterum communicandum, ſi ſumpto ſemel Viatico, ægrotus poſtea mortaliter peccet?

AFFIRMANT Tabiena *Ver. Communio num.* 16. Armilla *eo V. num.* 11. & Sot. *diſt.* 12 *quæſt.* 1. *art.* 11.

Sed longe multo probabilius Reſpondeo: Non obligare. Tum, quia praxis Eccleſiæ hoc docet, cum nullus Pa. ochus audeat dare hodie iterum Viaticum infirmo, cui heri dederat; licet diceret, ſe hac nocte mortaliter peccaſſe. Tum etiam, quia per vnicam Viatici ſumptionem ſufficienter ſatisfit præcepto diuino. Sic Enriquez, Suarez, Reginald. & Ægid. Quos citat, & ſequitur Bonacina *diſp.* 4. *quæſt.* 7. *punct.* 1. *num.* 2. Hurtado *diſp.* 10. *diff.* 2 *fine.* Lugo *diſp.* 16. *num.* 46. Filiucius *nu.* 52. Machado *tract.* 7. *it. doc.* 2. *nu.* 6. Diana 5. *p. tr.* 3. *reſol.* 43. Kelliſonius, Ochagauia, & alij apud ipſum. Trullench *loc. cit.*

QVÆSTIO VIII.

An Ille, qui culpabiliter, vel inculpabiliter, in mortis articulo non communicauit, teneatur, illo tranſacto, adimplendum hoc præceptum, communicare?

RESPONDEO: Non teneri. Quia præceptum communionis, eo tempore ſo.um obligat pro articulo illo neceſsitatis: Ergo illo ceſſante, etiam ceſſauit obligatio præcepti. Sic Enriquez *lib.* 8 *cap.* 5. *num.* 2 *in fine.* Reginald. *num.* 76. Bonacina *loc. cit. num.* 4. Lugo *num.* 48. & Trullench *num.* 5. & communis.

QVÆSTIO IX.

An Hoc diuinum præceptum obliget in articulo mortis, ſi mors eſt violenta, & authoritate Iudicis inflicta?

RESPONDEO: Obligare. Quia ille, qui ſupplicio afficiendus eſt, eandem, & forte maiorem neceſsitatem habet, ac ille, qui in articulo mortis, ratione morbi, laborat. Ergo. Sic Enriquez *lib.* 8. *cap.* 4. *initio.* Fagundez *præc.* 3. *lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 2. & 3. & omnes, apud Dian. 5. *par. tract.* 3. *reſol.* 38. Suarez *diſp.* 69. *ſect.* 3. Trullench *loc. cit. num.* 3. & alij.

QVÆSTIO X.

An Ille, cui Iudex iubet mortem inferri, eadem die abſque vlla dilatione, teneatur communicare, etiam non ieiunus?

NEGAT Victorellus *in notis ad cap.* 28. *lib.* 2. *Toleti*, per hæc verba: Reus iugulandus ſumpturus Euchariſtiam, debet eſſe ieiunus, non eſt autem iugulandus, antequam ſpecies Sacramentales conſumptæ ſint, ad quod quatuor horæ ſufficiunt. Sic ille. Et ante illum, Nauar. *Conſil.* 40. *de Pœnit. & remiſ.*

Sed certiſsime Reſpondeo: Teneri communicare, etiam non ieiunum. Quia iſte talis vere eſt in articulo mortis: Ergo tenetur ſumere Euchariſtiam, ac proinde etiam non ieiunus; cum maioris momenti ſit obligatio præcepti diuini, quam prohibitio Eccleſiæ prohibentis, non ieiunum communicare. Sic Enriquez, Zambrano, Suarez, Layman, Siluius, Reginaldus, & Ægidius, quos citat, & ſequitur Diana 2. *p. tr.* 6. *reſol.* 59. & 5. *p. loc. cit.* Quibus adde Sa, *Ver. Euch. num.* 2 & Lugo *diſp.* 15. *num.* 72. & 73. Qui bene addit, nullo modo teneri iudicem ad differendam mortem delinquentis, etiamſi commode poſsit, vt ieiunus communicet, qui interficiendus eſt.

QVÆSTIO XI.

An Iudex teneatur sub mortali concedere Reo tempus ad sumendam Eucharistiam?

NEGANT Sotus *lib.5.de iustitia, & iure quæst 1.art.3.ad secundum.* Tabiena *Ver.Communicare,§.16.num.48.* Victoria *quæst.85.* Nauar, *cap.25.num.23. & Miscel 4.ad orationē, & consil.40.de Pœnitentia & remis.* Vbi de hoc late. Couar.*lib.2.var.cap. 1. num.11.* Ledesma *2.4.quæst.39.art.2.* Palud. *dist.23.q.3.* & alij apud Enriquez *lib. 8.cap. 5.* existimantes, non peccare mortaliter Iudicem, si ratione consuetudinis, in aliquibus locis receptæ, non concedit reo tempus communicandi. Sic etiam negant Zerola *par. 2. prax.Episcop.V.Eucharistia, pag. mihi 103.* qui contrarium dixerat, *ea. par.V. damnati ad mortem pag.81.* & Filliucius *tract.4.num.238.*

Sed probabilius Respondeo: Teneri omnino, seclusо periculo alicuius damni, aut alia iusta causa: Tum, quia reus tenetur sub præcepto diuino communicare: Ergo & Iudex concedere illi tempus ad hoc. Tum etiam; quia quæuis consuetudo, quæ contra ius diuinum præualet, non est consuetudo dicenda, sed corruptela, quam in Hispania vigentem, sanctissimè improbauit Pius V. Motu proprio, edito *anno 1569.* ergo illa nequit obstare, vt Iudex non teneatur dare reis tempus ad communicandum. Sic Enriquez *loc. cit.* Suarez *disp. 69.sed. 3.* Bonac. *disp.4. quæst.7. pun.1.num. 5.* Fagundez *præc.3.lib. 1. cap.4.num. 3. & 4.* Petrus Nauarra *lib. 2.de restit.cap.3.à num. 224.* Reginald. *lib.29.num 7.* Silues. *V. Eucharistia 3. quæst.5. & V. Iudex quæst.16.* & Hurtado *disp.10.diff.2.*

QVÆSTIO XII.

An Iudex teneatur sub mortali homini ad mortem damnato tempus communicandi concedere; etiam in casu, quo timeat, aut certo sciat, reum, eo tempore, se euasurum, aut ereptum?

AFFIRMANT Silues. *V. Iudex 1. quæst. 11.num 16. dicto 6.* & apud ipsum, Palud. *in 3.dist.22.* Bonac. *disp.4. quæst. 7.punct.1,num.6,* & Fagund. *præc.3.lib. 1.cap.4.num. 3.* citans pro hac sententia, Toletum *lib.2.cap.28,* Sa, *V. Eucharistia num.2.* & rursum, Silues. *V. Eucharistia 3.quæst.5.* Sed male profecto. Quia nec Silues, hoc loco, nec Sa, aut, Toletus, hoc dicunt. Citat etiam pro se Petrum de Nauarra *lib.2.de restit.num.sibi 23.* Sed hic Author in mea editione *lib. 2.cap. 3. num.228.* oppositum docet, per hæc verba. Tandem de communione non placet sententia Nauarri ita indistinctè. Tum: quia multi docent, Eucharistiam esse de necessitate saluris; aut medium necessarium simpliciter, sicut pœnitentia. Tum: quia saltem, est de illa diuinum præceptum, maxime tempore necessitatis, vt est tempus, quo vt Viaticum est necessaria. Vnde si non timetur ereptio, vel aliud damnū notabile, grauiter peccaret Iudex, illius præcepti impletionem impediens, & Eucharistia, & salutari Viatico proximum priuando. Sic ille. Quod idem docet *num.227.* Vnde.

Probabilius Respondeo: Non teneri iudicem in hoc casu, concedere reo tempus ad Eucharistiam sumendam, licet alias possit. Quia Iudex non tenetur cum tanto iustitiæ damno condonare tempus ad Eucharistiam recipiendam, cum alias in hoc casu, possit sine reali susceptione eius, per pœnitentiæ Sacramentum, (ad quod recipiendū necessario, etiāin casu nostræ quæstionis debet Iudex reo tēpus concedere, vt bene Nauarra *à nu 225.*) aut contritionem saluari. Sic Petrus Nauarra, & apud ipsum Martinus Nauarrus, & Sotus.

QVÆSTIO XIII.

An, Ipso die mortis, possit ad illam damnatis ministrari Eucharistia?

NEGANT Zerola *loc.sup. cit.* Vega *cap. 61.casu 21.fine.* Iulius Clarus, & alij apud Dianam *3.part. tract. 6. resol. 59.* Quia reputat indecens, quod Eucharistia ipso die mortis ab homine ad illam damnato, recipiatur.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse: imo & debere, nisi aliàs post sententiam latam, iam pridie mortis communicauerit. Sic Nauarrus *in manu cap. 25. num. 23. & consil.40 de Pœnit. & remis. & Miscel.4.cit.* Vbi ita Romæ seruari testatur. Sa, *V. Eucharistia nu.2.* Maiolus *de irregulari-*

gularitate cap. 24. num 15. Sancius *in sect. disp. 40. nu. 4.* Diana *loc. cit.* & alij statim citandi.

QVÆSTIO XIIII.

An Etiam, ministrari possit damnatis Eucharistia, vna hora antequam occidantur?

NEGANT Enriquez *lib. 8. cap. 5. nu. 4.* & Ortiz *in sum. cap. 19. vbi de 4. præcep. Eccles.* Quia existimãt, dandam esse damnatis ad mortem Eucharistiã, vno die ante mortem. Negant etiam & alij asserentes, dandam esse tribus, aut quatuor horis ante mortem. Sic Victorellus *in notis ad cap. 28. lib. 2. Toleti, & ad Emmanuel. Sa, V. Eucharistia. num. 2.*

Sed probabilius Respondeo: Posse administrari, etiam ante vnam horam. Quia in hoc, nulla irrogatur iniuria Sacramento; cum ex vna parte, institutum sit ad nostram vtilitatem; & ex alia, certum sit, quod spatio vnius horæ, species Sacramentales digerantur. Sic Nauar. & Sa, *loc. cit.* Fagundez *præc. 3. lib. 1. cap. 4. num. 3.* Sancius *disp. 40. num. 4.* & apud ipsum, Clauis Regia *lib. 6. cap. 12. num. 9.* & Sotus *dist. 12. quæst. 1. art. 12.* (*non* 12. vt male citant ipse & Diana, qui eum ad vnguem sequitur, *loco supra citato & 5. p. tr. 3. res. 38.*

QVÆSTIO XV.

An Iudex teneatur liberare à morte reum, qui non vult Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ suscipere; maxime, si certo sciat, ipsum reum, alias in peccato mortali decessurum?

RESPONDEO: Non teneri à morte liberare reum; sed potius illum morti adiudicare. Quia supposito, quod Iudex concedit reo tempus recipiendi Sacramenta, sibi, & non Iudici imputabitur damnum euenturum. Sic Sotus *5. de iustitia, quæstione 1. art. 2.* Reginald. *lib. 29. num. 71.* Bonac. *disp. 4. quæst. 7. pun. 1. num. 7.* P. de Nauar. *lib. 2. cap. 3. num. mihi 224.*

QVÆSTIO XVI.

An hoc præceptum Diuinum obliget pueros in articulo perfectæ discretionis; quando scilicet, non recepit adhuc hoc Sacramentum, & est capax?

AFFIRMANT aliqui, quos suppr esso nomine, refert Filliuc. *tract. 4. num. 49.* docentes, peccare mortaliter puerum, qui in tali articulo non communicat, si alias nullam habeat causam rationalem differendi communionem.

Sed probabilius Respondeo: Non obligare, saltem sub mortali. Quia articulus perfectæ discretionis non est tantæ necessitatis, vt articulus mortis: Ergo non tenebitur quis in illo, sub tãto onere, Eucharistiã recipere; sufficiet ergo illi, si tempore Paschæ communicet, vt statim dicemus. Sic Enriquez *lib. 8. cap. 42.* & Filliuc. *loc. cit.* & alij communiter.

QVÆSTIO XVII.

An Qui in anno semel communicat, sufficienter satisfaciat præcepto diuino inducenti obligationem communicandi aliquoties extra articulum mortis?

NEGANT Valentia *disp. 6. quæst. 8. punct. 4.* Petrus Soto *lect. 9. de Eucharistia* Filliucius *tract. 4. nu. 51.* Lugo *disp. 16. num. 25.* & alij existimantes, teneri etiam ad Communionem, quando quis iudicat, illam esse medium necessarium ad superandas tentationes.

Sed longe probabilius Respondeo: Sufficienter satisfacere per Paschalem Communionem. Quia sic determinatum est ab Ecclesia in Concil. Lateran. sub Innocent. III. *c. 21.* & refertur *in cap. omnis vtriusque sexus, de Pœnis. & remis.* Vbi præceptum à Christo Domino datum, non determinando tempus, sed commissum suæ Ecclesiæ determinationi, ipsa determinauit, & assignauit, vt esset semel in anno. Sic Suarez *disp. 70. sect. 7.* Bonac. *disp. 4. quæst. 7. punct. 1. num. 9. & 10.* Reginald. *lib. 29. num. 67.* Hurtado *disp. 10. diff. 3.* Granad. *tract. 10. disp. 3. num. 8.* & communis.

DISPV-

DISPVTATIO TERTIA.

De Obligatione communicandi ex præcepto Eccleſiaſtico?

QVÆSTIO PRIMA.

An Detur præceptum Eccleſiaſticum communicandi ſemel in anno?

RESPONDEO: Affirmatiue. Eſt namque expreſſum in *cap. Omnis cit.* Vbi præcipitur, vt omnes vtriuſque ſexus fideles, poſt quam ad annos diſcretionis peruenerint, ſemel ſaltem in anno, tempore Paſchatis, Euchariſtiam ſuſcipiant, niſi forte de Conſilio Confeſſarij, ad tempus, eius ſuſceptionem differant. Sic ibi, & in Trid. *ſeſſ.* 13. *can.* 9. Vnde contrarium aſſerere, manifeſtum continet errorem. Et ita tenent omnes DD. tam Theologi, quàm Canoniſtæ.

QVÆSTIO II.

An, Præceptum communicandi, quoad perſonas Religioſas obliget pluſquam ſemel in anno?

AFFIRMANT Tabiena *V. Communio num.* 14. Armilla *eo. V. num.* 16. & Nauar. *cap.* 21. *num. vlt.* Quia *in Clement. In Agro*, §. *Sane de ſtatu Monacho* præcipitur Benedictinis, vt ſingulis menſibus communicent. Et in Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 10. *de Regular.* idem præcipitur Monialibus.

Sed, longe probabilius, Reſpondeo: Non obligare, ſaltem ſub mortali, niſi ad commnnicandum ſemel in anno. Quia in prædictis decretis, non præceptũ, ſed conſilium datur. Qua propter, niſi ſpeciale vótum intercedat, aut conſtitutio Religionis obligans ſub mortali, nulla eſt alia obligatio grauis. Sic Coriolanus 1. *part. ſect.* 3. *art.* 1. *pag.* 335. Eilliuc. *tract.* 4. *num.* 53. Fagund. *præc.* 3. *lib.* 1. *c.* 6. *n.* 8. Trull. *lib.* 4. *in Decalog. cap.* 5. *dub.* 2. *n.* 1. & communis.

QVÆSTIO III.

An, Infantes vſu rationis carentes teneantur hoc præcepto?

RESPONDEO: Nullomodo teneri. Quia non ſunt præceptorum capaces. Sic etiam definitur in Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 4. & *can.* 4. per hæc verba. *Siquis dixerit paruulis antequam ad annos diſcretionis peruenerint neceſſariam eſſe Euchariſtiæ Communionem, anathema ſit. Nec ob hoc* (inquit Trident. *cap.* 4. *cit.*) *damnandae eſt antiquitas, ſi eum morem in quibuſdam locis aliquando ſeruauit, quia illi Patres ſuifacti probabilem cauſam pro illius tẽporis ratione habuerunt, & forte, cauſa erat impietas Tyrannorum, quæ tunc infideles, etiam pueros maximè ſæuiebat, & ideo illos communicabant, vt ex tanto Sacramento virtutem, & fortitudinem elliciſcerent ad ſubeundum martyriũ pro Chriſti nomine.* Sic tandem tenent omnes Doctores.

QVÆSTIO IV.

An, Infantes poſsint, ſaltem nunc, eſſe capaces fructus Sacramenti Euchariſtiæ?

NEGANT etiam Alexand. Palud. Maior, Petrus Soto, Caietanus, & alij apud Vazquez *diſp.* 212. *cap.* 2. propter Eccleſiæ (inquiunt) prohibitionem.

Sed probabilius Reſpõdeo: Poſſe. Quia olim, licite dabatur paruulis Euchariſtia, vt ſupponit Trident, *loc. cit*: Ergo ſortiebatur in eis ſuum effectum. Ergo & nunc ſortiretur. Ad hoc namque nihil obſtaret Eccleſiæ prohibitio, quæ ſolum eſt, ne aliquis miniſtret paruulo Euchariſtiam; non vero, quod non conferat, ſuppoſita illa illicita actione, ſuum effectum. Sic Vazquez *loc. cit.* Suarez *diſp.* 62. *ſect.* 4. Lugo *diſp.* 13 *num.* 10. *pag.* 429. & communis iam.

QVÆSTIO V.

An, Pueri obligentur præcepto annuæ communionis ſtatim ac annos diſcretionis attigerint?

NEGANT Suarez *diſp.* 70 *ſect.* 1. Ægid. *quæſt.* 80. *art.* 12. *num.* 102. Bonac. *diſp.* 4. *quæſt.* 7. *punct.* 2. *num.* 1. & 3. Granad. *tract.* 10. *diſp.* 4. *nu.* 2. *pag.* 995. & *in*

& in part. 2. contin. 7. tract. 3. part. 1. disp. 6. num. 37. Diana *3. part. tract. 6. resol. 70. & in additi. resol. 19.* & apud ipsum, alij. Quia existimant non obligari pueros hoc præcepto, nisi post decennium. Quod idem sentiunt Lugo *loc. cit. num. 33.* & Ochagauia *tract. 2. quæst. 17. num. 5.* Trullench. *lib. 3. in Decalog. cap. 5. dub. 2. à num. 2.* & Caietanus *quæst. 80. art. 9.* Vnde caute legendus est Angles, quæstione de Suscepti. Eucharistiæ *artic. 7. diff. 2. pag. mihi* 140. Vbi forsam, per errorem Typographi, dicit, tenere Caietanum, esse ministrandam Eucharistiam pueris ætate 20 annorum.

Negant etiam alij existimantes, non obligari pueros hoc præcepto Communionis, vsque ad duodecimum annum. Sic Sot. *dist. 12. q. 1. art. 11.* Valentia *disp. 6. q. 8. punct. 4.* & Conrad. *in respons. part. 1. quæst. 54.*

Negant tandem alij. Quia putant non obligari vsque ad quatuordecim, vel quindecim annos. Sic Rodrig. *in sum. cap. 64. concl. 2.* Capiauile *de modo administrandi Sacram. tempore pestis cap. 4. q. 9.*

Sed ego probabilius Respondeo: Obligari. Quia pueri vere obligantur præcepto annuæ Confessionis, statim at annos discretionis attigerint, vt fatentur communiter Doctores (de quo supra *1. part. tract. 5. disp. 3. q. 28.*) & constat ex *cap Omnis cit.* Ergo & præcepto annuæ Communionis, nam in dicto cap. vtrumque præceptum imponitur fidelibus, eodemmodo, & absque vlla differentia temporis. Sic expresse videtur expressisse Trident. *sess. 13. can. 9.* per hæc verba: *Si quis negauerit, omnes, & singulos Christi fideles vtriusque sexus cum ad annos discretionis peruenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, iuxta præscriptum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ*, anathema sit. Sic etiã D. Thom. *q. 80. art. 9. ad 3.* Palud. *in 4. dist. 12. q. 1. num. 25.* D. Anton. *tom. 3. tit. 14. cap. 12. §. 5.* Tabiena *V. Communicare num. 3.* Ioan. Sancius *in Select. disp. 26.* per totam: vbi docte, & late probat, puerum, statim ac ipse peccare nouerit, distinguẽdo inter bonum, & malum, ministrari debere Eucharistiam; licet tantum attingat septimum annum. Et citat pro hac sententia Enriquez, Ledesmam, Viualdum, Marcillam, & etiam Valentiam *loco sup. it. punct. 2.* Sed certe hic Author oppositum expresse sentit. Tenent etiam Caltrus Palaus *to. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 24. §. 2. num. 7.* Philipp. de Cruce *in Thesauro Ecclesiæ tract. 1. §. 11. num. 3. fin.* & dicit probabile Diana *loc. cit.* & meo videri, tenet illam *resol. 87.*

QVÆSTIO VI.

An Pueri prius obligentur præcepto Confessionis, quam Communionis?

AFFIRMANT Vazquez *disp. 214. cap. 4. num. 40.* Suarez *loc. cit.* & Diana *loc. cit.* referentes pro sua sententia 25. Doctores. Quibus addere possumus Ochagauiam *quæst. 17.* Hurtadum, Corduuam, Præpositum, Trullench, inde docentes, contingere posse, quod puer in articulo mortis existens, teneatur cõfiteri, & non communicare.

Sed probabilius Respondeo: Negatiue. Primo. Quia sic non obscure colligitur ex *c. Omnis* & ex Trident. *cit.* Secũdo. Quia non minor discursus requiritur ad confitenda peccata, quã ad recipiendam Eucharistiam, vt probe probat Sancius *loc. cit. nu. 4.* Ergo vtrumque præceptum, per se loquẽdo pro eodem obligabit tempore. Vnde nullomodo contingere potest (vt contrarii existimant) prius teneri aliquem ad confessionem, quam ad communionem. Sic Sancius, & alij Doctores citati, & fauent omnes Doctores, qui docent, administrandam esse Eucharistiam pueris in articulo mortis statim ac sunt capaces, Sacramentum Pœnitentiæ recipiendi; hi autem sunt Enriquez, Tannerus, Armilla, Caietanus, Salas, Reginald. Nuñus, Suarez, Nauarro, & Viualdus, quos citant, & sequuntur Diana *loc. cit resol. 89. & 5. part. tract. 3. resol. 44.* Sancius *loc. cit. num. 16.* & Lugo *loc. cit. num. 37. pag. 434.* & alij communiter.

QVÆSTIO VII.

An Peccent mortaliter confessarij, & parentes puerorum, non permittendo illos communicare statim ac capaces sunt doli?

NEGANT DD. *sup. q. 5.* pro opposita sententia adducti. Quibus nunc adde Vazquez *disp. 214. cap. 4. num. 38.* Filliuc. *tract. 4. num. 192.* Sa, *V. Eucharistia num. 12.* & ibi Victorell. Villalobos *tract. 7. diff.*

7. *diff.* 42. *num.* 6. & alios, apud Sancium *loc. cit. num.* 6.

Sed probabilius Reſpondeo: Peccare mortaliter. Quia, iuxta noſtram ſententiam, ſunt cauſa, vt pueri transgrediantur præceptum communionis. Excuſari tamen poſſunt à peccato, ſi contrariam ſequantur ſententiam, quia eſt ſatis probabilis. Sic Sancius *loc. cit. num.* 10.

QVÆSTIO VIII.

An Pueris debeat dari Euchariſtia pro Viatico, quando dubitatur de eorum capacitate?

NEGANT, à fortiori, Vazq *loc. cit. num.* 41. & 43. & alij, qui cum eo docent; nec debere, nec poſſe adminiſtrari Euchariſtiã pro Viatico pueris, qui peccare poſſunt, ſi alium de nunquam illam acceperunt.

Sed ego probabilius Reſpondeo: Poſſe quidem dari eiuſmodi pueris adhuc ſtante illo dubio, non tamen teneri. Sic Lugo *diſput.* 13. *à num.* 43. *pag.* 435. Et idem meo videri ſentit Enriquez *lib.* 8. *cap.* 42. *in fine.*

QVÆSTIO IX.

An Pueri non communicantes in Paſchate ligentur pœnis Canonis (ſcilicet, priuatione ſepulturæ, & ingreſſu Eccleſiæ) ſi nondum pubertatem attigerunt?

AFFIRMANT Ægidius *diſp.* 13. *dub.* 6. *num.* 45. Alterius *lib.* 3 *diſp.* 10. *cap.* 4. & Huttado *diſp.* 7. *de Pœnit. diff.* 9. Quia exiſtimant, impuberes optime poſſe ligari cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis.

Sed probabilius Reſpondeo: Non ligari ante pubertatem (adhuc iuxta noſtram ſententiam docentem teneri ante pubertatem ad communionem) Sic Suarez. Ochagauia, Sa, Diana, & alij plures, quos citauimus 1. *part. tract.* 5. *diſp.* 3. *quæſt.* 57. Vazquez *tom.* 4. *quæſt.* 90. *art.* 2. *dub.* 2. Sancius *diſp.* 26. *num.* 18. & alij apud ipſum; de quo adhuc infra.

QVÆSTIO X.

An præceptum annuæ Communionis obliget in Paſchate?

RESPONDEO: obligare. Quia ſic habetur in *cap. Omnis vtriuſque ſexus.* Et in Trident. *ſeſſ.* 13. *Can.* 9. & congrue profecto, vt ſic tempus eſſet magis certum; fideles melius diſpoſiti, & deuotius tempus eius inſtitutionis, & conſummatio redemptionis celebraretur. Sic omnes DD.

QVÆSTIO XI.

An Nomine Paſchatis, de Iure, ſolum intelligatur ipſa dies Dominicæ Reſſurrectionis, cum duobus proximè ſequentibus?

AFFIRMANT Panormitanus ad dictum *cap. Omnis.*

Sed certiſsime Reſpondeo: Non ſolum intelligi præfatos dies, ſed ipſam diem Paſchatis, cum octo proximè præcedentibus, & octo ſequentibus diebus, hoc eſt, à Dominica Palmarum, vſque ad Domicam in Albis incluſiue. Quia ſic declarauit prædictum caput Eccleſiaſtica conſuetudo, nec nõ & Eugen. IV. vt referunt Silueſt. *V. Euchariſtia* 3. Nauar. *cap.* 21. *num.* 45. Enriquez *lib.* 8. *cap.* 5 Coriolan. *de caſibus reſeru. part.* 1. *ſect.* 3. *art.* 1. *num.* 4. *pag.* 336. Lugo *diſp.* 16. *num.* 62. *pag.* 497. & alij. In his ergo quindecim diebus poteſt quis, & tenetur, adimplere præceptum annuæ Communionis, niſi aliàs in aliqua Diœceſi laxior detur conſuetudo, de qua ſtatim.

QVÆSTIO XII.

An Nomine Paſchatis de conſuetudine, aut priuilegio, intelligatur in Hiſpania, & Luſitania tota Quadrageſima, vſque ad Dominicam in Albis?

AFFIRMANT Fagundez *præc.* 3. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. Quia exiſtimat, in prædictis Regnis legitima conſuetudine introductum eſſe, vt in quolibet die Quadrageſimæ vſque ad Dominicam in Albis poſsint fideles præcepto annuæ communionis ſatisfacere refertque pro ſua ſententia Azorium *tom.* 1. *inſtitut moral. lib.* 7. *cap.* 41. *quæſt.* 4. Sed male profecto. Nam libro ab ipſo *cit.* (*non cap.* 41 *ſed* 30 quod eſt vltimum)

mum) ſolum aſſerit poſſe in Hiſpania in quolibet die Quadrageſimæ huic præcepto ſatis fieri, non ex conſuetudine, ſed ex priuilegio Clementis VII. Pro hac etiam ſententia refert Machado *tr. 7. cit. n. 7.* prædictos Authores, & Ludouicum à Cruce.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non intelligi. Quia certiſsimum eſt, in tota ſaltem Hiſpania non extare talem conſuetudinẽ. Nam in Regnis Caſtellæ, Nauarræ, & Aragoniæ, contrarium ſeruari praxis teſtatur, cum nullomodo adimpleatur præcepto annuæ Communionis, niſi à Dominica Palmarum vſque ad Dominicam in Albis incluſiue. Faceor tamẽ, & poſſe ſatisfieri huic præcepto in dictis Regnis, & in tota Hiſpania, communicando in qualibet die Quadrageſimæ, ex prædicto priuilegio Clem. VII. ſi extat, & vigeat (vt extare, & vigere cum Azorio teſtantur Viualdus *de Euchar. §. de Sacerd. n. 10. in fine*, & Rodrig. *in expoſitione Bullæ*) & ſimiliter in tota Luſitania (aut alibi) ſi in illa introducta ſit prædicta conſuetudo, quam introductam credo, quia vltra prædictos Doctores id affirmant Nauar. *c. 21. n. 45. & 52.* & Rodrig. *tom. 1. q. regul. q. 56. art. 3.* & Trull. *loc. cit. lib 3. c. 5. dub. 2. n. 6.* Qui hanc cõſuetudinem introductam eſſe in alijs etiam Regnis, his verbis fatetur. At vbi laxior eſſet conſuetudo, ſufficeret illam ſeruare, vt eſt Mediolani & Conimbricæ, qualiuet die Quadrageſimæ, & Valentiæ à prima die Quadrageſimæ, vſque ad Dominicam in Albis incluſiue. Sic ille.

QVÆSTIO XIII.

An Præceptum annuæ Communionis, teneantur fideles adimplere tempore, interdicti?

NEGANT D. Anton. 3. *p. tit. 26. c. 4.* Sillueſt. *V. interdictũ q. 5.* Sot. *in. 4. diſt. 22. q. 3. ar. 1.* Couar. *in c. Alma p. 2. §. 5. num. 6.* & alij.

Sed probabilius longe Reſpondeo. Tenere. Quia iure nouo, per caput *Alma Mater* conſtat non obligari interdictum in quatuor teſtiuitatibus anni, ex quibus vna eſt Paſcha, pro qua ſpecialiter obligat præceptum Communionis, vt ſupra *q. 10.* eſt habitum. Sic Nauar. *cap. 27. num. 178.* & Hinojoſa *in ſuo directorio V. Euchariſtia fol. mihi*

QVÆSTIO XIV.

An Hoc præceptum adimplendum ſit in propria Parochia?

RESPONDEO: Adimplendum eſſe in propria Parochia; licet poſsit adimpleri in aliena, aut alibi, de licentia Parochi. Sic Nauar. *c. 21. n. 52.* Enriq *lib. 8. c. 55. n. 1. lit. B.* Suar. *diſp. 72. ſect. 2.* Azor *lib. 7. cit. c. 30. q. 6.* Reginald. *n. 90. & 94.* Bonac. *quæſt. 7. pun. 2. n. 7.* Fagund. *loc. cit. lib. 1. c. 5. n. 5.* Granad. *tr. 12. diſp. 2. n. 4.* & communiter omnes, ex cap. *Omnis. cit.*

QVÆSTIO XV.

An Sufficiat ad adimpletionem dicti præcepti, Euchariſtiam ſumere in Cathedrali?

AFFIRMAT Machado *tom. 1. lib. 2. p. 4. tr. 7. doc. 1. n. 3.* Citans pro ſua ſententia Bonacinam *de Sacram. diſp. 4. q. 7. p. 2. nu. 11.* Sed male profecto, vt infra.

Vnde probabilius Reſpondeo: Non ſatisfacere. Sic Bonac. *loc. cit.* Vbi ſic ait: puto tamen, eum, qui cõmunicat in Eccleſia Cathedrali, ſine licentia proprij Parochi, vel Epiſcopi, non ſatisfacere præcepto Euchariſtiæ ſumendæ in Paſcha te à proprio Sacerdote, iuxtà *c. Omnis vtriuſq; ſexus, de pœnis, & remiſ.* Nam vſu receptum videtur, vt hoc præceptũ adimpleatur in propria Parochia. Sic iſte Author; quem ſequitur Trull. *lib. 3. in Decal. c. 5. dub. 2. n. 12.* Qui citat pro hac parte Sanch. *lib. 3. de matrim. diſp. 27. n. 2.* Baſſeus V. *Commu. nu. 13.* & alij.

QVÆSTIO XVI.

An Si Parochus dicat ſuis Parochianis, vt communicent in Paſchate vbicumque maluerint, poſſint illi hoc facere in Eccleſijs Mendicantium?

RESPONDEO: Poſſe. Quia Parochus per illa verba, generaliter tribuit ſuis ſubditis liberam poteſtatem communicandi vbi maluerint. Ergo nullam excludit Eccleſiam. Sic Azor *loc. cit. quæſt. 9.* Fagundez *loc. cit. n. 6. & 18.* & Hinojoſa *V. Euchariſtia fol. 227.* Trullench *loc. cit. num. 8.* & communis.

QVÆSTIO XVII.

An Aduenæ, & Peregrini satisfaciant præcepto annuæ Communionis, si in Ecclesijs Mendicantium Eucharistiam in Paschate suscipiant?

NEGANT D. Anton. *in cap. 1. de sepultur. n. 8.* Siluest. *V. Confessor. 1. q. 1.* Victoria *de Confess. n. 15.* & alij existimantes, teneri Peregrinos confluere ad Ecclesiam Cathedralem, & Matricem ad recipienda Sacramenta in Paschate.

Sed longe probabilius Respondeo: Satisfacere. Quia prædictæ personæ, nec habent propriam Parochum, nec propriam Parochiam: ergo optime possunt satisfacere præcepto Communionis in Ecclesijs Mendicantium. Sic Enriquez *lib. 8. c. 55. n. 1.* Sotus *dist. 18. q. 2. art. 2.* Sanchez *lib. 3. de matrimonio disp. 23. n. 17. & 18.* Rodriguez *tom. 1. q. regul. q. 56. ar. 3.* Fagund. *loc. cit. n. 10.* Portel. *V. Sacram. admin. n. 6.* Granad. *tract. 12. disp. 2. n. 5.* Hinojosa *V. Eucharistia fol. 228.* & apud ipsum, Nauar. Lugo *disp. 18. n. 51.* Diana *p. 2. de dubijs regul, resol. 12.* Ludouicus *q. 8. de Euchar. ar. 5. dub. 1. pag. 204.* & alij.

QVÆSTIO XVIII.

An Sæculares, ex sola tacita, aut præsumpta licentia Parochorum possint adimplere hoc præceptum, communicando in Ecclesijs Mendicantium?

RESPONDEO: Posse, &, consequenter, Mendicantes ipsis sæcularibus licite Eucharistiam in Paschate conferre. Quia tam ad recipiendum, quam ad conferendum licite Sacramentum Eucharistiæ (& etiam Extremæ vnctionis) sufficit tacite licentia Parochi, aut rati habitio de futuro, licet hæc non sufficiat ad recipiendum, vel conferendum Sacramentum pœnitentiæ, & matrimonij. Quia in illis Sacramentis substantia, & validitas eorum dependet ex iurisdictione; sine qua nihil fit: At vero substantia, & validitas Sacramenti Eucharistiæ (aut Extremæ vnctionis) non dependet à iurisdictione, nam licet cum peccato administretur, valide tamen administratur. Solum ergo requiritur huiusmodi licentia Parochi, & iurisdictio ad licite administrandum, ne videlicet, turbetur, pax, vel contra voluntatem Pastorum, hæc iurisdictio vsurpetur. Ideoque in huius Sacramenti administratione sufficit probabilis ipsius, & præsumptio, quod Parochus approbabit postea id, quod gestum fuerit. Sic Nauar. *cap. 21. n. 52.* Henriquez *loc. cit. lit. B.* Sotus *dist. 13. quæst. 1. art. 3.* Rodriguez *loc. cit.* Fagundez *præc. 3. lib. 1. cap. 5. num. 11. & lib. 3. cap. 2. nu. 12.* Sanchez & Portel. *loc. cit.* Suarez *disp. 72. sect. 2.* Granad. *loc. cit. num. 5.* Diana, & Lugo *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO XIX.

An Possint Mendicantes Eucharistiam in suis Ecclesijs, sæcularibus in Paschate ministrare, ita vt, præcepto annuæ Communionis satisfaciant?

AFFIRMANT Beja 4. *p. casu 4.* Rodriguez *tom. 1. quæst. regul. quæst. 56. ar. 3.* Hieronimus à Sorbo *in comp. privileg. V. communicare*, & P. Ioan. de Cruce *in epito. priuileg. lib. 2. cap. 5. dub. 4. concl. 3.* Vbi sic ait: Licet Religiosis ministrare fidelibus in suis Ecclesijs, Eucharistiam in Paschate, etiam adimplendum præceptum communionis, quia ita concessit Patribus de Guadalupe Nicolaus V. & Iulius II. vt habetur in compendio istius Ordinis, §. 2. & 6. Citat etiam Granad. pro hac sententia, Emmanuelem Sa, *V. Eucharistia num. 10.* & certe in illam inclinat, sicut & Hinojosa *loc. cit. 229.* Et, supposita veritate concessionis priuilegij, Idem nouissime docet Lugo *disp. 18. num. 49. pag. 518.* per hæc verba: Cæterum, si in inuniatur per Bullam, vel Breue aliquod concessum, non video, cur non habeat adhuc suum vigorem. Sic ille. Citat pro hac parte Machado *2. tom. lib. 5. par. 2. tract. 6. doc. 5. num. 2.* Ægid. Trullench. *in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 5. dub. 2. nu. 8.* Sed male. Nam oppositum expressis verbis docet. Tenet etiã expresse hanc sententiã Ludou. de S. Ioan. *quæst. 8. de Euchar. art. 3. dub. 3. per totum. & diff. 3. etiam per totam*, vbi probat, Breue concessum à Nicolao V. adhuc suum habere vigorem.

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia priuilegiũ, pro contraria sententia, adductum (etiam supposita veritate eius concessionis, de quo maxime dubitat Lugo *loc. cit.*) strictissime est interpretandũ, vtpote contra ius commune cõcessum. Sic Diana denuo *p. 6. tr. 7. resol. 58.* afferens pro hac parte declarationem Sac. Congr. &

Nauar.

Nauar. *c.* 21. *n.* 52 Enriq. *lib.* 8. *c.* 55. *lit.* B. Sot. *dist.* 18. *q.* 4. *ar.* 2. Sanchez, & Portel. *loc. cit.* Granados *tract.* 12. *disp.* 2. *n.* 3. Diana *p.* 2. *de celebrat. Missar. resol.* 73 & Fagund. *prac.* 3. *lib.* 1. *c.* 5. *nu.* 16. Addens, contrariam sententiam non posse secure amplecti. Sed hoc additum non placet, quia contraria sententia revera est probabilis, vt bene Diana *loc. cit.* Trullēch etiam *lib.* 3. *in Decalogum cap.* 5. *dub.* 2. *num.* 8. & communis.

QVÆSTIO XX.

An Saltem, sæcularibus, qui iam præceptum Communionis impleuerunt, vel illis, quibus nondum tempus illud adimplendi est elapsum, possint Mendicantes Eucharistiam ex deuotione ministrare in die Dominicæ Resurrectionis?

NEGANT adhuc Nauar. *loc. cit.* Azor *lib.* 7. *c.* 30. *q.* 7. Sarnensis *de visitat. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 30. Enriquez *lib.* 8. *c.* 55. *nu.* 1. Trullench *loc. cit. pag. mihi* 632. & §. 7. *in Bullam, dub.* 7. *nu.* 8. Et etiam Bonac. *disp.* 4. *q.* 5. *pun.* 1. *nu.* 12. Loquendo de illis, qui non adimplerunt in propria Parochia præceptum, quamuis de illis, qui iam adimpleuerunt, contrarium dicat, loco statim citando, & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia quamuis in priuilegijs, in quibus, Mendicantibus conceditur facultas Eucharistiæ omnibus fidelibus administrandæ, fere semper dies Resurrectionis excipiatur, hoc tamen ideo fit, vt omnes suas adeant Parochias ad satisfaciendum præcepto Communionis: Ergo, qui hoc præceptum adimplerunt, vel animum habent adimplendi illud, communicando in propria Parochia, licite poterunt, vbi maluerint, in die Resurrectionis Dominicæ, ex deuotione communicare; Ergo & Mendicantes eis Sacram Eucharistiam porrigere. Sic Suarez *disp.* 71. *sect.* 2. Filliuc. *nu.* 265, Rodriguez *de Communione c.* 64. *n.* 1. Bonac. *disp.* 4. *q.* 7. *pun.* 2. *n.* 9. Nuñus *q.* 82. *ar.* 3. Fagund. *prac.* 3. *lib.* 1. *c.* 5. *n.* 9. & *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 18. Portel. *loc. cit. n.* 5. Ioan. de Cruce *in epito. lib.* 2. *c.* 5. *dub.* 4. *con.* 2. Sa, *V. Eucharistia, nu.* 10. Granados *loc. cit. n.* 4. Hinojosa *loc. cit. fol.* 228. & Lugo *disp.* 18. *n.* 50. Qui bene, ex Layman, aduertit, in dubio præsumi posse, ac debere eos, qui tali die accedunt ad communicandum, satisfecisse iam, vel habere animum satisfaciendi, in sua Parochia.

QVÆSTIO XXI.

An, Vi Bullæ Cruciatæ possit quis adimplere hoc præceptum Communionis, in quacumque Ecclesia communicando?

AFFIRMATIVAM sententiam tenere, contra Suarium, & Nuñum, Vazquez *to.* 3. *in* 3. *par. disp.* 129. *cap.* 5. *num.* 47. & Dianā 1, *par. tom.* 11. *resol.* 20. ait Machado *tom.* 1. *lib.* 2. *p.* 4. *tr.* 7. *doc.* 1. *n.* 6. Qui, & dicit, id esse probabile, & securū in praxi.

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia Bulla nullomodo concedit facultatem communicandi in qualiber Ecclesia, ad implendum præceptum communionis: sed solum concedit facultatem recipiendi Eucharistiam de manu cuiusuis Sacerdotis, sine licentia Parochi, etiam tempore interdicti, præterquam in die Paschatis, de quo casu loquuntur Vazquez, & Diana, non de casu nostræ quæstionis, vnde omnino male illos citat Machado. Tenēt autē expresse nostram sententiam Trullench *in Bullam lib.* 1. §. 3. *dub.* 7. *n.* 6. Enriq. *lib.* 7. *c.* 13. *n.* 4. *lit.* O. Qui citat Siluest. *de Eucharist.* 3. §. 4.) Rodrig. §. 5. *n.* 7. Ludou. à Cruce *in Bull. disp.* 1. *c.* 5. *dub.* 6. *num.* 14. & communis.

QVÆSTIO XXII.

An Possint Religiosi Eucharistiam in articulo mortis sæcularibus ministrare, etiam per modum Viatici.

AFFIRMANT Ioann. de Cruce *loc. cit. dub.* 5. *concl.* 2. & Portel. *loc. cit.* in additionibus. Qui hoc probat ex quadā Bulla Pauli IV. concedentis Minoritis, quod possint, quouis tempore, ægrotis sæcularibus, etiam extra suos Conuentus degentes, ministrare Eucharistiam, etiam in articulo mortis per modum Viatici; excepto die Paschatis, idque inconsultis Parochis. Sic etiam Hinojosa *loc. cit. fol.* 229. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non posse absolute, ob rationē *q.* 19. adductam. Sic Nauarr. Enriq. Fagundez, *loc. cit.* Suarez *disp.* 72. *sect.* 2. & alij communiter.

QVÆSTIO XXIII.

An saltem, deficiente Parocho, aut nolente per se Eucharistiam ministrare, nec concedere facultatem ministrandi illam, possit quilibet Sacerdos in prædicto mortis articulo sæcularibus Eucharistiam porrigere, etiam per modum Viatici?

NEGANT Nauar. *c.* 21. *n.* 52. & *c.* 27. *n.* 107. Siluester *V. excommunicatio.* 7. *n.* 30. & 32. Abbas, Archidiac. & alij apud ipsum, & apud Fagund. *præc.* 3. *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 19. Qui *eodem n.* citat etiã pro hac sententia Suarium, & *n.* 20. pro contraria, dicens sibi esse contrarium.

Sed probabilius Respondeo: Posse in prædictis casibus. Quia in primo, adest voluntas interpretatiua Episcopi, vel Papæ: vt iuuetur infirmus. In secundo vero, quia iniusta voluntas irrationabilis, ac impia, Parochi, facit, vt absens reputari debeat. Sic Enriquez *lib.* 8. *c.* 55. *n.* 1. *lit. H.* Fagũdez *loc. cit. n.* 14. & 20. Hinojosa *loc. cit.* Lugo *loc. cit. n.* 52. & apud ipsum, Suarez *disp.* 22. *sect.* 2. Qui optime illum defendit à contradictione, quam illi in putat Fagundez. Sic etiam tenere à fortiori debent Cruz, Portel, & alij asserentes, posse absolute ministrari Eucharistiam à Religiosis in articulo mortis, de quo *q.* 22. est habitum.

QVÆSTIO XXIV.

An Etiam, eodem Parocho deficiente, aut nolente, per se Eucharistiam ministrare, nec licentiam concedere, possint Religiosi illam sæcularibus porrigere ad implendum annuæ communionis præceptum?

NEGANT, & à fortiori, Nauar. Siluest. & alij nuper citati, necnon Fagund. *loc. cit. num.* 21. & Lugo *num.* 53.

Sed, æque probabiliter, Respondeo; Posse, saltem de licentia præsumptiua Papæ, vel Episcopi, quam etiam in hac necessitate, rationabiliter censentur concedere absente Parocho, aut præsente, sed nolente id efficere per se, aut licentiam dare. Quia licet hæc necessitas, non tantũ vrgeat, quã tũ necessitas mortis articuli, vrget tamen sufficienter ad licite Eucharistiam in prædictis casibus ministrandam.

QVÆSTIO XXV.

An possint Religiosi Eucharistiam ministrare in Paschate, & in articulo mortis familiaribus, & seruitoribus, actualiter Religiosis inseruientibus, & intra Monasteria commorantibus?

NEGANT Sa, *V. Eucharistia n.* 9. Bonac. *disp.* 4. *q.* 7. *pun.* 2. *n.* 10. & Fagundez *præc.* 3. *lib.* 1. *c.* 5. *n.* 5.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia id concesserunt Clem. IV. Benedictinis. Innoc. VI. & Sixtus IV. Augustinis, & Leo. X. Minimis. Sic Ioan. de Cruce *loc. citat. lib.* 2. *c.* 5. *dub.* 4. *concl.* 4. & *c.* 6. *dub.* 5. *concl.* 3. Ludo. *q.* 8. *de Eucha. ar.* 9. *dub.* 1. *pag.* 209. & Portel *loc. cit. n.* 9. addens, idem esse sentiendum de famulis coniugatis dormientibus nocte extra conuentum, cum hi etiam conmensales sint continui. In quam sententiam tandem inclinat Bonac. *loc. cit.* Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disp.* 23. *n.* 12. & Trullench *loc. cit. num.* 11.

QVÆSTIO XXVI.

An Sacerdotes debeant in Pascha celebrare in propria Parochia ad implendum præceptum annuæ Communionis?

RESPONDEO: Negatiue. Quia caput *Omnis*, solum loquitur de his, qui suscipiũt communionem de manu aliena: Sacerdotes ergo optime satisfacient, si tempore Paschæ alibi celebrent. Tenebuntur tamen communicare in propria Parochia, si nec ibi, nec alibi in Paschate celebrare velint. Sic Enriquez *lib.* 8 *cap.* 55. *n.* 1. & *lib.* 9. *c.* 23. *n.* 2. a, *V. Eucharistia n.* 11. Bonac. *disp.* 4. *q.* 7. *pun.* 2. *n.* 7. & Granad. *tract.* 12. *disp.* 2. *num.* 5.

QVÆSTIO XXVII.

An Parochi possint in alienis Ecclesijs Eucharistiam in Pascha suis Parochianis ministrare, ita vt præcepto communionis satisfaciant?

RESPONDEO: Posse. Quia in *cap. Omnis*, solum præcipitur vt in Pascha quis à proprio Parocho corpus Domini accipiat. Ergo. Sic Fagund. *præc.* 3. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 18. & communis.

QVÆS-

QVÆSTIO XXVIII.

An Qui in Pascha indigne communicat, Ecclesiæ præcepto satisfaciat?

NEGANT Durand *in* 2. *dist.* 18. *quæst.* 4. Capreolus *ibidem dist.* 41. *quæst.* 1. *ar.* 3. Nuñus *quæst.* 80. *art.* 11. *diff.* 3. *dub.* 4. Syluius *eadem quæst. & ar. quærit.* 2. & Barthol. ab Angelis *Dialogo* 4. §. 176.

mnatum. Sed probilius Respondeo: Satisfacere. Quia, qui indigne communicat, licet mortaliter peccet, agens contra præceptum diuinum, præcipiens, vt homo ad recipiendam Eucharistiam, se per pœnitentiam probet, vere tamen communicat, & vere suscipit Sacramentum: ergo vere adimplet præceptum Ecclesiæ quoad substantiam. Sic Sot. *lib.* 2. *de Iustitia q.* 3. *art.* 10. Azor *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 30. *q.* 12. Vazquez *tom.* 3. *disp.* 214. *cap.* 4. Suarez *disp.* 70. *sect.* 3. Filliuc. *tract.* 4. *n.* 60, Enriquez *lib.* 8. *cap.* 5. *n.* 3 Sa, *Eucharistia nu.* 25. Granad. *tr.* 10. *disp* 4. *n.* 11. Trullench *loc. cit. n.* 13. Lugo *disp.* 16. *n.* 83. *pag.* 500. Bonac. *disput.* 4. *q.* 7. *pun.* 2. *n.* 12. Fagũd. *præc.* 3. *lib.* 1. *c.* 6. *n.* 4. Villalobos *tom.* 1. *tr.* 7. *diff.* 42. *nu.* 6. Diana 3. *p. tr.* 4. *resol.* 43. *& in addit. resol.* 14. Vbi etiam bene ex Ochagauia *tr.* 2. *de Eucharistia, q.* 15. *n.* 6. probat, nullomodo incurrere in excommunicationem latam ab Ordinario illum, qui in Paschate Eucharistiam indigne sumpsit.

QVÆSTIO XXIX.

An Qui in Pascha non communicat, teneatur post Pascham communicare?

NEGANT Sot. *dist.* 18. *q.* 1. *ar.* 4. Silueſt. *V. Eucharistia q.* 15. Armilla *V. Communio n.* 6. Tabiena *q.* 7. Victoria *n.* 173. *alias* 148. Enriquez *lib.* 8. *cap.* 5. *n.* 1. Sa, *V. Eucharistia n.* 7. Toletus *lib.* 7. *c.* 18. Ortiz *c.* 19. §. 39. Medina, C. *de Pœnit. q. de Confes. semel in anno agenda.* Granado *tr.* 10. *disp.* 4. *n.* 7. Et in hanc partem inclinant Bonac. *disp.* 4. *q.* 7. *pun.* 2. *nu.* 13. & Cruz *de Eucharista q.* 5. *dub.* 7. *con.* 4. & Diana etiam, 3. *p. tr.* 4. *resol.* 41. *&* 5. *par. tr.* 13. *resol.* 3.

Sed probabilius Respondeo: Teneri. Quia eadem est ratio de præcepto annuæ Confessionis, & Communionis (quidquid aliter existiment Sot. Vict. & Medina, apud Ioan. de Cruce *loc. cit.* at qui per integrum annum non est confessus, tenetur, adhuc eo transacto, confiteri, vt 1. *p. tr.* 5. *aisp.* 3. *q.* 41. est habitum: Ergo, & transacto Pascha te communicare. Sic D. Thom. *in* 4. *dist.* 13. *q.* 1. *ar.* 1. *q.* 2. Vbi eodem modo loquitur de Communione, quo de Confessione. Navar. *cap.* 21. *n.* 45. Nuñus *q.* 80. *ar.* 11. *diff.* 2. Azor *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 30. *q.* 5. Suarez *disp.* 70 *sect.* 2 Layman *lib.* 5. *tr.* 4. *cap.* 5. Syluius *q.* 80. *ar.* 11. *q.* 4. Reginald. *lib.* 29. *n.* 75. Filliuc. *n.* 58. Fagund. *præc.* 3. *lib.* 1. *c.* 6. *n.* 2. Hurtado *disp.* 7. *de Pœnit. diff.* 12. *& disp.* 10. *de Euchar. diff.* 3. Coriolan. 1. *p. sect.* 3. *ar.* 1. *n.* 5. *pag.* 337. Lugo *disp.* 16. *n.* 66. *pag.* 497. Villalob. 1. *p. tr.* 7. *diff.* 42. *n.* 8. Trullench *lib.* 3. *in Decalog. cap.* 5. *dub.* 2. *n.* 15. Ochagauia *tr.* 2. *de Euchar. q.* 15. *n.* 4. & alij.

QVÆSTIO XXX.

An Qui præuidet, se non posse communicare intra quindecim dies communioni destinatos, teneatur præuenire communionem?

AFFIRMANT Vazquez *tom.* 4. *de Pœnit. q.* 90. *ar.* 3. *dub.* 2. *n.* 13. Nuñus *q.* 80. *ar.* 11. *diff.* 2. Siluius *ibidem q.* 3. Fagund. *loc. cit. n.* 3. Layman *lib.* 5. *tr.* 4. *cap.* 5. *nu.* 9. Hurtado *loc. nuper. cit.* Diana 3. *p. tr.* 4. *resol.* 42. & clarius *resol.* 69. Ctuz *q.* 3. *de Pœnit. dub.* 3. *con.* 2. & Ioannes de Lugo *loc. cit. num.* 75.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri. Quia, ante illud tempus Paschale, non obligat communionis præceptum: ergo. Confirmatur. Nam ille, qui tenetur ieiunare, aut audire Sacrum, aut recitare officiũ, non tenetur anticipare ieiunium, nec ante diem festum, Missam audire, nec hodie recitare officium, quod die crastina recitare non poterit, vt omnes concedunt: Ergo nec præfatus anticipare communionem. Sic Azor *tom.* 1. *lib.* 7. *cap. vlt q. vlt*, Suarez *disp.* 70. *sect.* 2, Filliuc. *num.* 59. Reginald, *n.* 76. Ægidius *q.* 80. *ar.* 11. *dub.* 4. *num.* 107. Molfesius *tract.* 3. *cap.* 8. *nu.* 28. Bonacina *loc. cit. num.* 15. Victorell. *in addit. ad Emmanuelem Sa, V. Eucharistia.* Pitigian. *dist.* 9. *quæst.* 3. *art.* 9. Coriolan. *loc. cit. num.* 6. *pag.* 339. & alij.

Legantur quæ diximus 1. *part. tract.* 5. *disp.* 3. *quæst.* 46.

(.·.)

QVÆSTIO XXXI.

An, Qui, bona fide, propter futurum impedimentum in Pascha anticipauit communionem, teneatur postea, non secuto impedimento, iterum in Pascha communicare?

NEGAT Diana *3. par. tract. 4. resol. 42.* citans pro hac sententia Suarium *tom. 3. in 3. par. disp. 70. sect. 2. circa finem.* & Herediam *tract. de Eucharistia par. 8, dub. 1. num. 10.*

Sed probabilius Respondeo: Teneri. Quia per illam anticipatam communionem, nullomodo fuit adimpletum præceptum communionis Paschæ, cum nondum obligauerit. Sic Suarez *loco*, ab ipsomet Diana pro opposita sententia, *citato*; ibi enim expresse ait; se non audere excussare ab obligatione communicandi in Pascha te eum, qui sic anticipasset communionem, si postea nihil omnino communicare potest tempore præcepti. Sic etiam Lugo *disput. 16. num. 77. pag. 499.* & Hurtado *disp. 10. diff. 3.*

QVÆSTIO XXXII.

An Saltem, qui iam intra quindecim dies Paschales, v. g. in Hebdomada sancta, aduertit, se non posse insequentibus diebus communicare, teneatur in prædicta Hebdomada Eucharistiam sumere?

RESPONDEO: Teneri. Quia tunc iã afficitur obligatione præcepti; Ergo cũ possit illud tũc adimplere, vere tenebitur. Cõfirmatur, Nam qui in die festo præuidet se non posse audire sacrum hora nona, tenetur audire hora tertia, si in ea potest, quia iam afficitur præcepto audiendi Missam: Ergo, &c. Quæ ratio non currit in difficultate *quæst. 30.* cum ante dies Paschales nullum adsit, nec obliget præceptum. Sic Bonac. *loc. cit.* qui tamen male citat Emmanuelem Sa, pro hac sententia, cum de illa, nec sermonem faciat. Trullench *loc. cit. num. 15. infine*, & communis.

QVÆSTIO XXXIII.

An Excommunicati, & interdicti excusentur à præcepto annuæ communionis?

RESPONDEO: Excusari, si per eos non stet absolutio. Quia ratione excommunicationis, & interdicti, prohibiti sunt ab Ecclesia, Sacramentorum esse participes; Ergo excusantur, si per eos non stet, vt absolutio detur. Sic Nauar. *cap. 21. num. 48.* Azor *tom. 1. lib. 7. cap. 30. quæst. 3.* Fagundez *loc. cit. num. 7.* Trullench *loc. cit. num. 13. fine.*

QVÆSTIO XXXIV.

An Papa teneatur sub mortali ad præceptum annuæ Communionis?

NEGANT Ricardus *in 4. distinct. 17. quæst. 4. art. 2. ad 5.* Scot. *ibidem. q. 1. art. 1.* Ioan, Andreas, & Felinus, quos sequitur Nauar. *in cap. Placuit, de Pœnit. dist. 5. num. 32.*

Sed probabilius Respondeo: Teneri, sicut tenetur ad præceptum annuę Confessionis, vt diximus *1. p. tr. 5. disp. 3. q. 17.* Peccabit ergo mortaliter Pontifex, si hoc præceptum non seruet, licet non incurrat pœnas aliquas. Sic DD. ibi citati, & alij, quos citat, & sequitur Fagundez *præc. 3. lib. 1. cap 6. num. 11.*

QVÆSTIO XXXV.

An Qui omittit Communionẽ in Pascha te, censuram aliquam ipso facto incurrat?

RESPONDEO: Negatiue. Quia in *cap. Omnis* solum præcipitur: vt tranigressor huius præcepti arceatur ab ingressu Ecclesiæ, & careat Ecclesiastica sepultura: Si ergo non imponitur, non incurritur. Sic Filliuc. *tr. 4. n. 61.* & Bonac. *loc. cit. n. 19.* & habitum est *1. p. tr. 5. disp. 3. q. 56.*

QVÆSTIO XXXVI.

An Consulendus sit omnibus fidelibus indifferenter usus quotidianus Eucharistiæ?

AFFIRMANT Marcilla in suo memoriali, & in addit. ad illud; & P. Maurus de Valderas, Ordinis S. Benedicti, & Sancius *in selectis disp. 22.* quasi per totam, & apud ipsum, alij plures.

Negant vero Victoria, Sot. Caiet. D. Anton. Siluest. Nusus, Tabiena, & alij quam plures, quos refert, & nouissime sequitur Lugo *disp. 17. sect. 2.* per totã. Vbi late, & perdocte hanc partem probat, & defendit. Omnes certe probabiliter.

DISPV-

DISPVTATIO QVARTA.

De Ministro administrandi Eucharistiam.

QVÆSTIO PRIMA.

An Solus Sacerdos sit Minister Ordinarius, & deputatus ad Sacram Eucharistiam distribuendam?

RESPONDEO: Quod solus. Quia solus ipse consecrat. Sic colligitur ex cap. *Peruenit. de Consecrat. dist.* 2. & ex Trident. *sess.* 13. *cap.* 8. & docent D. Thom. *quæst.* 82. *art.* 3. Enriquez *lib.* 8. *cap.* 54. *nu.* 1. Suarez *disp.* 72. *sect.* 1. Victoria *num.* 89. Filliuc. *num.* 256. & omnes.

QVÆSTIO II.

An Omnes Sacerdotes possint Eucharistiam ministrare?

AFFIRMAT Petrus Vicentius de Marcilla in suo memoriali ad Episcopum Compostellanum, quem refert Lugo *disp.* 17. *num.* 30. & 31. docentem ad ministrandam Eucharistiam ex deuotione, per annum, nullam exigi iurisdictionem in Sacerdote, sed sufficere potestatem ordinis. Hanc eâdem sententiam videtur amplecti Gauantus, & Sancius *in Selectis disp.* 29. *num.* 4.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Non posse omnes, sed solum illos Sacerdotes, qui præter ordinis potestatem, etiam habent iurisdictionem. Sic Lugo *loc. cit.* & *disp.* 18. *num.* 36. Suarez *disp.* 72. Sa, *V. Eucharistia num* 14. & communis.

QVÆSTIO III.

An Salt m, nunc ex licentia tacita Pastorum, possint omnes Sacerdotes Eucharistiam ministrare?

RESPONDEO: Posse. Quia, vt sup. *disp.* 3. *quæst.* 18. est habitum, ad ministrandum licite hoc Sacramentum, sufficit facultas, seu consensus Pastoris expressus, vel interpretatiuus, aut præsumptus: at hic semper adest, cum semper prudenter præsumamus, eum ratum, & gratum hoc habiturum, fisci et: ergo. Sic Lugo *loc cit.* Nauarro *cap.* 21. *num.* 52. & omnes.

QVÆSTIO IV.

An Sacerdos regularis indigeat licentia aliqua Parochi ad ministrandam Eucharistiam in Ecclesia aliena?

RESPONDEO: Non indigere. Quia Religiosus habet à Papa licentiã, administrandi Eucharistiam omnibus Christi fidelibus. Sic Hinojosa *V. Eucharistia fol.* 230. Lugo *disp.* 18. *num.* 38. *pag.* 517. & Granados statim citandus.

QVÆSTIO V.

An Saltem Sacerdos secularis celebrans in Ecclesijs Religiosorum indigeat licentia expressa Superioris, aut Sacristæ Religiosorum, ad dispensandam alijs Eucharistiam?

AFFIRMANT Sa, *V. Eucharistia, num.* 14. Medina *lib.* 1. *Summæ cap.* 11. §. 13. Rodriguez *tom.* 1. *qq. Regul. quæst.* 56. *artic.* 3. & Granados *tract.* 12. *de Eucharistia disputatio.* 2. *numero* 6. *pagina* 1031.

Sed æque probabiliter Respondeo: Indigere quidem licentia Superioris, aut Sacristę, non tamen expressa, sed tacita, aut præsumta. Hanc enim sufficere, vt omnes Sacerdotes licite Eucharistiam distribuant, diximus sup. *quæst.* 3.

QVÆSTIO VI.

An Habens Bullam Cruziatæ possit suscipere Eucharistiam, præterquam in die Paschæ, à quolibet Sacerdote absque licentia sui Parochi?

AFFIRMANT Vazquez *to.* 3. *disp.* 219. *cap.* 5. & Diana 1. *par. tract.* 11. *de Bullæ resol.* 20.

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia id non concedit Bulla, vt late probant Suarez *tom. 3. quæst. 72. sect. 2.* Nuñus *q. 82. ar. 3.* Rodrig. *1. par. in addit. §. 5. num. 31.* & Lugo *disp. 18. à nu. 41. pag. 517.*

QVÆSTIO VII.

An Diaconus possit esse Minister extraordinarius Collationis Eucharistiæ?

RESPONDEO: Posse, ex commissione Episcopi, vel Presbyteri, vt habetur in cap. *Diaconos.* & cap. *Præsente dist. 93.* Et docent D. Thom. *q. 82. ar. 3. ad 1.* Caiet. *V. communio, vbi de Ministro Communionis* Victor. *q. 58.* Vazq. *disp. 219. cap. 1.* Lugo *disp. 18. sect. 1.* & Philiber. *tr. 2. de Oraine par. 7. cap. 3. nu. 2. & 3.*

QVÆSTIO VIII.

An Requiratur aliqua causa ad hoc, quod Episcopus, vel Parochus committat Diacono dispensationem Eucharistiæ?

NEGARE videntur Silvest. *V. Diaconus num. 4.* & Armilla *eo. V. n. 5.* & S. Thom. *in 4. dist. 13. q. 1. art. vltim.*

Sed certissime Respondeo: Requiri causam necessariam, aut rationabilem ad cõcedendam Diacono facultatem ad distribuendum Corpus Christi, non vero ad distribuendum eius sanguinem. Prima pars huius responsionis constat. Quia iura, quę hanc facultatem concedunt, expresse requirunt istã causam; vt habetur in Concil. Carthag. IV. *can. 38.* per hæc verba. Diaconus præsente Presbytero Eucharistiam Corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus, eroget; causa autem iusta erit, quod Sacerdos sit debilis, infirmus, aut alijs exercitijs impeditus, aut quod nõ possit cõmunicare tot homines, & nõ sit alius Sacerdos, qui commode id possit efficere. Secunda vero pars, probatur. Quia Diaconus, vt propinquus Sacerdoti, proprius est dispensator sanguinis Christi in calice, vt ait S. Thom. *q. 82. ar. 3. ad 1.* Sic Sot. *in 4. dist. 13. q. 1. 38. 2. concl.* Enriquez *lib. 8. cap. 54. n. 2.* Suarez *disp. 72. sect. 1. §. Dico tertio* Fagũd. *prac. 3. lib. 2. cap. 1. nu. 6.* Hurtado *disp. 11 diff. 3.* & Lugo *disp. 18. num. 27.*

QVÆSTIO IX.

An Absente Præsbytero possit Diaconus Eucharistiam infirmis dispensare?

RESPONDEO: Posse: Tum ex voluntate præsumpta Pastoris. Tum etiã quia id ei expresse concedunt iura, vt habetur in Concilio Niceno 1. *Can. 14.* alias 18. & docent Enriquez, Suarez, Fagundez, & Hurtado *locis citat.* Silvest. *V. Euchar. 3. q. 4.* Granad. *tract. 12. disp. 1. nu. 2.* Lugo *lo. cit.* Ludouicus de S. Ioan *in summa parua*, seu tract. de residentia Prælat. de Communione infirmorum *num. 25.* Vbi dicit, se contrarium docuisse in 1. tom. Sed re vera nõ aliud quã hic docet, docuit. Sic enim ait *q. 5. de Euchar. ar. 3. diff. 2. pag. 142.* Si el Sacerdote estubiesse ausente, podrà el Diacono llebar este Sacramento a vn enfermo en caso de necesidad? Biẽ lo podrá llebar (*respõdet*) en el dicho caso; y quando el Sacerdote por negligencia, o malicia, no lo lleua. Sic Ludouicus; & sic etiam Toletus *lib. 2. c. 28.* & Vazquez *disp. 219. cap. 1.* Philibert. *cap. 3. num. 5. pag. 255.* & cõmunis.

QVÆSTIO X.

An Præsente Presbytero, sed nolente Eucharistiam per se, aut per Diaconum, ægroto conferre, possit nihilominus Diaconus id facere?

NEGAT Posseuinus *cap. 8. q. 39. num. 68.* cui satis fauet Sa *V. Euchar. nu. 4.* Negat etiam Silvest, apud Suar. *disp. 72. sect. 1. §. Difficultas vero.* Et apud Fagundez, & apud Victorellum, infra citandos.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse. Tum quia præsentia Sacerdotis sua potestate abutentis, pro absentia reputanda est. Tum etiam; quia tunc censendum est, velle Episcopum eam facultatem concedere, aut Papam, si Episcopus neget. Et forte (addit Fagundez, non ego) in eo casu recurrendum est ad voluntatem Christi, qui tunc censetur id omnino velle, & approbare. Sic Suarez, Enriquez, Hurtado, Ludouicus, & Granad. *locis citatis* Fagundez *lib. 3. cit. cap. 1. num. 9.* Cruz *quæst. 6. de Ministro Euchar. dub. 1. concl. 2.* Sot. *dist. 13. q. 1. ar. 3.* Valentia *disp. 6. quæst.*

quæst. 10. *punct.* 1. Lugo *disp.* 18. *nu.* 19. & 27. Phi. bert. 10. 11. & Victorellus *in appen. ad cap.* 8. *Posseuini*. Nec ego inueni Siluestrum contrarium docentem, nam Suarez non citat locum, vbi id asserat, Fagundez vero, qui illum *V. Eucharistia 3. num.* 3. id affirmare dicit, omnino fallitur.

QVÆSTIO XI.

An Etiam Subdiaconus possit in necessitate, infirmis Eucharistium deferre?

NEGAT Ludouicus de S. Ioan *tom.* 1. *q.* 5. *de Euchar. ar.* 3 *diff.* 3. *pag.* 142. per hæc verba. En ninguna manera lo podrá hallebar, porque jamas se ha oydo que en la Iglesia se haya hechotal cossa. Sic ille, & alij DD. infra citandi.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse. Quia nihil obstat, vt infra. Sic DD. statim citandi, & suimet oblitus, Ludouicus *in summa parua ar.* 4. *de Comunion. infirmorum num.* 28. Vbi sic ait: Bien puede el Subdiacono comulgar a otros en caso de necesidad como lo dize Valencia *disp.* 6. *quæst.* 10. *pun.* 1. Sic ille.

QVÆSTIO XII.

An In casu extremæ necessitatis, si Minister idoneus non adsit, possit Subdiaconus, vel etiam laicus, se ipsum communicare?

NEGANT Enriquez *lib.* 8. *cap.* 54. *nu.* 3. Sa *V. Euchar. num.* 4. Victoria *q.* 89. Posseuinus *cap.* 8. *q.* 39. *num.* 68. Siluest. *V. Euchar.* 3 *q.* 5. Vazq. *disp.* 219. *cap.* 1. Bonac. *disp.* 4. *q.* 5. *pun.* 1. *num.* 6. Vinald. *de vsu Euchar. num.* 3. Zambranus *de casibus temporis mortis cap.* 3. *dubitat.* 6. *nu.* 6. Chamerota *de Euchar. c.* 9. *dub.* 3. Gas. Hurtado *de Euchar. disp.* 11. *iff.* 3. Fagundez *præcep.* 3. *lib.* 3. *c.* 3. *num.* 8. Lugo *de Euchar. disp.* 18. *nu.* 24. Præpositus, Faustus, & Ochagauia, apud Dianam, statim citandum.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse. Quia in extrema necessitate non videtur obligare ius humanum, quo solum prohibitum est laicis attingere Eucharistiam c. *Peruenit. de Consecrat. dist.* 2. Confirmatur exemplo Reginæ Scotiæ, quæ Martyrium subiturа Eucharistiam, quam apud se habebat propriis manibus suscepit. Sic Suarez *disp.* 72. *sect.* 2. Filliuc. *tract.* 4. *num.* 258. & 285. Valent. *d sp.* 6. *q.* 10. *pun.* 1. Reginald. *lib.* 29. *nu.* 32. Granad. *Controu.* 6. *tr.* 12. *disp.* 1. *nu.* 4. & 5. Lublinus *V. Communio num.* 9. *pag.* 126. Layman *lib.* 5. *tract.* 4. *cap.* 7. *num.* 4. Victorellus *in notis ad* Emmanuelem Sa, *V. Euchar. num.* 32. & *in append.* 1. *ad num.* 51. *cap.* 8. *Posseuini*, & Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 47. & 5. *par. tract.* 3. *resol.* 47. Qui, & citat Ægidium *q.* 82. *ar.* 3. *n.* 23. pro hac parte, & Lugo *lo. cit.* pro contraria. Sed neuter bene; cum Ægidius neutram definiat. Solum enim, ait hanc nostrã sententiã, nec damnare audere, eo quod valde durum sit, tali in casu negare Communionem, nec eam absolute docere, ob plurimorum Doctorum sententiam contrariam.

QVÆSTIO XIII.

An In eodem casu necessitatis, si absit idoneus Minister, possit laicus etiam alios communicare?

NEGANT, & a fortiori omnes DD. pro contraria sententia nuper citati, & Sot. *in 4. dist.* 13. *q.* 1. *ar.* 1. Catharin. *lib.* 5. *contra Caiet.* 34. Fagund. *præc.* 3. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 10. & *cap.* 3. *num.* 7. & 8. Filliuc. *nu.* 258. Lugo *disp.* 7. *num.* 28. & *disp.* 18. *num.* 22. Lublinus *lo. cit. num.* 9. & alij.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse. Quia id nullo iure est prohibitum, vt statim dicam. Sic Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 47. & 5. *par. lo. cit.* referens pro hac parte Valentiam *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 10. *pun.* 1. Laymannum, & Ægidium *lo. citatis*. Qui tamen, dicit Lugo, eam nullo modo docere. Quod licet verum sit, nihilominus non illam reprobant, sed potius probabilem indicant. Tuentur tamen illam expresse Victorellus *in notis ad* Emmanuelem Sa. *V. Euchar. num.* 32. & *in notis ad cap.* 8. Posseuini *in Appendice* 1. Vbi sic ait: dum nec Diaconus quidem adest, à laico in extrema morientis hominis necessitate, hoc Sacramentum ministrari posse, negat Sa *V. Euchar. num.* 4. cum alijs. Affirmat Suarez probabiliter *lo. cit. in fine*. Id enim non vetat diuinum ius: pontificia iura de hac necessitate non loquuntur: & contrectari Eucharistiam à

laico

laico, non est per se malum, nam olim fideles manibus eam excipiebant. Idem Valentia *tomo. 4. disp. 6. quæst. 10 punct. 1.* Sic Victorellus. Tenet etiam Enricus Boitus, apud Siluestrum, *V. Euchar. 3. quæst. 4.* & nouissime Ludouicus de S. Ioan *in tract. de residen. Prælatorum ar. 4. de Communione infirmorum n. 29. fol. 76.* per hæc verba: Bien podra el seglar en caso de necesidad dar la Eucharistia à los otros. Sic ille, licet contrarium paulo ante dixerat *num. 21. pag. 75.* Sic etiam Granad. *lo. cit. nu. 5.* Mercerus, Chapeauilla, & Reginaldus, quos refert Diana 5. *par. lo. cit.*

QVÆSTIO XIV.

An Sacerdos possit communicare se ipsum, etiam extra casum necessitatis, si non adsit alius Sacerdos, qui id præstare velit, aut possit?

NEGANT Armilla *V Communio num. 8.* Caiet. *eo, Ver.* Filliuc. *lo. cit. num. 85.* Villalob. *tom. 1. tract. 7. diff. 48. nu. 1.* & alij docentes, non posse, nisi in casu necessitatis, aut articulo mortis.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Nõ solum in casu necessitatis, verum etiam deuotionis causa, veluti si magna occurrat festiuitas, & Sacerdos sacrificare nequeat; tunc enim optime poterit ex Sacrario Eucharistiam accipere, & se ipsum communicare. Quia non est necessarium, quod Minister huius Sacramenti sit (sicut in alijs) distincta persona à suscipiẽte: Ergo cum ipsemet Sacerdos sit proprius huius Sacramenti Minister, optime poterit se ipsum communicare. Sic Suarez *disp. 72. sect. 3.* Vazquez *disp. 219 cap. 1.* Hurtado *disp. 10. diff. 3.* Fagundez *præc. 3. lib. 3. cap. 3. nu. 7.* Siluius *quæst. 82. art. 4.* Lugo *disp. 18. num. 30. 31. 33. & 35.* Diana 2, *par. tract. 14. resol. 53. & 3. par. tr. 4. resol. 47.* & apud ipsum Layman, Ægidius, & alij, Bonac. *disp. 4. quæst. 5. punct. 1. n. 13.* Qui tamen, male citat Filliucium, pro hac parte.

QVÆSTIO XV.

An, Si, in prædicto casu, adesset Diaconus, posset Sacerdos se ipsum proprijs manibus communicare?

NEGANT Fagundez *l. cit.* Præpositus *in 3. par. quæst. 82. ar. 3. dub. 1. nu. 11.* Diana 5. *par. tract. 3. resol. 48.* Ochaga *tract. 3. de Euchar. quæst. 4. nu. 6.* Quia tunc adesset Minister, ex priuilegio competens.

Sed probabilius Respondeo: Adhuc in hoc casu posse, imo, & debere. Primò. Quia Sacerdos est Minister ex officio. Secundo. Quia (vt ipse Fagund. *num. 7. cit.* cum Durand. *in 4. dist. 13. quæst. 4.* concedit) Sacerdos debet se ipsum communicare, quando Diaconus tempore mortis illi Eucharistiam defert: Ergo etiam poterit in nostro casu, seipsum proprijs manibus communicare. Sic Diana cum alijs 2. & 3. *par. locis citatis*, sibi contrarius. Filliuc. *num. 285.* & Victorell. *in Appendice 1. ad cap 8. Posseuini.* Philibert. *tr. 2. de Ordine par. 7. cap. 3. num. 4.* Qui hoc ex *Canone 14.* Concilij Nicęni expresse probat. Sic etiam Durand. *in 4. dist. 3. quæst. 4.* Chapeauilla *de Sacrament. Eucharist. quæst. 17.* & alij.

QVÆSTIO XVI.

An Etiam Diaconus possit, etiam extra vrgentem necessitatem, absente Presbytero, seipsum communicare?

NEGANT Sa *V. Eucharistia num. 32.* & Ludouicus *in summa parua art. 4. de Communione num. 27. pag. 76.* quatenus hoc solum illi concedunt in casu necessitatis.

Sed probabilius Respondeo: Posse etiã. Quia hoc illi concedit absolute Conciliũ Nicœnum *Can. 14.* Sic Vazquez *disput. 219. cap. 1.*

QVÆSTIO XVII.

An Ad communicandum laicum, ob solam deuotionem, possit celebrans partem suæ Hostiæ diuidere, & illi præbere?

NEGANT Zanardus 1. *par. de Euchar. cap. 9. quæst. 5.* & Graffis *par. 1. decis. lib. 2. cap. 38. num. 31.* (Qui male citantur à Diana 2. *par. tract. 14. resol. 37.* pro contraria sententia, vt ipsemet 3. *par tract. 4. resol. 34.* ex incuria impressorum euenisse affirmat) Zambranus etiam *cap. 3. de Euchar. dub. 5. num. 6. pag 82.* apud Granados *tract. 12. de Euchar. disp. 3. num. 4. pag. 1032.* Negant etiam, Paluda-

Paludanus *in 4. dist. 12 quæst. 1. artic. 5.* Silues. *V. Euchar. 2. quæst. 10. §. 7.* D. Anton. *3. part. tit. 13. cap. 6. §. 3.* & Enriquez *lib. 9. cap. 30. nu. 7* quatenus hoc solum concedunt posse fieri in extrema necessitate, veluti si infirmus esset in articulo mortis, nec formula inueniretur, tunc enim licite posset, imo, & deberet, Sacerdos partem suæ Hostiæ infirmo porrigere.

Sed probabilius Respondeo: Posse, etiã ob solam deuotionem, si non sit alia formula, quæ porrigi laico possit. Quia Sacerdos non tenetur recipere totam Hostiam à se consecratam. Sic Angel. *V. Missa num. 27.* Silues. *V. Euchar. 3. nu. 15.* Enriquez *lib. 8. cap. 46. num. 2. litt. E.* Vnde non bene inclinat illos Granados in oppositam partem, Sa, *V. Euchar. nu. 15.* Posseuin. *cap. 8. num. 13.* Suarez *disp. 85. sect. 2.* Scortia *lib. 4. de Missæ sacrificio cap. 29. num. 12.* Diana, & Granados *locis citatis*, Gauant. *tom. in Rubricas Missal. 3. part. tit. 10. num. 3. lit. A. & num. 19.* Philibert. *tract. 3. de Sacrificio Missæ cap. 4. num. 16.* Qui tamen, male etiã citat Gratium pro hac parte. Fagundez *præc. 1. lib. 3. cap. 20 num. 3.* Bonacina *disp. 4 quæst. 5. punct. 1. num. 24.* Sancius *in Selectis disp. 22. num. 1.*

QVÆSTIO XVIII.

An Parochus tempore pestis, teneatur ministrare suis parochianis Eucharistiam, etiam cum periculo vitæ?

NEGANT Molfes. *tom. 1. tract. 4. cap. 3. num. 52.* Posseuin. *cap. 8. quæst. 31. & 32. num. 55. & 56.* (Quamuis cõtrarium asseruisse, videatur *num. 51*) & Maior *in 4. dist. 7. quæst. vltima; & dist. 23. quæst. 1.* Ortiz *in sum. cap. 19. §. 39.* asserentes, teneri tantum in casu, quo valde dubitaretur de ægroti spirituali salute.

Sed probabilius Respondeo: Teneri. Quia hoc Sacramentum est pro articulo mortis de necessitate præcepti diuini, vt supra est habitum. Sic Nauar. *cap. 24. n. 30.* Suarez *disput. 72. sect. 3.* Sa, *V. Charitas num. 3.* Toletus *lib. 4. cap. 10. num. 5.* Syluius *3. par. quæst. 32. ar. 3* Rodrig. *tom. 2. cap. 87. n. 8.* Victorellus *in Appendice 1. ad capite 8. Posseuini*, Qui tamen male citat Rodriguez pro opposita parte. Villalobos *tom. 1. tr. 10. diff. 6. num. 7.* Fagundez *præc. 3. lib. 3. cap. 3. num. 1.* Qui bene aduertit, nomine Parochi, non solum intelligi Papam, Archiepiscopum, Episcopum, Rectores Ecclesiarum, & alios ad quos curam animarũ spectat; verum etiam Superiores Religionum respectu suorum subditorum. Nam etiam ij tenentur tempore pestis, vel Epidemiæ ministrare suis subditis Eucharistiam, etiã cum periculo vitæ.

QVÆSTIO XIX.

An Sacerdos, qui chiragra impeditus, nequit Eucharistiam pollice, & indice, ministrare, possit alijs digitis conferre?

NEGANT Posseuinus *cap. 5. quæst. 52. num mihi 67.* & Bonac. *disp. 4. quæst. 6. pun. 1. num. 10.* Qui tamen male citat Toletum *lib. 1. cap. 58. num. 2.* pro contraria sententia; melius certe illum citat Posseuinus pro ista, illam namque innuit *lib. 1. cap. 57. num. 4.*

Sed certe æque probabiliter Respondeo: Posse, imo in casu necessitatis debere. Quia tota Sacerdotis manus, est consecrata: Vnde merito hanc partem reputat probabilem Posseuinus *lo. cit.*

QVÆSTIO XX.

An Tempore pestis liceat Sacerdotibus ministrare Eucharistiam ægrotis in cochleari argenteo, vt sic effugiant contagium?

NEGANT Diana *4. par. tract. 4. resol. 114. & 5. par. tract. 3. resol. 50.* & penes illum, Chapeauilla, Marchinus, & Barthol. à S. Fausto, in fine; Bonac. *lo. cit.* & Posseuinus *cap. 4.* vnde male illum citat Bonacina pro contraria sententia.

Sed probabilius Respondeo: Licere. Quia licitum est eis in hoc euentu ministrare Eucharistiam cum Patena, vt inde infirmus proprio ore accipiat, vt ait ipse Posseuinus *lo. cit.* Ergo, & cum cochleari argenteo, aut quocumque alio apto instrumento. Sic Venerus *in exam. Episcop. lib. 4. cap. 46. num. 47.* Gauantus *in Enchirid. Episcop. V. Pestis*, & reputant probabile Posseuinus, & Bonac. *locis citatis.* Hanc etiam sententiam tenebatur docere

re consequenter Diana, cum, *loc. cit. resol.* 104. in simili casu, illam clare per hæc verba docuerit. Nota pro praxi, quod si ægrotus non possit res suas transmittere, possit communio ei dari imposita parua Hostia cum vino in cochleari. Ita Præpositus vbi supra. Sic Diana. Quare ergo in illo casu hoc concedat, & in præsenti neget? Dicat.

QVÆSTIO XXI.

An Tempore pestis, vel alterius infirmitatis contagiosæ, liceat Sacerdoti ponere Eucharistiam in loco decenti, vt inde proprio ore, aut manibus infirmorum capiatur?

NEGANT Enriquez *lib.* 8. *cap.* 54. *num.* 3. *fine & in Glossa lit. A, & E.* Catherinus *lib.* 5. *contra Caiet. cap.* 4. Fagundez *præc.* 3. *lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 13. *& cap.* 3. *num.* 6. Diana 5. *par. lo. cit.* & apud illũ Chapeauilla, Faustus, & alij.

Sed æque probabiliter Respondeo: Licere. Quia, vt supra quæst. 12. est habitum, optime potest laicus in casu necessitatis se ipum proprijs manibus cõmunicare: Ergo. Sic Caiet. in illud Matth. 26. *Accipite, & comedite,* Enricus Boitius *cap.* 2. *de iudicijs,* Iacobus Mancinus, & Iacobus Marchantius, quos affert Diana. *loc. cit.*

QVÆSTIO XXII.

An In articulo mortis licitum sit accipere Eucharistiam de manu Sacerdotis hæretici, Schismatici, excõmunicati &c. in defectu alterius Sacerdotis?

NEGANT Silvester. *V. Eucharistia* 3. *num.* 5. Enriquez *lib.* 8. *cap.* 4. *lit. H.* Fagundez *præc.* 3. *lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 11.

Sed probabilius Respondeo: Esse licitum; dum modo nec detur scandalum præsentibus, nec sequatur infamia Religionis, aut animetur hæreticus ad permanendum in suo peccato, quod totum accidere potest. vt ipsemet Fagundez, iam sibi contrarius, *lib.* 3 *cap.* 1. *num.* 18. fatetur. Ratio est. Quia in articulo mortis licitum est recipi à quocumque Sacerdote, quamtumuis hæretico, Sacramentum pœnitentiæ, dummodo adsint prædictæ cõditiones, vt 1. *par. tr.* 5. *vbi de Confess.* est habitum: Ergo, & Sacramentũ Eucharistiæ. Sic Nauarro, quem citat, & sequitur Hinojosa 1. *Eucharistia fol.* 230. Suarez *disp.* 72. *sect.* 2. Fagundez, loco ruper citato, quãuis contrarium docuerat *lib.* 1. *capite* 4. *num.* 11. vt vidimus, vbi melius citauerat Enriquez pro sua, quam hic pro nostra, & sua iam, sententia. Sic etiam Diana 5. *par. tract.* 3. *resol.* 49. & alij apud ipsum.

QVÆSTIO XXIII.

An Tangere Eucharistiam in peccato mortali, ob rationabilem causam, sit peccatum mortale?

AFFIRMAT Adrianus *quæst* 3. *de Baptismo* 2. *par. capit.* Cui fauent Din. Bonauentura, & Sotus, apud Suarium *disp.* 72. *sect.* 4. docentes, forte esse mortale osculari hoc diuinum Sacramentum in statu peccati mortalis.

Sed probabilius Respondeo: Non esse mort. Quia nulla grauis irreuerẽtia reperitur in illa contrectatione, aut adoratione si ob rationabilem causam, & reuerenter fiat. Sic S. Thom *q.* 82. *ar.* 3. *& in 4. dist.* 13. *q.* 1. *ar.* 3. Suarez *loc. citato,* Filliuc. *tract.* 4. *num.* 272. Enriquez *lib.* 8. *cap.* 54. *numer.* 3. Nauarrus *cap.* 25. *nu.* 72. Bonacina *disp.* 4. *quæst.* 6. *punct.* 2. *num.* 2. Fagundez *præcep.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 12. & 3. *num.* 11. Ochagau. *tract.* 2. *de Eucharistia quæst. vltima.* qui, & citat Sotum pro hac parte, Hurtado statim citandus, & communis.

QVÆSTIO XXIV.

An Diaconus Eucharistiam ministrans in mortali, peccet mortaliter?

AFFIRMAT Layman *lib.* 5. *tractat.* 1. *cap.* 5. *num.* 8.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare mortaliter, sed venialiter tantum. Quia nec Sacerdos, etiam si sit Parochus, vel Episcopus peccat plusquam venialiter, vt docent Doctores statim citandi.

QVÆS-

QVÆSTIO XXV.

An Saltem Sacerdos peccet mortaliter ministrans alijs in Missa, vel extra Missam, Eucharistiam in mortali?

AFFIRMANT Suarez *tom. 3. in 3. par. disp. 16. sect. 3. & disp. 72. sect. 4.* Filliuc. *num. 271.* Valentia *disp. 9. quæst. 10. punct. 1.* Ægidius *quæst. 64. art. 6. nu. 35.* Fagundez *lib. 3. cit. cap. 1. num. 12. & cap. 3. num. 10.* Ochagau. *tract. de Sacram. in genere quæst. 19. num. 8.* Bonac. *lo. cit. num. 5.* Villalob. *1. par. trac. 4. diff. 14. nu. 2.* Philiber. *tract. 2. de Ordine par. 8. cap. 8. num. 8.* Granad. *tom. 5. tract. 12. de Eucharistia disp. 3. num. 1.* Ortiz *in sum. cap. 19. fine.*

Sed æque probabiliter Respondeo: Nõ peccare plus quam venialiter. Quia, qui ministrat Eucharistiam, non conficit (sicut in alijs) Sacramentum, sed factum iam confert. Sic Vazquez *in 3. p. tom. 2. disp. 136. capit. 3.* Nuñus, Cabrera, & Siluius *3. par. quæst. 64. art. 6.* Petrus de Ledesma *tom. 1. cap. 6. concl. 8. diff. 5.* Ioan. de Cruce *par. 2. quæst. 4. de Sacrament. in genere dub. 3. concl. 1.* Petrus de Reyna *in summa Sacrament. tract. 4. num. 6.* Barbosa *tract. de Officio Parochi cap. 20. num. 17.* Hurtado *de Sacramentis in genere disp. 4. diff. 9. & disp. 9. de Euchar. diff. 8.* Lugo *de Sacram. disp. 8. sect 9. n. 155. & tr. de Euch. disp. 18. n. 17.* Diana *1. par. tract. 7. de circunstantijs resol. 41. & 2. part. tract. de Celebratione Missarum resol. 23. & 3. par. tr. 4. resol. 195. & in additio resol. 5. & 5. par. tr. 3. resol. 47. & p. 6. tr. 6. resol. 53* Heus mi Pater, repetes idem in septima parte? Eia; audi Virgilium, tibi quasi dicentem; *Eglog. 4.*

Sicelides Musæ, paulò maiora canamus.

Legantur, à nobis dicta *1. par. disp. 8. §. 8. quæst. 18.*

QVÆSTIO XXVI.

An Peccet mortaliter Sacerdos ministrans alijs Eucharistiam sine super pelliceo?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia sic habetur in capite *Sane. de Celebratione Missarum.* Et tenent Turrecremata *in capite Ecclesiastica. dist. 23. numero. 5.* Graffis *libro 2. cap. 40.* quos citant; & sequuntur Suares *disputat. 72. section. 4.* Vbi sic ait: Loquendo præcise de dispensatione Sacramenti, quæ fieri potest ex prę consecratis; nam sufficit, vt fiat in loco sacro, aut approbato ab Episcopo; & quod minister indutus sit saltem super pelliceo, & stola, vt notãt Turrecremata, & Iacobus de Graffis, (*loco citato*) qui dicunt; hæc esse necessaria sub præcisa obligatione, præter hæc autem, nihil aliud esse videtur in rigore, & ex graui præcepto necessarium. Sic ille. Filliuc. *tract. 4. numero 270.* & Fagundez *præcep. 3. lib. 3. capit. 3. num. 9.* Tenent etiam Granados *tract. 12. de Eucharistia disp. 3. num. 2.* Lugo *disput. 18. num. 53.* & innuit Philibertus *tractatu 2. de Ordine capite 8. num. 6.* & alij. Vnde miror valde aliquos Sacerdotes, & Religiosos, multoties sine super pelliceo ministrantes, & id sine scrupulo. O Bone Deus!

QVÆSTIO XXVII.

An Etiam peccet mortaliter, si cum super pelliceo, absque stola vero, Eucharistiam, extra Missam, administret

NEGAT Philibertus, loco nuper citato, per hæc verba. Non excussarem tamen à veniali eum, qui stola non vteretur in administranda Eucharistia, quoniam antiquissimum Ecclesiæ ritum nouissime à Paulo V. in Rituali Romano *de Sacramento Eucharistiæ ad finem* innouatum regulariter. Sic ille. Et sic alij apud Emmanuelem Sa *Ver. Eucharistia num. 31.* in editione correcta.

Sed probabiliter Respondeo: Etiam peccare mortaliter. Quia Sacerdos est Minister Ordinarius huius Sacramenti: Ergo sub graui obligatione tenetur se gerere, vt Sacerdotem, dum illud dispensat: at sic est, quod stola super vtrumque humerum est proprium insigne muneris Sacerdotalis: ergo non sufficit super pelliceum ad administrandam absque mortali Eucharistiam. Sic Suares, Filliucius, Fagundez, Lugo, Granados, Turrecrecremata, Gratsis, & Sa *locis citatis*, & Lûdouicus *in 2. tomo articulo 4. de commun. infirm. num. 5. folio 70.*

QVÆSTIO XXVIII.

An Tandem peccet mortaliter Sacerdos administrans Eucharistiam, extra Missam, omittendo alias cæremonias, vt luminis accensi. Confessionis generalis, absolutionis venialium. &c.

NEGANT Suarez, Filliuc. Fagundez. & Granados *locis citatis*, existimantes solum peccare venialiter.

Sed æque probabiliter Respondeo: Peccare mort. si absque causa vlla rationabili, eas cæremonias omittat. Quia quod accedantur lumen, quando extra Missam Sacra Eucharistia dispensatur, expresse habetur in cap. *Sane. de Celebratione Missarum*. Ergo omissio huius, saltem, cæremoniæ, nō est censenda leuis irreuerentia.

QVÆSTIO XXIX.

An Tempore pestis licite possit Sacer. Eucharistiam ad infirmum deferre, sine præcedenti lumine, absque stola, absque superpelliceo &c?

NEGANT Posseuinus *cap. 5. num. 39.* Bonac. *disp. 4. quæst. 5. pun. 2. nu. 8.* & Ludouicus de S. Iuan *in summ. parua art. 4. de Communione infirmorū num. 3.* Qui omnes citant Siluestrum *V. Sacram. num. 3.* pro sua sententia. Sed omnes male, quia Siluest. ibi, nec verbum de hac quæstione loquitur.

Vnde æque probabiliter Respondeo: Licite posse. Quia hoc diuinum Sacramentum, est summæ necessitatis, maxime in articulo mortis: Ergo in hoc, licite poterit administrari, absque prædictis cæremonijs: si credibile sit alias infirmum moriturum sine illo. Confirmatur. Quia multa alia omitti possunt in huius Sacramenti administratione, si necessitas infirmi vrgeat; Ergo.

QVÆSTIO XXX.

An Sacerdos, dum extra Missam, Eucharistiam suscipit, teneatur sub mortali gestare stolam è collo pendentem?

AFFIRMANT Angelus *V. Sacerdos nu. 4.* & (apud Dianam *2. par. tract. 14. de Celebrat. Missar. resol. 20.*) Naldus *in Sum. V. Missa n. 6. & V. Sacerdos nu. 6.* & Homobonus *de exam. Eccles. tract. 4. par. 1. cap. 11. quæst. 106.*

Sed longe probabilius Respondeo: Nō teneri, saltem sub mortali. Quia licet præceptum sit sub pœna excommunicationis in Can. *Ecclesiastica dist. 23.* tamen huiusmodi decretum, vel iā est vsu abrrogatum, vel numquam sub tanto onere receptum. Sic Suarez *disp. 68. sect. 1.* Nauarr. *cap. 21. num. 54.* Siluester *V. Sacerdos q. 4.* Sa, *V. Eucharist. nu. 31. in edit. prima*, nam in correcta. non ita clare. Azor. *1. p. lib. 10. cap. 28 quæs. 12.* Reginald. *lib. 29 num. 112.* Pitigianus *dist. 13. quæst 2. ar. 5.* Fagundez. *lib. 3. cap. 4. num. 5.* Enriq. *lib. 8. cap. 4. n. 1. lit. N.* Gauant. *in Com. Rubr. Missalis tom. 1. par. 4. tit. 8. nu. 7.* Granad. *tr. 11. de Euchar. disp. 1. num. 3.* Diana *lo. cit.* Bonac. *disp. 4. q. 6. pun. 2. nu. 2.* & Philibert. *tr. 2. de Ordin. par. 8. cap. 8. num. 6.* Qui duo, referunt pro hac sententia Naldum (quem videre, pro nunc, non potui) eodem loco, quo Diana pro cō traria citauerat.

QVÆSTIO XXXI.

An Saltem, teneatur sub veniali gestare Sacerdos stolam, quando extra Missam ad Eucharistiam accedit?

NEGAT adhuc Granados *loc. cit.* Qui & citat pro sua sententia Nauarrum, Siluestrum, & Emmanuelem Sa *loc. citat.*

Sed probabilius Respondeo: Teneri sub veniali. Quia, adminus, sub hoc onere receptum est dictum decretum. Sic innuunt. Suarez, Azor, & alij DD. nuper citati. Imo & Nauar. Siluester, & Sa.

DISPV-

DISPVTATIO QVINTA.

De Ieiunio necessario ad Sacram Eucharistiam suscipiendam.

QVÆSTIO PRIMA.

An Præceptum Communicandi ieiunè sit Ecclesiasticum?

NEGARE videtur Sot. *in 4. dist. 8. quæst. 3.* Quatenus dicit, esse hoc ieiunium ex institutione diuina fundatum in reuerentia debita tanto Sacramento.

Sed certissime Respondeo: Esse solum Ecclesiasticum, habitum in Concil. Cartagin. *3. cap. 29. & 48.* Brachar. *2. cap. 10.* Tolet. *7. Can. 2.* & in Constantiensi *sess. 13.* Et sic docent omnes Theologi, Vazquez *disp. 211. cap. 1.* Lugo *disp. 15. sectio. 2.* Philibertus *tractat. 3. de Sacrificio Missæ par. 3. cap. 3.* Suarez *disp. 68. sect. 3.* & omnes.

QVÆSTIO II.

An Hoc præceptum Ecclesiasticum exigat ieiunium naturale ad sumendam Eucharistiam?

NEGANT Gotfredus, & Ioannes Parisiens. vt referunt Hurtado *disput. 9. difficulta. 2.* & Suarez *disp. 68. sect. 4.* asserentes; sufficere ieiunium Ecclesiasticũ, quod quidem non violatur per id, quod sumitur per modum medicinæ.

Sed certissime Respondeo: exigere ieiunium naturale. Quia id constat ex Concilijs citatis; praxi Ecclesiæ, & consensu omnium Theologorum. Sic Diu. Thom. *quæst. 80. ad 3.* Scotus *dist. 8. quæst. 3.* Durandus *quæst. 4.* Paludanus *quæst. 2.* Sotus *distinct. 12. quæstion. 1. artic. 3.* Suarez *loco citato*, Ochagauia *tractat. 2. de Euchar. quæstion. 12. numer. 7.* dicentes, contrariam sententiam esse errorem infide.

QVÆSTIO III.

An Communicans post sumptam minimam quantitatem cibi peccet mort?

NEGARVNT olim non nulli, quos suppressis nominibus referunt Suarez *disp. 68. sect. 4.* & Hurtado *disput. 9. difficul. 15.* existimantes, solum esse peccatum veniale Eucharistiam sumere post sumptionem cibi, vel potus, in parua quãtitate, eo quod illa est leuis materia. Dictis authoribus adhæret nouissime P. Pasqualigus *in decis. 335.* (vt refert Diana *par. 6. tract. 8. resolut. 8.*) asserens; prætatam sententiã esse probabilem.

Sed certissime omnino Respondeo: Peccare mortaliter. Quia certissimum est, in ieiunio Eucharistico non dari paruitatem materiæ excusantem à peccato mortali. Sic Suarez *loco citato*, & Diana *loco citato, & parte 5. resolut. 12.* Qui dicunt, & bene, oppositam sententiam esse improbabilem. Hurtado *loco citato*, & communiter omnes Theologi, cum ipsorum Magistro Diu. Thom. *3. par. quæst. 80. art. 8.* Ochagau. *lo. cit.* Sic dicens: Imo peccatum esset mortale, post paruum etiam cibum Eucharistiam sumere. Quia, licet materia cibi parua esset, & leuis, attamen sumi Eucharistiam à non ieiuno, res magna est. Sic ille, & omnes.

QVÆSTIO IV.

An Edens, vel bibens in dubio, an sit audita hora duodecima noctis, possit sequenti die communicare?

NEGANT Sanchez *lib. 2. de Matrim. disp. 41. num. 40.* Ægidius *quæst. 80. artic. 8. num. 48.* Bonacina *disp. 4. quæst. 6. punct. 2. numer. 7.* Fagundez *præc. 3. lib. 3. cap. 5. num. 18.* Villalobos *tom. 1. tract. 1. diff. 21. numero 6.* Lugo *disp. 15. numer. 44. pagin. 477.* Philibertus *tract. 3. de Sacrificio Missæ part. 3. capite 3. numero 7.* Citant etiam pro hac parte Fagundez, & Philibertus Patrem Enriquez *libro 16. de*

Pœnitent. capit. 14. *numer.* 4. Sed vterque male, quia neque librum. 16. *de Pœnit.* habet.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse cõmunicare. Quia melior est conditio possidentis: sed sic est, quod in hoc casu potius possessio stat pro libertate volentis communicare, quam pro præcepto communicandi, seruato ieiunio, vt late, & docte docet Sancius in Selectis *disp.* 42. Ergo. Sic ipse, & Layman *lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 4. *num.* 36. & Diana 3. *par. tr.* 4. *resolut.* 29. & apud ipsos, Medina, & Ortiz. Qui consequenter idem dicendum affirmat de illo, qui assumens aquam ad os abluendum, dubitat, an aliquam guttam traiecerit; nec nõ de illo, qui dentibus quid piam masticans aliquid deglutierit: nam hi optimè poterunt crastino communicare; sicut demum poterit ille, qui adhæret dicto aliquorum dicentium sibi, horam noctis duodecimam non sonuisse, alijs sonuisse affirmantibus. Quia præceptũ, denõ nisi ieiunè ad Eucharistiã accedendo, non est impositum dubitanti, sed certo scienti non esse ieiunum. Quam vltimam sequelam, etiam concedit Lugo *loc. cit. num.* 43.

QVÆSTIO V.

An, Si vnum horologium sonuerit horã duodecimã noctis, possit quis comedere, vel bibere, donec aliud sonuerit, & crastina die communicare?

NEGANT Rodriguez *in summa tom.* 1. *capite* 105. *num.* 6. & Salas *tomo* 1. *in* 1. 2. *tractat.* 8. *disput. vnica sect.* 25. *num.* 264.

Sed probabilius Respondeo: Posse, dum alias clare non constet de errore in vltimo horologio. Quia diuersa horologia se habent veluti diuersæ opiniones probabiles, quarum quamlibet amplecti licet. Sic Sanchez *lib.* 2 *de Matrimonio disp.* 41. *num.* 40. Sancius *in selectis disp.* 42. *num.* 18. Fagundez *præc.* 4. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 3. Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 36. & *par.* 4. *tract.* 3. *resol.* 19. Villalobos *tomo* 1 *tract.* 1. *diff.* 21. *num.* 7 Lugo *disp.* 15. *num.* 45. *pag.* 477.

QVÆSTIO VI.

An Aliquis possit sequi vnum horologium, quoad ieiunium Ecclesiasticum, & alterum, quoad ieiunium naturale?

VERBI gratia. Si hodie sit dies ieiunij, possit quis audita hora duodecima vnius horologij cænare, & comedere carnes, quas die sequenti licite comedere potest, & postea audita hora duodecima alterius horologij, possit sequi hoc secundum horologium, & iuxta illud incipere ex tunc ieiunium naturale, & die sequenti communicare?

Ad hanc quæstionem. Sic Lugo *disp.* 15. *sect.* 2. respondet: Si audito primo horologio, & post cœnam cognoscatur error prioris horologij, credo quod possit, absque dubio, sequi secundum horologium, & obseruato ieiunio, communicare die sequenti, quia vere est ieiunus, & carnium esus, per errorem fuit, die præcedenti, inculpabilis propter ignorãtiam. Si vero non cognoscatur error in primo horologio, sed maneat vnicuique sua probabilitas, aliquis fortasse concedet sequelam, dum modo non habuerit ab initio illum animum, sed bona fide secutus fuerit primum horologium, postea vero audito secundo, mutauerit mentem. Hæc, & alia Lugo *loc. cit.*

Ego vero certissime Respondeo: Non posse illum, qui semel accepit vnum horologium pro regula ieiunij Ecclesiastici, postea pro libito relinquere illud, & accipere aliud. Quia quamuis liberum sit vnicuique, regulariter loquendo, amplecti ex duabus sententijs probabilibus, quam voluerit eam tamen, quã amplectitur debet retinere (quandiu de eius improbabilitate non constat) quoties libera facultas variandi sententiam resultat in præiuditium tertij, qui eo modo fraudaretur iure suo, quod ius habet non probabile, sed certum ad aliquid exigendum. Vnde licet liberũ sit vnicuique accipere pro regula quod libet horologium, non tamen est liberum recedere ab illo in præiuditium tertij, quia eo ipso quod vnum horologium accipit, videtur renunciare omnibus alijs, & se habere perinde ac si non esset vllum aliud. Cum ergo in nostro casu, superior ex vi duplicis præcepti habeat ius certum, vt post comestionem hodiernam

homo

homo nihil comedat ante communionem craſtinam; quo iure fraudaretur, ſi homo, iuxta primum horologium, cænet poſt mediam noctem, & iuxta ſecundum, celebret cras, non debet concedi talis libertas, ſed dicendum quod eo ipſo, quod vult homo accipere primum horologium pro regula ad cœnandum, obligat ſe implicite ad ſuſtinendam illam regulam, quandiu de eius errore non conſtat, ne ſuperior fraudetur iure ſuo, quod habebat ex complexione vtriuſque præcepti, vt homo nihil comederet, ante communionem craſtinam, poſt prandium, vel refectiunculam hodiernam. Hæc, & alia habet, & decet Lugo *loco cit.* Lege illum, & lætaberis valde.

QVÆSTIO VII.

An Vbi eſt tantum vnum horologium, ſi duodecima hora noctis ſonare incipiat, debeat, qui craſtino Euchariſtiam ſumpturus eſt, ſtatim in prima pulſatione à cibo, & potu ceſſare?

AFIRMANT Sanchez *libro 2. de Matrimon. diſp. 41. numero 40.* Sanctius *diſp. 42. num. 19.* Trullench *lib. 3. Decalog. capite 2. dub. 4. numero 8.* Caſtro Palao *de Conſcientia dubia tract. 3. diſputatio 3. punct. 8. num. 10. ad 3.* Villalobos, Fagundez, & Diana *locis citatis* omnes per hæc verba. Si in vna vrbe, vel oppido vnum tantum horologium eſſet, & vbi prima hora noctis ſonare cæperit, aliquis biberet, licet quando ſonaret pulſus vltimus deſiſtet bibere, non poſſet die ſequenti communicare. Quia cum primus horæ ſonat, iam eſt hora completa, & horologium tantum eſt teſtis id indicans. Quod ſi diuerſi ſunt pulſus, id euenit, quia nequit vno pultu hora duodecima indicari, ſicut vno pulſu hora prima. Sic prædicti Doctores. Quibus adde Ioannem de Lugo *diſp. 15. num. 37.* prædictis verbis, hæc ſequentia iungentem. Quod quidem in rigore verum exiſtimo, non ſolum de pulſu, quo horæ deſignantur, ſed etiam de illo, quo prius deſignantur quadrantes horæ, ſolent enim, antequam detur ſignum horarum, ſonare pulſus minores pro quadrantibus, ita vt ante ſex, vel duodecim pulſus pro horis, ſonet quatuor pulſus leuiores ad deſignandos iam eſſe finitos quatuor horæ quadrantes, & poſtea maiori ſono deſignantur duodecim horæ. Conſequenter ergo fatendum eſt, horam eſſe finitam, & medium noctis deſignari, vbi primum cæpit ſonare primus pulſus pro quatuor quadrantibus; quia ex illo puncto incæpit tempus horæ ſequentis. Hæc Lugo. Sed meo videri ſcrupulis plena, & à praxi aliena. Et ita hoc additu minime placet Ægidio Trullench: Quia inquit, etſi Mathematice, & in rigore Theologico verum videatur, quia tamen moraliter pulſus leuiores, ſeu minores quadrantis, & primus pulſus horæ maioris, computari poſſunt pro vnico tempore, & quaſi compleri totam horam vſque ad primum pulſum horæ maioris: ideo probabiliter exiſtimo dici poſſe, non violari ieiunium vſque ad primum pulſum horæ maioris, quod quidem pie credi poteſt de pientiſſima Matre Eccleſia, nolleque, ob tam breue, & quaſi imperceptibile tempus priuare fideles ſacra communione. Hucuſque Trullench, & bene, ſi conſequenter.

Conſequenter ergo, & mihi probabilius Reſpondeo: Non debere neceſſario ceſſare in prima pulſatione à cibo, & potu, vt craſtino ſuſcipere Euchariſtiam poſſit, ſed optime poſſe manducare, & bibere vſque ad vltimum pulſum horæ duodecimæ, & ſequenti die communicare.

Primo. Quia horologium, (vt prædicti Doctores fatentur) eſt teſtis nobis, quæ hora diei, aut noctis ſit, indicans; at hoc nequit nobis indicare, niſi per determinatos, & aſſignatos pulſus: ergo quo vſque omnes illos dederit non erit nobis teſtis horæ, quam nobis indicat. Confirmatur. Quia horologium datum eſt nobis in ſignum temporis, aut horæ diei, & noctis: ſed nequit eſſe nobis ſignum mediæ noctis per vnicum pulſum, ſed per duodecim (vt ipſimet contrarij docent) ergo quo vſque omnes illos dederit, non erit ſignum mediæ noctis; ergo vſque ad illud tempus optime poterit quis edere, & die ſequenti communicare, cum id poſsit vſque ad mediæ noctis ſignum; quod non datur vſque ad vltimum duodecimum pulſum horæ.

Secundo. Quia licet verum ſit, quod cum primus pulſus horæ ſonat (imo, &

primus pulſus pro quatuor quadrantibus, vt bene in hoc Lugo) iam ſit completa hora mathematice, phiſice, vel ſecundum ſe ſumpta, non tamen ſumpta, vt oportet, moraliter, & vt eſt nobis ſignum, quia hoc modo nõ cõpletur quoad vlq; vltimus ſonat pulſus: ergo. Confirmatur. Quia hora moraliter ſumpta, nõ incipit (vt exiſtimant cõtrarij) primo pulſu horæ, qui eſt indifferens ad hanc, vel illam horã; ſed ex vltimo, qui eam determinat, & durat vſque ad vltimum alterius horæ; ergo. Antecedens probatur. Quia, vt experientia conſtat, quando quis, poſt mediam noctem Sabbati, carnibus vult vesci, nullo modo id facit, quoadvſque vltimum horæ duodecimæ audiat, & enumeret pulſum: Ergo hora moraliter ſumpta, ab vltimo vnius horæ pulſu, vſque ad vltimum alterius computatur: Ergo &c.

Tertio. Sumo argumentum ex conceſſis ab Ægidio Trullench, (cui conſentit, & Diana *par. 6. tr. 6. reſol.* 34.) Quia, ſi probabile ſibi, & merito, videtur, quod nõ violet ieiunium ille, qui poſt primum pulſum minorem quadrantis edit, aut bibit aliquid vſque ad primum pulſum horæ maioris, eo quod moraliter pulſus minores quadrantis, & primus horæ maioris pulſus, pro vnico tempore computari poſſunt &c. probabile etiam ſibi videri debet, propter eaſdem rationes, non violari ieiunium ab illo, qui poſt primum pulſum horæ maioris edit, aut bibit aliquid, vſque ad pulſum vltimum eiuſdem horæ. Quia (vt vtar verbis eiuſdem Trullench) licet Mathematicè, & in rigore Theologico, cum incipit pulſari primus pulſus horæ maioris, iam ſit completa hora duodecima noctis, & incipiat alia hora alterius diei: tamen, quoniam moraliter omnes pulſus horæ maioris computari poſſunt, imo, & debent, pro vnico tempore, & quaſi completi tota hora per vltimum pulſum, ideo probabile exiſtimari debet, non violari ieiunium vſque ad vltimum pulſum horæ maioris. Addo quia id, etiam pie credi poteſt de pientiſſima Eccleſia Matre; nolleque ob tam breuiſſimum tempus priuare fideles ſacra communione: Ergo Ioannes Ægidius (& cum illo Diana) hanc concedat; noſtram ſententiam eſſe probabilem; aut ſaltem ſententiam Pat. Ioannis de Lugo.

Quarto. Quia mirum eſt profecto, quod (ſecundum probabiliorem opinionem) vbi ſunt diuerſa horologia, licite poſsit quis, poſtquam aliquod eorum horã duodecimam ſonuerit, edere, & bibere, (& multoties per ſpatium vnius quadrantis, aut dimidiæ horæ, vt experientia docet) donec aliud horologium ſonet, & craſtino communicare, & quod non poſsit edere, & bibere, vbi eſt tantum vnum horologium, donec illud perfectè, & complete ſonet horam duodecimam, detque nobis ſignum mediæ noctis per duodecim pulſus, per quorum vltimum, nobis finitur vna, & incipit altera hora? Quis hoc rationabiliter audiens, non mirabitur? Optime ergo poterit quis edere, & bibere vſque ad vltimum pulſum horæ duodecimæ, & die ſequenti communicare.

Nec contra hoc obſtat, Eccleſiam ad Euchariſtiæ ſumptionem, ieiunium petere naturale, quod non poteſt dari, niſi toto tempore phiſico antecedenti ſumptionem Euchariſtiæ, ſuscepturus ſit ieiunus; ſed non eſt ieiunus toto tempore phiſico antecedenti, ſi poſt inceptam dictæ diei horam primam comedit, vel bibit: ergo non poterit communicare. Nam hæc obiectio nulla redditur; ex eo quod Eccleſia, quæ tale ieiunium præcepit, id facit iuxta ſigna moralia, nempe horologia, quæ per primum pulſum non indicat horam determinatã, ſed potius, imo tantũ, per vltimum. Sic aliqui Doctores Complutenſes à me conſulti, præcipue Pater Magiſter Benauides Ordinis Carmelitarum, publicus in Accademia Sacræ Theologiæ meritiſsimus moderator, qui affirmauit, non ſolum probabilem, ſed veriſsimam ſibi hanc noſtram ſententiam videri. Pater Magiſter Chryſoſtomus Cabero, doctiſsimus, & amiciſsimus, & in eadem Academia publicus Theologiæ profeſſor. Necnon, duo præclariſsimi, virtute, & litteris, fratres, Doctor Don Ioannes Narbona, & Don Didacus de Narbona, & alij docti Iuniores.

Et poſt hæc ſcripta, imo, iam in Typographia, vt typis mandarentur, inueni apud Dianam quendam Doctorem, hanc noſtram ſententiam probabilem iudicantem, & cum illo ipſemet Diana *parte 6. tractatu 6. reſolut.* 34 per hæc verba, Non deſinam tamẽ hic adnotare, affirmatiuam ſententiam probabilẽ eſſe ſecundũ opi-

opinionem Martini Bresseri Societatis Iesu, de conscientia *lib. 4. cap. 11. num. 107.* Vbi sic asserit: Probabile videtur horam duodecimam durare moraliter vsque ad vltimum ictum; adeoque interim bibenti, & comedenti, non violare ieiunium vel naturale, vel Ecclesiasticum sequentis diei. Sic ille.

QVÆSTIO VIII.

An Reliquiæ ex cœna inter dentes remanentes, si non casu, sed sponte, & aduertenter deglutiantur impediant communionem?

AFFIRMANT Vazquez *disp. 211. cap. 4. num. 30.* Nuño *quæst. 80. art. 8* Suarez *disp. 68. sect. 4. ante 3 concl.* Bonac. *disp. 4. quæst. 6. pun. 2. num. 6.* Filliuc. *tr. 4 num 236.* Layman *lib. 5. tr. 4. cap. 6. num. 18* Fagundez *præc. 2. lib. 3. cap. 5. num. 11.* quamuis *num. 16* contrarium innuat. Hurtado *disp. 9. de Eucbar. diff. 15.* Ioannes Præpositus *3. p. quæst. 80. art. 8. dub. 1.* Sancius *disp. 42. num. 20.* Palud. *dist 8. quæst. 2. art 2.* Lugo *disp. 15. num. 36.* & alij existimantes, non impedire communionem casu, quo casu deglutiantur.

Sed probabilius Respondeo: Non impedire, etiamsi aduertenter deglutiantur. Quia traiscio talium reliquiarum, potius pertinet ad manducationem præcedentis d ei, quam præsentis: Ergo nullomodo impedire possunt communionem. Sic Enriquez *lib. 8. cap. 50. num. 4. lit. V.* Tabiena *V. communicare* Ægid. *quæst. 80. art. 8. num. 47.* Adamus *quæst. 8. num. 79.* Ochagau. *tr 2. de Eucbar quæst. 12. nu. 7.* Granado *tract. 10 disp 8. num. 4.* & apud ipsum, Sotus *dist. 12 quæst. 1. art 8. ad 4.* Caiet. *V. Communio.* Valentia *pun. 3.* Petrus de Ledesma *cap. 13 de Eucbar* Philibertus *tract. 3. de Sacrif part. 3 capit. 3. num. 9. pag. 432* Et esse sententiam probabilem affirmant Suarez *loc. cit.* Cruz de Eucharistia *quæst. 5. dub. 4. conclus. 2.* & Diana *3. part. tract. 4 resol. 37. & 4. part tract. 4. resol. 104.*

QVÆSTIO IX.

An Siquis per nares aquam, vel quid simile, attrahat, & postea in stbomacum traijciat: vel deglutiat sanguinem dentium, aut alium humorem de capite in os cadentem, vel ènaribus in os effluentem, maneat impeditus à Communione?

RESPONDEO: Negatiue. Quia non frangit ieiunium naturæ; cum nullum horum transmittat actione vitali per modum cibi, vel potus, sed per modum salivæ, vel respirationis atractiuæ: Ergo potest communicare. Sic S. Thom. *quæst. 80. art. 8. ad 4.* Nauar. *cap. 21. num. 53.* Suar. Tabiena, Enriquez, Bonac. Fagundez, Hurtado, Filliuc *loc. cit.* P. Ledesma *loc. cit. conclus. 4.* Granado *loc. cit. num. 7.* Philibert. *loc. cit. num. 8.* Sa, *V. Eucharistia nu. 27.* Valentia *disp. 6. quæst. 8. pun. 3.* & Lugo *disp. 15. num. 34.*

QVÆSTIO X.

An Sumptio Tabacbi in folio, puluere, vel fumo, impediat Communionem.

AFFIRMAT Antonius de Leone *in qq. moral. de chocolate par. 2. 5. 4. nu. 10.* In cuius sententiam videtur inclinare Franciscus de Nigro in additio. ad Ruyz *par. 1. præc. 4. num. 32. quæst. 18.*

Sed longe probabilius Respondeo: Non impedire Communionem: Quia, quocumq; modo ex dictis, tabachus sumatur, non sumitur per actionem, quæ sit comestio, vel potatio: ergo per illam, non frangitur ieiunium Sic docet, &, ex alijs, late, & bene probat Diana *5. part. tr. 13. resol. 1.* & constat & dictis.

QVÆSTIO XI.

An saltem, siquis biberet sanguinem ex propria vena, aut proprio vulnere extractum, maneret à Communione impeditus?

NEGANT adhuc aliqui, quos suppresso nomine citat Lugo *disp. 15. nu. 32. pag. 474.*

Sed certissime Respondeo: Quod maneret. Quia in eo casu, vere transmitteret illum sanguinem per modum cibi, vel potus,

cum alterabilis ſit poſtea virtute ſtomachi, ſicut alij cibi. Sic Lugo *loc. cit.*

QVÆSTIO XII.

An Siquis traijciat aliquas guttas aquæ præter intentionem, dum os abluitur, maneat etiam à Communione impeditus?

AFFIRMAT Sancius *in Selectis diſp.* 42. *num.* 21. qui & citat pro hac parte Suarium *diſp.* 88. *ſect.* 4. Ægidium *quæſt.* 80. *art.* 8. *num.* 48. & dicit eſſe communem.

Sed æque probabiliter Reſpondeo: Non manere impeditum. Quia hæc guttarum traiectio, cum fiat per modum ſaliuæ non frangit ieiunium naturæ. Sic Vega 1. *par. Summ. caſu* 23. Rodriguez 1. *par. cap.* 66. *concl.* 3. Filliuc. *tract.* 4. *num.* 236. & 237. Bonac. *loc. cit.* Granado *tract.* 10. *diſp.* 8. *num.* 4. Lugo *diſp.* 15. *num.* 33. Philibert. *loc. cit. num* 9. *pag.* 432. Sa, *loc. cit.* Imo idem ſentiunt Suarez, & Ægid. *loc. cit.* cum ſolum à Communione impedire dicant traiectionem aquæ, vel vini in quantitate magna, etiam caſu, in quo contra voluntatem traijcientis fieret. Sic etiam Azor *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 30. *quæſt.* 2 *V. Quæres etiam.* & apud ipſos D. Th. Silueſter, & Palud.

QVÆSTIO XIII.

An Siquis traijciat aliquod oſsiculum, chartam, fruſtulum ligni, aut aliquid ex vnguibus, vel quid ſimile non comeſtibile, poſsit Euchariſtiam ſuſcipere?

NEGANT, Enriquez *lib.* 8. *cap.* 49. *num.* 2. & *lit.* O. Nuñus *quæſt.* 80. *art.* 8. Reginald. *lib.* 29. *num.* 118. Nald. *V. Eucharistia nu.* 10. Layman *lib.* 5. *tract.* 4. *cap.* 6. *num.* 18. Scortia *de Sacrificio Miſſæ libro* 2. *capite* 7. Villalobos *tractatu* 7. *diff.* 39. *num.* 1. Bonac. *diſp.* 4. *quæſt.* 6. *punct.* 2. *num.* 10. & apud illum Suarez, Tabiena, & Azor, Granados *loc. cit. num.* 6. Et loquendo de charta, in id inclinat Lugo *diſp.* 15. *num.* 32. Philibert. *loc. cit. cap.* 3. *nu.* 5. *pag.* 432. & Ochagau *tract.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 14. per hæc verba: Verius tamen videtur, nihil ab extrinſeco, etiamſi parua materia ſit, & non nutriat, deſumi poſſe, quin frangatur hoc ieiunium naturale, quia conueniens eſt, nihil in ſtomachum prius traijci, quam traijciatur corpus Chriſti. Sic ille.

Sed æque probabiliter Reſpondeo: Poſſe ſuſcipere. Quia ſolum cibus, aut potus impedit communionem. Sic Summa Corona *par.* 4. *cap.* 4. *num.* 65. Cruz de Euchariſtia *quæſt.* 5. *dub.* 4. *concl.* 2. Ludouicus 1. *par. ſum. tract. de Euchar. quæſt.* 7. *art.* 10. *diff.* 3. *pag.* 172. Sancius *diſp.* 42. *nu.* 23. Diana *par.* 2. *tract.* 14. *reſol.* 52. & 3. *par. tract.* 4. *reſol.* 38. & Lugo *loc. cit. diſp.* 15. *num.* 30. & 31. Vbi docet, idem eſſe dicendum, & de illo, qui ad occultandos nummos aureos, & occulte transferendos eos deglutiret, vt poſtea integros, & ſaluos haberet (quia ille non æſtimaretur cibus, ſed depoſitum intra corpus, ſicut intra arcam, & de illo etiam, qui acum, vel filum terreum, aut globum plumbeum per errorem deglutiſet. Quod etiam docet ex illo Diana 5. *par. loc. cit. reſol.* 1. Sic dicens: Et ideo cum dicto de Lugo, contra dictum de Leone, dicendum eſt, quod ſiquis deglutiret in magna quantitate nummos aureos, non violaret ieiunium, neque ieiunium Eccleſiaſticum, neque naturale. Et ideo dicendum eſt contra Leonem, de plũbo, & ego addo de oſsiculis aliquorum fructuum, de fragmentis metallorum, de vitro, de lapillulis, ligno duriori, & ſimilibus. Et ratio horum eſt, quia nomine cibi, non intelliguntur niſi ea, quæ, per ſe loquendo alterari poſſunt à ſtomacho. Sic Diana.

QVÆSTIO XIIII.

An Mulieres terram comedentes, poſsint poſt eius ſumptionem communicare?

NEGANT omnes DD. pro contraria ſententia quæſtione præcedenti citati: & etiam Cruz *loc. cit.* Granado *loc. cit. num.* 6. & Diana 2. *par. tract.* 14. *reſol.* 52. & ſub dubio relinquit Lugo *loc. cit. num.* 32. *pag.* 475. & tenet expreſſe Anton. de Leon *loc. cit.*

Sed conſequenter loquendo, æque probabiliter Reſpondeo: Poſſe communicare. Quia (vt nuper eſt habitum) ſola materia comeſtibilis impedit Communionem, cum ipſa ſola (vt bene probant Lugo *num.* 31. & ex illo Diana 5. *part. tr.* 13. *reſol.* 1.) frangat ieiunium naturale. Nec quidquam in hac materia obeſſe, aut prodeſſe poteſt inten-

intentio. Quia intentio, vt probe Diana, non poteſt tacere de non cibo, cibum. Sic Sancius,& Ludouicus *loc. cit.* & Ledeſma *cap.23. de Euchariſtia*,quatenus generaliter docent,rem comeſtibilem tantum impedire Communionem. Imo & Diana *3. par.tract.4.reſol.38.* iam ſibi contrarius, noſtram docet ſententiam.Nam inquirens, an mane comedens chartam, cretam, &c. poſsit Euchariſtiam ſuſcipere; affirmatiue reſpondet:creta autem apud nos, & apud Calepinum, terram ſignificat. Et certe idem cõuincitur,contra ipſum,& Lugum,ex doctrina eorum,quæſt. præcedenti tradita; ſi enim ingenue fatentur, poſſe Euchariſtiã ſumere,illum,qui antea, aliquid plumbi, auri, &c. manducauit, cur non id ipſum concedent, illi, qui aliquid terræ ſumpſit?

QVÆSTIO XV.

An Siquis oſsicula aliquorum fructuum comederet,aut auellanam cum cortice, maneret à Communione impeditus?

NEGAT Lugo *diſp.15. num.33.* Loquendo de oſsiculis tructuum.Quod ſi conſequenter,etiam negarę debet loquendo de auellana cum cortice,cum dicat,regulam eſſe vniuerſalem,quod ea,quæ integre emittuntur in excrementis, eo quod nullomodo poſsint ab humano ſtomacho alterari,& concoqui,non violare ieiunium naturale.Sic etiam docet Diana *5.par.tr. 11.reſol.1.*

Sed longe probabilius Reſpondeo:Vere manere impeditum. Quia prædicta materia ex ſe, & per ſe, verè eſt comeſtibilis, & alterabilis a ſtomacho, licet fortaſsis per accidens ratione corticis non ſit. Sic Sanctius *in Seleſtis diſp.42.num.23.* Nec ſun damentum Lugi eſt ſolidum;illud enim Piper,& Allium falſificant,vt experientia docet.

QVÆSTIO XVI.

An Impediatur à Communione ille, cui in apertum os muſca ingreditur, & eam cum reſpiratione traijcit?

AFFIRMANT aliqui apud Ioannem de Lugo *loc. cit* & in id inclinat valde Granado *tract.10.diſp.8. num.8.*

Sed probabilius Reſpondeo: Non impediri à Communione. Quia illa actio non eſt vere comeſtio,ſed reſpiratio.Sic Lugo *loc cit. num.34.* & Suarez apud ipſum, Reginald.*lib.29. num.119.* Fagundez *præc. 3.cap.5.num.14* Diana *3.part.tract.4. reſol.37.* & alij *quæſt 8.* citati. Legatur Diana *part.5.tract.5.reſol.12.*

QVÆSTIO XVII.

An Siquis maſticans buccellam panis, audiat primum (vel in noſtra opinione vltimum) pulſum horæ duodecimæ noctis, teneatur ſtatim illam de ore ejicere, ſi die ſequenti communicare velit?

AFFIRMANT Sancius *diſp.42.num.20.* Diana *2.p.tr.14.reſol.51.* & *3.p.tr. 4.reſol.36* Lugo *diſp.15 n.26. pag.474.* Ægid.*quæſt.80 art.8 num 49.* Et debent ſentire(vt notat Sancius)omnes DD aſſerentes,non poſſe Euchariſtiã ſuſcipere illum,qui data opera reliquias cœnæ diei antecedentis traiecit:Sunt autem Vazquez, Suarez,& alij citati ſupra quæſt.7.

Sed æque probabiliter Reſpondeo:Non teneri, ſed poſſe prædictã buccellam panis in ſtomachum traijcere, & craſtinô communicare. Primo. Quia traiectio dictæ buccellæ panis, potius pertinet ad manducationem præcedentis diei, quam præſentis. Secundo.Quia dicta buccella non imponitur hodie ori ab extrinſeco:Sed quidquid non imponitur hodie ori ab extrinſeco, non impedit Communionem,vt docent D Thom. *in 4.diſt.8.quæſt.1.art.4.quæſt 2.* Ægid. *quæſt.80.art.8.num.47.* & Diana *3.part. tract.4.reſol.37* ergo. Sic Doctores ſtatim citandi,& debent docere omnes, qui affirmant, non frangi ieiunium naturale per traiectionem voluntariam reliquiarum cibi præcedentis diei. Sunt autẽ Enriquez, Tabiena, Ægid. Ochagauia, & alij citati quæſt. 7. licet Ægidius hoc non concedat, ſed certe non conſequenter.

QVÆSTIO XVIII.

An Si aliquis ante mediam noctem aliquid ſacchari ori imponat, paulatim traijciẽdũ, & partim ante, & partim poſt mediam noctem traijciat, poſsit in craſtinum communicare?

NEGANT Suarez *diſp.68.ſect.4.* Vazquez *diſp.211.cap.3.num.31.* Filliucius *tract.4.num.236.* Reginald. *lib.29. num.*

num. 119. Ægidius *quæst.* 80. *art* 8. *num.* 48 & 49. Syluius ea quæstione. Molfes. *tract.* 3. *cap.* 10 *num.* 13. Bonac. *disp.* 4. *quæst.* 6. *pun.* 2. *num.* 7. Quos citat, & sequitur Diana 2. *part.* *tract.* 14 *resol.* 59. & *part.* 6. *tract.* 7. *resol.* 15. & penes ipsum. Fagundez, Persicus & Ioan. Vuigers. Sancius *disp.* 42. *num.* 21. Hurtado *disp.* 9. *diff.* 15. Lugo *disp.* 15. *n.* 26. *pag.* 474. & *num.* 37. *pag.* 476. Philibert. *tract.* 3. *de sacrificio, par.* 3. *cap.* 3. *nu.* 6. & 7. Granad. *tract.* 10. *disp.* 8. *num.* 4. *pag.* 1007. fine, & communis.

Affirmant vero absolute Tabiena *V. Cõmunicare*, §. 49. & Bartholom. ab Angelis *in exam. Confess. dial.* 4. §. 214. *lit.* A. & nouissime Stephanus Bauny *in Theolog. Morali par.* 1. *tract.* 10. *quæst.* 22. apud Dianam *loc. cit.* Cui sententiæ fauent apud eundem, Durandus, Gabr. & Palud. Et hæc sentẽtia mihi videtur æque probabilis, si intentio sumentis saccharum, sit, vt totum ante mediam noctem (non partem ante, & partem post mediam noctem) liquefiat, & deglutiatur: nam in hoc casu, si aliquid saccha ri post mediam noctem superet, tanquam reliquiæ cœnæ diei præcedentis reputandum est: cum ex intentione sumentis, & cõmuni sensu hominum illa comestio absoluta fuerit ante mediam noctem. Militant etiam pro hac sententia rationes adductæ pro nostra quæstione præcedenti, vt constat.

QVÆSTIO XIX.

An Siquis deglutiat aliquid comestibile, & postea illud euomat, possit eo die communicare?

RESPONDEO: Non posse. Quia vere communicaret post sumptionem cibi, & potus. Sic Enriquez *lib.* 8. *cap.* 49. *num.* 2. Bonac. *disp.* 4 *quæst.* 6. *pun.* 2. *num.* 10. Philibertus *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 3. *num.* 5. *pag.* 432. & est communis.

QVÆSTIO XX.

An Sacerdos non ieiunus possit celebrare ad conferendum viaticum infirmo morti proximo, si careat hostijs consecratis?

AFFIRMANT Maior *in* 4. *dist.* 19. *quæst.* 3. *ad* 5. Zanard. *in direct. confess. par.* 1. *tract. de Euchar. c.* 7. Zambran. *in decis. ecc. c.* 4. *de Euchar. dub.* 6. *n.* 3. Philiarcus *de officio Sacerdotis tom.* 1. *part.* 1. *lib* 2. *cap.* 2. Heredia *in disp. mixtis tit. de Euchar. dist.* 2. *pun.* 8. *dub.* 2. *num.* 8. Petrus Matt. *in Adnotat. ad Rubricas Missalis par.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. Et probabile id vocant absolute Filliuc. *tract.* 4. *capit.* 8. *num.* 242. & Lugo *disp.* 15. *num.* 67. *par.* 482. Et cum limitatione, scilicet, si moriturus aliud Sacramentum suscipere non posset, & scandalum cesset, Layman *lib.* 5. *tract.* 4. *cap.* 6 *num.* 20. & 21. & Philibert. *loc. cit. num.* 13. Suarez *disput.* 68. *sect.* 5. Victoria, & Victorellus, statim citandi; & nouissime in sententiam Maioris valde inclinat Granados *tract.* 10. *de Eucharistia disp.* 8. *num.* 12. *in fine.* Et tenet expresse Torrebl. *lib.* 2. *practic. cap.* 7. *num.* 52. 53. & 54. Qui & citat pro se Ægidiũ, *de Sacram. quæst.* 83. *ar.* 2. *dub.* 3. *n.* 215. Sed omnino male. Nam ibi clare supponit Sacerdotem ad id iterum celebrãdum debere esse ieiunum, vt ait *num.* 214. &, in casu nostræ quæstionis oppositum expresse docet *quæst.* 80. *ar.* 8. *n.* 56. *pag. mihi* 279.

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia licet præceptum sit diuinum, vt in articulo mortis Eucharistia recipiatur, id tamen locum habet, quando reuerenter, & decenter, & iuxta ritum ab Ecclesia præscriptum, confici, & summi potest. Sic Palud. *in* 4. *distinct* 8 *quæst.* 2. *art.* 1. P. Ledesma, Nauar. Tolet. Syluius, Armilla, Siluest. D. Anton. Enriquez, Victoria, Soto, Fagund. Homobonus, Ægid. Hurtado, & Suarez, quos omnes refert, & sequitur Diana 2. *p. tr.* 14. *resol.* 66. & 3. *p. tr.* 4. *resol.* 33. & 4. *part. tract.* 4. *resol.* 104. & 5. *part. tr.* 3. *resol.* 35. O bone Pater, cur non etiam id ipsum in sexta repetisti parte? Vazquez *disp.* 211. *cap.* 5. *num.* 62. Qui oppositam sententiam improbabilem (sed immerito) dicit. Posseuin. *cap.* 8. *num.* 32. *alias* 25. Victorell. *in Appendi.* 1 *ad cap.* 8. eiusdem Posseuini, Lugo, & Philibert. *loc. cit.* Bonac. *disp.* 4. *quæst.* 6. *pun.* 2. *nu.* 24. Ludouicus *in* 2. *tom. sum. art.* 4. *de Communione n.* 8. *fol.* 72. sibi postea cõtrarius.

An autem ad euitandum scandalum, si oriretur, posset quis in dicto casu, non ieiunus celebrare? Negat adhuc Nauar. *cap.* 21. *num.* 53.

Sed probabilius Respondeo: Posse in eo casu: Quia iure naturæ scandalum vitare tenemur. Sic Ægid. *loc. cit. nu.* 56. & 60. & alij, & constabit ex dicendis infra *quæst.* 23.

QVÆS-

QVÆSTIO XXI.

An Saltem, ex diſpenſatione Epiſcopi, aut cuiuſuis alterius Prælati inferioris Papa, poſsit, Sacerdos non ieiunus ſacrificare ad conferendum Viaticum?

AFFIRMANT Palacios *in* 4. *diſtinct.* 9. & alij, quos ſuppreſſo nomine refert Azor *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 30. *quæſt.* 2. *in fine.*

Sed certiſsime Reſpondeo: Non poſſe. Quia in hoc caſu; vel præceptum celebrandi ieiunè, non obligat, vt valde probabiliter docent DD. primæ ſententiæ quæſtionis præcedentis, & ſic nulla eſt neceſſaria diſpenſatio; vel obligat, vt nos probabilius diximus, & ſic, nullus Prælatus inferior Papa poteſt diſpenſare, cum ſit præceptum vniuerſale totius Eccleſiæ. Ergo, Sic Nauar. Suarez, Azor, Fagundez *loc. cit.* & omnes communiter.

QVÆSTIO XXII.

An Sacerdos ad dandum Viaticum infirmo, alioquin abſque Euchariſtia, aut alio Sacramento, morituro, poſsit priuatim conſecrare, dicendo ſola verba conſecrationis, etiam panem fermentatum, abſque altari, & ſine veſtibus ſacris?

AFFIRMAT Maior *in* 4. *diſt.* 19. *q.* 3. *ad* 5. apud Suar. vbi infr. Cui adhæret non niſsimè Ludou. de S. Ioã *in ſua Sum. parua artic.* 4. *de Communione infirmorum fol.* 74. *dub.* 19. Cuius titulus eſt. Podrá el Cura para Comulgar à vn enfermo cõ ſagrar vna particula ſin celebrar, ô para Comulgarſe à ſi miſmo, ô por otra cauſa ſemejante? *Et reſpondet, ſic.* En eſte caſo de articulo de muerte, y no auiendo mas de vn ſolo Sacerdote, y eſſe ciego, y ſordo, que no puede oyr de confeſsion, ô ſi fueſſe mudo, que aunque oye, no puede abſoluer; en eſte caſo, puede cõſagrar vna particula, y teniendo el tal enfermo contriciõ, comulgarle. Sic Ludouicus; Quod & repetit *num.* 20. Vbi citat pro hac ſententia Sotum *in* 4. *diſt.* 12. *art.* 4. *fine*, & bene; nam hæc ibi habet. Item & Sacerdos ſimple, iam iam moriturus, qui non haberet alium, cui confiteretur, poſſet ipſe conſecrare, & ſumere Sacramentum. Sic Sotus, & innuunt id eſſe probabile Victoria *de Euchar. num.* mihi 83. Viuald. *de Euchar. num.* 156. & Philibertus *tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 3. *num.* 13.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non poſſe. Primo. Quia ſic habetur expreſſe *in cap. Comperimus. de Conſecratione diſt.* 2. Secundo. Quia etiam eſt contra ius diuinum conſecrare panem ſine vino, aut eõtra, vt dicemus infra *tr.* 8. *de Sacrificio Miſſæ, diſp.* 1. *q.* 17. Sic Suar. *diſ.* 66 *ſect.* 5. Vazquez *diſp.* 211. *cap.* 5. Victoria, Viuald. & Philibertus *loc. cit.* Lugo *diſput.* 15. *num.* 61. & 68. Cornejo 3. *par. quæſt.* 74. *tract.* 4 *dub.* 2. *pag.* 316. 317. & 319. Layman *tract.* 4. *cap.* 6. *num.* 21. Granad. *tract.* 10. *cit. diſp.* 8. *num.* 12. *pag.* 1009. & Ægidius *quæſt.* 80. *art.* 8. *num.* 54. *pag.* 276. Vbi ſic ait: Dubitatur ſecundo: Vtrum quando deeſt hoſtia, quæ morituro detur, ne cogatur ſine Viatico diſcedere, poſsit Sacerdos non ieiunus celebrare? Maior apud Patr. Suarem hic, *diſp.* 68 *ſect.* 5. putat, tunc Sacerdotem poſſe ſine vlla ceremonia accipere panem, eumque ſecretõ conſecrare, ac ægroto porrigere. Sed hoc apud eum reperire nõ potui, & ſine vlla probabilitate, contra communem omnium aliorum ſententiam dicitur. Sic ille, & communis.

QVÆSTIO XXIII.

An Quando Sacerdos, loco vini, aquam in Calice poſuit, ſi antequam illam traijciat, eſſe aquam guſtu percipiat, poſsit eam deglutire, & de nouo vinum apponere, conſecrare, & ſumere?

NEGANT Directorium *lib.* 1. *tit.* 7. Angel *Ver. Miſſa num.* 17. Silueſt. *Euchar.* 2. §. 10. Roſella, §. 50. & Tabiena §. 33 apud Enriquez *lib.* 8. *cap.* 50. *num.* 3. *lit. N. & lib.* 9. *c.* 37. *n.* 3. *& in marg. lit. F.* & Barthol. ab Ang. *de Miſſa Dialogo* 5. exiſtimantes, in tali caſu debere Sacerdotem extracta particula, aquam receptam in alio vaſe euomere, vt ieiunus poſsit vinum conſecrare, & ſumere.

Sed certiſsime Reſpondeo: Poſſe. Imo & debere aquam, vt talem cognitam, deglutire, & conſecrare vinum, & ſtatim ſumere. Quia in eo caſu, verè excuſatur Sacerdos à præcepto ſumendi Euchariſtiam, ieiunus: cum id, quod contrarij monent,

ſine

sine graui irreuerentia, & indecentia fieri nequeat. Sic S. Thom. *quæst.* 83. *art.* 6. *ad* 4 Ledesma 1. *par. Sum. cap.* 25. *de Eucharistia V. Digo lo quinto.* Cruz *de Sacrificio Missæ, quæst.* 5. *dub.* 1. *concl.* 1. Enriquez *loc. cit.* Lugo *disp.* 15. *num.* 75. *pag.* 483. Hurtado *disp.* 4. *de Sacrif. diff.* 13 Cornejo *loc. cit.* Philibert. *tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 3. *num.* 15. Diana 2. *par. tract.* 14. *resol.* 66. & alij penes ipsos.

QVÆSTIO XXIV.

An Sacerdos, qui pro vino aquam in Calice apposuit, & sumpsit, debeat necessario denuo vinum consecrare, & sumere, si hoc fieri nequeat absque graui sui nota, aut graui perturbatione adstantium?

AFFIRMAT Petrus Cornejo *tract.* 4. *circa quæst.* 74. *disp.* 1. *dub.* 2. *nu.* 1. & 2. *pag.* 317. Quia etiam si sequatur (inquit) scandalum, adhuc non licet relinquere sacrificium imperfectum, cum illud scandalum non esset datum, sed acceptum. Idem insinuat Enriquez *lib.* 9. *cap.* 37. *num.* 3. *fine.* Vnde male citat illum Fagundez pro opposita sententia.

Sed probabilius Respondeo: In eo casu, non teneri Sacerdotem consecrare vinum, sed posse absque illius cõsecratione finire Missam. Quia præceptum diuinum de sacrificando sub vtraque specie, nec obligat cum tanto detrimento Sacerdotis, qui facile de incuria accusari potest, & deponi; nec cum tanta populi admiratione, seu scandalo, quod iure naturali vitandum est. Sic Maior *dist.* 19. *quæst.* 3. Adrian. *in* 4. *quæst.* 6. *de Eucharistia.* Suarez *disp.* 43. *sect.* 4. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 10. Azor *lib.* 10. *mor. instit. cap.* 19. *quæst.* 2. Philibert. *tract.* 3. *de Sacrif. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. Hurtado *disp.* 4. *de Sacrif. Missæ diff.* 13. & alij, qui idem asserunt in casu, quo Sacerdos, per inaduertentiam, aut errorem, solummodo panem consecrasset, nec posset absque scandalo adstantium monere, vt deterretur vinum consecrandum, aut quæri illud non posset.

sine periculo vitæ.

QVÆSTIO XXV.

An Sacerdos, qui, ante consecrationem panis, memoratur, se non esse ieiunum, licite possit finire sacrificium?

AFFIRMANT D. Bonauent. *in* 4. *dist.* 13. & Angel *Ver. Euchar.* 2. *num.* 6. Et id esse probabile innuit D. Thom. 3. *par. quæst.* 83. *art.* 6. *ad* 2. & dicit expresse Diana 4. *part. tract.* 4. *misce. resol.* 104 *fine.*

Sed longe probabilius Respondeo: Nõ posse, sed debere necessario à Missa desistere, si, absque offensione adstantium, aut infamia ipsius Sacerdotis, id fieri possit. Sic D. Thom. & Diana *loc. cit.* Siluest. *V. Euchar.* 2. *quæst.* 7. *num.* 9. Azor. *lib.* 10. *cit. cap.* 33 *quæst.* 2. Hurt. *loc. cit.* Philibertus *tract.* 3. *par.* 3 *c.* 3. *n.* 15 *fine.* Machado *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 10. *docum.* 3. *num.* 6 & communis.

QVÆSTIO XXVI.

An Si Sacerdos ante consecrationem, morbo, aut morte, ab absolutione Missæ impediatur; debeat alter eam Missam finire?

RESPONDEO: Non debere. Quia nullo iure ad id cogitur: posset tamen licite. Sic D. Thom. Sot. Nauarr. Ledesma, Siluest. Angel. Et alij, quos citat, & sequitur Enriquez *lib.* 9. *cap.* 40. *num.* 4. & *lib.* 8. *cap.* 50. *num.* 3. Nauar. *cap.* 25. *nu.* 86. & communis.

QVÆSTIO XXVII.

An Saltem, si, peracta consecratione, pereat, aut deficiat Sacerdos, debeat alter ieiunus, eam Missam perficere?

NEGANT, quod debeat, licet possit, alius Sacerdos Missam perficere (nisi in casu, quo populus adesset, & inde causam offensionis acciperet.) Sotus *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 6. & Enriquez *lib.* 8 *cap.* 50. *num.* 3. & *in marg. lit. O. & lib.* 9. *cap.* 40. *num.* 1. & reputat probabile Azor.

Sed longe probabilius Respondeo: In omni euentu, non solum posse, verum etiã teneri Sacerdotem (saltem si ieiunus adsit) Sacrificium Missæ perficere. Quia huius perfectio, est iuris diuini. Sic D. Thõ.

quæst.

quæst 83. *art* 6. *ad* 1. Nauarr. *loco citato*. Azor *lib*. 10. *cit. cap*. 33. *quæst*. 1. Lugo *disputatione* 15. *num*. 75. Philibertus *loc. cit*. & alij communiter.

QVÆSTIO XXVIII.

An In prædicto casu, etiam Sacerdos non ieiunus, si ieiunus non adsit, teneatur perficere Sacrificium?

NEGAT absolute Azor *lib*. 40. *cit. capit*. 33. *quæst*. 1. Et ita, vt dicat, quod non solum non debeat, verum quod neque possit alter Sacerdos non ieiunus, tunc Missam perficere; sed debent (inquit) in eo casu, species consecratæ seruari in pyxide, aut in alio vase, vt in die proxime sequenti insumantur.

Alij vero, mitius docent, non teneri tunc Sacerdotem non ieiunum Missam inceptam perficere: posse tamen, si velit. Sic Sot. & Enriquez *locis citatis* & apud ipsos, Siluest. & Angel. quos sequi videtur Filliucius *tract*. 4. *num*. 239. & reputat probabile Cruz *in summ. de sacrif. Missæ quæst*. 5. *dub*. 2. *concl*. 1. & apud ipsum P. de Ledesma.

Sed ego multo probabilius Respõdeo: Quod non solum possit, verum etiam, quod debeat, & teneatur prædictum Sacrificium integrare, & perficere. Quia de hoc habet præceptum, & strictius, quam præceptum sumendi Eucharistiam ieiune. Sic expresse S. Thom. *quæst*. 43. *art*. 6. *ad* 1. Nauar. *cap*. 25. *num*. 86. Tabiena *Ver. Missa*, §. 29. Vazquez *disp*. 111. *cap*. 5. Ægidius *quæst*. 80. *art*. 8. *num*. 63. Bonacina *disput*. 4. *quæst*. 6. *punct*. 2. *num*. 20. Diana 2. *part. tract*. 14. *resol*. 66. Siluius *in* 3. *part. quæst*. 60. *art*. 8. Villalobos *part*. 1. *tract*. 7. *diff*. 39. *à num*. 12. Lugo *disp*. 15. *num*. 75. & Philibertus *tract*. 3. *part*. 3. *cap*. 3. *num*. 15. Addens, & bene, idem dicendum esse de Sacerdote excommunicato, & irregulari, qui, etiam nõ ieiunus, sacrificium cœptum prosequi, & perficere, debet. Sic etiam Machado *loco citato num*. 6. dicens esse commune.

QVÆSTIO XXIX.

An, Si in prædictis casibus deficiat Sacerdos, qui perficiat sacrificium, possit Laicus sumere species, etiam vini, consecratas?

NEGANT Nauarr. *cap* 25. *numer*. 86. *fine* Sot. *dist*. 13. *quæst*. 2. *artic*. 6. & Enriquez *lib*. 8. *cap*. 50. *num*. 3. & clarius *lib*. 9. *cap*. 40. *num*. 2.

Sed probabilius Respondeo: Posse illas, si ieiunus, & deuotus adsit, sumere; licet ad hoc non teneatur. Primum probatur. Quia, licet solius Sacerdotis sit perficere sacrificium, non tamen est solius Sacerdotis, recipere species consecratas, ob reuerentiam Sacramenti. Secundum. Patet. Quia solus Sacerdos ad id, ratione officij, ligatur. Sic P. Ledesma *cap*. 25. *de Eucharistia*. Cruz *in summ. de sacrif. Missæ quæst*. 5. *dub*. 2. *concl*. 1. & Ludouicus *tom*. 2. *de d. f. in Missa occurrentibus post not*. 4. *fol*. 133. Diana 5. *part. tract*. 3. *resol*. 34. Sic dicens: Si contingat Sacerdotem sacrificantem mori post consecratum, & ante assumptum sanguinem, nullumque adesse Sacerdotem, a quo possit consumi, posse Laicum sumere sanguinem, si seruari non posset, nisi cum periculo vt species acescerent, & corrumperentur, aut in manus infidelium deuenirent, aut aliquid simile. Ita Vazquez *in* 3. *par. tom*. 3. *disp*. 216. *cap*. 4. *num*. 47. & alij. Sic Diana.

QVÆSTIO XXX.

An Sacerdos, si post ablutionem Calicis sumptam, aut dictas orationes, reperiat aliquas particulas à se consecratas, possit illas consumere?

NEGANT Palud. *in* 4. *dist*. 9. *quæst*. 1. D. Anton. 3. *part. tit*. 13. *cap*. 6. §. 9. *fine*. Et Rosella *Ver. Eucharistia* 3. §. 13. Quibus fauent Hurtado *disp*. 9. *de Eucharistia diff*. 17. & Sot. *dist*. 12. *quæst*. 1. *art*. 8. idipsum negantes, casu, quo particulæ Hostiæ sint magnæ.

Sed probabilius Respondeo: Posse, etiam si dictæ particulæ sint magnæ. Quia, cum sint ex eodem sacrificio, tota illa

actio reputatur vnus actus; vna perfecti ſacrificij conſumptio; idemque conuiuium, quod non cenſetur abſolutum totaliter, dum Sacerdos, ſaltem, in altari manet. Sic Nauarr. *cap.* 25. *num.* 89. Caiet. *in ſumm. Ver. Miſſa*, & *in opuſc. tom.* 2. *tract.* 33. *quæſt.* 1. Silueſt. *Ver. Euchariſtia* 3. *num.* 8 Suarez *diſp.* 68. *ſect.* 6. Vazquez *diſp.* 211. *capite* 5. Victoria *quæſt.* 83 Angel. *Ver. Miſſa numer.* 17. Angles *quæſt* 2. *de Euchar. art.* 6. *diff.* 2. Enriquez *lib.* 8. *cap.* 50. *num.* 2. Diana 2. *part tract.* 14. *reſol.* 66. & *part.* 6. *tract.* 6. *reſol.* 17. Nuño Chamerota, Barthol. ab Angel Reginaldus, Filiucius, Azorius, & alij, quos citat, & ſequitur Bonacina *diſp.* 4. *quæſt.* 6. *punct.* 2. *num.* 14. Lugo *diſp.* 15. *num.* 76. & *ſequen.* Philibert. *tract.* 3. *part.* 3. *capit.* 3. *num.* 17. Fagundez *præc.* 3. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 28. Layman *lib.* 5. *tract.* 4. *cap.* 6. *num.* 22. Machado *tom.* 2. *lib* 4 *par.* 1. *tract.* 10. *docum.* 3. *num.* 4. & alij.

QVÆSTIO XXXI.

An Si Sacerdos, finita iam Miſſa, & reuerſus ad Sacriſtiam, inueniat aliquas particulas (ex his, quas conſecrauerat) remanentes in patena, vel calice, poſſit adhuc illas conſumere?

NEGANT Palud. D. Anton. Roſella, Angel. Enriquez, Silueſt. & Bonac. *loc. cit.* Philibert. *loc. cit. num.* 20. *pag.* 434. Negat & Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 45. Citans pro ſua ſententia Ioannem de Cruce *in ſumm. de Euchariſtia quæſt.* 5. *dub.* 4. *concl.* 3. Qui nullam de præſenti quæſtione mentionem facit. Citat & Suarium *diſp.* 68 *ſect.* 6. Ægidium *quæſt.* 80. *art.* 8. *num.* 64. (*mihi* 67.) Laymanium *lib.* 5. *tract.* 4. *cap.* 6. *num.* 22. Et Stephanum Fagundez ſtatim citandum, qui tamen non abſolute, ſed ſub diſtinctione hoc docet. Imo ipſemet Diana, in eadem reſolutione, iam vnam, iam alteram ſequitur ſententiam. Illam tamen expreſſius tenet 5. *part. tract.* 14. *reſol.* 43. & *part.* 6. *tract.* 6. *reſol.* 17.

Sed ego probabilius Reſpondeo: Poſſe quidem, non ſolum ex accidenti, quando dictæ particulæ, ſeu fragmenta, non poſſunt commode ſeruari, nec dari alteri Sacerdoti celebraturo, qui eas ſumat; verum, & per ſe loquendo. Prima pars huius reſponſionis, ſic probatur. Quia reliquiæ, quæ in patena, vel calice remanent non poſſunt conſeruari, ſine maiori irreuerentia, cum propter earum paruitatem, leuiter amitti poſsint: at quoties illæ nequeunt conſeruari commode, aut ſine maiori irreuerentia, abſumi poſſunt à Sacerdote non ieiuno, etiam poſtquam in Sacriſtiam ſit reuerſus, vt concedunt Suarez, Ægidius, Layman *loc. cit.* Fagundez *præc.* 3. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. Lugo *diſp.* 15. *numero* 82. & ipſemet Diana: ergo.

Secundam vero partem, ſic oſtendo. Quia huiuſmodi reliquiæ ſunt eiuſdem ſacrificij: Ergo earum ſumptio erit completio eiuſdem ſacrificij: ergo optime poterit eas in Sacriſtia Sacerdos, præcipue ſi adhuc ſacris veſtibus indutus maneat, conſumere. Secundo. Quia, vt concedunt Doctores ſupra citati, Sacerdos licite poteſt accipere dicta fragmenta, poſtquam finitam Miſſam, & abſolutum totaliter ſacrificium, dummodo ipſe in altari permaneat: ergo etiam poterit in caſu poſito, ſi inincontinenti id faciat, quia quod ſic fit, fieri ſimul dicitur. Sic poſt hæc ſcripta, inueni P. Iacobum Granados *tract.* 10. *diſp.* 8. *num.* 11. noſtram ſententiam per hæc verba docentem. Imo aliqui extendunt, vt non ſolum liceat (*videlicet, prædictas particulas ſumere*) dum eſt Sacerdos in altari, ſed etiam, ſi ad Sacriſtiam redierit, dummodo veſtibus ſacris indutus adhuc ſit, Probatur. Quia ſumptio illarum particularum pertinet ad integritatem ſacrificij, quæ diuino iure præcepta eſt Sacerdoti. Aliunde vero, cum non ſit abſolute noua communio, ſed perfectio præcedentis, videtur poſſe peragi ab eo, qui initio Communionis fuit ieiunus, & nondum depoſuit veſtes Sacerdotales. Intelligo autem de particulis Hoſtiæ ab ipſo conſecratæ, nam alias ſumere non poſſet. Sic ille. Et poſt illum (vt refert Diana *par.* 6. *loc. cit.*) Ioannes Bapt. ſta de Fabris *in Manuale Ordinand. cap.* 11. *nu.* 142. & Megalius *in Promptuario tom.* 2. *verb Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcepiens num.* 24.

QVÆS-

QVÆSTIO XXXII.

An, Non minus, liceat Sacerdoti, post sumptam Calicis ablutionem, consumere reliquias præconsecratas ab alio, quam à se ipso, si in patena, vel Calice reperiantur?

AFFIRMAT Philibertus *tract. 3. part. 3. cap. 3. num. 19. pag. 434.* dicens, sic practicari in multis Religionibus eximiæ doctrinæ, & sanctitatis.

Negant vero absolute Henriquez, Suarez, Bonacina, Fagundez, & alij *loc. cit.* apud ipsum Philibertum, & nouissime Diana *6. part. tract. 6. resol. 23* & penes ipsum, Vazquez, Reginald. Ægidius, Filliuc. & alij.

Ego vero probabilius Respondeo: Non posse per se; bene tamen per accidens.

Primum, constat. Quia prædictæ particulæ, sunt consecratæ ab alio: Ergo nullo modo pertinent ad complementum istius sacrificij, sed alterius: ergo debet esse ieiunus, qui illas consumere vult.

Secundum, probatur. Quia difficile est recte scire, an illæ reliquiæ inuentæ post ablutionem, sint ex præconsecratis ab alio, vel à se ipso, cum sæpissime in patena reperiantur etiam, particulæ præconsecratæ ab alio. Rursus, etiam est valde difficile decenter posse seruari, vt quæstione præcedenti vidimus: Ergo. Sic Lugo optime *disp. 15. à num. 81.* Imo id ipsum solum, docent Enriquez, Suarez, & alij vt constat ex dictis quæstione præcedenti.

QVÆSTIO XXXIII.

An Sacerdos, post longam Communionem factam, immediate post finitum Sacrum, possit vasa purificare, & reliquias, seu fragmẽta, quæ supersunt, consumere?

NEGANT Palud. D. Anton. Rossella, & Hurtado *locis quæst. 30. citatis*, eo quod iam non sit ieiunus.

Sed probabilius Respondeo: Posse, si particulæ, & earum reliquiæ fuerunt consecratæ in ea Missa. Quia adhuc censetur perseuerare eadem actio, & consummatio eiusdem sacrificij, vt supra *quæst. 30.* est habitum. Imo & consumere eas reliquias poterit, etiam si ab alio præconsecratæ fuerint, modo aseruari commode non possint, vt etiam supra est habitum. Sic Suarez *disp. 68. sect. 6.* Bonacina *disp. 4. quæst. 6. punct. 2. num. 14.* Fagundez *præc. 3. lib. 3 cap. 5. num. 30.* Possevin. *cap. 8. quæst. mihi 36.* Lugo *disp. 15 nu. 81. & sequent.* Philibertus *loc. cit. num. 17.* Filliuc. *tract. 4. num. 241.* vt statim referemus.

QVÆSTIO XXXIV.

An Huiusmodi fragmenta, seu reliquiæ, possint dari laicis, qui iam communicarunt, casu, quo ablutionem, aut purificationem, non acceperint?

NEGANT Suarez *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. num. 15.* Fagundez *num. 31.* Ægid. *quæst. 80. art. 8. num. 70.* Filliuc. *loc. cit.* per hæc verba: Si contingat morari multo tempore ad dispensandam Eucharistiam, etiam potest purificare vasa, & sumere reliquias, si pertineant ad illud sacrificium; secus si essent præconsecratæ: Laicis autem, nullomodo dandæ sunt post ablutionem, nec ante illam, si iam communicarunt. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Posse dari. Quia sumptio illarum reliquiarum, ob minimam temporis moram, censetur vna, & eadem met actio moralis, cũ manducatione Hostiolæ. Sic Philibertus *tract. 3. par. 3. cap. 3. num. 18.* & Lugo *disp. 15. num. 80. fine.* per hæc verba. Quando deferimus Eucharistiam ad ægrotum non pro Viatico, sed ex deuotione in cubiculo communicantem, solemus abluere postea pyxidem eidemque ægroto aquam illam, vel vinum, pro ablutione dare, &c. Sic ille, & à fortiori tenet Cruz, statim citandus.

QVÆSTIO XXXV.

An Etiam, liceat dare Laicis prædicta fragmenta Hostiæ, etiam post ablutionem?

AFFIRMAT Philibertus *loc. cit.* Loquendo de Laicis infirmis, dicens esse in praxi apud multos, in multis ciuitatibus, & oppidis, vbi infirmis Laicis reliquiæ Sacramẽti post ablutionem inuentæ, passim tradũtur. Affirmat etiá absolute Cruz *q. 5. de Euchar. dub. 4. concl. 3.* per hæc verba: Imo, licet reliquias Hostiæ mittere in

aquã Calicis, vt dẽtur, sic cõmunicãtibus, etiam sumpta aqua. Nam istę sumptiones pertinent ad idem conuiuium; etsi decentius sumantur à Sacerdote. Sic ille.

Sed probabilius longe Respondeo: Nõ licere dare laicis in eo casu, cum iam non sint ieiuni. Quoniam si dictæ particulæ sumi possunt a Sacerdote, etiam post ablutionẽ (vt supra est habitum) ideo est, quia sunt reliquiæ pertinentes ad idem sacrificium, ad quod consumãdum, & perficiendum Sacerdos habet debitum, quo debito caret laicus. Sic Suarez, Filliuc. Ægid. & alij supra citati. Sic etiam Diana *part. 6. tract. 6. resol. 23.* remittens aliorum iudicio, an opinio Philiberti sit probabilis. Et communis.

QVÆSTIO XXXVI.

An Possit quis sumere Eucharistiam non ieiunus ad vitandam grauem iniuriam, vel irreuerentiam eius: vt si periculum sit, quod deueniat in potestatem infidelium, aut quod comburatur, vel comedatur à bruto?

AFFIRMANT, & merito, omnes DD. præcipue Suarez, Vazquez, Lugo, Philibert, & alij *loc. cit.* Imo addo & ego, quod non solum possit, verum quod ad hoc teneatur. Quia, iure naturæ, tenetur quis iniuriam, vel irreuerentiam à tanto Sacramento auertere. Sic innuit Ægid. *loc. cit.* in fine Et docet Layman *loc. cit. nu. 22.* Legantur quæ diximus *quæst. 28.*

QVÆSTIO XXXVII.

An Possit quis, absque ieiunio, celebrare, seu communicare, propter scandalum, seu infamiam vitandam?

NEGAT Nauar. *cap. 21. num. 53. fine*, & alij, apud Lugum, statim citandum.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia hoc præceptum, cum sit humanum, non obligat cum tanto onere. Sic Suarez *disp. 68. sect. 5. infine*, Vazquez *disp. 211. num. 48.* Lugo *disp. 15. nu. 70.* Layman *tract. 4. cap. 6. num. 22. pag. 67.* & communis.

(2)

QVÆSTIO XXXVIII.

An Possit infirmo non ieiuno Eucharistia, vt Viaticum, conferri?

RESPONDEO: Posse, dummodo infirmus sit in mortis probabili periculo, (in quo iudicio Medici standum est, nisi aliunde constet) & alias commode non possit ieiunus Eucharistiam suscipere. Sic colligitur ex Concilio Constantiensi *sess. 13.* Et docet praxis cõmunis Ecclesiæ. Et omnes DD. cum D. Thom. *3. par. quæst. 80. art. 8.* De quo optime Lugo *disp. 15. à num. 58.* Suarez *de Sacram. disp. 68. sect. 5.* Bonac. *disp. 4. quæst. 6. punct. 2. num. 22.* Filliuc. *tom. 1. tract. 4. cap. 8. num. 138.* Basseus, verb. communio, *num. 44.* & alij.

QVÆSTIO XXXIX.

An Infirmo, qui iam semel accepit Viaticum, possit, intra eandem infirmitatem, iterum non ieiuno dari?

NEGANT Vazquez *disp. 211. num. 38.* Ioannes de Cruce *par. 2. sum. tract. de Eucharistia quæst. 5. dub. 4. concl. 3.* P. Ledesma *cap. 13. de Eucharist. cons. 5.* Medina *lib. 1. cap. 14. §. 42.* Ochagauia *de Eucharistia tract. 2. quæst. 12. nu. 10*, Hurtado, vbi infra, Gamacheus, & Præpositus apud Dianã *5. par. tract. 3. resol. 37.* Qui etiam citat Ægidium pro hac parte. Sed male vt infra.

Sed probabilius Respondeo: Posse iterum, atque iterum, vrgente eodem mortis periculo. Quia hæc est consuetudo vniuersalis Ecclesiæ, quam consuetudinem testati sunt, & approbarunt Patres Concilij Constantiensis *sess. 13. citata.* Et sic docent Tabiena *V. Communicare, n. 48.* Armilla *n. 18.* Sotus, Victoria, Graffis, Nuñus, Ægidius, Reginaldus, Enriquez, & Suarez, quos citant, & sequuntur Lugo *disp. 15. n. 64.* & Diana *2. p. tr. 14. resol. 75. & 77. & 3. p. tr. 4. resol. 44. & 4. p. tr. 4. resol. 195. & 5. p. loc. cit.* Filliucius etiam, *tr. 4. n. 238.* Bonac. *disp. 4. q. 6. pun. 2. n. 23.* Hurtado *disp. 9. de Eucha. diff. 16.* (vnde male illum citat pro opposito Diana) Posseuinus *c. 8.* Villalobos *tract. 7. diff. 38* Fagundez *præc. 3. lib. 3. capit. 5. numer. 2.* Ludouicus de S. Ioann. *tom. 1. quæst. 7. art. 10. diff. 4.*

de

de Euchar. & 2. to. art. 4. de Communione infirmorum num. 4. & 44. & artic. vlt. de defectibus in Missa occurrent. num. vlt. Philibertus *tract. 3. de Missa par. 3. cap. 3. num. 10. pag. 433.* Granad. *tract. 10. disp. 8. num. 9.* tenet etiam, vt diximus, Ægidius *quæst. 80. art. 8. num. 53.* licet oppositum videatur docere *nu. 52.* Vbi pro opposita parte citant illum Hurtadus, & Diana.

QVÆSTIO XL.

An Non solum liceat prædicto infirmo in eadem infirmitate persistenti, post sumptum semel Viaticum, sæpius, vt diximus, verùm, & quotidie, Eucharistiam non ieiuno dari?

NEGANT omnes fere DD. vtriusque sententiæ quæstionis præcedentis, affirmantes, necessario requiri interuallum aliquod dierum inter vnam, & alteram Communionem, licet non conueniant in illo assignando. Nam in primis Nauarr. *lib. 5. conf. de pœnit. & remiss. consil. 41.* exigit multum tempus arbitrio boni viri; alij exigunt octo, vel decem dies. Ita Suarez, Nuñus, Villalobos, Fagundez, & Siluius. Alij septem dies vt Enriquez, Filliucius, & Lugo. Alij sex dies exigunt, vt Tabiena, Armilla, Zambr. Posseuin. & alij, quos citat, & sequitur Diana 2. *part. tract. 14. resol. 77.* Alij, tertia die dari posse, dicunt. Sic Ludouicus *tom. 1. q. 7. art. 10. diff. 4. de Euchar.* quem citat, & sequitur etiam Diana 4. *par. tract. 4. resol. 195.* Alij denique exigunt interuallum aliquod dierum, illud non determinantes. Ita Tolet. *lib. 10. cap. 15.* & Armilla *loc. cit.* Vnde non fideliter hunc autorem citant Hurt., Diana, Filliucius, Fagundez, Lugo, & Philibertus.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse quotidie. Primo Quia Concilium Constantiense *loc. cit.* absolute, & sine limitatione concedit infirmo periclitanti, vt nõ ieiunus communicare possit. Secundo. Quia si huiusmodi infirmus potest licite communicare non ieiunus post tres, sex, octo, vel decem dies, cur non erit ei licitum statim altero die? Sic Dominicus Baltasanas in sua Margarita Confes. §. *ac requisitis ad communicandum fol. mihi 226* per hæc verba. Nota, quod si quis sumpsisset Viaticum, & adhuc aliquibus diebus superuiueret, & vellet communicare hora Missæ quotidie post sumptionem medicinalium, licite posset communicare. Sic ille. Et sic etiam Laynan *lib. 5. tr. 4. cap. 6. num. 20.* Quem citat, & sequi etiam videtur, Philibert. *tract. 3. par. 3. cap. 3. num. 11.* Hurtado etiam *loc. cit.* dum concedit, toties posse infirmo non ieiuno ministrari Eucharistiã, quoties potest sano ieiuno. Innuunt etiam Sa, & Ludouicus *in 2. tom. loc. cit.* Imo Enriquez. quem omnes, pro opposita sententia, citant, non dicit id non licere, sed non decere. Sic enim ait. Pro Eucharistiæ tamen reuerentia, non decet, vt sic quotidie communicet. Hos omnes modos dicendi refert Machado *lib. 2. par. 4. tract. 8. doc. 5.* Sed nulli adhæret.

QVÆSTIO XLI.

An Si infirmus, qui grauiter non ægrotat, nequeat absque graui nocumento omittere potionem, possit non ieiunus communicare, quando adest communicandi præceptum?

AFFIRMAT Tolet. *lib. 2. cap. 28. n. 6.* Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia præceptum communicandi v. g. in Paschate, nec est tortius; nec arctius ligat, quam præceptum communicandi ieiune, cum vtrumque sit Ecclesiasticũ. Sic Præpositus *3. par. tract. 4. resol. 104.* Qui refert vtrãque sententiam. Cui tamen adhæreat, alibi forsitan dicet.

QVÆSTIO XLII.

An Eucharistia sit deferenda grauiter ægrotanti, si illam ob vomitum, vel ob aliam causam non potest sumere?

AFFIRMANT Sotus *dist. 13. quæst. 1. art. 3.* Enriquez *lib. 8. cap. 39. & cap. 55. num. 3.* Ortiz *in sua Summa cap. 19. §. 40. fol. 226.* & insinuat Victorellus in additio. ad Sa, *Ver. Eucharistia in fine.*

Sed certissime Respondeo: Non esse deferendam. Quia sic decreuit Pius V. & Sacra Congregatio Concilij, vt referunt Sa, *Ver. Eucharistia num. 6.* Rodriguez *1. part. capit. 64. numer. 3.* & Ludouicus

tom.2.art.4.num.30.fol.79. Qui & referunt Congregationis responsum. Sic etiam docent ipsi, & Victoreil. *in Appendice 1.ad cap.* 8. Posseuini, & iam omnes.

QVÆSTIO XLIII.

An Absoluta Missa, vel sumpto Eucharistiæ Sacramento, liceat statim alios cibos sumere?

NEGANT Siluester *Ver. Eucharistia 3. num.8.* Sa, *eo.Ver.num.* 20. & Angel *Ver. Missa num.* 55. (vnde male hic Author citatur ab Enriquez, & Fagundez pro opposita sententia) docentes, necessario abstinendum esse à cibo, & potu ad certum tempus, quia sic habetur *in cap. tribus gradibus. de consecrat. dist.* 2. Vbi dicitur: quod communicans debet ieiunare à mane vsque ad vesperam. Negant etiam & Diana *3.par.tract.4.resol.* 44. & Fagundez *præc.3 lib.3.cap.6.num.*5. quatenus docent, esse peccatum veniale, si id sine aliquali causa fiat.

Sed probabilius Respondeo: Licere, quamuis non ita deceat. Quia nullum extat præceptum ad ieiunium post communionem obligans. Nam caput in contrarium citatum, vsu, & consuetudine abrogatum est, vt ait D. Thom. *3.part.quæst.* 80. *art.* 8. *ad* 6. Vnde apud Regulares, qui dicit vltimam Missam, statim prandere solet. Sic D. Thom. *in* 4. *dist.*8. *quæst.* 1. *art.*4. *quæst.*3. Enriquez *lib.*8. *cap.*49. *lit. H.* Bonacina *disp.*4. *quæst.*6. *punct.* 2. *num.*25. Adrian. Sot. Valentia, Coradinus, quos citat, & sequitur Layman *lib.* 5. *tract.*4. *cap.*6. *num.*23. *in fine.* Azor etiam *lib.*10. *cap.*30. *quæst.*2. *Ver. Quæres, an absoluto.* Villalobos *tom.*1. *tract.* 7. *diff.* 39. Suarez *disp.*68. *sect.*4 *in fine.* Granados *tract.*11. *de Euchar. disp.* 1. *num.*5, & alij.

QVÆSTIO XLIV.

An Etiam sit licitum, statim post Communionem expuere?

NEGANT Caiet. *Ver. Communio.* Enriquez *lib.*8. *cap.*49. *num.*1. & apud ipsum, Tabiena §.27. Philibert. *tract.3. par.3.c.3. in fine* Corradinus *part.2. q.* 224. & ex illo, Layman *loc.cit.*

Sed probabilius Respondeo: Licitum esse absolute, licet non decens. Sic Granados *tract.*11. *de Euchar disp.*1. *num.* 6. *pag.*1021. per hæc verba. Cõsultũ est, & reuerentiæ tanti Sacramenti consentaneum, si fieri cõmode possit, non expuere, donec bona pars tẽporis elabatur. Quod vero attinet ad obligationem præcepti, siquis sciret, aut probabiliter dubitaret, aliquid Sacramenti palato adhæsisse, aut nondum esse perfecte traiectum ad ventriculum, ita vt, iacendo reumata, vel saliuam, timeret simul expuere Sacramentum, certum est, peccatum esse expuere, irrogaretur enim iniuria non leuis ipsi Eucharistiæ. Si vero non esset huiusmodi probabile dubium, sed Eucharistia esset iam omnino traiecta in ventrem, non est illicitum illico expuere, præsertim, vt iaciantur reumata ex capite defluentia, aut saliua, quæ sponte sua per stomachum ad os ascendat, imo licet aliquali violentia extraheretur, quia non propterea ex ventriculo ipso extrahitur cibus, aut potus semel traiectus, nisi forte quis aliud in se ipso, ob infirmitatem, aut aliam causam, experiretur: is enim ea violentia expuere nõ deberet, donec eiusmodi periculũ proijciendi Eucharistiam non timeretur. Sic Granados Quod nota ad solatium Senium Presbyterorum.

QVÆSTIO XLV.

An Liceat ad Eucharistiam accedere, ante somnum captum, vel cibum digestum?

NEGANT Glossa *in cap. Nihil. 7. q.* 1. Ioan. de Lapide (Quem legi, & nunc locum non recordor) & alij, quos suppresso nomine refert Nauar. *cap.* 21. *nu.*53.

Sed certissime Respondeo: Licere. Quia nullum ius est in contrarium. Sic D. Thomas *quæst.*80. *art.*8. *ad* 5. Nauarr. *loc. cit.* Enriquez *lib.*8. *cap.*49. *in fine.* Suarez *disp.*68 *sect.*4 *prope finem.* Sot. *dist.*12 *quæst.*1. *art.*8 Fagundez *præc.* 3. *lib.*3. *cap.*5. *nu.*6. Bonac. *disp.*4. *q.*6. *punct.*2. *num.*11. & omnes communiter.

DISPVTATIO SEXTA.

De Aliis diſpoſitionibus corporis, in ſuſcipiente Euchariſtiam requiſitis.

QVÆSTIO PRIMA.

An Pollutio in voluntaria impediat pro eo die Communionem, ſaltem ſub peccato veniali?

AFFIRMANT Angel. *Ver. Euchariſtia 3. num. 29.* Alexand. Albertus, Bonauentura, & Paludanus, quos citat, & ſequitur Gabriel *lect. 10. in Canonem.*

Sed probabilius Reſpondeo: Nec ſub veniali adhuc, impedire. Quia eſt inculpabilis. Sic S. Thom. *quæſt. 80. art. 7.* Suarez *diſp. 68. ſect. 2.* Fagundez *præc. 3. lib. 3. cap. 6. num. 6.* Sanctius *in Selectis diſp. 23. nu. 29* Enriquez, Bonac. & Layman, quos citat, & ſequitur Philibertus *3. par. tract. 3. cap. 2. num. 10.* &, ni fallor, Machado *lo. cit. num. 5. & lib. 4. par. 1. tract. 10. doc. 5.* Baſſeus *Ver. communio, circa finem.* Sic etiam Valerus *Ver. Fornicatio, diff. 3. num. 4 fol. mihi 116.* per hæc verba: Hinc collige (quod, vel maxime obſeruandum eſt; Nam facit pro conſolatione multorum ſpiritualium) tentatum videlicet, à dæmone tentatione carnis, tempore, quo eſt in oratione, vel extra eam, in lecto, vimque perferentem, & nimio ardore flammæ carnis, & ſpurtitiæ conflagrantem, poſſe eam licite pati, ſic manendo; nec teneri, deſiſtere ab oratione, vel a lecto ſurgere, quamuis adicta oratione deſiſtendo, vel à lecto ſurgendo poſſet impedire prædictam tentationē; dummodo, longe abſit à conſenſu in prædictam delectationem. Quod verum eſt, etiam, ſi venerit in pollutionem; quia totum illud fit a dæmone; & vir ſpiritualis vere tunc patitur, & vi opprimitur, nec habet in poteſtate illam tentationem, à ſe tunc temporis, repellere, nec tenetur orationē omittere propter eam, quia id intēdit Dæmō, & ob id eam immittit. Vnde nec conuenit orationem omittere, ne dæmon ſuum finem conſequatur. Eſſet enim ſatisfacere eius malo proposito. Nam prædictus inimicus, cum ſe videt deuictum, nec poſſe trahere virum ſpiritualem in ſuum conſenſum: hoc modo ipſum inquietare procurat; vt ſic eum ab oratione diuertat. Et non minus tunc vim patitur ſeruus Dei, quam fœmina a Tyranno, vel ab aliquo alio iniquè oppreſſa. Et ſicut iſta non tenetur, quo ad Deum, vociferare, nec reſiſtere, ſed ſufficit immota ſic maneat, & non conſentiat tam dœdo, neiaque actui; & delectationi: ita, & vir ſpiritualis, non tenetur ab oratione deſiſtere, & ſe ab ea diuertere ad aliud exercitium diſtractiuum: quia id eſt inſtar vociferationis, & reſiſtētiæ: Sed ſufficit ei, in ea permaneat immotus, & tentationi non conſentiat. Quod eſt mēte tenendū, & dequo ſæpius ergo dubitaui; Et cum primum id ipſum accepi à quodam viro ſpirituali, qui ſimilem tentationem patiebatur, vique ad pollutionem: & tamen hoc non obſtante celebrabat quotidiè: ocius interrogaui eum, an poſſet diuertere prædictam tentationem, & impedire pollutionem deſiſtendo ab oratione, & diuertendo ſe ad alia exercitia. Cūque mihi reſpondiſſet à ſepoſſe prædictam pollutionem impediri dicto modo, expaui, eo quod, ea non obſtante, quotidie celebraſſet. Nam id adhuc, nec expertus, nec conſecutus fueram. Et de hoc non eſt ambigendum. Eſt namque licitum, & fundatum in doctrina ſuperius adducta. Prædictis adde, quod aliquando etiam Dæmō, in prædicta tentatione, ita hominem ſpiritualem vi opprimit, vt vix valeat manere immotus: ſed magna vi ipſum commouet interius, & aliquando agitat etiam exterius, donec in pollutionē cadere faciat, quod certe ipſi ſummopere ab horrent, & pleni verecundia, ac tremebundi accedūt ad Sacra. Quod ſcire, erit multis gratum, ſi ſimilibus tentationibus cruciantur. Huc vſque, Valerus. Cuius verba, licet longa, tranſcribere volui, eo quod, infacti contingentia conſultus de huiuſmodi re, eandē doctrinam pro quadam perſona ſpirituali, contra conſilium cuiuſdam confeſſoris, alias docti, tradidi.

QVÆSTIO II.

An Sit peccatum mortale accipere Eucharistiam, post pollutionem, aut fornicationem mortalem intra eandem diē, etiamsi præcedat confessio illius peccatiꝰ

AFFIRMANT Nauar. *de Pœniten. dist. 6. c. 1. & in man. cap. 21. n. 51. & cap. 25. num 93.* Marsil. *in 4. quæst. 6. ar. 4.* & Couar. *in Clem si furiosus par. 3. nu. 8.* Citat etiam pro hac sententia Fagund. *lo. cit. n. 7.* D. Tho. *3. par. q. 80. art. 7. ad 3. & in 4. dist. 9. q. 1. ar. 4.* Alexand. *4. p. quæst. 47. membr. 1. art. 1.* Paludanum *in 4. dist. 13. quæst. 2. ar. 2.* Adrian. *quæst. 4. de Eucharistia fol. 25.* & Gabrielem *lect. 10. in Canonem.* Sed certe omnes citat male. Nam in primis D. Thom. vel loquitur ex aliorum opinione, vt ait Silueiter, vel ad summum asserit impedire communionem, ex congruitate tantum, aut sub peccato veniali. Palud. vero oppositum docet *in 4. dist. 9. quæst. 4. conc. 2.* vt notant Siluest. *Ver. Eucharistia. 3. quæst. 10. num. 12.* & Nauar. *cap. 21. num. 51.* cit. in posteriore editione. Gabriel etiam, & Adrianus contrarium expresse affirmant, vt infra cōstabit, & notat Corioia. *1. par. sect. 3. art. 3. num. 11. pag. 353.*

Vnde longe probabilius, imo omnino certum Respondeo: Non esse peccatum mortale. Quia confessio de peccato commisso, aufert omnem indecentiam, ob quā quis a susceptione Eucharistiæ impediri posset, vt clare constat ex Trident. *sess. 13. cap. 7.* Sic docent D. Thom. *3. par. quæst. 80. art. 7. cit. ad 1. & ad 4. & opus. 67. §. de Euchar.* Adrian. *quæst. 7.* (non 4 vt citat Fagundez) *de Euchar. Ver. Ad tertium principale fol. mihi 77.* Gabriel *lect. 10. in Can. lit. O.* cuius expressa verba refert Sancius *disp. 23. num. 30.* Enriquez *lib. 8. cap. 51. num. 1.* Suarez *disp. 68. sect. 2.* (non 5. vt inuenies citatum apud Machado, infra) Filliuc *tract. 4. num. 224.* Victoria *num. 81.* Diana *3. p. tract. 4. resol. 30.* Granado *tract. 10. de Euchar. disp. 9. num. 1.* Lugo *disp. 15. sect. 1.* Philibert. *loco cit.* Fagundez, & Siluester *locis cit.* nec non, & meus Nauar. *cap. 21. num. 51.* in posteriore editione, vt notant Fagundez, Corioian. & Lugo (non Diana) sic etiam Machado *lib. 2. par. 4. tract. 8. docum. 6. num. 4. & lib. 4. par. 1. trac. 10. docum. 5.* Qui etiam, haud bene, citat D. Thomam, & Paludanum pro contraria sententia, & communis.

QVÆSTIO III.

An Saltem, sit peccatum veniale accipere Eucharistiam, absque aliqua iusta causa, post pollutionem mortalem, etiā confessione præmissa?

AFFIRMANT Valentia *disp. 6. quæst. 8 punct. 3. in fine.* Nuñus *quæst. 80. art. 8. conc. 10. & 11.* Ioannes de Cruce *par. 2. Summæ quæst. 5. de Euchar. dub. 3. concl. 2. fol. mihi 154.* Victoria *lo. citat.* Ochagauia *tract. 2. de Euchar. quæst. 11.* Bonac. *disp. 4. quæst. 6. punct. 2. num. 4.* Granad. *tract. 10. disp. 9. num. 8.* & Lugo *disp. 15. num. 4. pag. 469.* dicens: oppositam sententiam esse singularem, & falsam. Diana *5. par. tract. 13. resol 65.*

Sed probabilius Respondeo: Adhuc non esse veniale peccatum, ob rationem nuper ex Trident. traditam. Sic Sancius *in selectis disp. 23. num. 30.* & apud illum D. Thom. & Gabriel *locis citatis.* Azor *lib. 10. cap. 30. quæst. 14.* Nauar. Palud. & Siluest. *loc. citatis*, Ægid. *quæst. 80. art. 7. num. 42. Ver. Secundo potest.* Suarez *disp. 66. sect. 8.* Vnde male citatur à Bonac. pro opposita sententia. Filliuc. *tr. 4. nu. 224.* Lazarius, & Chamerota apud Bonacinam, Hurtado *disp. 9. de Euchar. diff. 13. infine.* & alij. Non ergo bene dixit Lugo, hanc sententiam, tot grauissimis Doctoribus fulcitam, esse singularem, & falsam.

QVÆSTIO IV.

An Sit peccatum veniale accedere ad Eucharistiam ipso die habitæ conitgalis copulæ, causa voluptatis exercitæ?

AFFIRMANT in primis esse peccatum, & mortale, penes Machado, intra, Palud. *in 4. d. 9. q. 3.* & alij.

Secundò alij, mitius loquendo. Affirmant esse solum veniale (nisi alias aliqua causa communicandi subsit) Sanchez *lib. 9. de Matrim. disp. 13. num. 2. & 7.* Enriquez *lib. 8. cap. 51. num. 3. & in Glosa lit. K.* Sa *Ver. Euchar. num. 21.* Lugo *disp. 15. num. 14.* & Philibert. *tract. 3.*

de

*de Missa cap.2.num.16.cap.431.*dicens esse sententiam omnium. Fagundez *prec. 3.lib.3.cap.6.num.* 16. & Diana *3.par. tract.6.resol.*71. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Nullum esse peccatum. Quia nec leuis adhuc irrogatur irreuerencia Eucharistiæ, nec ulla adest prohibitio communicandi in dicto casu: ergo licitum erit. Sic Angel. *Ver. Euchar.3.nu.*30. Nauar. *cap.*21. *nu.*51. Sanctus *in selectis disp.*23. *à numer.*13. Ægid. *quæst.*80. *ar.*7. *num.*44. Hurtado *disp.9.de Eucha.diff.*13. Victoria *quæst.* 81. vbi sic ait. Breuiter dico, quod accedere ad Eucharistiam post legitimum concubitum, non est peccatum. Sic ille, & alij. Non ergo contraria sententia est omniū, vt Philibertus dicebat. Aduerte hic etiā, quod hos omnes dicendi modos refert Machado *lib.2.par* 4. *tract.9. docum.* 6. sed nullum expresse sequitur.

QVÆSTIO V.

An Saltem sit consulendum coniugatis, vt ipso die habitæ copulæ Eucharistiam non recipiant?

AFFIRMANT Angel. Nauar. Victoria, & alij apud Sancium *loc.cit. num.*12. Affirmat etiam, & Diana *lo.cit.* Sic dicēs: Esse coniugibus consulendum post habitam copulam nocte saltem antecedenti, non recipere Eucharistiam, docent 20. DD, quos citat, & sequitur Sanchez *de Matrimon.tom.2.lib.9. disp.*13. *nu.* 4. & 5. quibus addo Salazar *in tract. de frequenti communione cap.9. §.1. & sequent.* Sic Diana. Qui tamen omnino fallitur in hoc, quod dicit, suam videlicet sententiam tenere 20. DD. quos citat, & sequitur Sanchez: cum hic author nullum expresse citet: solum namque *num.* 4. dicit, suam conclusionem ab omnibus admitti. Verum est, quod *num.*5. refert plus quam 20. DD. Sed eorum maior pars, potius fauet sententiæ oppositæ, vt statim videbimus.

Sed æque probabiliter Respondeo Dicendum, quod licet consulendum sit coniugatis, vt nocte præcedente Communionem à copula abstineant (vt in hoc bene omnes DD.) dato tamen quod non abstinuerint, non est consulendum illis, quod non communicent, si alia non adsit causa. Quia suscipere Eucharistiam eo die, quo habita est copula, nullum est peccatum, vt *quæst.* 4. est habitum. ergo. Sic Sancius *disp.*23. per totam, Medina, & Marcilla apud ipsum. Sic etiam ex parte D. Gregor. *respon.* 10. ad interrogat. Diu. Augustini; & refertur in cap. *vir cum propria* 33. *quæst.* 4 Vbi sic dicitur. Siquis sua coniuge, non cupidine voluptatis captus, sed solum liberorum creandorum gratia vtitur, de sumendo corporis Dominici, sanguinisque mysterio, suo est relinquē dus iudicio. Quia à nobis non debet prohiberi accipere. Vbi Glossa *Ver. prohiberi*, ait, id est, *dissuaderi*. Et cum hac limitatione hanc nostram sententiam docet Sanchez cum alijs plusquam 20 DD. pro oppositā sententia à Diana citatis. Et in hanc sententiam inclinat Ægidius *loco citato.*

QVÆSTIO VI.

An Liceat coniugatis ipsa die Communionis petere coniugale debitum?

NEGANT Angel *Ver. Euchar.3. num.* 44. Siluester *Ver. Eucharistia 3.quæst* 11. *num.*13. Viuald. *de Matrimon. num.* 263. *mihi §. vltim. num.*13. Beia *casu* 8. & alij apud Sanchez *loco citato, num.* 16. Quia putant esse culpam venialem ea die petere.

Sed probabilius Respondeo: Licere (licet non ita deceat) non solum reddere (in quo omnes conueniunt) verum, & petere. Quia nulla est prohibitio, nulla vè indecentia, quæ culpam instituat. Sic Nauar. *cap.*21. *num.*51. Victoria *quæst.*81. *de Euchar.* Tabiena *Ver. Communicare quæst.*37. §.42. quos citat, & sequitur Sāchez *lo.cit. num.* 17. Philibertus *tract. 2.de sacrif. Missæ par.3.cap.2. in fine.* Reginald. & Magalius, quos affert, & sequitur Diana *par.6.tract.6.resol.*14.

QVÆSTIO VII.

An Mulieri patienti fluxum sanguinis (aut tempore menstrui, vel partus) consulendum sit, vt ab Eucharistia abstineat?

AFFIRMANT Soarez *disp.*68. *sect.*2. & Granados *tract.*10. *de Eucharist. disp.9.num.*13. Quia existimant esse veniale (si aliàs causa non vrgeat) eo tempore ad Eucharistiam accedere.

Sed

Sed probabilius Reſpondeo: Etiam cauſa non vrgente, non eſſe ei conſulendum, vt ab Euchariſtia abſtineat. Quia in illa ſua paſsione nullum reperitur peccatum, vt fatetur Hurtado *loc. cit.* Sic Lugo *de Euchar. diſp. 15. ſect. 1. num. 15. in fine.* Et debent ſic ſentire omnes DD. *quæſt.* 5. pro noſtra ſententia citati. Et Enriquez *lib. 8. de Euchar. cap. 49. num. 1.*

QVÆSTIO VIII.

An, Qui non lotis manibus celebrat, aut non abluta facie ad Euchariſtiam accedit, peccet ſaltem venialiter?

RESPONDEO: Peccare venialiter. Quia eſt contra reuerentiam tanto Sacramento debitam. Sic aliqui viri docti, quos ſuppreſſo nomine, citat, & ſequitur Granados *tract. 10. de Euchar. diſp. 9. num. 13.* per hæc verba. Denique non lotis manibus celebrare, aut non abluta facie ad Euchariſtiam accedere, viri docti dicunt eſſe peccatum veniale, ſi aduertenter fiat, quia eſt contra reuerentiam tanto Sacramento debitam. Vnde S. Auguſtin. *in illo ſermone 244. Erubeſcimus* (inquit) *ac timemus Euchariſtiam manibus ſordibus tangere.* Sic Granados.

QVÆSTIO IX.

An Cathecumenus in gratia exiſtens ſit ſubiectum capax ad recipiendam Euchariſtiam?

AFFIRMANT Marſilius *in 4. quæſt. 6. art. 2.* & Innoc. III. *in cap. veniens, de Presbytero non baptizato*, vt refert Lugo *diſp. 13. de Euchariſtia num. 3. pag. 427.*

Sed certiſsime Reſpondeo: Non eſſe ſubiectum capax. Quia, qui non eſt baptizatus, non poteſt eſſe capax alicuius Sacramenti. Sic omnes Theologi. Videatur Lugo, qui bene tandem explicat Innocentium.

QVÆSTIO X.

An Amentibus à natiuitate poſsit dari Euchariſtia, ſaltem in articulo mortis?

AFFIRMARVNT Gloſſa *in cap. Qui recedunt 26. q. 9.* & alij quos ſuppreſſo nomine refert Ioan. de Cruce *in Sum. quæſt. 5. de Euchar. dub. 5. concl. 2.*

Sed certiſsime Reſpondeo: Non poſſe. Quia id expreſſe colligitur ex cap. *Omnis vtriuſque ſexus*: Et ex Concil. Trident. *ſeſſ. 21. cap. 4.* & *Can. 4.* Vbi præcipitur nulli eſſe tribuendam Euchariſtiam, quouſque ad annos diſcretionis peruenerit: at amentes à natiuitate nullum habent, vel habere poſſunt diſcretionis vſum: Ergo. Sic S. Thom. *3. par. quæſt. 80. art. 9.* Caietano *Ver. Communio.* Siluester *Ver. Euchar. 3. num. 7.* Suarez *diſp. 69. ſect. 2.* Vazquez *diſp. 212. cap. 3.* Filliuc. *tract. 4. nu. 186.* Ioan. de Cruce *loc. cit.* Bonac. *diſp. 4. quæſt. 6. punct. 1. num. 5.* Hurtad. *diſp. 9. diff. 20.* Sancius *diſp. 38. num. 1.* Lugo *diſp. 13. num. 32. pag. 433.* Villalobos *tract. 7. diff. 40. num. 2.*

QVÆSTIO XI.

An Saltem amentibus, qui aliquando vſi ſunt ratione, & poſtea in amentiam, vel phreneſim inciderunt poſsit licite Euchariſtia miniſtrari, ad minus in articulo mortis?

NEGANT Alexand. *4. parte quæſt. 11. memb. 2. art. 3.* Gabriel *in 4. diſt. 9. quæſt. 2. art. 3. dub. 4.* Sa *Ver. Euchariſtia num. 3.* Syluius *in 3. partem quæſt. 80. ar. 9.*

Sed longe probabilius Reſpondeo: Poſſe; imo, & debere miniſtrari, dum modo non timeatur periculum vomitus, ſpumationis, vel alterius irreuerentiæ. Quia ſic expreſſe habetur in Concil. Carthagin 4. *Cano. 74.* & refertur in cap. *Is qui. diſt. 26. quæſt. 6.* in Concil. Arauſicano *cap. 3.* in Concilio Toletano 2. *Can. 11. in Catheciſmo Romano num. 49. pag. mihi 200.* & in Rituali Pauli 5. *tit. de Euchar.* Et docent Diu. Thom. Suarez, Vazquez, Filliucius, Cruz, Hurtado, Bonacina, Sancius, Villalobos *locis citatis*, Petrus de Ledeſma *de Euchariſtia cap. 13. concluſ. 8.* Sotus *diſt. 12. quæſt. 1. art. 9.* Diana *2. par. tract. 14 reſolut. 78.* Lugo *diſp. 13. nu. 24.* & communis.

(..)

QVÆS-

QVÆSTIO XII.

An, Vt huiusmodi amentibus licite possit Eucharistia ministrari, sit necesse, vt tempore vsus rationis illam expresse petierint, & desiderauerint?

AFFIRMANT Angel *Ver. Euchar. 3. n.* 15. Angles *q. 2. de Euchar. ar. 7. concluſ. 2.* Armilla *Ver. Communio num. 25.* Victoria *num. 84.* Zanard. *in Sum. 1. par. tract. Euchar. cap. 7.* Cruz *lo. cit. concl. 3.* Sancius *disp. 38. num. 10.* Vnde male illum citat Diana *lo. cit.* pro oppoſita ſententia: cum expreſſe hanc doceat per hæc verba: Si demus infanum omnino carere rationis, vſu, ei non eſt miniſtranda Eucharistia, niſi in articulo mortis, dum tamen ante amentiam oſtenderit deuotionis, & deſiderij ſigna ad hoc Sacramentum, vt expreſſe docet D. Thom. ſupra, & cenſent communiter omnes. Sic Sancius.

Sed æque probabiliter Reſpondeo: Non eſſe neceſſe, quod expreſſe, ſed ſat eſſe, quod illam implicite, vel interpretatiue, petierint. Sufficiet ergo, vt amentes antea Chriſtiane vixerint, quia per hoc, interpretatiue cenſentur petere Sacramenta ſibi vtilia. Sic Suar. Bonac. Hurtado, & Diana *locis citatis*, Ægid. *q. 80. art. 9. num. 74.* Lugo *disp. 13. num 25.* Nauar. *cap. 26. num. 27.* Qui plus addit; ſcilicet, dandã eſſe Eucharistiam phrenetico, qui antea ſigna contritionis dedit, tollendo manus, tundendo pectus &c. etiam, ſinõ petiſſet Sacramenta, & obſtinatus multo tempore in peccato mortali manſiſſet, nec per multos annos confeſſus fuiſſet. Sic doctiſsimus Nauar. Quem ſequitur etiam in hoc Lugo.

QVÆSTIO XIII.

An Supra dictis amentibus, non ſolum in articulo mortis, verum etiam quot annis poſsit Eucharistia conferri?

AFFIRMAT Angles *lo. cit. poſt. concl. 2.* per hæc verba: Laborantibus phreneſi per multam temporis moram, erit etiam Eucharistia ſingulis annis tribuenda. Sic ille, & Villalobos *tract. 7. diff. 40. num. 3.* docet, non ſolum in articulo mortis, verum, quod etiam extra articulum mortis, poſsit aliquoties dictis amentibus Eucharistia miniſtrari. Quam ſententiam eſſe probabilem affirmant Cruz *loco citato*, & Ludouicus de S. Ioan *tom. 1. q. 7. de Euchar. ar. 11. diff. 1. pag 176.*

Sed longe probabilius Reſpondeo: Nõ poſſe miniſtrari illis, niſi in articulo mortis. Quia in illo tantum, datur eis ab Eccleſia, ne in tam graui neceſsitate, tanti Sacramenti fructu priuentur. Sic S. Thom. *quæſtione 80. ar. 9.* Cruz, Hurtado, Sancius, Bonac. Ludouicus *locis citatis* Diana *2. par. tract. 14 reſol. 79.* & alij.

QVÆSTIO XIV.

An Semifatuis poſsit licite Eucharistia conferri; non ſolum in articulo mortis, aut tempore Paſchatis: verum etiam toties, quoties illam poſtulauerint?

AFFIRMAT Sancius *in Selectis disp. 26. num. 5.* Et quidem ſatis probabiliter, licet Diana non audeat hoc concedere. Fauent enim illi S. Tho. *q. 80 ar. 9. in corpore.* Angel *Euchar. 3. n. 15.* Angles *q. 2. de Eucha. ar. 7. cone. 1.* quatenus abſolute, & ſine limitatione docẽt, nõeſſe ſemifatuis Eucharistia m denegandam.

Sed probabilius Reſpondeo: Non poſſe, quoties illam poſtulauerint, ſed ſolum in articulo mortis, in Paſchate, & in aliquo Iubileo magno. Quia hoc exigit reuerẽtia huic Sanctiſsimo Sacramento debita. Sic Enriquez *lib. 8. cap. 42. num. 3.* Bonac. *diſp. 4. quæſt. 6. punct. 1. num. 7.* Hurtado *diſp. 9. diff. 20.* Cruz *quæſt. 5. de Euchar. dub. 5. concl. 1.* Diana *2. part. tract. 14. reſol. 79.* Lugo *diſp. 13. num. 51.* Villalobos *1. par. tract. 7. diff. 40. num. 1.* & communis.

QVÆSTIO XV.

An Energumenis, ſeu Dæmoniacis poſsit licite Eucharistia miniſtrari?

NEGANT abſolute, & abſque vlla diſtinctione, Roſella *Ver. Euchar. 3. num. 19.* & Ortiz *cap. 19. §. 40. fol. mihi 227.* Negant etiam alij, non ita abſolute, ſed cum diſtinctione; dicunt enim denegandam eſſe Eucharistiã dæmoniacis, qui ob peccata ſua traditi ſunt Satanæ; miniſtrãdam vero illis, qui, ob ſolum meritorum augmentum, traditi ſunt. Ita Alexand. 4.

par. q. 39. memb. 3. ar. 3. S. Thomas *in 4. d. 9. q. vni. ar. 5. q. 3. ad. 2.* Aimilla *Ver. Communio nu. 25.* Silueſter *Ve. Euchar. 3. q. 5. ver. 10.* P. Ledeſma *1. par. ſum. cap. 13 fine.* Layman *tract. 4. cap. 4. nu. 6.* & alij.

Sed probabilius Reſpondeo: Poſſe licite miniſtrari omnibus Energumenis, etiam ob propria peccata obſeſsis, ſicut & cuilibet alij fideli, dummodo periculum irreuerentiæ ceſſet, & cætera requiſita adſint. Quia nulla lege eſt illis prohibitũ Euchariſtiam conferri, ſed potius illis adminiſtrari præcipitur in Concilio Elibertino *Can. 37.* Et ſic docent Caſianus *Collat. 7. cap. 30.* S. Thom. *q. 80. ar. 9.* Suarez *diſp. 69. ſect. 2.* Vazquez *diſp. 212. cap. 4.* Palacios *in 4. diſt. 9. diſp. 11. col. 12.* Enriquez *lib. 8. cap. 42. num. 3.* Hurtado *diſp. 9. diff. 21.* Bonac. *diſp. 4. q. 6. pun. 1. num. 7.* Filliuc. *tract. 4. nu. 190* Granados *tract. 10. diſp. 5. num. 5.* Sancius *diſp. 38. num. 5.* Lugo *diſp. 13. in fine.* Ludouicus *q. 7. de Euchar. ar. 11. diff. 3. pag. 176.*

QVÆSTIO XVI.

An Parochus teneatur ſub mortali miniſtrare Euchariſtiam Energumeno in articulo mortis conſtituto?

NEGABVNT fortaſſis, Roſella, & Ortiz *locis citatis.* Nec non, & alij Doctores nuper citati, ſi Energumenus ſit obſeſsus ob aliquod peccatum.

Sed longe multo probabilius Reſpondeo: Teneri, ſi periculum irreuentiæ abſit. Quia Parochus licite poteſt Euchariſtiã illi conferre: ergo ad id tenebitur. Sic colligitur ex Concilio Elibertino *Can. 37. cit.* Et expreſſe docet Sancius *loc. cit. num. 6* Et alij Doctores pro noſtra ſententia quæſt. præcedenti citati, id ipſum docere debent.

QVÆSTIO XVII.

An Adhuc teneatur Parochus miniſtrare Euchariſtiam prædicto Energumeno, etiam ſi in blaſphemias prorrumpat?

AFFIRMAT Sancius *diſp. 38. num. 8.* citans pro ſe P. Vazquez *diſp. 212. cap. 4. num. 32.* Sed male, nan oppoſitum innuit.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non teneri, imo nec poſſe. Quia nulli poteſt adminiſtrari Euchariſtia cum periculo irreuerentiæ, vt ipſemet Sancius cum omnibus concedit: at prorrumpere in blaſphemias in Deum, aut in Sanctos eſt maxima irreuerentia, vt conſtat: Ergo. Nec obſtat, quod blaſphemiæ illæ non ſint peccata. Quia nec vomitus, aut expuitio, vel dilaceratio ſunt peccata, & tamen illa patienti non poteſt dari Euchariſtia, vt ipſemet Sancius, cum communi concedit: Ergo. Sic Alexand. *4. par. quæſt. 11. memb. 2. art. 3. §. 1.*

DISPVTATIO SEPTIMA.

De Diſpoſitione ex parte animæ requiſita ad Euchariſtiam recipiendam.

QVÆSTIO PRIMA.

An Ad aliquam Euchariſtiæ ſumptionem, neceſſario requirarur ſtatus gratiæ?

NEGANT hæretici noſtri temporis.

Sed de fide certiſsime Reſpondeo: Prærequiri. Sic enim definitum eſt in Trident. *ſeſſ. 13. cap. 7. & Cã. 11.* & conſtat clare ex Pauli verbis *Primæ ad Corint. 11. Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim mãducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit &c.* Sic S. Tho. *quæſt. 80. ar. 4.* Late Bellarm. *lib. 4. de Euchar. à cap. 17.* Suarez *diſp. 66. ſect. 1.* Vazq. *diſp. 205. cap. 1.* Fagund. *in 3. præc. Eccleſ. lib. 3. cap. 8. num. 2.* & omnes.

QVÆS

QVÆSTIO II.

An In aliquo saltem casu, licitum sit alicui sumere Eucharistiam, cum conscientia peccati mortalis?

AFFIRMANT Vazquez *disp.* 207. *cap.* 1. *num.* 3. per hæc verba. *Siquis in altari recordetur alicuius peccati commissi post confessionem, cuius illuc oſque nullam, neque in vniuersum habuisset contritionem, quia fortasis numquã putauit esse mortale; tunc autem iam videt, aut vehementer dubitat esse mortale; ita posset temporis angustijs arctari, alijsque necessarijs ipsius sacrificij distrahi (quamquam raro id accidere potest) vt nisi ab eo cesſaret nullo modo ad perfectam contritionem excitari posset; ac proinde tunc ad Sacramentum in peccato illo mortali accedere, ad nouum peccatum mortale ipsi non imputaretur, quia hoc præceptũ non obligat cum tanto dispendio, vt debeat homo coram toto populo à sacrificio, cum nota sui honoris, cessare, potius quam ad Sacramentum cum illo peccato accedere.* Sic Vazquez, & sic Hurtado *disp.* 9. *de Eucharistia diff.* 1. Quorum sententia probabilis videtur Ioanni de Lugo *disp.* 14. *num.* 3. *pag.* 441. Et addit, consequenter, & à fortiori iddem dicendum, quando in subita hæretiorum, vel Paganorum irruptione, periculum esset grauissimæ irreuerentiæ Eucharistiæ inferendæ, & Catholicus in peccato existens, non posset, præ temporis angustijs, disponere se per contritionem, aut occultare Sacramentum; tunc enim propter eiusdem Sacramenti reuerentiam, sicut posset ex omnium sententia non ieiunus, sic etiam videtur, quod posset in peccato existens Eucharistiam sumere ad vitandam eius irreuerentiam, Sic Lugo.

Alij è contra Respondent: In nullo vnquam casu licere alicui accedere ad Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis. Quia, inquiunt, qui sic accedit, accedit indigne: ergo peccat mortaliter iuxta doctrinam Pauli. Vnde in casibus, quos contrarij assignant, tenetur Sacerdos, & alius quilibet Catholicus conari, quantum in se est, ad habendam contritionem. Sic Suarez *disp.* 66. *sect.* 1. Ochagau. *tract.* 2. *de Euchar.* § *debuius Sacramenti vsu fol.* 256. dicens, oppositam sententiam esse improbabilem. Diana 4. *part. tract.* 4. *resol.* 93. & alij.

Sed ego distinctius Respondeo: Dicendum: quod si detur casus, in quo peccator nec relinquere communionem, ob scandalum inde futurum; nec præparare se, aut conari ad contritionem, ob angustias temporis, possit; tunc certe nõ peccaret mortaliter accipiendo Sacram Eucharistiam. Tum, quia, vt bene Vazquez, tunc non obligat cum damno tanto præceptum diuinum. Tum etiam, quia (vt 1. *part. tract.* 1. *disp* 4. *quæst* 8. diximus) secundum aliquos ex præcepto diuino tenetur Minister ad ministranda Sacramenta in gratia: & tamen in casu, quo necessitas proximi cogeret, & præ angustijs temporis, non posset se præparare, non peccaret mortaliter illa in mortali ministrando: ergo nec in nostro casu, qui in mortali Eucharistiam reciperet.

Addo ego. Quod vix in Sacerdote celebrante possit contingere casus: Quia optime potest ante communionem absque vllo scandalo se præparare. Rursus, in Laico communicante, licet is casus facilius concedi possit, vt si in tempore quo illi Sacramentum iam porrigitur, alicuius mortalis recordetur; Dico nihilominus, quod licet, absque nouo peccato, possit illud recipere; teneatur tamen antequam Sacramentum deglutiat, dum illud in ore detinet, ad contritionem conari, vt sic in gratia, & cum fructu, illud recipere, & manducare possit.

QVÆSTIO III.

An Grauius peccet, qui cum grauioribus, aut pluribus peccatis ad Eucharistiam accedit?

RESPONDEO: Grauius peccare per se loquẽdo. Quia indignior accedit. Sic S. Thomas *q.* 80. *art.* 5. *ad* 2. Suarez *disp.* 66. *sect.* 2. Vazquez *disput.* 207. *cap.* 1. *num.* 12. Lugo *disp.* 14. *num.* 6. *pagina* 441. & Ledesma *in summ. de Eucharistia cap.* 11. Villalobos *tract.* 7. *diff.* 36. *num.* 1. Bonacina *disput* 4. *quæst* 6. *punct.* 1 *num.* 9. Enriquez, Reginaldus, Angles, & alij penes ipsum, & communis.

QVÆSTIO IV.

An Debeat in Confeſsione explicari qualitas, vel numerus peccatorũ, cum quorum conſcientia aliquis ad Euchariſtiam acceſſit?

AFFIRMAT Pet. Ledeſma *in Sum. tom. 1. cap. 6. de Sacramentis in genere poſt 7. concl. & cap. 11. de Euchariſtia*, quem citat, & ſequitur Marcus de los Huertos *l. cit.*

Sed longe probabilius Reſpondeo: Nõ debere neceſſario explicari: ſed ſufficit dicere: accepi Euchariſtiam in ſtatu peccati mortalis. Quia qualitas diuerſa, aut numerus peccatorum communionem præcedentium, non facit, quod communio ſubſequens ſit in ſe plura peccata, numero, aut ſpecie diuerſa: erit ergo ad ſummũ circunſtantia notabiliter aggrauãs, quæ nõ eſt neceſſario in confeſsione explicanda, vt 1. *p. tr. 5. d. 8. §. 1. q. 4.* eſt habitum. Sic Vazquez *diſp. 207. cap. 1. num. 12.* Hurtado *diſp. 9. de Euchar. diff. 2. in fine.* Lugo *diſp. 14. num. 17.*

QVÆSTIO V.

An Sit grauius peccatum accedere ad Euchariſtiam cum peccatis carnalibus, quam ſpiritualibus?

AFFIRMANT Alenſ. 4. *par. quæſt. 46. membr. 4. &. 5.* Enriquez *lib. 8. cap. 45. num. 1. in fine*, & alij apud Suarium *diſp. 66. ſect. 2.* & apud Coriolanum 1. *par. ſect. 3. ar. 3. num. 12.*

Sed probabilius longe Reſpondeo: Nõ eſſe maius peccatum, ſimpliciter, & perſe loquendo, ſed leuius. Vnde cæteris paribus, grauius peccat accedens ad Euchariſtiam cum ira, ſuperbia, aut odio, quam accedens cum peccato carnis. Quia quod opponitur directe huic diuino Sacramento, non eſt immunditia carnis, ſed immunditia animæ, quæ tanto maior eſt, quanto maior eſt culpa. Sic S. Thom. *q. 80. art. 5. ad 2.* Vazquez, Suarez. Coriolanus, Lugo *locis citatis*, & alij communiter.

QVÆSTIO VI.

An Grauius peccet fidelis accedendo ad Euchariſtiam in peccato, quam infidelis, vel hæreticus?

AFFIRMANT Palud. *in 4. diſt. 9. quæſt. 2. ar. 2. concl 2.* Carthuſianus ibidẽ *q. 4.* & Coriolanus *lo. cit. pag. 354.*

Sed probabilius Reſpondeo. Cæteris paribus, grauius peccare infidelem, vel hæreticum. Quia abſolute, & ſimpliciter in peiori ſtatu ad Euchariſtiam accedit. Sic S. Thom *quæſt. 80. ar. 5. ad 2.* Suarez, & Vazquez *lo. citatis.* Fagundez *præc. 3. lib. 3. cap. 8. num. 14.* & communis.

QVÆSTIO VII.

An Peccatum, quod quis committit communicando in mort. ſit grauius quam omnia alia peccata oppoſita virtutibus moralibus?

NEGANT Suarez *diſp. 66. ſect. 2.* Palud. *diſt. 9. quæſt. 2. ar. 6.* Durandus *q. 4.* Fagund. *lo. cit. num. 13.* & alij exiſtimantes, grauius peccatum eſſe homicidium, adulterium, aut aliud peccatum cõtra naturam commiſſum.

Sed probabilius Reſpondeo: Grauius peccatum eſſe. Et ideo grauius homicidio, adulterio, & alijs peccatis oppoſitis caſtitati. Quia peccatum indignæ receptionis Euchariſtiæ, eſt peccatum ſacrilegij contra Religionem commiſſum, vt omnes concedunt: Sed virtus religionis eſt melior, & perfectior omnibus virtutibus moralibus, cum illa Deum immediate attingat; hæ vero puras creaturas: Ergo &c. Sic S. Thom. *quæſt. 80. art. 5.* & ibidem Cajet. Sot *in 4. diſt. 12. quæſt. 1. ar. 5.* Vazquez *diſp. 207. cap. 1.* Hurtad. *diſp. 9. diff. 2.* Enriq. *lib. 8. cap. 4. lit. Q.* Et hoc ipſum docuerat Fagundez *præc. 3. lib. 1. cap. 4. numer. 9.* dum cum Enriquez aſſeruit grauius peccatum eſſe, quam occiſionem Papæ. Villalob. *tr. 7. diff. 36. num. 3.*

QVÆSTIO VIII.

An Accedere ad Euchariſtiam cum pluribus peccatis venialibus habitualibus, ſit peccatum veniale?

AFFIRMANT Lugo *diſput. 14. de Euchariſtia nu. 31. pag. 446.* & Granad. *tract.*

tract. 10. *de Eucharistia disp.* 6. *num.* 5. vbi sic ait. Quamuis, non quivis affectus ad vnum, vel alterum veniale sufficiat, vt quis venialiter peccet communicando, sane non excusarem à nouo veniali illum, qui affectum retinens ad speciales culpas leues maxime contrarias Eucharistiæ, ad illam accederet. Sic ille, & Villalobos *lo. cit.*

Sed probabilius Respondeo: Non esse. Quia accedere cum peccato veniali habituali non importat positiuam irreuerentiam, sed solum negationem perfectæ reuerentiæ; sed non accedere cum perfecta reuerentia, nullum est peccatum. ergo. Sic Suarez. Toletus, Fagundez, & Cornejo locis statim citandis. Ochagauia *quæst.* 8. *num.* 79. Vazquez *disp.* 207. *cap.* 2. Sot. Maior, & Adrianus, quos citat, & sequitur Hurtado *disputat.* 9. *de Eucharistia, diff.* 3.

QVÆSTIO IX.

An Accedere saltè ad Eucharistiam cum peccato veniali actuali in ipsomet actu communicandi commisso, sit nouum peccatum veniale?

NEGANT Vazquez, Sot. Maior, Adrianus, & Hurtado *ll. cc.* Sancius *disp.* 22. *num.* 9. & *disp.* 23. *n.* 20. & 21. & alij apud ipsos.

Sed probabilius Respondeo: Esse nouum peccatum veniale. Quia, qui sic accedit, accedit cum irreuerentia aliqua positiua: ergo. Sic Suarez *disp.* 66. *sect.* 1. Tolet *lib.* 2 *cap.* 25. Fagundez *præc.* 3. *lib.* 3. *capit.* 8. *numer.* 6. Lugo *disp.* 14. *n.* 24. Ochagau. *lo. cit.* Petrus Cornejo *tr.* 4. *de Euchar. q.* 80. *ar.* 4. *dub.* 1. *pag.* 407. Ludouicus *q.* 7. *de Eucharist. ar.* 5. *dub.* 2. *concl.* 1. Villalob. *trac.* 5. *diff.* 36. *num.* 2.

QVÆSTIO X.

An, Qui est in peccato mortali, teneatur ex præcepto præmittere confessionem illius, etiamsi iustificatus iam sit media contritione?

NEGAVIT Caiet. 3. *p. q.* 80. *ar.* 4. & in illud ad Cor. 11. *Probet autem se ipse homo. & in sum. Verb. Communio.* Vbi addit; esse nihilominus peccatum veniale confessionē non præmittere, si adsit confitendi opportunitas. Eandem sententiam tenuere Armilla *Ver. Communio §. vlt.* & Abbas *in cap. de celebrat. Missarum.* & apud Canum *relat.* 5. *de Pœnit. §. in Secundo vero. fol. mihi* 107. Ricard. *in* 4. *dist.* 17. *ar.* 3. *q.* 6. Paludan. *q.* 2. & Adrianus *q.* 3. *de Confessione.* Qui omnes ante Tridētinum scripsere. Vnde non mirum

Sed nunc certissime Respondeo: Teneri ex præcepto: Sic definiuit Trident. *sess.* 13. *cap.* 7. & *can.* 11. Vbi ad minus latū est præceptum ab eo. Ait enim sic: *Siquis dixerit solam fidē esse sufficientē præparationē ad sumendū Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum. anathema sit. Et ne tantum Sacramentū indigne, atque ideo in mortem, & condemnationem sumatur, statuit, atque declarat ipsa Santa Synodus, illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantuncumque, etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, necessario præmittendam esse Confessionem Sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice aispu tando deffendere presumpserit, eo ipso excōmunicatus existat.* Sic Concilium. Et Sic omnes Doctores, & merito. Nam ad Sacramentum Ecclesiasticæ vnitatis, non tantum requiritur, vt suscipiens illud reconcilietur Deo per cōtritionem, sed etiā Ministris Ecclesiæ, per confessionem.

QVÆSTIO XI.

An Saltem, qui dubitat, an habeat peccatum mortale, possit contritus accedere ad Eucharistiam sine præuia Confessione?

AFFIRMANT Enriquez *lib.* 8. *cap.* 45. *n.* 3. *lit. P.* &, apud ipsum, Tabiena, Antonin. & Palud. quos sequitur Granad. *tr.* 10. *de Euchar. disp.* 7. *nu.* 13. Vbi sic ait. Dicit Enriq. cum Palud. Antonino, & Tabiena, in vero dubio, an habeas peccatum læthale, posse accedere ad Eucharistiā sine confessione deponendo dubium, & videtur colligi ex Tridentino dicente: confessionem esse præmittendā, quando quis est sibi cōscius peccati mortalis; dubitās enim nō est cōscius. Sic ille. Et etiā Sa *Ver. Euchar. n.* 23. per hęc verba. Qui se putat bona fide dispositū, nec sibi cōscius est alicuius peccati mortalis, fit de attritō cōtritō virtute Sacramēti. Non dicitur autē cum conscientia peccati accedere, qui dubitat

quidem, sed non putat, practice dubium deponendo. Sic Sa.

Sed longe probabilius Respondeo: Teneri in tali dubio præmittere confessionē. Quia tenetur peccata dubia confiteri, vt diximus; 1.*par.tract.*5.*disp.*5.*quæst.*25 & 26. Sic Gerson *Alphabet.* 41. *it.* F. Nauar. *cap.*21.*num.*34. (licet contrariū satis probabile existimet.) Diana 5.*par. tract.*14.*resol.*44. Bonacina *disp.*4.*q.* 6.*pun.*1.*num.*12. & Sanchez, penes ipsum.

QVÆSTIO XII.

An Præceptum præmittendi confessionem sit mere humanum?

AFFIRMANT Nauar. *de Pœnit.dist.*5. *in* 3.*part.Glossæ num.*31. & 32. Medina C.*de Confes.q.*17. Armilla *Ver. Communio num.*1. & Palacios *in* 4.*dist.* 9.*q* 10. Ricard, Palud. Adrian, & alij pene Machado, existimantes solum esse latum ab Apostolo Paulo. 1.*ad Cor.*11. illis verbis. *Probet autem se ipsum homo.* Et hanc sententiam esse probabilem affirmat Diana 2.*par.tract.*14.*resol.*63.

Sed probabilius Respondeo: Etiam esse diuinum positiuū à Christo Domino latum, promulgatum vero, & declaratum ab Apostolo eius Paulo, his verbis. *Probet se ipsum homo.* Sic docent ex Trident.*loc.cit.* Sotus *in* 4 *dist.* 12.*q.*1.*ar.* 4. Suar.*disp.*66.*sect.*2. Vazq.*disp.*207. *cap.*4. Filliucius *tract.*4.*nu.*211. Valentia *disp.*6.*quæst.*8.*pun.*3. Hurtad.*disp.* 9.*de Euchar. diff.*5. Fagundez *præc.*3. *lib.*3.*cap.*8.*num.*2. & 3. Lugo *disp.*14. *à num.*69.*pag.*452. Bonac.*disp.*4.*q.* 6.*punct.*1. Granados *tract.*10.*de Eucbar. disp.*7.*num.*10. Cornejo *quæst.*80. *art* 4 *disp.vnica, dub.*2. Philibertus *tr.* 3.*de Missa, parte* 3.*capite* 1.*numer.* 1. vocans opinionem contrariam temerariam, sed immerito. Villalobos *tract.*7. *diff.*37.*num.*1. Machado *lib.*4.*par.*1. *tract.*10.*documen.*6. Ludouicus *quæst.*7.*de Eucharistia ar.* 9.*dubit.*1.

(*)

QVÆSTIO XIII.

An, Qui est in mortali, possit aliquando, absque præuia confessione, sumere Eucharistiam, cum contritione tantum?

RESPONDEO: Posse, & toties, quoties desit copia Confessoris, & necessitas sumptionis Eucharistiæ vrgeat. Quia sic habetur in Trident. *sess.*13. *capit.*7. & *can.*11. (vt supra est habitum) & docent omnes Doctores, vt ait Suarez *disp.*66. *sect.*4. Quamuis inter illos magna sit dissensio in determinando, quando aliquis carere copia sit dicendus, & necessitas cō municandi vrgeat. De quibus nos in sequē tibus quæstionibus breuiter agemus.

QVÆSTIO XIV.

An Possit aliquis propter scandalum, aut infamiam vitandam, communicare contritus, non præmissa confessione?

NEGANT aliqui, quos suppresso nomine, refert Lugo *d.*15.*n.*70.*pag.*482.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Posse. Quia hoc præceptum non obligat cum rigore tanto. Sic Lugo *disp.*14. *num.*112.*pag.*459. Suarez, Ægidius, Reginaldus, Fagundez, Philibertus, Machado, & alij statim citandi, & communis.

QVÆSTIO XV.

An Liceat communicare absque confessione deficiente confessario, quoties omittendo communionem esset periculum grauis aliquorum admirationis?

NEGANT Ægidius *quæst.*80.*art.*4.*n.* 15. & Reginaldus *lib.*29.*cap.*6.*nu.* 105. Citāt etiam, pro hac parte, Stephanus Fagundez, & Machado, Suarium, sed non ita bene; quia tandem, contrarium sequitur. Vt infra.

Sed probabilius Respōdeo: Posse. Quia grauis admiratio, moraliter loquēdo, semper est coniūcta cum aliquo periculo murmurationis, & infamiæ. Sic Siluester *Ver. Euchar.*1.§.7. & Suarez *disp.*66.*sect.*4. *Versus; quarta etiam.* Vbi sic ait: est autē obseruandum aliud esse scandalum, aliud vero populi quandam admirationem; hæc enim

enim poſterior (quid quid aliqui Summiſtæ dicant) non eſt ſufficiens cauſa ad communicandum ſine confeſsione, ne alij admirentur, videntes eum conſuetam communionem omittere: ſola enim admiratio, nõ affert in hac parte aliquid nocumenti, neque eſt res magni momenti; niſi ſimul cum illa, vel ſcandalum, vel infamia coniuncta ſit, quod tamen, moraliter loquendo, ſæpe accidere ſolet. Ex hac enim admiratione, ſolet vulgus, & leues homines occaſionem facile ſumere, aut iudicandi de aliquo temere, aut de eo murmurandi, & conſequenter infamandi proximum: Quando ergo huius modi periculum merito timetur, eſt cauſa iuſta, & ſufficiens. Hæc Suarez, Corduua *in ſumma quæſt.* 142. Fagundez *præc. 3. lib. 3. cap. 9. num. 9.* Philibertus *tract. 3. par. 3. cap. 1. n. 11.* Et in hãc inclinat Enriquez *lib. 8. cap. 46. num. 4.* & tenent Granados *tract. 10. diſp. 7. num. 13. pag.* 1005. Armilla *Ver. Euchariſtia num.* 28. Villalobos *tract. 7. diff. 37. num. 5.* Machado *lib. 4. par. 1. tract. 10. docum. 7. num. 4.* & alij.

QVÆSTIO XVI.

An, Si Sacerdos poſt introitum, ſed ante conſecrationem recordetur ſe in mortali eſſe, teneatur confiteri, ſi abſque ſcandalo, aut nota poſsit?

AFFIRMANT Silueſter *Ver. Euchariſtia 2. quæſt. 7.* Nauar. *cap. 25. num. 76.* Scot. *in 4. diſt. 9. quæſt. 1.* Bonauentura *diſt. 13. in expoſitione litteræ.* Suarez *diſp. 66. ſect. 4.* Vazquez *diſp. 208. cap. 2. num. 12. & 13.* Ægidius *quæſt. 80. art. 4. dub. 2. num. 16.* Filliuc. *tract. 4. num. 215.* Bonacina *diſp. 4. quæſt. 6. punct. 1. num. 15.* Barthol. ab Angelo *dia logo 5. §. 660.* Diana *3 par. tract. 4. reſol. 48. & 77.* Fagun. *præc. 3. lib. 3. cap. 9. n. 11.* Hurtado *diſp. 9. diff. 6.* Coriolanus *1. par. ſect. 2. num. 12. pag. 210.* Lugo *diſp. 14. num. 113. pag. 459.* & Philibertus *tract. 3. par. 3. cap. 1. num. 14. pag. 428.* Villalobos *tract. 7. diff. 37. num. 4.* Ochagauia *tract. 2. de Euchariſtia quæſt. 9. num. 8.*

Sed æque probabiliter Reſpondeo: Nõ teneri, etiam ſi abſque nota poſsit. Quia non decet cœptum ſacrificium interrumpere. Ergo in eo caſu eliciat Sacerdos contritionem, & Miſſam cœptam perficiat. Sic Enriquez *lib. 8. cap. 46. num. 3.* & alij apud ipſum, Sot. *diſt. 13. q. 2. art. 6.* Victoria *num. 79.* alias 78. & apud ipſum Ricardus, & Paludanus, Petrus Matthæus *in annotat. ad Rubr. Miſſalis par. 1. cap. 8. num. 5.* Layman *lib. 5. tract. 4. cap. 6. num. 5.* Reginald. *lib. 29. cap. 4. ſect. 1. num. 105.* Granad. *tract. 10. diſp. 7. nu. 13.* Ludouicus *tom. 1. quæſt. 7 art. 6. dub. 2. Append. 2.* Et id eſſe valde probabile affirmant Bonac. & Diana *locis citatis*, & Fagundez *loc. cit. num. 14.* Tenet etiã Valentia *diſp. 6. quæſt. 8. pun. 3. col. 1159* Imo, & Diana, iam ſibi contrarius, videtur hanc ſententiam ſequi, cum eam in vltimo referat loco, *eodem tr. 4. reſ. 77.*

QVÆSTIO XVI.

An Saltem Sacerdos teneatur præmittere confeſsionem ſi iam exiſtens in altari antequam inchoet Miſſam, recordetur culpæ mortalis?

AFFIRMANT omnes Doctores pro vtraque ſententia nuper citati, dummodo hoc poſsit facere abſque ſcandalo, aut nota.

Sed ego adhuc probabiliter Reſpondeo: Non teneri, etiam, ſi abſque nota, & ſcandalo poſsit. Vnde licite poterit prædictus Sacerdos, habita contritione, ſi aliorum peccatorum confeſsionem præmiſerat, Miſſam inchoare, & perficere. Quia ſi Laicus poteſt Euchariſtiam ſumere, caſu, quo iam ſacræ menſæ communicaturus aſſiſtens, recordetur alicuius mortalis non confeſsi, non præmiſſa confeſsione illius, etiam præcisa omni nota & periculo infamiæ, vt ſtatim dicemus, Quare hoc idem nequibit Sacerdos, ſi hoc illi accidat iam in altari ad ſacrificium celebrandum exiſtenti? Sic debent à fortiori ſentire Scotus *in 4. diſt. 9 quæſt. vnica.* & Granados *lo. cit.* Vbi abſolute dicunt, quod ſi Sacerdos Sacerdotalibus veſtibus indutus recordetur peccati mortalis, & non habeat in promptu Confeſſorem, poſsit celebrare.

(§)

QVÆSTIO XVIII.

An, Si Laicus iam altari applicatus coram alijs, vt suscipiat Eucharistiam, recordetur alicuius mortalis, possit, non præmissa confessione, illam suscipere?

NEGANT omnes Doctores *quæst. 16.* pro prima sententia adducti. Quia existimant, teneri tunc recedere, & adire confessarium, si absque scandalo, aut periculo alicuius infamiæ, id efficere possit.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse; etiam præcisa nota, & scandalo, dummodo post sumptionem Eucharistiæ peccatum illud oblitum confiteatur. Quia cũ quodammodo inchoata sit actio sacra cõmunicandi, non decet ob reuerentiam Eucharistiæ recedere à diuina illa mensa, donec perficiatur, sicut non decet recedere à mensa Principis ante conuiuium peractũ, post quam aliquis ad illam sedet. Sic Enriquez *lib. 8. cap. 46. num. 3.* Valentia. Granad. & alij DD. pro nostra sententia citati *quæst. dicta.* Quibus adde Lublinum *Ver. Communio num. 7. pag. 126.* & Dianam *3. par. tract. 4. resol. 77.* & *5. par. tract. 14. resol. 6.*

QVÆSTIO XIX.

An Sacerdos, vel Laicus, qui prius confessus fuerat, & postea dum iam est in altari recordatur peccati in confessione obliti, teneatur, saltem ante communionem, elicere contritionem de illo?

AFFIRMATIVAM Sententiam ex Medina, Suarez, & de Graffis docuisse Reginaldum, refert Diana *2. par. tract. 14. de celebrat. Missar. resol. 48.* Sed male, inquit Lugo, per hæc verba: *Quia neque in illo tom. 2. datur liber aliquis quintus, neque in libro 5. qui est in 1. tom. habet aliquid ad illud propositum, in libro autem 29. cap. 6. quæst. 4. vbi agit de illa materia, solum dicit, debere præmitti confessionem, illius etiam peccati, fieri possit, ante communionem, non vero dicit debere elici contritionem, si non præmittatur cõfessio. De illis vero alijs authoribus, Suarez, Medina, & Graffeo, cum non designentur loca, non possumus omnino certo affirmare; Credo tamẽ probabilissimũ eos nusquam illud docuisse.* Sic Lugo *disp. 14. sect. 6. num. 121.*

Sed ego pro Diana, non nihil laboraui, & inueni locum vbi, suo videri, prædictam sententiam ex Suarez, Medina, & Graffeo, doceat Reginaldus. Inueniet ergo illud Lugo *in 1. tom. lib. 5. c. 4. sect. 3. nu. 55. Ver. Septima propositio. pag. mihi 270.* Vbi etiam inueniet citatum Medinam *in tract. 1. de pœnitent. q. 3. ver. ex dictis.* Suarium *to. 4. disp. 9. sect. 2.* & Graffium *in lib. 1. decis. aure. cap. 5. n. 23.* Verum tamen est, quod nullus horum Doctorum doceat sententiã, pro qua illos affert Diana, vt optime Lugo *lo. cit.*

Respondeo ergo probabilius, non teneri in nostro casu ad eliciendam contritionem: quia iam supponitur homo in statu gratiæ per confessionem præmissam: ergo non erit necessaria contritio ad remissionem peccati obliti. (secus dicendum esset casu, quo nõ esset præmissa confessio: quia tunc teneretur ante communionem conteri) Sic Lugo, & Diana *ll. cc.* & apud illos, Ioan. Præpositus *3. p. q. 80. ar. 5. dub. 3.* & Vazquez *q. 86. ar. 2. dub. 2. nu. 11.* quibus adde Granados *tr. 10. de Euchar. disp. 7. n. 14.*

QVÆSTIO XX.

An saltem Sacerdos, qui non præmisit confessionem, si in Missa recordatur, se esse in peccato, teneatur habere contritionem statim; an vero prosequi Missam, & habere contritionem, ante consecrationem, vel communionem?

AFFIRMABVNT teneri statim conteri, qui affirmãt esse mortale, exercere actiones ordinis sacri, in mortali, de quo diximus supra *1. p. tr. de Sacram. in genere.*

Sed probabilius Respondeo: Posse prosequi Missam non contritum, vsque ad cõsecrationem, si memoria peccati occurrat ante illam, vel vsque ad communionem, si post consecrationem occurrat. Quia status gratiæ solum requiritur ex præcepto in conficiente, vel recipiente Sacramentum, non in exercente alias actiones Ordinis sacri, vt *lo. cit.* docuimus: Ergo defectus contritionis in alijs partibus Missæ, non erit peccatum saltem mort. Sic Lugo *disp. 14. num. 134. pag. 463.* & apud ipsum, Caietan. & Sanchez, & credo esse communem.

QVÆS.

QVÆSTIO XXI.

An, Qui confessionem præmisit, & postea antequam ad altare accedat, recordatur alicuius peccati non confessi, teneatur illud confiteri priusquam communicet?

NEGARVNT aliqui, quos suppresso nomine refert Cornejo *tract. 4. de Eucbar. quæst. 80. art. 4. disp. vnica dub. 3. pag. 509.* existimantes satis esse propositum, peccatum illud suo tempore confitendi: quam sententiam prædictus Doctor existimauit probabilem, sed non bene.

Certissimum ergo Respondeo: Teneri illud peccatum confiteri priusquã communicet, præscisis circunstantijs quæ excusare possunt. Quia præceptum confitendi ante communionem, non est præceptum cõfitendi vtcumque, sed confitendi omnia peccata ante communionem, si modo dicto fieri potest: ergo. Sic Suarez *disp. 66. sect. 4. Ver. Sed huius occasione.* Filliuc. *nu. 215.* Cornejo *loc. cit.* Lugo *disp. 14. num. 224. pag. 462.* dicens, nullum inuenisse authorem contrarium asserentem. Vnde oppositã sententiã delere iusserunt censores fidei, vt habetur in Expurgatorio, pro tota Hispania, edito anno 1640. in appendice.

QVÆSTIO XXII.

An Si quis morti proximus non possit confiteri, possit celebrare, aut communicare, prætermissa confessione?

RESPONDEO: Posse. Præhabita contritione, saltem existimata; quia tũc deest copia confessoris; & vrget præceptum diuinum cõmunicandi: at quoties hæ duæ circunstantiæ, aut conditiones concurrũt, licite potest quis communicare, vel celebrare, sine præuia confessione, post mortale commissum, vt supra ex Concilio Tridẽtino est habitum: ergo. Sic omnes DD. præcipuè Archang. *dist. 9. pag. 86. col. 1.* per hæc verba. Si adesset solus sacerdos, cæcus, & Surdus, qui propterea non posset confessionem audire; aut si esset mutus, ac perconsequẽs absolutionẽ proferre non valeret, posset contrito morienti Eucharistiam absque confessione porrigere. Sic ille ex Soto *4. 12. quæst. 1. ar. 4. ad. 2.* Ludouicus *quæst. 7. art. 6. dub. 2.*

QVÆSTIO XXIII.

An Sacerdos possit absque confessione celebrare ad dandum Viaticum infirmo morti proximo?

NEGAT Ochagauia *tract. 2. de Eucharistia. quæst. 9. num 5.* dicens; Non esse probabilem, sententiam Enrici *lib. 8. cap. 47.* asserentis, in præfato casu debere Sacerdotem, sine præmissa confessione suorum mortalium, celebrare.

Sed certe, consequenter loquendo, probabilius Respondeo: Posse. Quia etiam in hoc casu vrget grauis necessitas proximi, quæ propter vnionem charitatis, vt propria reputanda est. Sic Suarez *disp. 66. sect 4.* Lugo *disp. 14. num. 107.* Granados. *tract. 10. disp. 7. num. 13.* Enriquez *loc. cit.*

QVÆSTIO XXIV.

An Deficiente confessore, possit Parochus, omissa confessione, celebrare, vt in die festo, alij Missam audiant?

NEGANT absolute Vazquez *disp. 208. num. 8.* Ochagauia *loc. cit. numer. 7.* Qui citat pro hac parte Suarium *disp. 66. sect. 4.* Sed male vt infra. Et Lugo *disp. 14. num. 114.* quatenus hoc solum illi concedunt, casu, quo periculum infamiæ, aut notæ incurreret.

Sed probabilius Respondeo: Posse, etiam præcisa nota, aut infamia quia vere vrget necessitas celebrandi, cum inopia confessoris. Sic Suarez *disp. 66. sect. 4.* Enriquez *lib 8. cap. 46. num. 5.* Et apud ipsum, D. Thom. Ledesma, Victor. Tabiena, Sot. Rosella, & alij. Nuñus *quæst. 80. art. 4.* Filliuc. *tract. 4. num. 216.* Fagundez *præc. 3. lib. 3. cap. 9. num. 5.* Bonacina *disp. 4. quæst. 6. punct. 1. num. 23.* P. Ledesma *cap. 11. de Eucharistia*, Ludouicus *loc. cit.* Granado *loc. cit. pag. 1005.* Philibert. *tract. 3. par. 3. cap. 1. num. 9.* Coriolan. *1. p. sect. 2. art. 17. num. 8. & 9. pag. 208.* & Archang. *loc. cit.* qui duo cum Soto limitant nostram sententiam dicẽdo; id posse facere Parochum semel, vel ad summũ, bis, aut ter; nõ sæpius. Quæ limitatio, absolute loquendo, non placet Suario, & merito, cum fieri possit, pluribus alijs festi diebus, inopiam confessoris durare.

QVÆSTIO XXV.

An Etiam simplex Sacerdos possit in die festo celebrare absque confessione (si non habeat aliam Missam quam audiat) vt obseruet præceptum audiendi sacrum?

NEGANT Suarez *loc. cit. Vers. Maior difficultas.* Filliucius *tract. 4. nu. 217.* Corduua *in sum. quæst. 142.* Layman *tract. 4. cap. 6. num. 6.* Bonac. *disp. 4. q. 6. pun. 1. nu. 24. & 25.* Coriolan. *1. p. sect. 2 n. 9. pag. 208* Ægid. *q. 80. art. 4. dub. 2. n. 17.* Pessantius *in additio. ad 3. p. q. 10. disp. 5.* Moure *p. 3. c. 5. §. 8. n. 2.* Ludouic. *loc. cit.* Hurt. *disp. 9. diff. 6.* Villalob. *tr. 7. de Euchar. diff. 37. n. 4.* citans pro hac parte Sot. *in 4. dist. 13. q. 2. ar. 6.* (quod idem facit Diana) sed male; Quia Sotus nihil agit de hac quæst. in illo loco ab ipsis citato, & contrarium docet *dist. 12. q. 1. ar. 4. Vers. Tertius casus.* vt refert Enriquez neutram tamen partem, meo videri, definit Sot. legatur. Tenent tamen Philibertus *loc. cit. n. 9. pag. 428.* Lugo *disp. 14. n. 114. pag. 459.* P. Ledesma *cap. 11. de Euchar.* & ex illo, de verbo ad verbum, Ludouicus *q. 7. de Euchar. ar. 6. dub. 2.* Machado *lib. 4. p. 1. tr. 10. docum. 7. num. 7.*

Sed probabilius Respondeo: Etiá posse. Quia etiam adest necessitas audiendi sacrum, cum inopia confessoris: Tridentinum namq; nihil de necessitate expressit. Sic Enriq. *lib. 8. c. 46. n. 5.* & apud illum Sot. Paludanus. Siluest. Angel. Tabiena, & Rosella. Tolet. *lib. 2. c. 25.* Fagundez *præc. 3. lib. 3. c. 9. n. 5.* & dicũt probabile, Suarez, Lugo, Ledesm. Ludouic. Mach. & Filliuc. Tenet etiam Diana *2. p. tr. 14. resol. 63.* Qui etiam citat Vegam *2. to. c. 41. casu 4.* & Rodrig. *to. 2. c. 247.* Sed male omnino, quia ibi nihil dicunt ad propositum.

QVÆSTIO XXVI.

An Talis Sacerdos simplex possit, non præmissa confessione, Missam celebrare, vt alij Missam in die festo audiant?

NEGANT Suarez, Filliuc. Pessant. Layman, Hurt. Lugo, Philib. & alij *ll. cc.* Sed æque probabiliter Respondeo: Adhuc posse, dummodo desit alius Sacerdos, qui Missam celebret. Quia etiam in hoc casu vrget necessitas adimplendi præceptum, (quæ necessitas proximi, vt propria reputari debet.) Sic Diana *loc. cit. resol. 64.* Et tenet etiam Fagund. *loc. cit. nu. 13.* Qui bene hoc probat. Vnde immerito Lugo *loc. cit. n. 115.* ait, hãc sententiam esse improbabilem.

QVÆSTIO XXVII.

An Occurrente præcepto cõmunionis Paschalis, & deficiente Confessore, possit quis sine confessione communicare?

NEGANT Suarez *disp. 66. sect. 4. Ver. Maior difficultas,* & apud ipsum D. Anton. Corduua. Sot. & Archidiacon. Nunus *q. 80. ar. 4.* Bonac. *disp. 4. q. 6. pun. 1 n. 25.* qui in 2. editio. cit. Filliuc. *n. 217.* Qui tamen expresse non tractat hanc Quæstionem. Tenent tamẽ Angles *q. 2. de Euchar. ar. 4. diff. 3. propositio 3.* Coriolan. *loc. cit. nu. 9 pag. 208.* Cruz *in sum. q. 5. de Eucha. dub. 1. cõcl. 2.* Ledes. *in sum. cap. 11. de Euchar.* Valentia *disp. 6. q. 8. punct. 3.* & Archang. *loc. cit. d. 9. pag. 86. col. 1. & 2.*

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia vrget grauis necessitas adimplendi præceptum communionis, quod quidẽ, non est pure Ecclesiasticum, sed etiam diuinum, determinatum ab Ecclesia, quoad tempus. Sic Paludan. *dist. 9. q. 1. ar. 2.* Ricard. *q. 2. ar. 2.* Enriq. *lib. 8. c. 46. nu. 4.* Tolet. *lib. 2. c. 25.* Viuald. *c. de præparatio. ad Eucar. n. 19.* Fagund. *loc. cit. nu. 15.* Ægid. *q. 80. ar. 4, dub. 2. nu. 17.* Layman *tr. 4. c. 6. n. 6.* Granad. *tr. 10. disp. 7. n. 13.* Lugo *disp. 14. n. 116.* & Sot. *dist. 12. q. 1. ar. 4. Ver. Tertius casus* in principio; quamuis in fine in contrarium inclinet. Diana *5. par. tract. 13. resol. 63.*

QVÆSTIO XXVIII.

An Siquis præsentem habeat idoneum confessarium, sed breuiter sperat alium, cui deuotius, & securius solet confiteri, possit cum sola contritione communicare, aut celebrare, necessitate vrgente, cum proposito confitendi illi, quem expectat?

AFFIRMANT Ricard. *in 4. dist. 17. q. 6. ar. 3.* Silu. *V. Euch. 3. q. 14.* Armil. *V.*

communio, in fine, & Rosella. Quam sentẽtiam esse aliquatulum probabilem, non obscure indicant Azor *tom. 1. lib. 1. cap. 31. quæst. 8.* Filliuc. *tract. 4. cit. nu. 213. Vers. secundus est, & sequenti.* Et nouissime Philibertus *tract. 3. de Missa, part. 3. cap. 1. num. 7. pag. 427.* Vbi hæc habet verba: Si breui expectet proprium confessarium, cui de more, & deuotius solet confiteri, licebit cum sola contritione celebrare, aut communicare, cum proposito confitendi proprio cõfessario, quam primum venerit. Sic Ricardus, Syluester, Rosella, & Fumus *locis citatis*. Hæc tamen opinio nõest tam facile practicanda. Quia in hoc casu non deest copia confessoris, cũ possit alium adire; sed solum deest copia talis Confessarij, quòd non est ad mentem Concilij, vt melius docuerunt Suarez, &c. Italle.

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia in hoc casu, re vera, non deest copia Cõfessoris, cũ adsit alius, cui, absq; graui incõmodo, confiteri possit. Sic Suarez *disp. 66. sect. 4.* Vazq. *disp. 208. c. 1.* Fagund. *loc. cit. num. 18.* Qui dicunt, contrariam sententiam esse improbabilem. Enriquez *lib. 8, cap. 47. num. 1.* Ægid. *loc. cit. num. 18. & 22.* P. de Ledesma *cap. 11. de Euchar.* Bonac. *loc. cit. num. 27.* Lugo *disp. 14. num. 106.* Philibert, Filliuc. & Azor. *loc. cit.* Nauar. Sot. Canus, & alij DD. apud ipsos. Archangelus *dist. 9. pag. 85. col. 1.* Ochagauia *tract. 2. quæst. 9. num. 1.* Ludouicus *quæst. 7. de Euchar. art. 6. dub. 1.* & communis.

QVÆSTIO XXIX.

An Quando abest proprius Sacerdos, adest tamen alius, cui ex priuilegio potest pœnitens confiteri, possit communicare contritus, differendo confessionem quousque sit præsens proprius Sacerdos?

AFFIRMANT aliqui, quos, suppresso nomine, citant Bonacina *loc. cit. n. 29.* & Filliuc. *num. 213. Ver. Tertius.* Qui etiam hanc sententiam esse probabilem innuit.

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia tunc absolute, & simpliciter habet pœnitens copiam Confessarij, cui sine incommodo confiteri potest: ergo. Sic Suarez *loc. cit. Ver. secundus casus.* Bonacina, Fagundez, Filliucius, Ochagauia, Lugo, & alij *loc. cit.* Imo Vazquez, *loc. cit.* ait, nullum Authorem legisse contrarium asserentem.

QVÆSTIO XXX.

An Si pœnitens non habeat cum confessario, cuius solum habet copiam, animi conjunctionem, sed rixas; possit communicare, aut celebrare, vrgente necessitate, absque præuia confessione?

RESPONDEO: Posse. Quia nec Deus, nec eius Ecclesia obligat pœnitentẽ ad confitenda peccata sua hosti, cum quo iratus est. Sic Philibertus *tract. 3. par. 3. cap. 1. num. 7. pag. 427.* & apud illum, Rodriguez *1. par. cap. 55.* in quo certe hanc sententiam inuenire nequiui.

QVÆSTIO XXXI.

An Deficiente Confessario, possit Sacerdos celebrare, non præmissa Confessione, pro defuncto, cuius anima valde indigere sacrificio probabiliter existimatur?

NEGANT Suarez *disp. 66. sect. 4. in fine.* Filliuc. *tract. 4. num. 218.* Bonacina *disp. 4. quæst. 6. punct. 1. num. 26.* & alij communiter.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse. Quia in eo casu, vere vrget necessitas spiritualis proximi; quæ vt propria reputanda est. Sic Siluest. *Ver. Eucbar. 2. num. 9.* Enriquez *lib. 8. cap. 46. num. 6.* Fagundez *lib. 3. cit. cap. 9. num. 7. & 8.* Philibertus *loc. cit. num. 13.* & alij.

QVÆSTIO XXXII.

An Etiam Sacerdos, qui ex obligatione Capellaniæ, aut eleemosynæ acceptæ, tenetur offerre Sacrum; possit, deficiente confessore, sine præuia Confessione, celebrare?

NEGANT Bonacina *loc. cit. numer. 23.* Philibertus *loc. cit. num. 18.* Fagundez *loc. cit. num. 8.* & alij communiter.

Sed ego probabiliter Respondeo: Etiã posse. Primo. Quia vere vrget necessitas adimplendi obligationem celebrandi. Secundo

cundo. Quia, si Sacerdos est pauper, & vivit ex consueta eleemosyna Missæ, verè in eo reperitur necessitas corporalis, quæ sufficiens est ad celebrandum sine præuia confessione. Tertio. Necessitas spiritualis aliena est sufficiens (vt concedit Fagundez, vt vidimus, *quæst.* 31.) ad celebrandum absque confessione: ergo etiam erit sufficiens propria corporalis. Sic tenet Enriquez *lib.* 8. *cap.* 46. *num.* 6. (vt bene hoc probat Fagundez) & apud illú, Armilla. *Verb. communio num. fin.* Ricard. Angel, Tabiena, Rosella, & Aureol. Tenet etiam Silvest. (quidquid dicat Fagundez) *Verbo Eucharistia* 2. *num.* 9. nec omnino dissentit Bonac. *loc. cit.* Machado vero vtramque opinionem refert, &, vt solet, nihil aliud facit. O bone Deus!

QVÆSTIO XXXIII.

An Possit aliquis recipere Eucharistiam, non præmissa confessione, deficiente confessario, propter magnum fructum, quem ex communione sperat?

AFFIRMANT Caiet. Tabiena, Armilla, & alij apud Enriquez *lib.* 8. *cap.* 47. *num.* 1.

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia in hoc casu, non vrget necessitas, sed solum vtilitas communicantis. Sic Suarez, Enriquez, Nuñus, Reginald. Barthol. ab Angelo, & alij, quos refert Bonacina *disp.* 4. *quæst.* 6. *num.* 26.

QVÆSTIO XXXIV.

An Saltem in casu dicto, si quis ex communione speret magnum iuuamen contra peccatum, possit, non præmissa confessione, communicare?

NEGANT etiam communiter Doctores.

Sed ego probabiliter Respondeo: Posse in hoc euentu. Quia in eo verè vrget necessitas spiritualis proximi, quam Tridentinum requirit. Sic Silvester. *Verb. Eucharistia* 2. *num.* 9. *in fine*. Et ex illo Fagundez *præc.* 3. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 7. Caiet. Tabiena, & Armilla.

QVÆSTIO XXXV.

An Quando in aliquo monasterio omnes fratres, ex statuto, vel consuetudine communicant certo die mensis, vel hebdomadæ, nec haberi potest confessarius pro oblitis, vel pro reseruatis, liceat contritum communicare?

RESPONDEO: Licere. Quia si quis communionem vsu receptam omitteret, esset cum nota, & admiratione aliorum (vt docent Enriquez *lib.* 8. *cap.* 46. *num.* 4. Fagundez *loc. cit. num.* 17. Hurtado *disp.* 9. *diff.* 6. Ochagauia *loc. cit. num.* 5. & alij.) Quam iure naturali omnes vitare tenentur. Sic AA. citati, præcipuè Enriquez, Sotus, & Archang. addentes contra nonnullos Authores, id posse licite fieri, etiam casu, quo quis etiam absque nota, quæsito aliquo colore, abstinere posset à communione, cum habeat ius, & obligationem, pro more communicandi.

QVÆSTIO XXXVI.

An Siquis habeat peccatum reseruatum, & non pateat aditus ad superiorem, possit, vrgente necessitate, contritus communicare, sine præuia confessione cum Sacerdote inferiori?

AFFIRMANT posse, etiam casu, quo cõmunicaturus habeat alia peccata, præter reseruatum, Ricard. *in* 4. *dist.* 17. *art.* 2. *quæst.* 8. *ad* 2. Adrian. *quæst.* 4. *de Confessione*, Durand. *dist.* 17. *quæst.* 19. & Sylvius *in additio. ad* 3. *par. quæst.* 20. *art.* 2. Quos citat, & sequitur Diana 3. *part. tract.* 40. *resol.* 104. & 2. *part. tract.* 14. *resol.* 65. Vazquez *loc. cit. cap.* 2. *nu.* 7. & 4. *tom. quæst.* 91. *art.* 3. *dub.* 9 Hurtado *disp.* 11. *de pœnit. diff.* 14. Machado *libro* 4. *part.* 1. *tract.* 10. *docum.* 7. & alij.

Sed ego probabilius Respondeo: in eo casu teneri illum præmittere cõfessionem si habeat aliud peccatum mortale non reseruatum: secus vero si tantum illud reseruatum habeat.

Prima pars huius responsionis probatur. Quia in tali casu, optime potest quis vel confiteri inferiori omnia peccata reseruata, & non reseruata, vt sic à non reseruatis directe, & à reseruatis indirecte absoluatur;

oluatur; aut si maluerit, dimidiare cõfessionem, & confiteri tantum non reseruata, cum proposito confitendi reseruata cũ primum potuerit, vt nos 1. *par. tract.* 5. *disp.* 5. *quæst.* 53. *& disp.* 12. *quæst.* 32. *&* 33. diximus: ergo ad confessionem præmittendam tenebitur.

Secunda vero pars, etiam constat. Quia communicaturus, qui solum habet peccatum reseruatũ, nequit ab illo directe, nec indirecte absolui: Ergo tunc non tenebitur præmittere confessionem. Sic Suarez *disp.* 66. *sect.* 4. §. *Quartus casus.* Vega *in speculo curatorum tom.* 1. *cap.* 11. *nu.* 273. Chapeauile, *de casib. reseru. cap.* 8. *fol.* 64. Lugo *disp.* 14. *sect.* 5. *num.* 96. Philibert. *loc. cit. num.* 7. *pag.* 427. Ægid. *quæst.* 80. *art.* 4. *dub.* 2. *num.* 21. *& disp.* 7. *de pœnit. dub.* 9. *num.* 77. Fagundez *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 22. Enriquez *lib.* 8. *cap.* 47. *num.* 2. Filliuc. *tract.* 4. *num.* 213. Ochagauia *loc. cit. num.* 4. Bonacina *disp.* 4. *quæst.* 6. *punct.* 1. *num.* 31. & alij statim citandi, & est communis.

QVÆSTIO XXXVII.

An Qui in prædicto casu necessitatis, non haberet aliud mortale, præter reseruatum, teneatur confiteri venialia, vt ab his directe absoluatur, indirecte à reseruatis?

AFFIRMANT Nuñus *in additio. quæst.* 6. *art.* 6. *diff.* 1. & Granados *de pœnit. tract.* 9. *disp.* 5. *nu.* 23. Citat etiam Diana, & Machado pro hac parte, Ægidium *quæst.* 80. *art.* 4. *dub.* 2. *nu.* 21. Sed male, nam oppositum docet, vt statim dicemus.

Vnde probabilius Respondeo: Non teneri. Quia confessio venialium, non obligat sub præcepto, vt obligat confessio mortalium (*vt* 1. *part. tract.* 5. *disp.* 3. *quæst.* 31. *est habitum*) Ergo præceptum præmittendi confessionem ante communionem, nõ obligabit ad venialia confitenda, nisi ad summum per accidens. casu quo pœnitens putaret, non esse sufficienter contritum, vt diximus 1. *part. tract.* 5. *disp.* 5. *quæst.* 50. Sic Suarez, & Ægidius *loc. cit.* Quos citat etiam, & sequitur Lugo *disp.* 14. *n.* 98. *pag.* 457. Qui tamen bene addunt, in præfato casu posse pœnitentem, si vellet, confiteri sola venialia, imo quod melius esset; quam non confiteri. Tenet etiam Diana 2. *par tract.* 14. *resol.* 65. Machado *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 10. *docum.* 7. & alij, de quo nos etiam 1. *part. loco citato quæst.* 32.

QVÆSTIO XXXVIII.

An In hoc casu, posset pœnitens confiteri venialia simplici Sacerdoti, vt hoc modo absolueretur ab illo, indirecte à reseruatis?

NEGABVNT à fortiori Vazquez 4. *tom. quæst.* 91. *art.* 3. *dub.* 9. Hurtado. Luysius, & alij citati à nobis, præcipuè *d. quæst.* 32.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse. Sicut posset, qui haberet peccatum mortale non reseruatum, cuius non recordatur, vt sic obtineret indirecte remissionem mortalium. Sic Suarez, & Ægid. quos citat, & sequitur Lugo *loc. cit.*

QVÆSTIO XXXIX.

An Habens excommunicationem reseruatam, & non copiam superioris legitimi, possit, vrgente necessitate, absq; præuia confessione, Eucharistiam sumere?

NEGANT Soto *in* 4. *dist.* 12. *quæst.* 1. *ar.* 4. Siluest. *Ver. excommunicatio* 3. *casu* 3. Rosella, & Couar. apud Enriquez *lib.* 8. *cap.* 47. *num.* 4. *dit.* Q. Et apud Ioannẽ de Lugo, statim citandum, docentes, non posse excommunicatum, etiam occultum, extra mortis articulum, etiam vrgente scandalo, & infamia, celebrare, aut communicare. Et hoc ipsum docet iterũ Sot. *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 2. *ar.* 5. Licet tandem concedat hoc fieri posse, ad euitandum grauissimum scandalum.

Sed probabilius Respondeo: Posse in eo casu cum contritione sola communicare. Quia præceptũ Ecclesiæ, cũ quo censuram imponit, non obligat cum tanto detrimento. Adde quod lex naturalis, & diuina de defendenda sua fama, præstat legi humanæ de abstinendo à sacro, siue à cõmunione, in excommunicatione. Sic Suarez *tom.* 4. *disp.* 31. *sect.* 3. *num.* 6. Vazquez *tom.* 4. *quæst.* 91. *art.* 3. *dub.* 9. *nu.* 8. Ægidius *disp.* 8. *de pœnitent. nu.* 107. Enriquez *loc. cit.* P. Ledesma *cap.* 11. *de Euchar.* Archangel. *dist.* 9. *pag.* 86. *col.* 1.

Lugo

Lugo *loc. cit. num.* 100. *& sequent.* & Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 104. & alij apud ipsos, & est communis.

QVÆSTIO XL.

An In præcedenti casu, possit pœnitens, data copia Confessoris inferioris, confiteri peccata non reseruata, vt indirecte etiam à reseruatis absoluatur, licet ab excommunicatione absolui nequeat?

NEGANT Vazquez *tom.* 4. *q.* 91. *ar.* 3. *dub.* 9. *num.* 8. Syluius *in additio. ad* 3. *part. quæst.* 20. *art.* 2. *quæst* 3. Soto. Cano. & Ledesma, apud Suarez *tom.* 4. *disp.* 31. *sect.* 3. *num.* 1. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non solum licite posse, verum etiam, per se loquendo, & teneri præmittere Confessionem de peccatis mortalibus non reseruatis, vt sic ab his directe, & à reseruatis indirecte absoluatur. Sic enim quantum fieri potest obseruabitur præceptum diuinum præmittendi confessionem ante communionem. Sic Castro Palao 1. *part. oper. moral, tract.* 4. *disp.* 4. *punct.* 3. *§.* 6. cuius titulus est; *Posset ne aliquando absolui hæreticus à priuato Sacerdote de peccatis non reseruatis, tacita hæresi?* Et postea *num.* 2. Respondet affirmatiue. Diana 3. *part. tract.* 4. *resol.* 104 *infine*, Suarez *loc. cit. num.* 6. Ægid. *disp.* 8. *de pœnit. dub.* 13. *infine.* Lugo *disp.* 14. *num.* 193. *pag.* 457. Qui bene addit, quod licet in casu, quo pœnitens non haberet aliud mortale, nisi reseruatum, non teneatur ad confitendum; possit tamen si vellet confiteri de venialibus, vel de mortalibus aliàs confessis, vt sic indirecte absolueretur etiam à reseruatis, & securius ad Eucharistiam disponeretur.

QVÆSTIO XLI.

An, Si Superior nolit concedere licentiam Confessario, vt absoluat pœnitentem à reseruatis, nisi cum onere, se ipsum manifestandi; possit pœnitens, vrgente necessitate, sine Confessione communicare?

AFFIRMANT absolute Doctores prò contraria sententia adducti *supr. q.* 36. Quod esse probabile etiam affirmant Filliucius *tract.* 4. *num.* 213. & Diana 2. *part. tract.* 14. *resol.* 65.

Sed ego probabilius, iuxta dicta, Respondeo. Posse videlicet, si communicaturus habeat solum peccatum reseruatum; secus vero si alia peccata, saltem mortalia, simul cum reseruatis habeat. Sic Enriquez *lib.* 8. *cap.* 47. *num.* 1. *& lit. C.* Victoria *num.* 145. Sot. *dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 5. Nauar. *cap.* 7. *nu.* 6. Filliuc. & Suarez *loc. cit.* Fagundez, *præc.* 3. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 23. Philibert. *loc. cit. nu.* 7. *pag.* 427. & alij citati supra.

QVÆSTIO XLII.

An Quando pœnitens, ob vitandum aliquod damnum proprium, aut alienum, nequit integrè confiteri, possit, vrgente necessitate, omittere confessionem, & sumere Eucharistiam?

AFFIRMANT Paludan. *in* 4. *dist.* 17. *q.* 6. Armilla *Ver. communio. num.* 28. & alij. Quia existimant fortius esse præceptum confessionem integrandi, præcepto ante communionem confitendi.

Sed iuxta nuper dicta, probabilius longe sic, sub distinctione, Respõdeo: Si communicaturus, solum habet vnum peccatum, ex cuius confessione timet aliquod damnum, aut scandalum, tunc bene poterit omittere confessionem, & vrgente necessitate, contritum communicare. Si vero habeat plura mortalia, & non omnium, sed ex confessione alicuius tantum aut aliquorum, tale damnum, aut scandalum timet; tunc, illo, vel illis exceptis, tenebitur præmittere confessionem aliorum. Quia tunc moraliter, & formaliter integre confiteretur: ergo. Sic Enriquez *lib.* 1. *de pœnitent. capit.* 1. *numer.* 4. *& lib.* 8. *de Eucharistia cap.* 47. *num.* 1. Suarez *disp.* 66. *sect.* 4. Filliucius *num.* 212. Fagundez *loc. cit. num.* 20. *&* 21. Bonacina *disp.* 4, *quæst.* 6. *punct.* 1. *num.* 28. Cruz *quæst.* 5. *de Eucharistia dub.* 1. *con.* 2. Coriolan. *loc. cit. num.* 7. *pag.* 207. Ægidius *loc. cit. num.* 19. *&* 20. P. Ledesma *cap.* 20. *de pœnit. & c.* 11. *de Eucharistia*, & alij.

QVÆS-

QVÆSTIO XLIII.

An Dentur alij casus, in quibus dici possit, deesse alicui copiam Confessoris?

RESPONDET: Philibert. *tr. 3. de sacrif. Missæ p. 3. c. 1. n. 7. pag.* 427. Dari quidem, & plures. Primo. Dici potest deesse alicui copiã cõfessoris: Quãdo omnino physice deest. Secũdo qnãdo deest moraliter, idest, quando non potest vocari ob distantiam, aut periculum itineris, aut non sine graui incõmodo, aut non possit confessarius venire, aut vrget tempus celebrandi. Tertio. Quando confessarius est mutus, aut non vult absoluere; aut non intelligit idioma, aut non est approbatus in tali Episcopatu: aut probabiliter dubitetur de scientia necessaria illius, aut quod non sit sigillum seruaturus. Quando. Pœnitens rationabiliter timet sibi, aut proximo, spirituale aliquod, aut temporale damnũ in bonis vitæ, famæ, & fortunæ, in electione ad officia, & dignitates, &c. In his ergo, & similibus casibus, vrgente necessitate, licite poterit quis cum sola contritione, iuxta sententiam huius Authoris celebrare. Cui optima est opinio si cum grano salis, aliqui, ex enumeratis, casus, intelligantur. Cum illo namque, eius doctrinam omnes DD. communiter amplectuntur.

QVÆSTIO XLIV.

An Distantia vnius leucæ, inter pœnitentem, & confessarium, sit sufficiens ad hoc, vt pœnitens dicatur non habere copiam confessarij, & consequenter possit, vrgente necessitate, nõ præmissa confessione communicare?

AFFIRMANT Enriquez *lib. 1. de pœnit. cap. 4. n. 4.* Vbi sic ait. *Deinde excusatur, in his casibus, de quibus lib. de Euchar. cap. 46. vt si hic commode nõ habet quando distat per leucam ab oppido confessarij.* Sic Enriquez. Quod & repetit *lib. de Eucharistia capit. 46. cit. num. 6.* idem docent Cano *rel. de pœnit. par. 5. §. Ad tertium non est difficile, pag. mihi 119.* per hæc verba. *Porrò si Confessor intra ciuitatem sit, quolibet longo interuallo distet, debet pœnitens ad ipsum accedere: si tamen pœnitens sit in oppidulo, quod à ciuitate tribus milliaribus distet, tunc ego non censerem huiusmodi pœnitentem copiam confessoris habere.* Sic Cano. Et sic etiam Ortiz *cap. 19. §. 15. fol. 75.* & Vega *Ver. communio. casu 14. col. mihi* 558.

Negat vero absolute, Granados *tract. 10. de Euchar. disp. 7. num. 13.* Vbi loquendo de præsenti casu, sic ait. Imo, vt bene notant viri docti, obligandus est Parochus ire ad confessarium, qui duas, vel tres leucas distat, si per tempus, & alias causas licet. Sic ille. Et ante illum, sic fere Rodriguez 1. *part. summæ cap. 65. pag. mihi* 202.

Ego vero, probabilius Respondeo: Hanc quæstionem relinquendam esse arbitrio prudentis, habita ratione circunstãtiarum, personæ, temporis, difficultatis itineris, &c. Fieri enim potest, vt respectu vnius personæ, distantia vnius leucæ sit sufficiens ad confessorem non quærendum; respecto vero alterius personæ, minime. Sic Ægid, *quæst. 80. art. 4. num. 23.* per hæc verba. *Quandoque certis personis hic, & nunc ob imbecillitatem corporis, & iniurias aurę, aut breuitatem temporis, qua arctantur, erit quasi impossibile adire confessarium distantem, vel ad quingentos passus, cum tamen alijs, quandoq; vel etiam ijsdẽ, alio tempore, facile esset etiam tria milliaria conficere, quare generatim hoc dici potest, illi soli censeri deesse confessarium, qui ob infirmitatem, difficultatem itineris, breuitatem temporis, præsentiam aliorum, vrgentia negotia, & similes causas sine graui incommodo hic, & nunc, eum non potest adire.* Sic Ægidius, & sic etiam Suarez, & Vazquez, quos citat, & sequitur Lugo *disput. 14. num. 83. pag.* 454. Bonacina *disp. 4. quæst. 6. punct. 1. num* 30. & apud ipsum, Nuñus, Reginaldus, Enriquez, & Rodriguez; (sed hos duos Authores, male citat, vt vidimus) Fagundez *cap. 9. cit. infine* & alij.

QVÆSTIO XLV.

An Quando in præfatis casibus Sacerdos celebrat, non præmissa confessione, teneatur postea quamprimum confiteri?

RESPONDEO: Teneri. Quia sic habetur in Trident. *sess. 13. cap. 7.* vbi, proposito præcepto præmittendi confessionem, sic concludit. *Quod si necessitate vrgente, Sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quam primum confiteatur.* Sic Concilium, & sic omnes.

QVÆSTIO XLVI.

An Hoc præceptum, quam primum confitendi, obliget sub mortali?

NEGANT P. de Ledesma *in sum. capit. 11. de Euchar. ante 9. concl. pag. mihi 136.* Villalobos *tract. 7. diffi. 37. nu. 7.* Ludouicus de S. Ioan *quæst. 7. de Euchar. art. 7. dub. 2. fine pag. 164.* Quia existimant, in prædictis verbis Concilij, non contineri præceptum sed consilium. Horum sententiam amplecti videtur Diana *2. par. tract. 14. resol. 60.* & esse probabilem innuit Cornejo *tract. 4. de Euchar. quæst. 80. art. 4. dub 3. pag. 409.*

Sed probabilius longe Respondeo: Obligare sub mort. Quia longe probabilius est, contineri in dictis verbis præceptum: ergo cum alias, sit de materia graui, obligabit grauiter. Sic Suarez *disp. 66. sect. 7.* Vazquez *de pœniten. quæst 90. art. 3. dub. 3. num. 8.* Hurtado *disp. 9. de Euchar. diff. 7.* Filliuc. *tom. 1. tract. 4. num. 221.* Sancius *in selectis disp. 32. num. 12.* Ægid. *quæst. 80. art. 4. dub 2. nu. 24.* Nauar. *cap. 2. nu. 10.* Enriquez *cap. 41. num. 4.* Lugo *disp. 14. num. 135. pag. 463.* Cornejo *loc. cit.* Granados *tract. 10. disp. 7 nu. 15 pag 1005.* Et indicat Philibertus *tract. cit. part. 3. capit. 1. à num. 3.* Machado *lib. 4. tract. 10. par. 1. docum. 6.* & communis.

QVÆSTIO XLVII.

An huiusmodi præceptum, quam primum confitendi, sit Diuinum?

AFFIRMANT Glossa *in cap. de homine. de celebratio. Missarum.* Scot. Couarrub. & Sotus, apud Suarez *disp. 66. sect. 6.* Enriquez, *lib. 8. de Euchar. cap. 45. num. 4. & lit. Z.* & dicit probabile Filliuc. *num. 222.*

Sed longe probabilius Respondeo: Nullomodo esse Diuinum, sed mere humanũ, à Tridentino *sess. 13. cap. 7.* latum. Sic Nauar *cap. 2. num. 10.* Suarez, Ledesma, Granados, Hurtado, Lugo, & Filliucius *loc. cit.* & communis. Legatur *q. 45.*

QVÆSTIO XLVIII.

An, Eo præcepto, quam primum confitendi, obligentur etiam Laici communicantes absque confessione in casu necessitatis?

AFFIRMANT Nauar. *cap. 2. num. 10.* Enriquez *lib. 8. cap. 45. num. 4.* Valentia *disp. 6. quæst 8. punct. 3.* Azor *lib. 10. cap. 31. quæst. 9.* Sa, *verbo, confessio, n. 5. & V. Euchar. n. 13.* Fagund. *præc. 3. lib. 3. c. 8. n. 9.* Philib. *tr. 3. p. 3. c. 1. n. 6.* & indicat Ludou. *q. 6. de Euchar. art. 7. infine pag 169.* Zerola *praxi, pœnitent. fol. 103.* Archang. *dist. 9. pag. 86. col. 2.*

Sed probabilius Respondeo: Non obligari. Quia Tridentinum expresse de solo Sacerdote celebrante, non præmissa confessione loquitur. Nec enim in odiosis debet fieri extensio propter paritatem rationis. Sic Suarez *disp. 66. sect. 7.* Vazq. *de pœnit. q. 90. tr. 3. dub. 3. nu. 9.* Filliuc. *tract. 4. num. 223.* Granado *loc. cit.* Bonacina *disp. 4. quæst. 6. pun. 1. n. 17.* Layman *lib. 5. tr. 4. cap. 6. n. 7.* Sarcius *disp. 32. n. 12.* Lugo *disp. 14. n. 138.* Diana *2. p. tr. 14. resol. 60* Cornejo *q. 80. art. 4. disp. vnica. dub. 3.* Villalob. *loc. cit. n. 8.* Hurt. *disp. 9. diff. 7.* Regin. *lib. 29. nu. 110* & Ægidius *quæst. 80. art. 4 in fine.* Qui omnes bene addunt, nec eo præcepto obligari ipsum Sacerdotem non celebrantem, sed communicantẽ more Laicorum, quia Concilium solum loquitur de Sacerdote celebrante.

QVÆSTIO XLIX.

An, Eo præcepto comprehendatur Sacerdos, qui absque præuia confessione celebrat in die Parasceues?

NEGATIVAM partem esse probabilem indicat Lugo *loc. cit. num. 139. pag.*

pag. 464. Et merito, quia illa die non dicit Sacerdos Missam.

Sed probabilius Respondeo: Comprehendi. Quia licet illa die Sacerdos, proprie non dicat Missam (quidquid Nuño, & alij dicant vt infra *tract. de sacrif. Missæ quæst.* 20 dicemus) proprie tamen, & simpliciter dicitur celebrare, & communicare communione Sacerdotali. Sic Suarez *disp.* 66, *sect.* 7. Sancius *loc. cit. nu.* 13. Filliuc. *loc. cit. nu.* 223. Villalobos, Diana, & Lugo *loc. cit.* Qui idem docent, & bene, quando deficiente Sacerdote post consecrationem, assumitur alius Sacerdos ad complendum illud sacrificium.

QVÆSTIO L.

An Sacerdos, qui in ipsa actione sacrificandi, recordatur peccati mortalis aut forte, tunc illud committit, teneatur postea, ex vi dicti præcepti, quam primum confiteri?

AFFIRMANT Suarez *disp.* 66. *sect.* 7. Bonacina *loc. cit. num.* 39. Hurtado *diff.* 7. *cit.* Reginald. Squillantes, Meghala, & Molfesius, quos refert Diana *loc. cit. resol.* 61.

Sed æque probabiliter Respondeo: Nó teneri eo præcepto. Quia Concilium solum fuit loquutum de Sacerdote, *qui necessitate vrgente, absque præuia confessione celebrauit*, ideſt, de Sacerdote, qui necessitate coactus, non præmisit confessionem, antequam ad celebrandum sacrificium accederet, (hoc enim clare significãt illa verba, *præuia confessio*. Ideſt confessionem ante Missam) Non vero de Sacerdote, qui celebrando committit peccatum, aut illius recordatur: ergo quantumvis tunc consectet, aut communicet absque confessione, non tenebitur postea quam primum cõfiteri. Sic Vazquez *disp.* 208. *cap.* 3. *num.* 20. Sayrus *de Sacram. lib.* 2. *cap.* 7. *art.* 2. Syluius *quæst.* 80. *ar.* 4. *dub.* 2. (Quamuis hic contrarium dicat de Sacerdote, qui in ipso sacrificio mortaliter peccat, tamen non consequenter) Diana *loc cit.* Sancius *loc. cit. num.* 15. & Lugo *disp.* 14. *à num.* 141. & apud ipsum Ioan. Præpositus *quæst.* 80. *artic.* 5. *dub.* 4.

QVÆSTIO LI.

An Qui, ex mera malitia, celebrat non præmissa confessione, obligetur ad postea quam primum confitendum?

AFFIRMANT Syluius *loc. cit. dub.* 2. & alij, quos, suppresso nomine, refert Lugo *loc. cit. num.* 149. *pag.* 465.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri, quia Concilium clare loquitur de illo qui vrgente necessitate absque præuia confessione celebrat: at qui celebrat immortali ex pura malitia, absque præuia confessione, non prętermittit illam ob causam vrgentem. Ergo. Sic Sancius *loc. cit. num.* 12. *infine*. Diana *resol.* 61. citata, etiam in fine. Granado *tr.* 10. *de Euchar. disp.* 7. *num.* 15. *pag.* 1006. Villalobos *loc. cit. num.* 9. Lugo *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO LII.

An Saltem comprehendatur præcepto Tridentini, qui post præmissam confessionem, recordatur peccati mort. non explicati in confessione, & ob inopiam confessarij celebrat absque noua confessione?

NEGARVNT aliqui apud Petrum Cornejo *quæst.* 80. *ar.* 4 *disp. vnica, dub.* 3. *pag.* 509. Quod, ipse probabile esse, indicauit.

Sed certissime Respondeo: Comprehendi. Quia licet paulo antea confessus fuerit, nihilominus tamen, absque præuia confessione celebrauit, cum ille dicatur celebrare absque præuia confessione, iuxta mentem Concilij, qui non præmittit confessionem eorum peccatorum, quorum conscientiam habet, ante celebrationem. Sic Diana 5. *par. tr.* 14. *resol.* 5. Vbi aduertit, sententiam contrariam fuisse in nostra Inquisitione Hispanica, per edictum particulare deletam. Sic etiam ante illum, Lugo *disput.* 14. *numer.* 151. *pag.* 466. Qui *num. sequent*, addit, idem omnino esse dicendum, & de illo Sacerdote, qui habens casum reseruatum, & non potens recurrere ad superiorem, confitetur, vrgente necessitate celebrandi, interioti, & ab eo directe à non reseruatis absoluitur. Et etiam de illo Sacerdote, qui ante Missam cõfessus est omnia peccata mort.

præter vnum, aut aliud, quod iustis de causis tacuit, ne v.g. incurreret aliquod damnum apud confessarium. Nam ob præfatam rationem, a nobis nuper assignatam, probabilius est in his ductus casibus, etiã obligari Sacerdotem ad confitendum, quam primum dicta peccata reseruata Superiori, & illa alia, quæ tacuit, quærendo Confessarium, cui absque aliquo periculo, confiteri illa possit.

QVÆSTIO LIII.

An Ex vi dicti præcepti Tridentini, teneatur Sacerdos, statim finita Missa, quærere Confessarium, & confiteri?

NEGANT aliqui DD. asserentes, satis esse, pro adimpletione dicti Tridentini præcepti, si Sacerdos, qui non præmissa confessione (iuxta supra dicta) celebrauit, postea suo tempore, idest, ante aliam celebrationem, confiteatur. Sicque exponunt, illud Concilij Verbum, *quam primum confiteatur*, hoc est, cum primum iterum celebrauerit.

Pro hac sententia, Diana 2. *par. tract.* 14. *resol.* 60. refert Stephanum Fagundez *præc.* 3. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 9. Molfesium *in summ. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 10. *num.* 28. & Petrum Binsfeldium *in Enchirid. Theol. Pastor. cap.* 5. Sed male ait Lugo, *num.* 158. Quia ex his omnibus (inquit) Authoribus solus Fagundez id docuit, absque alio Auctore, vel ratione. Sed certe minus bene in hoc Lugo ipse, cum re vera Fagundez pro se citet Toletum, Siluestrum, & Suarium, quamuis etiã male; sic enim ait Fagundez *loc. cit. pag. mihi* 674: *Illud autem, quam primum, moraliter intelligendum est, hoc est, cum primum iterum celebrauerit. Vnde si immediatè post sacrificium Missæ, sibi oblata fuerit copia confessarij, non tenebitur Sacerdos statim confiteri, sed cum primũ sacrificauerit. Similiter, & Laicus, non tenetur statim confiteri, sed cum primum est iterum communicaturus, etiam si id fiat in confessione annuali sequentis anni, si citius non communicauerit, vt docet Toletus libr.* 3. *summæ cap.* 8. *numer.* 1. *fine. Siluester. Ver. confessio.* 1. *numer.* 4. *& Suarez tomo* 3. *disp.* 66. *sect.* 6. Hucusque Fagundez.

Rursus male dicit Lugo, quod non bene citet Diana, pro hac sententia, Binsfeldium. Quia eam (inquit) nec aliquomodo insinuat. Insinuat namque 1. *part.* (non *cap.* 5. vt citat Diana) sed *c.* 6. §. 9. *pag. mihi*, 49. per hæc verba. Sexta conclusio. Quando Sacerdoti existenti in Altari in mentem venit aliquod peccatum mortale, quod non est confessus, tunc sola contritio sufficit; verum tenebitur absoluto sacrificio, quam primum poterit, confiteri, idest antequam amplius celebret. Sic Binsfeldius. Bene ergo illum refert Diana; sicut & Molfesium: vt colligitur ex ipsomet Authore.

Tandem pro hac sententia citant Philibertus *tract.* 3. *par.* 3. *capit.* 1. *num.* 4. & Machado, vbi infra, Suarium *disp.* 60. *sect.* 6 Reginaldum *lib.* 29. *num.* 109. & 110. Gabrielem Vazquez *tom.* 3. *disput.* 208. *num.* 12. *& sequent.* Et Toletum *loc. cit.* Sed certe, ex his omnibus Authoribus, nec vnus docet hãc sententiam. Nam Suar. *loc. cit* solum docet nõ obligari Sacerdotem in prædictis casibus, ad statim post celebrationem confitendum ex vi præcepti Diuini; sed ex humano, vt infra. Tolerus autem, & Reginald. nec id insinuant, & Vazquez oppositum docet, vt statim.

Negant etiam alij DD. docentes, sufficere, si Sacerdos intra triduum confiteatur, dummodo antea non instet necessitas celebrandi. Sic Diana *tract.* 14. *cit. resol.* 60 nullum citans Authorem pro sua opinione. Tenet tamen illam ex parte, Lugo *loc. cit. num.* 162. *&* 163.

Ego autem probabilius Respondeo: Ex vi præcepti Tridentini, teneri Sacerdotem statim ac finierit Missam, si opportune possit, quærere Confessarium, & confiteri. Sic Sancius *in selectis, disp.* 32. *num.* 14. per hæc verba. *Cum autem Concilium præcipiat, Sacerdotem celebrantem absque præuia confessione, ob inopiam Confessarij, quam primum possit, confiteri; deducitur statim finita Missa astrictum fore confessione se subdere, dum aliud graue non obsistat. Nam si ante Missæ celebrationem constrictus erat, confessionẽ præmittere, copia confessarij existente; quare mirandum, quod illico finita celebratione ad confessionis executionẽ vincitur.* Sic Sancius, qui citat, & bene (quidquid dicat, nescio quo fundamento, Lugo *num.* 158.) pro hac sententia, Gabrielem Vazquez, *ae pœniten. quæst.* 90. *artic.* 3. *dub.*

dub. 3. numer. 10. 11. & 12. pag. mihi 232. Suarium *de Eucha. disp. 60 sect. 7. in principio, & fine.* Sic etiam Philibertus *loc. cit. num. 5. pag. 427.* & ex parte Lugo *loc. cit. num. 162.* Machado (ni fallor) *lib. 4. part. 1. tract. 10. docum. 6. num. 5.* & alij.

QVÆSTIO LIV.

An Ministrans Eucharistiam indigno, auplici peccet peccato?

AFFIRMANT aliqui, quos suppressis nominibus, citat Diana *4. par tract. 4. resol. 103.* per hæc verba: Duo peccata committere docent aliqui, vnum contra proprium officium, aliud cooperationis peccati proximi. Sed alij, vt notat Ioan. præpositus *in 3. part. D. Thom. quæst. 80. art. 5. dub. 6. num. 23.* Non improbabiliter putat, vnum numero peccatum committere, in hoc consistens, quod Sacramentum conferatur indigno, quod necessariò inuoluit peccatum recipientis, & proinde ex eo capite non multiplicetur peccatum Ministri. Ita Diana.

Sed ego probabilius, & absque hæsitatione Respondeo: Peccare quidem mortaliter, vt in hoc omnes conueniunt, non tamē duplici, sed vnico peccato. Sic Vazquez *3. tom. in 3. part. disput. 209. cap. 1.* Et ex illo, Ochagauia *tract. 2. de Eucharistia quæst. 10. numer. 1.* Quia vnica tantum (inquit) est malitia secundum modum, & secundum speciem, quæ in eo consistit, vt Sacramentum indigno administretur, præter hanc enim, non est alia malitia in ministro, per hoc quod in statu mortalis, Sacramentum porrigat, &c. Cum ergo quis peccat, indigno ministrando hoc Sacramentum, non peccat contra præceptum affirmatiuum de digne ministrando, quia alias esset peccatum omissionis; sed contra præceptum negatiuum de non ministrando Sacramento indigno, &c. Sic ille. Legantur D. Thom. *quæst. 80. art. 6.* Suarez *disp. 67. sect. 1.* & alij Theologi ibi. Nauar. *cap. 11. nu. 55.* & alij Summistæ.

QVÆSTIO LV.

An Peccatori publico, ideſt, noto, vel per sententiam Iudicis, vel per confessionem ipsius Rei in iudicio, vel per euidentiam rei; sit omnino deneganda Eucharistia?

RESPONDEO: Esse omnino ei deneganda; siue publice, siue occulte illam petat. Sic docent omnes Theologi, & Canonistæ, & habetur expresse *in cap. Erodilectione. de consec. dist. 2.* Legantur Ochagauia *loc. cit.* Enriquez *lib. 3. cap. 56.* Petrus Ledesma *de Eucharistia. cap. 12.* Qui aduertunt, Prædictis peccatoribus, aut etiam excommunitatis publicis, nullomodo esse dandam Eucharistiam, etiam cum periculo mortis, nisi alias detur publica notitia conuersionis illorum. Sed, vt melius Suarez, si peccator publicus sit in articulo mortis, satis erit, si pro tēporis opportunitate, aut necessitate, vel cōfiteatur, vel signa contritionis exhibeat; quia tunc temporis, propter periculum, & vrgentem necessitatem, non est maior diligentia exigenda, quam commode exhiberi possit: & alioqui de quolibet fideli præsumendum est, in eo articulo facere, quod potest, vt se bene disponat. Sic Suarez *disp. 77. sect. 2.* Villalobos *tract. 7. diff. 38. num. 1.* & alij.

QVÆSTIO LVI.

An Peccatori occulto, occultè petenti Eucharistiam, deneganda sit.

NEGAT, denegandam esse à Ministro, qui ex officio tenetur illi ministrare, nempe à Parocho; bene tamen ab alijs Sacerdotibus, quibus ex officio administrare Sacramenta non incumbit. Sotus *in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 6.*

Sed longe multo probabilius Respondeo: A quocumque Sacerdote, etiam Parocho, debere denegari. Quia peccator dum est in statu peccati, nullum habet ius petendi Eucharistiam: ergo cum alias, sine vllo incommodo famæ possit illi denegari, omnino denegari debet. Sic S. Th. *in 4. d. 9. art. 5.* Vbi Scholastici. Suarez *disp. 77. sect. 3.* Hurtado *disput. 9. diff. 10.* Ochagauia *tract. 2. quæst. 10.* Victoria, *numero 80.* Canonistæ *in capit. si*

tamen 6. quæst. 2 & communis. An autem Sacerdos, qui per solam confessionem cognouit peccatum, possit negare Eucharistiã, casu, quo pœnitens eã petat ab ipso, tam occulte, vt nullus alius adsit, diximus *1. par. tract. 5. disp. 10. quæst. 71.*

QVÆSTIO LVII.

An Peccatori occulto petenti publice Eucharistiam sit denegãda?

RESPONDEO: Non esse denegandam, casu, quo sine infamia denegari non possit. Quia plus obligat præceptum non infamandi proximum, quã nõ administrãdi Eucharistiam indigno. Sic colligitur ex *cap. sit autẽ.* Et ex *cap. si placuit. 6. q. 2.* Et docent communiter omnes Theologi. Suarez *loc. cit. sect.* 4. Hurtado *diff. 9.* Ochagauia *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO LVIII.

An In dubio, vtrum peccator sit publicus, vel occultus, denegãda sit ei Eucharistia?

RESPONDEO: Nullomodo esse illi denegandã. Quia in pari causa, & delicto, melior est conditio possidentis suam libertatem: sed sic est quod huiusmodi peccator possidet, in dicto casu, suam libertatem accedendi ad hoc Sacramentum: ergo non est illi denegandum. Sic Ochagauia *tract. 2. de Euchar. q.* 10. *num.* 4. Petrus Ledesma *in sum. de Euchar. cap.* 12. Villalobos *tract. 7. diff.* 38 *num.* 5. Addens, contrarium esse dicendum, quando la sospecha fuesse tan grande, que haga certidumbre moral (que llaman los Iuristas violenta presumpcion). Sic etiam Ludouicus de S. Ioan *q. 7 de Euchar. art. 8. diff. 1 pag. mihi* 166. Diana *part. 4. tr. 3. resol.* 54. & communis.

QVÆSTIO LIX.

An Possit dari Eucharistia alicui ad probationem delicti, de quo est suspectus, & illud non fatetur?

AFFIRMATIVAM sententiam tenere Adrianum *quodlib. 2. art. 3.* & Ægidium *q. 80. num. 39.* ait Hurtado *disp. 9. diff.* 12. Sed certe ex his, Ægidius in oppositam inclinat partem, vt infra. Vnde.

Certissime fere Respondeo: Nunquam posse dari alicui Eucharistiam, in probationem, seu purgationem delicti, de quo est suspectus. Quia licet antiquitus institutum fuerit, vt ei, qui suspectus esset de aliquo delicto, sacra Eucharistia exhiberetur, vt hac ratione à suspicione criminis liberaretur, vt constat ex *cap. Si Episcopo*, ex *cap. Sæpe contingit. 2. q.* 5. Nunc tamen huiusmodi, media collatione Eucharistiæ, purgatio, prohibita est iure humano, desuetudine introducto, quia eo ipso, quod talis purgatio in consuetudine non est, censetur peregrina, & iure reprobata. Sic Suarez *loc. cit. sect. 6.* dicens, esse communem doctrinam. Vazquez *disp. 210. cap. 3.* Ochagauia *loc. cit. num.* 12. Hurtado *loc. cit.* & alij Theologi, cum D. Thom. *q. 80. artic. 6. ad.* 3. Tenet etiam Ægid. *loc. cit.* Quia quamuis clare fateatur, quod prædicta probatio, nec ita damnanda est, quasi nullo vnquam casu liceat; nec ita probãda, vt extra grauissimos, ac rarissimos casus vsurpetur; Postea tamen hæc subiungit verba: Quare merito vsus eiusmodi probationes aboleuit.

QVÆSTIO LX.

An Liceat Sacerdoti ministrare peccatori occulto, scienti, & petenti sibi, hostiam non consecratam; ad sacrilegium, & graue damnum ipsius suscipientis vitandum?

AFFIRMANT id ei licere in prædicto casu: dummodo Sacerdos ministrans proponat hostiam consecratam, adorandam à populo, & à tergo post illam, non consecratam, ita vt nec videri possit, nec adorari, Altisiodorens. *lib. 4. sum. tract. 5. cap.* 5. Albert. Magnus *dist. 13. ar. 20.* D. Bonau. *in 4. dist. 9. art. 2.* & Adrian. *quodlib. 3. art. 3.* Quos refert Suarez, vbi infra. Angles, *in floribus quæst. de suscipient. Euchar. diff. 4.* Quibus nouissime adhærent Villalobos *tract. 7. diff. 38. nu. 6.* per hæc verba: No es licito dar la Hostia no consagrada, por el peligro que ay de la idolatria: mas si la forma que le ha de dar la tuuiesse secreta, de manera, que los fieles no la pudiessen adorar, con consentimiẽto del pecador, seria licito darsela, para euitar algun grã escandalo,

lo, pues alli no auia peligro de idolatria. Ita ille. Et Ludouic de S. Ioan *in summ. tom. 1. quæst. 7. artic. 4. diff. 4 pag. 167.* Quos omnes Authores referunt, pro hac parte; Sancius *in selectis disp. 35. nu. 2. pag. mihi 296.* & Diana *4. par. tract. 4. resol. 47.* Quibus addi potest Chrysost. Iabellus *tom. 1. Philosophiæ Christiæ. p. 5. tract. 4. cap. 6. pag. mihi 568. nu. 50.* Sic dicens. Secus autem esset, si ipse (*nempe peccator*) peteret sibi dari hostiam nõ consecratam, ne indigne sumat corpus Domini, tunc enim sibi dari posset, ita tamen, quod talis hostia ponatur seorsum à consecratis, ne Ecclesia decipiatur, dando ei non consecratam, ac si esset consecrata. Ita ille. Quorum sententiam approbat nouissime Pater Franciscus de Lugo, *de principijs Theol. Moralis. par. 2. cap. 6. quæst. 7.* & dicit probabile Diana vbi infra.

Sed longe multo probabilius, & mihi certissime, Respondeo: Nunquam licere Sacerdoti ministrare hostiam non consecratam, veluti consecratam peccatori occulto, quantuncunque instet, ad vitandum sui damnum, vel infamiam. Quia illa est pernitiosa fictio: Tum, quia vel verbis, vel gestu, vel facto ipso, affirmat Sacerdos esse Christũ, ac verũ Deũ, quod re vera nõ est. Tum etiam, quia moraliter loquendo, nequit vitari exterior idololatria, tã respectu ipsiusmet suscipientis, cum ipsamet sumptio, tali modo facta, sit actus religionis, & cultus, quam respectu aliorum adstantium, qui etiamsi oculis non videant, adorant id quod alteri datur ad communicandum: ergo, &c. Sic S. Thom. *opusc. 65. §. de Eucha. n. 7. & 3. p. q. 80. ar. 6. ad 2.* Ibidem Suarez *disp. 67. sect. 4. §. Circa tertiam obiectionem.* Vazq. *disp. 209. n. 41.* Valentia *tom. 4. disp. 8. q. 8. punct. 4.* Nusus *q. 80. art. 6. diff. 2. in fine.* Petrus Ledesma *1. p. sum. c. 12. dub. 7.* Enriquez *lib. 6. cap. 22. nu. 4.* Reginald. *lib. 29. num. 49.* Caiet. Gabriel. Durand. Angel. Armilla, & alij quos citat, & sequitur Sancius *in selectis disp. 35. num. 3.* Diana *3. par. tract. 6. resol. 83. & 4. p. tract. 4. resol. 47.* Granados *tr. 10. disp. 10. num. 15.* Ochagauia *tract. 2. quæst. 10. num. 10.* Hurtado *disp. 9. diff. 9. in fine.* Bonacina *disp. 1. de Sacram. quæst. 6. punct. 4. num. 15.*

QVÆSTIO LXI.

An saltem, liceat Sacerdoti, simulare se Hostiam in os peccatoris immittere, ad vitandam infamiam, vel damnum accedentis?

AFFIRMATIVAM sententiam docet absolute, & indistincte ex Enriquez, Diana *4. par. lo. cit.* per hæc verba: Notandum est tamen hic, quod etto, hostiam non consecratam loco consecratæ porrigere accedenti communicare, minime Sacerdoti liceret, potest tamen saltem simulare se Eucharistiam in os illius immittere, licet ad hoc facere non teneatur: & ita hãc sententiam docet Enriquez *lib. 6. cap. 22 num. 4.* Huc vsque Diana. Et ante illum pro eadem sententia citauit, *lo. cit.* eundem Enricum, Sancius, *in selectis disp. 35. n. 9.* Vbi sic ait: Qua ratione inuitus minime, Enricum non sequor, dicentẽ indistincte, posse simulare Sacerdotem ori apponere hostiam, quã minime apponit. Ita ille. Sed certe Enriquez id non docuit indistincte, & absolute; sed solum necessitate vrgente, vt infra constabit. Quare.

Sub distinctione Respondeo dicendum, quod minime possit Sacerdos absq; necessaria, & vrgenti causa, simulare se hostiam in os peccatoris immittere: bene tamen, si necessaria, & ligitima causa ad simulãdũ id, adsit. Prima pars cõstat. Quia vti æquiuocatione, siue in verbis, siue in rebus, aut operibus, nulla interueniẽte iusta causa, nõ potest fieri absq; labe mẽdacij, vt docent communiter Doctores cum Diuo Thoma *2. 2. quæst. 111. ar. 2. & quæst. 184. art. 5.* Ergo.

Secunda vero pars probatur. Quia, si legitima, & vrgens causa ad simulandum adest, v. g. vt in casu, quo maritus minaretur mortem vxori, nisi communicaret, vt sic suspitionem aduersus illam concep tam abijceret, tunc optime poterit simulare se Eucharistiam suscipere, sicut potest simulare se sacramentaliter confiteri, quia in eo casu, optime potest absque mendacij crimine, vti æquiuocatione: ergo & Sacerdos etiam simulare se hostiam in os eius immittere. Sic tenet expresse Enriquez (non libro sexto *cap. 22. num. 4.* nam ibi solum hæc verba habet: Nec enim tenetur cooperari occultationi peccati, vt dum filiam matris indiuiduam comitem non absoluit ex causa necessaria, non de-

bet pro illius diſſimulatione fingere dando ei poſtea hoſtiam non conſecratam: nec teneatur ſimulare ſe Euchariſtiam in os illius immittere) *lib.8.cap.33.num.3.* Sic dicens: Sacerdos non debet hoſtiam non conſecratum dare peccatori occulto, ob eius finem, ne eius peccatum deregatur; quia hoſtia prius proponitur adoranda, quam ſumenda. Vrgente tamen caſu; poſſet ſimulare ſe homini prius monito miniſtraſſe, cum tamen occulte recondat hoſtiam in cuſtodia. Sic ibi Enriquez. Non ergo recedat libenter ab Enrico, Sancius, non enim aliam, quam eius, tenet ſententiam.

DISPVTATIO OCTAVA.

De Materia, tam Corporis, quam Sanguinis, Sacramenti Euchariſtiæ.

QVÆSTIO PRIMA.

An omnis, & ſolus, panis triticeus ſit materia remota Sacramenti Euchariſtiæ?

NEGARVNT aliqui hæretici, quorum errores referunt D. Thom. *3.par.quæſt.74.ar.1.* Suarez *diſp.43.& 44.* & alij recentiores. Nam aliqui eorum farinam infantili ſanguini admixtam; alij panem ſimul cum caſeo; alij (quod horribile eſt) farinam humano ſemini mixtam, pro huius Sanctiſſimi Sacramenti materia, adhibebãt. Vnde non bene Vazquez *tom.3.in 3.par.q.74, art.4.diſp.170.* dicit, nullam hactenus hæreſim extitiſſe, circa materiam corporis Chriſti, præter hæreſim Græcorum, aſſerentium: panem acymum, non eſſe ſufficientem materiam conſecrationis. Negarunt etiam olim, ex Catholicis, Caiet. *in 3.par.quæſt.74.ar.3.* & Gabriel, mox citandus, exiſtimantes; ex pane, etiam non triticeo, poſſe confici Euchariſtiam.

Sed certiſsime Reſpondeo: Solum panem triticeum eſſe materiam huius Sacramenti. Hæc reſponſio eſt de fide. Sic enim habetur ex ipſa Chriſti inſtitutione: ex Cõcilio Florentino *in litteris vnionis.* Tridentino *ſeſſ.13.can.2.& ſeſſ.21.& 22.* Lateranenſi ſub Innoc. III. refertur *in cap. Firmiter de ſum. Trinit.* Bracarenſi *3.cap.1.* Cartagin. *3.cap.24.* Altiſiodorenſi *cap.8.* Vuormatienſi *cap.4.* Maſticonenſi *2.c.4.* & ex alijs multis. Legantur D. Thom. & Suar. *lo.cit.* Ochag. *tr.1.de Euchar.q.5.* Granad. *cont.6.tr.2.diſp.1.* & Cornejo *in 3.par.q.74.ar.3.* Vbi notat, quod iuſſu Pij V. ablata fuerit expoſitio Caietani.

QVÆSTIO II.

An Panis, quifit ex fructibus quarundam arborum, ſcilicet ex Amigdalis Caſtaneis, &c aut, qui fit ex Leguminibus; vt ex Fauis, Lentibus, Ciceribus &c. poſſit eſſe materia huius Sacramenti?

AFFIRMATIVAM ſententiam tenere Caitanum, affirmat Vivaldus *de Eucha. num.24.*

Sed certiſsime Reſpondeo: Quod non. Quia panis, qui debet eſſe materia huius Sacramenti, debet eſſe ſimpliciter panis, quo homines cõmuniter vtũtur: at nullus panis iſtorum eſt huiusmodi: ergo. Sic S. Thom. *lo.cit.* & cum eo omnes Theologi. Silueſt. *V.Eucha.n.2.* Armilla *n.1.* Sotus *diſt.9.q.vnica.ar.3.prop.3.* Hurtado *de Euchar.diſp.2.diff.2.* Fagund. *præc.3. lib.2.cap.1.num.7.* & alij. Neque Caietanus oppoſitum dixit, vt bene notat Ægidius *quæſt.74.num.50.*

QVÆSTIO III.

An Panis, quifit ex hordeo, poſſit eſſe materia huius Sacramenti?

AFFIRMAT Gabriel *lect.35.in Canon. & in 4.diſt.11, quæſt.2.art.2.con.2.* (Qui Albertum, & Thomam de Argentina refert, & ſequitur) aſſerens: panẽ ex hordeo, aut ex quolibet alio grano frumentaceo, poſſe eſſe materiam Euchariſtiæ. Hanc ſententiam refert Machado, in quam videtur inclinare, *tomo 1.lib.3.parte 1.tract.6.doc.2.num.2.*

Cita-

Citatur etiam pro hac sententia Caietanus *3 p. quæst. 74. ar. 3.* vt videre est apud Viualdum *de Eucbar. num 23.* Sed non bene profecto; nam in codicibus antiquis oppositum docet, vt notat D. Ludouicus Montesinos *in manu scriptis, tract de Eucharistia quæst. 74. artic. 3. disput. 4. quæst. 1.*

Vnde certissime Respôdeo: Non posse. Quia panis hordeaceus non est simpliciter panis vualis. Adde quod Concilium Florentinum *lo. cit.* §. *Tertium est.* simpliciter definit, materiam huius Sacramenti esse panem triticeum: Vnde post illud, opposita sententia non solum temeraria, vt ait Suarez *disp. 44. sect. 1.* Verum etiam erronea est. Sic communiter omnes Doctores apud eundem, cum Diu. Thom. *3. par. quæst. 74. & in 4. disp. 11. quæst. 2. ar. 2.* Bonauent. Palud. Scot. Ricardus, Duran. Innocent. & alij.

QVÆSTIO IV.

An Panis, qui fit ex Tipha, seu Centeno: possit esse materia consecrationis?

AFFIRMANT Caiet. & Gabr. *lo. citat.* Victoria *de Eucharistia, quæst. mihi 55.* Sotus *dist. 9. quæst. vnica, art. 3.* Argentina *in 3. dist. 11. quæst 2. ar. 1.* Moure *3. par sum cap. 4. § 2. nu. 2.* Armilla *V. Eucha. num. 1. in fine.* Viuald. *Ver. Eucbar. nu. 2.* (Qui tamen male citat Armillam, pro opposita sententia) Affirmat etiã Enriquez *lib. 8. de Euchar. cap. 9. §. 1. in principio, & in Gloss. lit. D.* & alij apud ipsum. Ludouicus de S. Ioanne *quæst. 1. de Euchar. ar. 4. dub. 1. pag. 108.* Pet. de Ledesma *cap. 4. de Eucharistia post. 10. conclus. pag. mihi. 93.* Bonacina *disp. 4. quæst 2. punct. 1. num. 2.* qui male etiam citat Viualdum pro contraria sententia. Archang. *dist. 11. pag. 105. col. 1.*

Negant vero absolute Vazquez *disp. 170. cap. 3. num. 21.* & ante illum, Angel *Ver. Eucbar. num. 1.* Roselia, Gerson, Palacios, & Martinus de Ledesma, apud Enriquez *lo. cit.* Pesant *in 3. par. quæst. 74. disp. 1.* Hurtado *disp 2. diff. 2.* Fagundez *præc. 3. lib. 2. cap. 1. num 8.* & Ochagau. *lo. cit. quæst. 5. num. 6.* licet dicat probabilem esse oppositam sententiam, propter authoritatem D. Thomæ illam docentis *quæst. 74. ar. 3.*

Sed probabilius Respondeo: Esse materiam valde dubiam. Et ideo grauiter peccaret conficiens Sacramentum in Tipha, seu Secala, hoc est, Hispane, *en centeno.* Quia valde dubium est, Tipham esse verã speciem tritici. Sic Suar. *disp 44. sect. 1. §. Tertium exemplum.* Granados *Contro uersia 6. de Euchar. tract. 2. disp. 1. num 6. pag. 797.* & Ægid. *quæst. 74. artic. 3. num. 25.*

QVÆSTIO V.

An Panis factus ex Spelta, sit materia sufficiens consecrationis?

AFFIRMATIVAM sententiam tenere Albertum, Palud. Caiet. Sot. & Victoriam, ait Valentia *quæst. 2. punct. 1. col. mihi 866.* Quamuis illos non sequatur, dicit esse sententiam valde probabilẽ.) Viuald. *de Euchar. num. 27.* & Moure *cap. 4. cit § 2. num. 2.* Quia inquiunt, ex tritico multoties generatur.

Negant vero S. Thom. Ricard. Marsil. Siuester, Palac. & alij quos citat, & sequitur Pesantius *lo. cit.*

Alij vero docent, esse materiam dubiã. Sic Valentia *lo. cit.* & Victoria *num. 55.* (Vnde male, illum citat Valentia) & alij apud Moure.

Sed longe probabilius Respondeo: Sic. Si nomine *Speltæ* significetur *auena*, vt volunt Moure, & alij (aut hæc vox respondeat alteri voci, scilicet, Hispane, *alberjas*, vt alij affirmant) Nullo modo panis ex ea factus, potest esse meteria consecrationis. Quia nec panis factus ex illis, est simpliciter panis nominum, nec illo pane communiter vtuntur ad esum, sed potius sunt pabula belluarum, quamuis propter indigentiam, in aliquibus Prouintijs, hoc pane homines cibentur. Nec opitat, quod multoties generetur auena ex tritico: quia siue generetur ex illo propter malitiam terræ, siue ex alijs granis, sibi similibus, semper est eiusdem speciei, ac per consequẽs panis ex ea factus, cum non sit triticeus, nequit esse materia consecrationis. Sic Suarez Vazquez, Ægidius, Hurtado, Fagundez, Ochag. & alij recentiores communiter; Imo in hoc sensu clare D. Thom. *lo. cit. ad 2. & in 4. dist 11. quæst. 2. ar. 2.* Et quod plus est, Ricardum, Cartusianũ, Sotum Siuestrum, Tabienam, Angelum, Victoriam, & Viguerium, negare esse materiam, aduertit Enriquez *lib. 8. cap. 9. num.*

num. 1. *lit. F.* ſed male. Si uerò nomine *Spelt æ*, ſignificetur ſpecies aliqua veri tritici (vt alij volunt) verè erit materia cõſecrationis, vt conſtat ex dictis; & tenent Alexan. Albert, Palud. Gabriel. Caiet. Sotus, vt refert Enriquez *lo. cit.* & omnes.

QVÆSTIO VI.

An Panis ex Siligine, ſit materia ſufficiens conſecrationis?

NEGANT Ricard. Albert. Mag. Palud, Angel, & Roſella. Affirmant verò, Silueſt. Maior. S. Thom. & alij.

Sed ſub diſtinctione ſic Reſpõdeo: Si nomine *Siliginis* intelligatur triticũ ſelectũ, Hiſpane, *Candial*: Italice, *grano gentile, ò bianco*, vt vult Granados *tract. 2. de Eucbar. diſp. 2 nu. 6.* & ante ipſum, Ambroſ. Calepinus *Ver. Siligo.* & Pelantius *in 3. par. quæſt. 74. ar. 1. diſp. 1.* cũ alijs, vere eſt materia ſufficiens. Si verò nomine, *Siliginis*, ſignificetur *Tipha*, ſeu *Centenum*, dicendum eſt, ex dictis, eſſe materiam valde dubiam, Sic communis. Legatur Viualdus *de Euchar. num. 25.* Hurtado, Ægid. *lo. citatis.* Si verò ſumatur pro *auena*, vt volunt Alex. & Palud. apud Fagundez, aſſerendũ eſt cum illis, non eſſe ſufficientem materiam, vt diximus.

QVÆSTIO VII.

An Panis ex Farre, ſit materia conſecrationis?

AFFIRMAT Viuald. *num.* 28. *pag. mihi* 201. citans pro ſe Victoriam *num.* 55. & Sotum *in* 4. *diſt.* 9. *quæſt. vnica. ar.* 3. Sed ex his, Victoria, id abſolute non docet, ſed ſub dubio relinquit: ait enim ſic: Panis autem ſiliginis (de centeno) quia vere eſt panis, & ad alimentum hominum ordinatus, poteſt conſecrari. Idẽd dicẽdum eſt de Farre, & Spelta, ſi ex eis conficeretur verus panis: De Farre dicit Paludan, quod ſufficit. De Spelta, dicit Antoninus, quod ſufficit: Sed quia hoc non eſt certum, credo eſſet temerarium conſecrare in alio, quam triticeo pane. Sic Victor.

Vnde ſub diſtinctione: Sic Reſpondeo: Si Far accipiatur pro farina facta ex hordeo, certum eſt, quod ſit materia inſufficiens Euchariſtiæ. Si verò accipiatur pro quadã ſpecie tritici, quæ apud Hiſpanos dicitur *ſcandia*, vt à nonnullis accipitur, vel pro tritico trimeſtri, ſeu trimeſino, vt ab alijs, non poteſt eſſe dubiũ, cum vere, & proprie triticum ſit. Eſt communis reſpõſio, & certa, vt videre eſt apud Fagundez *lo. cit. num. 6. pag.* 604. Valentiam, & Granados *lo. citatis.* & Petrum de Ledeſma *cap. 4. de Euchar. poſt.* 10. *concl.* Pelantiũ *in 3. par. quæſt.* 74. *ar.* 1. *diſput.* 1. Ochagau. *q.* 5. *cit. num.* 6. Legatur D. Thom. *q.* 74. *ar.* 3. *ad* 2.

QVÆSTIO VIII.

An Panis confectus ex Maiſio, Hiſpane, Maiz, ô trigo de las Indias, ſit ſufficiens materia Euchariſtiæ?

DVBITANT aliqui apud Enriquez *lib.* 8. *cap.* 9. *lit. P.* & præcipuè Victoria *de Euchariſt. q.* 55. Vbi ſic ait. De maiz apud Indos, dubium eſt, an eſſet ſufficiens materia, & ideò non eſt conſecrandum in eo. Sic ille. Citantur etiam pro hac ſententia D. Thom. & Caiet. à Ioſepho Angles *quæſt.* 1. *de Euchar. art.* 3. *pag. mihi* 73. Sed male, ad minus D. Thomas.

Vnde certiſsimè Reſpondeo: Nõ eſſe materiã ſufficiẽtẽ; quia licet panis ex Maiſio, apud Indos ſit vſualis, non tamẽ ſimpliciter, nec panis triticeus, qui dũtaxat eſt materia Euchariſtiæ. Sic Enriquez *lo. cit.* Hurtado *diſp. 2. diff.* 2. Granados *tract. 2. de Euchar. diſp. 1. num. 6.* Lugo *diſp. 4. de Euchar. num.* 2. Fagund *lo. cit. numer.* 7. Ochagau. *lo. cit. num.* 9. ex Suario *diſp.* 44. *ſect.* 1. & communis.

QVÆSTIO IX.

An Panis ex Amylo (Hiſpane, Almidon) confectus, ſit ſufficiens materia Euchariſtiæ?

AFFIRMANT Palud. *in* 4. *diſt.* 11. *q.* 1. *art.* 4. *conc.* 5. & Sotus apud Petrũ de Ledeſma. Albertus, & Maior, quos citat, & ſequitur Enriquez *lib.* 8. *cap.* 9. §. 1. & *lit. G.* Vbi ſic ait: Amylon, in propria ſpecie non eſt materia, niſi ex ipſo toſto, & in farinam redacto fiat nouus panis, vt fit ex maſſa. Sic ille. Quam ſententiam eſſe probabilem expreſſe docet Machado *lib.* 3. *par.* 1. *tract.* 6. *documen.* 2. *nu.* 5. Et ſatis indicant Suar. Granados. Et illam docent aliqui docti recentiores. Fauent etiã huic ſententiæ Villalobos *tract.* 7. *diff.* 5. *num.*

num 3. aſſerens, eſſe materiam dubiam, per hæc verba: Si vbieſſe duda, ſi es pan de trigo, ô no; ſeria materia dubia, como el amidon, que aunque parece que no es mas que trigo deſcortezado, pero ay duda, ſi por el calor demaſiado del Sol, ſe mudo en otra eſpecie, y por eſſo es materia dudoſa, como tiene S. Thomas, y Scoto. Ita ille. Sed male in hoc, quod pro ſe citat D. Thomam, & Scotum, vt infra.

Vnde probabilius Reſpondeo: Nõ eſſe ſufficientem materiam, etiam ſi ex amidò fiat maſſa, ſolius aquæ elementalis conſperſione, & poſtea coquatur, ſicut ſolet panis. Quia licet amidus, vel amylon, ex tritico conficiatur, ita tamen tranſmutatũ eſt, vt panis ex illo confectus, nec eſt panis vſualis, nec retinet ſaporem communẽ panis. Sic S. Thom. *q.* 74. *art.* 4, *ad* 4. Sic dicens: Et quia amidum eſt ex tritico corrupto, non videtur, quod panis ex eo confectus, poſsit fieri corpus Chriſti, quamuis quidam contrarium dicant. Sic D. Thom. Scotus *diſt.* 11. *quæſt.* 9. Carthuſ. *quæſt.* 3. *dub. vltimo.* Victoria *quæſt.* 55 Marcinus de Ledeſ. Alan. Silueſt. Angel. apud Suarez *diſp.* 44 *ſect.* 2 *fine.* & apud Enriquez *lo. cit.* Quibus adde Vazquez *diſt.* 170. *cap.* 4 *num.* 23 Ægid. *num.* 54 Valentiam, Pitigian. Viuald. & Bartholom. ab Angelo, quos citat, & ſequitur Bonac. *diſp.* 4. *q.* 2. *punct.* 1. *num.* 7. Granados *tract.* 2. *diſp.* 1. *num.* 8. *pag.* 798. Lugo *diſp.* 4 *num.* 6. Hurtado *diſp.* 2. *diff.* 2. Ochagauia *lo. cit. num* 10 Archang. *diſt.* 11. *pag.* 107. *col.* 1. & 2. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 4. *num.* 87. Moure 3. *par. cap.* 4. § 2. *num.* 3. Petrus de Ledeſma *cap.* 4. *de Euchariſtia concluſ.* 10. *dub.* 4. & Ludouicus *quæſt* 1. *de Euchar. art.* 4. *dub.* 1. *appen.* 3 Ioan de Cruce *de Euchariſtia quæſt.* 74. *dub.* 1. *concl.* 2. Fagundez *præc.* 3 *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. Gauan. 3 *parte tit.* 3. *lit. C.* Machado *tom.* 1. *lib.* 3. *par.* 1. *tr.* 6. *doc.* 2. *n.* 5.

QVÆSTIO X.

An Panis confectus ex tritico, cum admixtione aliarum ſegetum, ſit materia ſufficiens Euchariſtiæ?

RESPONDEO: Eſſe, ſi mixtio illa ſit in tã parua quantitate, vt non ſoluat ſpeciẽ tritici. Secus, ſi ſit in magna, ita vt ſoluat ſpeciem, aut naturam panis triticei Sic S. Thom. *ar.* 3. *cit. ad* 3. Ægid. *ibi num.* 55. Granad. *lo. cit. num.* 7. Hurtado *diſſ.* 3. & Suarez. Qui bene addunt, quod quando parua quantitas alterius farinæ additur farinæ triticeæ, ſi non conuertitur in triticeam, ſed manet ſeorſum in ſua propria ſpecie; tunc panis ex eis duabus maſſis cõfectus, nõ conſecrabitur, quoad illam particulam, quæ non eſt triticea, ſed tantum quoad aliam,

QVÆSTIO XI.

An Maſſa cruda, ſit materia ſufficiens conſecrationis?

AFFIRMATIVAM ſententiam tenere Maiorem *in* 4. *diſt.* 11. *quæſt* 2. ait Hurtado *diſp.* 2. *diff.* 3. & ante illum Enriq. *lib.* 8. *de Euchar. cap.* 9. § 2. *lit. X.* Qui addit hoc ipſum, vt probabile aſſeruiſſe Scotum *diſt.* 11. *q.* 6. & Gabrielem mihi, & *lect.* 35. *in can.* & Damaſcenum *lib.* 4. *cap.* 5.

Sed revera fallitur omnino: Nam Damaſcenus nihil de hoc *in loco ab ipſo cit.* Et Scotus, & Gabriel oppoſitum omnino docent, & ſolum dicunt, eſſe probabile, quod maſſa non differat ſpecie eſſentialiter à pane, quod quid diuerſum eſt. Fundamentum ergo Maioris eſt: Quia maſſa cruda tantum differt accidentaliter à cocta.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non eſſe. Quia maſſa cruda (ſiue ſit eiuſdem ſpeciei cum maſſa cocta, aut pane, vt tenẽt Scot. *diſt.* 11. *quæſt.* 6. & alij; ſiue diuerſæ ſpeciei (vt probabilius docent S. Thom. *diſt.* 11. *quæſt.* 1. *ar.* 1. *quæſt.* 3 *ad* 3. Suarez, Vazquez, & alij) non eſt cibus comeſtibilis ab homine: ergo nec materia Sacramenti. Sic communiter omnes Theologi, cum D. Thoma *quæſt.* 74. *ar.* 3. *ad* 4. Suarez *diſp.* 44. *ſect.* 2. Hurtado *diſp.* 1. *diff.* 3. & Fagundez *loco citato, num.* 10. Ochagauia *loc. citato num.* 11. Archangel *loc. cit.* Qui id, late, & bene probat. Ægidius *q.* 84. *numer.* 47. & alij.

QVÆS-

QVÆSTIO XII.

An Miſa panis madefacta, & digitis compreſſa, & facta quaſi maſſa cruda, ſit materia ſufficiens conſecrationis?

NEGAT Fagundez *præc.3. lib.2. cap.1. num.12. pag.606.* Quia tanta (inquit) poteſt eſſe compreſsio, vt panis vſualis non ſit, nec materia conſecrabilis &c.

Sed, longe probabilius Reſpondeo: Eſſe. Quia per talem mutationem, nullo modo amiſit coctionẽ, aut eſſe panis: Alias quando hoſtia conſecrata ſumitur, manditur, & madefit in ore, amitteret acidentia panis, & conſequenter deſineret in illis eſſe verum Sacramentum, quod aperte eſt pluſquam falſum: Vt colligitur ex Tridẽt. *ſeſſ.13. can.4.* quatenus in eo dicitur: ante, & poſt ſumptionem manere Sacramentum. Sic Lugo *diſp.4. num.5.* Suar. *diſp. 44. ſect. 2.* Hurtado *lo. cit.* Et ante ipſos Scotus *diſt.9. quæſt. 1. art 3.* Sotus *diſt. 11. quæſt.6.* & Vazquez, quem citat, & ſequitur Ochagauia *tract.1. de Euchariſt. quæſt.5. num.15.*

QVÆSTIO XIII.

An Miſſa oleo, aut butyro in ſartagine frixa, aut aqua elixa, ſit ſufficiens materia Euchariſtiæ?

RESPONDEO: Non eſſe. Quia panis dicto modo confectus, non eſt verus ſimpliciter, & vſualis, ſed erit placenta, laganum, aut pultes, Hiſpane, *torta, bojue las, y puches.* Materia ergo huius Sacramenti debet eſſe panis triticeus, coctus, aut aſus ſolo igne, ſiue in furno torrea tur, aut ſub cineribus, aut in vaſealio. Sic Suar. Viualdus, Ægidius, Lugo, Fagund. Sot. Hurtado, Ochagauia, & alij *lo. cit.*

QVÆSTIO XIV.

An Panis confectus ex farina triticea, & ex ſucco, aut liquore ab ipſis granis, per contuſsionem in mortariolo expreſſo, ſufficiat ad materiam Euchariſtiæ?

RESPONDEO: Non ſufficere. Quia ad nec eſsitatem huius Sacramenti requiritur, vt materia ſit panis factus ex farina triticea, & aqua naturali, aut elementali. Sic omnes DD. fere, vt ex ſtatim dicendis conſtabit.

QVÆSTIO XV.

An Panis confectus ex farina triticea, & ex aqua roſacea, vel Angelica, vel ſtilata, ſit ſufficiens materia Euchariſtiæ?

AFFIRMANT Aſtiens. & Durand. ordinis minorum, quos refert, & ſequitur Peſantius *in 3. par. quæſt.74. art. 1. diſput.2.* & Albertus, apud Viuald. infrà citandum. Caiet, *3. par. quæſt.74. art.7.* (Vnde male illum citat Peſantius pro cõtraria. Quod clare videtur, ſiquidem ad probandam ſuam ſententiam, Caietani vtitur ratione) & Sa *V. Miſſa num.4.* vbi ſic ait. Eſt & panis etiam, qui ex aqua non naturali fit, etſi quidam non putent idoneum conſecrationi: ego cum alijs puto. Sic ille, in editione prima. In ſecunda vero, & correcta, contrarium habet *eodem num.4.* Fauet huic ſententiæ Lugo *diſp. 4. num.4. pag.340.* dicens, ſibi videri illam materiam eſſe valde dubiam. Et Ludouicus de S. Iuan *quæſt.1. de Euchar. art. 4. dub.2. pag.109. concl.1.* indicat eſſe probabilem ſententiam Caietani, *& append.2.* affirmat eſſe validam, licet non licitam, conſecrationem factam ſuper materiam, aut panem confectum ex farina tritici, & aqua artificiali: Et hanc ſententiam eſſe probabilem docent etiam P. Ledeſma, ſtatim citandus, & Valentia: & eſſe dubiam materiam *Rubrica 3. Miſſalis Romani.*

Sed, multo longe probabilius, Reſpondeo: Non eſſe talem materiam ſufficientem ad conſecrationem. Quia panis vſualis, & communis, qui ſolus eſt materia huius Sacramenti, non fit ex conſperſione aquæ artificialis, ſed elementalis admixtæ cum farina triticea. Sic S. Thom. *q.74. ar.7. ad.3.* Palud. *diſt.11. q.1. ar.6. concluſ.4.* Sotus *diſt.9. q.1. ar.6. ad 3.* Vazquez *diſp.170. c.4.* Suarez *diſp.44. ſect. 2.* Laiman *tract.4. de Euchar. cap.2. nu. 3.* Moure *3. par. cap.4. §.2. nu.6.* & apud illum, Angel. Silueſter, Armilla, P. Sot. & alij; Ægidius *lo. cit. num.48.* Hurtado *diſp.2. diff.3.* P. de Ledeſma *cap.4. de Euchariſtia concl.10. dub.6. pag. mihi 93.* Valentia *diſp.6. quæſt.2. pun.1. col. mihi 867.* Viuald. *de Euchar. numer.34.*

Fagun.

Fagundez *præc. 3. lib. 2. cap. 1. num. 13. & 14.* Perez *loc. cit. pag. mihi 5 col. 2.* dicens, esse omnium. Ochagauia *loc. cit. num. 14* Filliuc *tract. 4. à num. 30.* Diana *6. par. tr 6. res. 18.* Lublinus *Ver. Eu char. num. 1.* Machado *tom. 1. lib. 3. par 1, tract. 6. doc. 2. num. 4* & communis.

QVÆSTIO XVI.

An Hostia ex farina tritica, cum admixtione cinnabri confecta, vt est illa, qua solemus litteras sigillare. Hispane, Obleas coloradas, *sit sufficiens materia Eucharistiæ?*

RESPONDET: Lugo *disp. 4. num. 4* Non esse. Quia per prædictam mixtionem valde alteratur dicta materia, & extrahitur à pane communi, & vsuali. Sic Lugo. Et est verum, nisi alias mixtio farinæ cum cinabro esset pauciſsima; quia hoc modo non obstaret veritati Sacramenti.

QVÆSTIO XVII.

An Panis, tam fermentatus, quam azymus, sit materia sufficiens ad consecrationem corporis?

NEGARVNT Græci pluſquam 600. abhinc annis, & nunc etiam negant Græci ſchiſmatici aſſerentes, panem dum taxat fermentatum eſſe materiam huius Sacramenti.

Negarunt etiam, per oppoſitum Armeni affirmantes, ſolum azymum eſſe materiam conſecrationis corporis.

Negauit tandem Hugo quidam, quem refert, & ſequitur Gloſa *in cap. litteras. de celebratione Miſſarum* (licet in Gloſa iam hoc ſublatum ſit) docens, materiam neceſſariam huius Sacramenti apud Latinos, eſſe panem tantum azymum; apud Græcos vero, fermentatum.

Sed certiſsime Reſpondeo: Panē tā fermentatū, quā azymū, tā apud Græcos, quā apud Latinos eſſe materiā ſufficiētē huius Sacramēti. Hæc reſpōſio eſt de fide definita ab Eugenio IV. *in lit. vnionis §. in azymo*, & alibi. Et ratio eſt. Quia, tam panis azymus, quam fermentatus eſt ſimpliciter, & vere panis, quantum ad ſubſtantiam. Ergo quilibet illorum eſt materia ſufficiens huius Sacramenti. Sic D Tho. *quæſt. 74. art. 4.* & omnes eius expoſitores. Legantur Suarez *diſp. 41. ſectione 3.* Vazquez *diſp. 174. cap. 3.* & Granados *tract. 2. diſp. 1. num. 9* & alij.

QVÆSTIO XVIII.

An Omnes Sacerdotes, tam Græci, quam Latini, teneantur saltem, necessitate præcepti, consecrare in azymo?

AFFIRMATIVAM partem videntur amplecti Scotus *in 4. diſt. 11. quæſt. 6.* Gabriel *lect. 34. in Canon.* & Angel *Ver. Eucharistia 1. num. 6.* Quia exiſtimant omnes Sacerdotes debere, ſe conformari conſuetudini Eccleſiæ Romanæ.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non teneri, niſi Latinos, Nam Græci licite poſſunt conſecrari in fermentato. Quia Eccleſia Romana, quę caput omnium Eccleſiarum eſt, permittit eſſe templa Græcorum etiam Romę, in quibus ipſi conficiunt Sacramentum ex fermentato: Licitum ergo eſt illis ſeruare hunc ritum. Sic Diu. Thom. *quæſt. 74. art. 4.* Et omnes Scholaſtici *in diſt. 11.* & expoſitores D. Thom. *loc. cit.* Enriquez *lib. 8. cap. 11. §. 6.*

QVÆSTIO XIX.

An Sacerdoti Græco existenti in sua Ecclesia licitum sit consecrare in azymo, sicut & in fermentato?

AFFIRMAT Paludanus *in 4. diſt. 11. quæſt. 1. art. 4. concl. 6.* aſſerens, liberum eſſe Græcis conſecrare in fermentato, vel azymo, licet non Latinis, & poſt illum, Nuñus *3. par. quæſt. 74. art. 4. concluſ. 6.*

Sed certiſsime Reſpondeo: Non licere. Nam tam Latinus, quam Grecus Sacerdos tenetur ſeruare ritum ſuæ Eccleſiæ, eiuſque conſuetidinem, quæ, quantum ad hoc, vim habet Legis, & præcepti. Sic Innoc. III. *lib. 4. cap. 33.* D. Tho. *loc. cit.* & omnes eius expoſitores Enriquez, & Granados *locis citatis*, & Ioan. de Cruce *in ſum. de Euchariſt. quæſt. 1. dub. 2.*

con. 2. Layman, & Villalobos, quos citat, & sequitur Diana 3 *par. tract. 6. res. 99.* & communis.

QVÆSTIO XX.

An Saltem, in casu necessitatis, verbi gra. ad dandum Viaticum infirmo possit Sacerdos Latinus, existens apud suos, consecrare fermentatum?

AFFIRMARVNT Mayor, & alij, quos supra *disp. 5. quæst. 22.* retulimus.

Sed certissime fere, Respondeo: Non posse. Quia licet ex præcepto diuino teneatur infirmus sumere Viaticum; tamen hoc præceptum, non obligat, nisi quando potest communicare, seruata reuerentia debita huic Sacramento. Sic communiter Doctores, vt supra. Quibus adde Enriquez *lib. 8. cap. 11. §. 7.* & alios apud ipsum, *lo. cit. lit. R.* Bonac. *disp. 4. quæst. 2. pun. 1. num. 11.*

QVÆSTIO XXI.

An Sacerdos Græcus habens proprium domicilium apud Latinos, & apud eos habitans, teneatur conficere in azymo; aut è contra, Latinus habitans apud Græcos, in fermentato?

RESPONDEO: Teneri. Quia vnusquisq; censetur esse membrum illius Ecclesiæ, cuius est incola, & apud quam habet domicilium, & non alterius, à qua iam discessit: Ergo tenetur, quantum ad hoc, seruare ritum Ecclesiæ, cuius est incola. Sic communiter omnes Doctores. Sed ad difficiliora transeamus.

QVÆSTIO XXII.

An Saltem, casu, quo Græcus sit incola apud Latinos, vbi sunt templa deputata ad seruandos ritus Græcorum (sicut sunt Romæ) teneatur seruare ritum propriæ Ecclesiæ?

AFFIRMANT Suarez *disp. 44. sect. 4.* Vazquez *disp. 174. cap. 3.* Hurtado *disp. 2 diff. 6.* Diana 3 *par. tract. 6. res. 99.* & Montesinos *in manu Scriptis q. 74. ar. 4. disp. 4. quæst. 2. §. 8.* Addens, quod si Sacerdos Latinus existens in sua Latina Ecclesia (ver. gratia, Roma) vellet consecrare in templo illo Græcorum, non posset consecrare fermentatum, & in hoc bene) & si Græcus vellet Romæ consecrare, non in suo templo, sed in alio, tó posset licite consecrare in azymo.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse in eo casu, seruare ritum suæ Ecclesiæ, sed non teneri. Sic Granados *tract. 2. de Eucharistia disp. 1. in fine* per hæc verba: Nec obstat dictis Gabrielis Vazquez *disp. 174. cap. 3. num. 28* hoc ita rigorose accepisse, vt non liceat Latino per Græciam transeunti celebrare in fermentato, aut econtra. Nam licet Ecclesia permittat id facere, sicut permittit Græcos, per modum collegij in Ecclesia Latina commorantes, celebrare in fermentato, non tamen obligat; nec est credibile displicere Ecclesiæ Latinæ, vt Græci in ipsa cõmorantes non sequantur ritum suum; imo, & ipsius Christi Domini. Sic ille. Et ego, & Petrus de Ledesma *cap. 4. de Eucharistia conc. 13.* Nuño *loco citato.*

QVÆSTIO XXIII.

An Sacerdos Græcus, qui peregrinatur per Ecclesiam Latinam, aut Latinus per Græciam, possit pro libito celebrare in azymo, vel fermentato?

NEGANT Vazquez *disp. 174. cap. 3.* Suarez *disp. 44. Sect. 3. versu. Illud vero in fine.* (Vnde male illum citant Bonacina, & Granados pro contraria sentẽtia) Hurtado *disp. 2. diff. 6.* & alij docentes: Sacerdotem Græcum peregrinantem per Ecclesiam Latinam, si in ea non habeat proprium domicilium, nec templum pro ritu Græcorum deputatum, teneri etiam in templo Latinorum, ritum suæ Ecclesiæ seruare, & consecrare fermentatum, quod idem, proportionabiliter, dicunt de Latino per Græciam peregrinanti.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse pro libito in azymo, vel fermentato celebrare. Quia quilibet potest se acõmodare consuetudinibus locorum, per quæ transit, etiam si ad id non teneatur, iuxta illud Ambrosij *Si fueris Romæ, Romano viuito more; & si fueris alibi, viuito sicut ibi.* Sic Enriquez *lib. 8. capite 11. §. 6.* fine, & apud ipsum Leo Papa IX.

Sot.

Sot. Caiet. & Ledesma. Ægidius *quæst. 74. art. 4. num. 117.* (*non 95.* vt citat Bonacina) Sanchez, & Nuño, quos citat, & sequitur Bonac. *disp. 4. quæst. 2. punct. 1. num. 10.* Granados, & Diana *loc. cit.*

QVÆSTIO XXIV.

An solum vinum vitis, sit materia sufficiens ad consecrationem sanguinis Christi?

NEGANT Hæretici quidam, dicti Aquarij (quorum hæresim refutant S. Cyprian *epist. 63. ad Cicilium* & D. Aug. *hæresi 64*) existimantes: aquam etiam esse sufficientem materiam Sacramenti sanguinis. Negarunt & alij, arbitrantes, etiam lac esse sufficientem materiam.

Sed certissime de fide Respondeo: Solum vinum ex vite, esse sufficientem, & necessariam materiam huius Sacramenti. Ita definitum est in Concilio Lateran. *sub Inoc. III cap. Firmiter. de sum. Trinit.* & in Florent. ab Eug IV. *in litteris vnionis.* Et in Altisiodorensi 4. *cap.* 4. & in alijs, Et constat ex vsu perpetuo Ecclesiæ, & institutione Christi Domini, qui in hoc vitis vino instituit hoc Sacramentum, vt colligitur ex *Matth. 26.* vbi habetur, quod quando Christus consecrauit, dixit; *non bibam à modo de hoc genimine vitis.* Et sic docent omnes Scholastici cum Diuo Thoma *quæst. 74. art. 5* & cum Mag. *in 4. dist. 11.* Legatur Bellarm. *lib. 4. de Eucharistia capit. 10.* Suarez *disp. 75. sect. 1.* Ægidius *num. 121.* & alij.

QVÆSTIO XXV.

An Omne vinum vitis, siue album, siue nigrum, sit sufficiens materia consecrationis sanguinis?

RESPONDEO: Esse; siue differant specie, siue non. Quia quodlibet ex illis est simpliciter, & absque addito, vinum. Sic omnes Doctores; præcipuè citati. Quod si ab illis inquiras, Quodnam vinum ex illis sit conuenientius? Respondet Vazquez *disp. 175.* Quod quamuis vinum rubeum, secundum quid, sit conuenientius ratione coloris, cum magis assimiletur sanguini; absolute tamen, conuenientius sit vinum album ratione mundiciæ. Sic etiam Montesinos *in Manuscriptis.*

QVÆSTIO XXVI.

An In vrgente necessitate, possit fieri consecratio in alio vino, pomorum, videlicet, Granatorum, Morum, &c.

RESPONDEO: Non posse. Quia absolute dixit Christus, quando consecrauit: *Non bibam de hoc genimine vitis:* Et sic nequit in alio vino confici hoc Sacramentum. Sic S. Thom. *3. par. quæst. 74. art. 5. ad 2.* & cum eo omnes Theologi.

QVÆSTIO XXVII.

An Vinum coctum, v. g. Sapa, vel Mulsum, Hispane, Arrope, & Clarea, sit materia sufficiens consecrationis sanguinis?

AFFIRMARVNT quidam, vt refert Glosa *Ver. Calix, in cap. sicut. 2. de consecratione. dist. 2.* quæ, & innuit esse probabile.

Sed certissime Respondeo: Non esse. Quia non est vere vinum, cum per coctionem in aliam transierit materiam. Sic Glosa *loc. cit.* Viualdus *de Euchar. num. 37.* Granados *tract. 2. de Eucharistia. disp. 2. num. 5.* Hurtado *disp. 2. diff. 8.* & P. de Ledesma *cap. 4. con. 15. in fine.* & Ludouicus de S. Iuan *q. 1. ar. 10. diff. 6*

QVÆSTIO XXVIII.

An Agresta, id est, sucus expressus ex vuis immaturis (Hispane Agraz) *sit materia sufficiens consecrationi?*

RESPONDEO: Non esse (siue specie differat à musto, vt aiunt Alex. *4. par. quæst 10. memb. 4. ar. 3.* & D. Thom. *quæst. 74. ar. 5. ad 3.* siue non, vt ait Palud. *dist. 11. quæst. 1.*) Quia non dum habet vini speciē, sed tantum est in via ad illud. Vnde, sicut nec ex passa, aut massa, corpus; ita nec, ex agresta sanguis Christi cōfici potest. Sic D. Thom. & Alex. *locis citatis.* Gabriel *lect. 35. in Can.* Lugo *disp. 4. n. 8.* Ochagauia *quæst. 9. num. 3.* Suarez. *disp. 45. sect. 1.* Ægid. *q. 74. num. 122.* & omnes.

& habetur *in capite cum omne. de conſecratione, diſtinctione 2.*

QVÆSTIO XXIX.

An Lora, ſeu Acinacium (Hiſpane, agua pie, delgado, ô vinada) *ſit materia ſufficiens conſecrationis?*

RESPONDEO: Nõ eſſe. Quia nõ eſt vinũ, ſed aqua infula in acinis, ſeu racemis expreſsis. Secus eſſet ſi parua quantitas aquæ admiſceretur magnæ copiæ veri vini, vt fieret perfecta concoctio; quia tũc illud vinum non amittit ſuam ſpeciem, ſed potius parua illa aqua tranſmutatur in illud. Vnde bene Suarez. *lo. cit.* Ait, in hac re, non poſſe quid definiri, eo quod varijs modis fiat Lora. Sic Vazq. Granad. Hurtado, Lugo *locc. it.* & communis.

QVÆSTIO XXX.

An Muſtum in vuis adhuc incluſum, ſit materia conſecrationis?

AFFIRMARVNT olim quidam; vt refertur, *in cap. cum omne.* citato, & nunc, nonnulli alij, quos ſuppreſſo nomine, retulit Suarez *diſp. 45. ſect. 1.* & Ægidius *quæſt. 74. art. 5. num. 123.* Tenet ſecundum Peſantium *quæſt. 74. art. 5. diſp. 1.* Ricardus *diſt. 11. art. 2. quæſt. 5. ad 3.* Quem etiam pro negatiua parte, citat Enriquez (vbi infra) *l. 11. art. 2. quæſt. 4. ad 3.* Legat Ricardum, qui eius mentem noſſe cupierit.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non eſſe. Quia muſtum intra grana incluſum, cum ſit ſicut pars in toto, non eſt potus, ſed cibus. Rurſus, dum continetur in vua, non poteſt ſufficienter deſignari per pronomen, *hic*, cum dicitur, *hic eſt ſanguis.* Ergo. Sic habetur expreſſe *in cap. cum omne, cit.* D. Thom *quæſt. 74. art. 5. ad 3.* Et ibi Caietanus, Vazquez *diſp. 175. num. 14.* Sot. *diſt. 9. quæſt. unica art. 5.* Ledeſma, Tabiena, Ricardus, & alij, quos citat, & ſequitur Enriquez *lib. 8. cap. 12. num. 2. lit. M* Lugo *diſp. 4. num. 10.* Hurtado *diſp. 2. diff. 9.* Victoria, Angles, Sylueſt. & alij, quos citat, & ſequitur Bonacina *diſput. 4. quæſt. 2. punct. 2. num. 9.* Cornejo *in 3. par. quæſt. 74. ar. 5 pag. 331.* Peſantius *lo. cit.* Quidem ſentit, & bene, loquendo de aqua viua, Hiſpane, *Agua ardiente.*

QVÆSTIO XXXI.

An Vinum imbibitum in offa, ſeu mica panis, poſsit eſſe materia conſecrationis?

RESPONDEO: Quod non. Quia, dum vinum continetur intra micam panis, non poteſt tempore conſecrationis deſignari per pronomen *Hic*, cum dicitur; *hic eſt ſanguis*; Quia illud, non ſolum eſt vinum, ſed etiam panis. Sic Lugo *diſp. 4. num. 12. pag. 231.* Cornejo *loc. cit.* Vbi ſic ait: Non poteſt conſecrari vinum, quo panis madefit, quamuis retineat ſpeciem, & naturam vini; quia, non eſt in forma potabili. Sic ille. Et alij.

QVÆSTIO XXXII.

An Muſtum (hoc eſt vinum recenter à racemis expreſſum) ſit materia ſufficiens conſecrationis ſanguinis?

NEGARVNT olim nonnulli apud Viuald. *de Euchariſtia num.* 40. & nunc, licet ſimpliciter non negent; valde tamen dubitat, Moure *3. par. cap. 4. §. 3.* & alij recentiores apud ipſum, & apud Ioã nem de Lugo *diſp. 4. num. 9.*

Sed certiſsime Reſpondeo: Eſſe. Quia muſtum, vere eſt, & dicitur ſimpliciter vinum, & ſic in ſcriptura vocatur, *Act. 2. Muſto pleni ſunt iſti.* Sic habetur expreſſe *in cap. Cum omne. de Conſec. diſt. 2.* Vbi Iulius Pontifex id permittit in caſu neceſſitatis, & in aliquibus Eccleſijs eſt cõſuetudo, vt in die Transfigurationis Domini 6. Auguſti, conficeretur muſtum ex vuis recenter expreſsis, vt referunt Viuald. *de Euchar. num. 41.* & Moure *lo. cit.* Et hanc noſtram reſponſionem docent communiter omnes Theologi, cum S. Thom. *3. par quæſt. 74. art. 5* Sot *diſt 9. quæſt. 1. ar. 5.* Suarez, & Ægidio. Lugo, Viualdus, & Moure *lo. citatis.* Enriquez *lib 8. cap. 12. § 1.* & apud ipſum, Ledeſma, Tabiena, & Concil. Brachar. Hurtado *diſp. 2. diff. 9.* Granad. *tract. 2. diſp. 2. num. 5.* Victoria *num. 59.* Armilla *num. 8.* Bonac. *diſp. 4. quæſt.*

quæst. 2. punct. 2. num. 3. Valentia *disp. 6. q. 2. pun. 1. col. mihi* 871. Sa, *V. Missa n. 2.* Fagund. statim citandus, & Gauant. *3. p. tit. 4. n. 2.* Layman *tr. 4. cap. 2. n. 6.* P. de Ledesma *cap. 4. post* 15. *concl.* Toletus *lib. 2. cap. 24.* Machado *tom. 1. lib. 3. par. 1. num. 6. doc. 2. num.* 7. Cornejo *q. 74. art. 5. pag. 331.*

QVÆSTIO XXXIII.

An Consecrare mustum, extra necessitatem, (aut extra festum Transfigurationis, vbi consuetudo viget) sit peccatum mortale?

NEGATIVAM partem videntur amplecti Enriquez *lib. 8. c. 12. §. 1. in fine.* Vbi tantum dicit, id non decere per hæc verba: Sed extra id festum, aut necessitatem non decet, quia communiter exprimitur simul densior vuarum pars, quæ non est vinum. Sic ille. Et Hurtado *disp. 2. diff. 9.* Fauent huic sententiæ Granados *disp. 2. sect. num. 5.* Sot, *dist 9. quæst. 1. art. 5.* Ægid. *quæst. 74. art. 5. num. 124.* & alij cum D. Thom. *loc. cit. ad 3.* insinuantes, solum esse veniale, cum solum dicant, esse peccatum, aut esse illicitum.

Sed probabilius Respondeo: Extra prædictos casus, esse mortale consecrare mustum; Tum propter prohibitionem Ecclesiæ *in dicto cap.* Tum etiam, propter consuetudinem contrariam: Tum denique, quia maxima fieret irreuerentia Sacramento. Sic Suar, *disp. 45. sect. 1.* Bonacina *disp. 4. quæst. 2. punct. 2. nu. 3.* Fagundez *prac. 3. cap. 3. num. 5.* & Gauant, & Layman *loc. cit.* Filliuc. *num. 87.* Villalobos *tract. 7. diff. 7. num. 2.* Machado *tr. 6. cit. docum. 2. n. 7.* ex D. Thom. *quæst. 84. art. 5. fine.*

QVÆSTIO XXXIV.

An Acetum, proprie acceptum, sit materia sufficiens consecrationis?

AFFIRMAT Glossa *in cap. 2. de consecrat dist. 2. Ver. Galix.* & pro hac sententia referunt Viualdus, & Moure, Innocentium III. *lib. 4. de Myst. Missæ cap. 80.* Et Gaspar Hurtado, Alexandrum de Alexan. *4. par. quæst. 10. mem 4. art. 1.* Sed immerito profecto. Nam vt bene Enriquez, Granad. & Fagund. hi Authores exponendi sunt de vino acido. Et certe Alex. *4. p. q. 32. ar. 3. mem. 8.* (*alias q. 10. memb. 4. ar. 1.* vt citat Hurtado) expresse de vino acescente loquitur, vt bene vidit Gabriel *lect. 35. in Can.* Vnde, quid quid sit de hoc.

Certissime Respondeo: Non esse materiam sufficientem. Quia acetum, stricte sumptum, non est vere vinum, cum potius vinum corrumpatur, vt ex illo acetum fiat. Sic S. Thom. *quæst. 74. art. 5. ad 2.* Ricardus, Sotus, Angel, Siluester, Armilla, Viguer. & Victoria, quos citat; & sequitur Viualdus *de Euchar. num. 38.* Suar. *disp. 45. sec. 1.* Enriquez *lib. 8. cap. 12. §. 2.* Layman *tract. 4. cap. 2. num. 5.* Granad. *tract. 2. disp. 2. num. 5.* Fagund. *prac. 3. cap. 3. num. 3.* Hurtado *disp. 2. diff. 8.* Moure *3. par. cap. 4. §. 3. num. 5.* & omnes fere Doctores penes Machado *loco citato*, per hæc verba: Que el vinagre no sea apta materia para contagrar en ei, enseñalo S. Thomas, y casi todos los Doctores. No obstante que vna Glosa dice, que es bastante materia, la qual explican S. Thomas, y algunos Doctores, diciendo, que se a de entender, no del vino, que totalmente está echo vinagre, sino delque se comienza a azedar. Doctrina muy aprosito para quitar los escrupulos, que en esta raçon puede auer acerca del vino, que se dà para decir Missa en Madrid, que la mayor parte tiene algo de vinagre, y mucho de agua. Hæc Machado.

QVÆSTIO XXXV.

An saltem vinum acidum, seu parum acre (Hispane, que tiene vna punta de vinagre) *sit materia sufficiens?*

RESPONDEO: Esse. Quia nondum formam substantialem vini amisit. Verum est, quod peccaret, qui, absque necessitate, in illo consecraret, & interdum mortaliter, pro ratione dubij, vel irreuerentiæ. Sic D. Tho. *q. 74. ar. 5. ad 2.* Alens. *4. par. q. 32. art. 3. memb. 8.* Suarez *disp. 45. sect. 1.* Fagundez, & Hurtado *locis citatis*, & communis, vt ex nuper dictis constat.

QVÆSTIO XXXVI.

An Vinum congelatum ſit materia ſufficiens conſecrationis ſanguinis?

NEGANT Armilla *V. Euchar. num. 19.* Ledeſma *quæſt. 15. art. 5. dub. 1.* Alanus *lib. 1. de Euchar. cap. 11.* Quos citat, & ſequitur Enriquez *lib. 8. cap. 12. §. 3.* Moure *3. part. cap. 4. §. 3. num. 7.* Ludouicus de S. Iuan *quæſt. 1. de Euchar. art. 10. diff. 5. pag. 117.* & Nuñus *quæſt. 74. art. 5.* Perez, ibidem *fol. mihi*, 19. & alij.

Alij autem reſpondent, eſſe materiam dubiam. Sic Fagundez *præc. 2. lib. 2. cap. 3. num. 10.* & Machado *loc. cit. num. 9.*

Alij ſub diſtinctione, dicunt, quod ſi recens eſt congelatio vini, vt in calice facta paulo ante conſecrationem, tunc optime poſsit fieri ex illo conſecratio: ſecus vero, ſi dudum congelatum eſt. Ita Eſtius *in 4. diſt. 8. §. 9 pag. 110.* Peſantius *in 3. p. q. 74. poſt art. 8. diſp. 1. concl. 2.*

Sed probabilius Reſpondeo: Eſſe ſufficientem. Quia vinum congelatum eſſentialiter eſt vinum, ſicut oleum congelatum, eſſentialiter eſt oleum: ergo eſt ſufficiens conſecrationi. Sic Angel. *Ver. Miſſa num. 23.* Silueſt. *Euchar. 2. quæſt. 10. n. 15.* Sot. *diſt. 9. quæſt. 1. artic. 5.* Suarez *diſput. 45. ſect. 1.* Vazquez 175. *capite 2.* Ægidius, Layman, & Adamus, quos citat, & ſequitur Hurtado *diſput. 2. diff. 9.* Valentia *diſput. 6. quæſt. 2. punct. 1. col. mihi 870 §. Quarto ſequitur.* Et Bonacina *diſput. 4. quæſt. 2. punct. 2. numer. 10.* (Qui pro vtraque ſententia ſatis inaduertenter refert Valentiam, & pro oppoſita, Vazquium) Granados *tract. 2. diſp. 2. numer. 7.* Viualdus *de Euchariſtia numer. 30.* Ioann. de Cruce *quæſt. 74. de Euchariſtia, dub. 1. concluſ. 3.* Sa, *ver. Miſſa num. 3.* P. de Ledeſma *capit. 4. de Euchar. concluſ. 15. dub. 3.* Lugo *diſp. 4. numer. 12.* & Diana *3 part. tract. 6. reſol. 100.* & apud ipſum, Reginaldus, Villalobos, Filliucius, Syluius, & alij.

Quibus adde Gauantum *3. part. tit. 4. num. 1.* Ochagauiam *quæſt. 9. num. 7.* Cornejo *loc. cit. ato.*

QVÆSTIO XXXVII.

An Sit peccatum in vino congelato conſecrare?

NEGANT Vazquez & Hurtado *loc. cit.* Sed, longe probabilius, Reſpondeo: Eſſe, & quidem graue; propter conſuetudinem Eccleſiæ, quæ nunquam conſecrauit vinum congelatũ, & quantum ad hoc, habet vim legis. Sic Suarez, & Ægidius *loc. cit.* Fagundez *præc. 3. lib. 2. cap. 3. nu.* 10. Monteſinus *in manuſcriptis quæſt. 74. art. 5. diſp. 5. quæſt. 1.* Diana *loc. cit.* & Villalobos *tract. 7. diff. 7. num. 2.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An Saltem, licite poſsit conſecrari vinum congelatum, ſi eius congelatio ſoluatur?

NEGATIVAM ſententiam adhuc docere Fagundez, *loc. cit.* docet Diana *loc. cit.* Et eſſe probabilem innuunt ipſe, & Ægid. *quæſt. 74. art. 5. num. 127.* Et tenet Perez *loc. cit.* per hæc verba: Si ſolidum gelu ſit, nec vllo modo potabile, quod eſt eſſe ineptum ad vſum Sacramenti, ſummum ſacrilegium eſſet pro vino conſecrare, & idem dicendum eſt de vino, quod ex gelu ſolido lique factum eſt, quod ſit maxima dubitatio, an vinum ex duriore illa concretione, naturam vini amittat, vt plerumque colorem, & ſaporem.

Sed longe probabilius Reſpondeo: Licite poſſe. Quia cũ ſit vere vinum, nil obſtat, quominus conſecrari liceat. Sic Ægidius, Diana, & Suarez; Nec oppoſitum docet Fagundez, cum ſolum dicat, quod ſi contingat in Miſſa inuenire congelatum vinum, ante conſecrationem, etiam poſt oblationem, eſſe neceſſarium mutare, & iterum offerre, & conſecrare.

QVÆSTIO XXXIX.

An Expediens ſit, aquam, vino conſecrando, miſcere?

NEGARVNT olim Armenij, & nunc Lutherani, & Caluiniſtæ aſſerentes, peccatum eſſe mortale, aquam miſcere vino ad conſecrationem.

De fide tamen Reſpondeo: Expediens eſſe.

eſſe. Id enim conſtat ex diffinitionibus Pontificum,& Conciliorum. Alexand. 1. *epiſt.* 1. *cap.* 4. Iulius 1. *relatus, in cap. cum omne. de conſecrat. diſt* 2. Eugen. 4. *in litteris vnionis.* Concil. Trulan. *can.* 32. Carthagin. III. *cap.* 24. Aurelian. 4. *cap.* 4. & Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 7. Et ſic docent omnes Theologi cum S. Thom. *q.* 74. *art.* 6. & 7. Legatur Bellar. *lib.* 4. *de Euchar. cap.* 10.

QVÆSTIO XL.

An Mixtio aquæ, & vini, ſit de neceſſitate Sacramenti?

AFFIRMAVIT Armacanus *lib* 9. *cap.* 9. *de quæſt. Armenorum*, vt refert Ægidius *q.* 74. *ar.* 7. *n.* 131.

Sed certiſsime Reſpondeo : Non eſſe neceſſariam, neceſsitate Sacramenti, & ita factum tenebit conſecratio ex ſolo puro, ac mero vino. Conſtat: Tum ex communi ſenſu Eccleſiæ id confirmantis: Tum etiã, quia, vt docet Armilla, *Verb. Euchariſtia*, Græci non miſcent aquam, & conſecrant: Ergo. Sic S. Thom. *q.* 74. *art.* 7. Suarez *diſp.* 45. *ſect.* 2. Vazquez *diſp.* 177. *cap.* 2. Ægidius *loc. cit.* Viuald. *de Euchar. n.* 42. Vbi ſic ait: Licet Sacerdos, ſine aqua celebrans, conſecraret ; peccaret tamen mortaliter, illam, data opera, vel ex negligentia magna, omittens. Si autem negligentia fuit leuis, venialiter. Sic ille, & ſic Moure 3. *par. cap.* 4. §. 4. *num.* 2. Et omnes Theologi, vt videre eſt apud citatos, & apud Ochagauiam *quæſt.* 10. *num.* 7. & Granados *tract.* 2. *cit. diſp.* 3. *n.* 4.

QVÆSTIO XLI.

An Hæc mixtio aquæ ſit de Iure Diuino?

AFFIRMANT Alenſ. *quæſt.* 32. *art.* 2. *memb.* 5. & 6. Oſius *in confeſsione Catholica, cap.* 40. *in initio* (*non* 14. vt citant Suar. & Hurtado) *pag. mihi* 168. Caſtro *V. Euchariſtia hæreſi* 7. Enriquez *lib.* 8. *cap.* 12. §. 4 Alanus *lib.* 1. *de Euchariſtia cap.* 13. Granad. *tract.* 2. *de Euchar. diſp.* 3. *num.* 9. & apud Fagundez, Sotus *diſt.* 9. *quæſt.* 1. *art.* 6. *poſt ſecundam concluſionem* ; Sed immerito citatur Sotus pro hac parte, cum oppoſitam expreſſe doceat *poſt* 3. *concl. V. Colligitur ergo.* Sic etiam Valentia *loc. cit. punct.* 2. Petrus Ledeſma *de Euchar. c.* 4. *concl.* 16. Vnde male citatur hic Author ab Ochagauia, pro oppoſita parte.

Sed probabilius Reſpondeo : Non eſſe de Iure Diuino, ſed de Iure, & præcepto Eccleſiaſtico, vt aperte colligitur ex Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 7. Vbi dicitur, hoc eſſe præceptum Eccleſiæ. Et ratione probatur. Quia id, quod eſt de Iure Diuino, pertinens ad materiam Sacramenti, etiam eſt de neceſsitate Sacramenti, vt inductione patet: At mixtio aquæ, non eſt de neceſsitate Sacramenti, *vt ſupr. quæſt.* 40. eſt habitum: ergo neque de Iure Diuino. Sic inſinuat D. Thom. *q.* 74. *artic.* 6. Et tenent Scotus *in* 4. *diſt.* 11. *quæſt.* 6 Sot. *loc. cit.* Ledeſma *prima* 4. *quæſt.* 15. *ar.* 7. Gabr. *lect.* 35. *in Can.* Suar. *diſp.* 45. *ſect* 2. Vazquez *diſp.* 177. *cap.* 2. Ægid. *quæſt.* 74. *art.* 7. Fagundez *præc.* 3. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 11 Hurtado *diſp.* 2. *diff.* 11 Lugo *diſp.* 4. *num.* 22. Layman *loc. cit. nu.* 7. Villalobos *tract.* 7. *diff.* 7. *num.* 3. Machado *loc. cit. doc.* 2. *num.* 10. Torreblanca de Iure ſpirit. *lib* 2. *cap.* 7. *num.* 12. & penes ipſum, Azor, Toledo, & Bonac. Ochagau. *loc. cit. num.* 6. Cornejo *quæſt.* 74. *art.* 6 Binsfeldius *in Enchirid. p.* 1. *cap.* 6. §. 5.

QVÆSTIO XLII.

An Auctor huius præcepti fuerit Alexander Primus.

AFFIRMANT Guillelmus Durandus *lib.* 4. *rationalis diuin. Offic. cap.* 30. & Roſenſ. *art.* 16. vt refert Fagundez. Pro qua etiam parte, citat Sotus, Armacanum *lib.* 9. *cap.* 9. Sed male profecto, vt ex dictis conſtat.

Longe ergo probabilius, & fere certe, Reſpondeo : Non fuiſſe Alexandrum huius præcepti Authorem, ſed Apoſtolos, qui imitati factum Chriſti, miſcuerunt aquam vino ad conſecrationem, & præceperunt ſic fieri. Sic Suarez, Fagundez & Hurt. *loc. cit.* Ægidius *num.* 139. Sot. *diſt.* 9. *q.* 1. *art.* 6. *verſ. circa primum*, Gauant. *p.* 2. *tit.* 7. *num.* 4. *lit. F.* & alij.

QVÆSTIO XLIII.

An Possit Summus Pontifex in hoc præcepto dispensare?

AFFIRMANT, qui dicunt, esse hoc præceptum pure humanum. Negãt vero, qui diuinum dicunt, inter quos est Granados *tract. 2. disp. 5. num. 13. pag. 820.* & Petrus Ledesma *loc. cit.*

Sed probabilius Respondeo: Posse simpliciter, & absolute in hoc præcepto, vt pote Ecclesiastico, dispẽsare; practice vero, & de facto, vix licite: cum vix possit occurrere occasio rationabilis, vt talis dispensatio concedatur. Sic Suar. *disp. 45. sect. 2. vers. Nihilominus.* Ægidius *loc. cit. num. 139.* & alij.

QVÆSTIO XLIV.

An, In casu necessitatis, possit Sacerdos, absque dispensatione, consecrare purum vinum, sine mixtione aquæ?

AFFIRMAT Ledesma *prima 4. quæst. 15. art. 7.*

Sed certissime Respondeo: Quod, etiã dato casu, non possit: sicut in nullo casu potest consecrare panem, sine vino. Sic Suarez *loc. cit. sect. 2. vers. Nihilominus.* Villalobos *tract. 7. diff. 7. num. 3.*

QVÆSTIO XLV.

An Quando Christus Dominus instituit hoc Sacramentum, miscuerit aquam vino?

NEGANT Vbaldensis *tom 3. de Sacramen. cap. 32.* & Torreblanca *lib. 2. pract. quæst. cap. 7. num. 13. fol. 39.* Docentes, in puro vino absque mixtione aquæ consecrasse. Quibus fauet Durandus *dist. 11 quæst. 5.* dum sub dubio hanc partem relinquit.

Sed certissime fere Respondeo: Miscuisse. Sic D. Iacobus in lyturgia, & D. Marcus Euangelista, etiam in sua, quæ habentur *6. tom. Bibliot.* & clare colligitur ex Trident. *sess. 22. cap. 7.* Vbi dicitur; Quod ita creditur Christum fecisse. Et tenent omnes fere Theologi, inter quos Suarez dicit, esse fere certum; Vazquez vero, de fide, propter Tridentini verba:

QVÆSTIO XLVI.

An, Aqua miscenda vino debeat esse naturalis?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia talis, vt creditur, mixta fuit à Christo Domino, & sola illa dicitur simpliciter aqua. Vnde sine graui culpa nequit apponi aqua rosacea, aut alia artificialis. Quod si de facto apponatur, licet miscens peccet mortaliter, tenebit consecratio. Sic D. Thom. *quæst. 74. art. 7. ad 3.* Alens. *4. part. q. 32.* Et omnes Doctores, *&c. in quadam. de celebrat. Missa,* & habetur *in Rubrica Missalis. de defectibus, &c. nu. 4.* Legantur Petrus Ledesma *cap. 4. de Eucharistia concl. 17.* Ludouicus de S. Iuan *q. 1. art. 11. diff. 1.* & Granad. *loc. cit. disput. 3. fine.*

QVÆSTIO XLVII.

An Aqua, vino miscenda, debeat esse in parua quantitate, comparatione vini?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia sic habetur in Concil. Florent. Vbi dicitur. *Ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet.* Et rursus. *Sacerdotes, in calicis oblatione, paululum aquæ admisceant vino.* Sic ibi, & sic omnes.

QVÆSTIO XLVIII.

An Possit determinari, quanta debeat esse illa paruitas aquæ admiscendæ vino?

NEGANT Suarez *disp. 45. sect. 3.* & Guillelmus Durand. *lib. 4. cap. 30.* Fagund. *præc. 3. lib. 2. cap. 4. num. 15.* Moure *loc. cit.* ex Viualdo *de Eucharistia num. mihi 44.* Ochagauia *tract. 1. de Eucharistia quæst. 10. num. 13.* & alij, qui arbitrio prudentis Sacerdotis hoc relinquunt, considerata vini quantitate, & fortitudine maiori, vel minori.

Sed nihilominus Respondeo: Posse optime definiri, & aliqualiter determinari. Et sic dico; posse, adminus, apponi octaua, aut decima pars aquæ: vt docet Ægid. *quæst. 74. art. 8. nu. 140.* per hæc verba: In Concilio vero Triburiensi *can. 19.* dicitur, ita aquã miscendã esse vino, vt *duæ partes sint vini, tertia vero aquæ, &c.*

Quod

Quod pro conditione vini, & moribus illius populi, potuit esse licitum. Alia tamē est communis Ecclesiæ praxis, vt scilicet minimum octies, vel decies plus vini ponatur in calice, quam aquæ. Sic. Ægid. & Layman *tract. 4. cap. 2. num. 9. vers. Addo denique*, & Diana *3. part. tract. 4. resol. 49.* Imo Lugo *disp. 4. num. 38. pag. mihi 239.* affirmat, sufficere si quinta pars apponatur. Sic enim ait. Certe si quinta, vel sexta pars aquæ apponeretur, non videtur habendus scrupulus, quia non est credibile, vinum esse adeo debile, vt tam modica aqua corrumpatur. Sic Lugo.

Quod si quæras; An sufficiat vnica gutta aquę? Respondeo: Sufficere. Quia illa, vere adimpleri præceptum videtur. Sic Ochagauia *lo. cit.* & Lublinus *verb. Eucharistia num. 7.* Sic dicens: Quanto ergo minus aquæ miscetur, tanto est tutius, etiamsi sit sola gutta, dummodo sit aqua: quod ideo dico, quia potest esse gutta adeo exilis, vt non sit nisi ros. Sic ille, & Tabiena.

QVÆSTIO XLIX.

An Sufficiat, quod aqua misceatur vino in ampulla, vel dolio, per Sacerdotem, ante Missam?

RESPONDEO: Non sufficere, sed necessario debere misceri in ipso calice, tempore sacrificij, ab ipsis sacris Ministris. Quia hæc mixtio, non quomodocumque, sed per modum sacræ ceremoniæ, ad ipsum sacrificium pertinentis, facienda est. Sic D. Thom *quæst. 74. art. 8. ad 3.* Ægidius, ibidem. Suarez *lo. cit. sect. 3.* Vazquez *disp. 177. c. 2.* Hurtado *disp. 2. diff. 13.* Ochagauia *lo. cit.* & communis.

QVÆSTIO L.

An Aqua debeat misceri initio Missæ, an vero post Euangelium?

AFFIRMANT conuenientius esse initio Missæ antè introitum Sot. *dist. 9. art. 6. concl. 3.* Armilla *V. Euchar. num. 11.* Granados *tract. 2. disp. 3. in fine.* & Lublinus *lo. cit.*

Sed melius Respondeo: Debere misceri post oblationem Hostiæ, vt præscribitur in Missali Romano; Quamuis quantū ad hoc vnusquisque possit sequi consuetudinem suæ Ecclesiæ Sic Suarez, & Hurtado *lo. cit.* Qui tamen bene aduertunt, hāc mixtionem ita esse faciendam ante consecrationem, vt postea nullomodo fiat, quāuis obliuione, vel alia quauis causa, fuerit omissa; bene tamen ante consecrationem calicis, si, ante hanc, omissa fuit.

QVÆSTIO LI.

An Hæc mixtio debeat fieri ab ipsomet Sacerdote celebrante?

AFFIRMAT Ledesma *prima 4. quæst. 15. art. 7. dub. 3.* Quem sequitur Enriquez *lib. 8. cap. 12. §. 4.* licet in Glossa *lit. O.* dicat sufficere, si à quouis Sacerdote fiat, vt docuit Durandus *in Rationali lib. 4. cap. 30.*

Sed probabilius sub distinctione, Sic Respondeo: In Missis priuatis debet fieri hæc mixtio à celebrante; in solemnibus vero, vinum debet infundi in calice à Diacono; aqua vero à Subdiacono, præcedente tamē benedictione Sacerdotis celebrantis. Sic Vazquez, & Hurtado *lo. cit.* Et habetur in Rubr. Missalis Romani. Et tenent iam omnes.

QVÆSTIO LII.

An, Aqua vino admixta, conuertatur in sanguinem Christi, si tempore consecrationis non fuerit in vinum conuersa?

AFFIRMANT Alanus *lib. 1. de Eucharistia cap. 13.* Iansen. *in concordia. capit. 131.* Salmeron *tom. 9. tr. 14. pag. 120.* Toletus *lib. 2. cap. 25. Ver. Rursus*, sic dicens; *Cum vino est quantitas parua aquæ adhibenda, quæ simul est materia, siue conuersa sit in vinum, sine non.* Ægidius *quæst. 74. art. 8. dub. 1.* Scortia *lib. 4. de sacrificio cap. 1. num. 14.* Præpositus *quæst. 74. art. 8. dub. vnico*, Layman *lib. 5. tract. 4. cap. 2. num. 9.* Pesantius *quæst. 74. art. 8. disp. 2.* Petr. Soto *lect. 14. de Eucharistia.* Quos omnes fere refert, & videtur sequi Diana *3. par. tract. 4. resol. 49.* Quibus & ego addo Ioannem de Lugo *disp. 4 sect. 3.* Basseū *Ver. Eucharistia 1 num. 14.*

Sed probabilius Respondeo: Quod nullomodo conuertatur in sanguinē Christi, nisi

niſi priùs in vinum tranſmutetur. Quia ſolum vinum eſt materia conſecrationis ſanguinis; Nam aqua, tantum eimiſcetur per modum cæremoniæ, non materiæ: Ergo aqua, manens in propria ſpecie, non poteſt conuerti in ſanguinem Chriſti Sic D. Thom. D Bonau. Scot. Ricardus, Palud. Gabr. Argentina, Rubion, Baſſolis, Aliaco, Sotus, Abulenſ. Enriquez, Valentia, Suarez, Vazquez, Conimbricē. Alex. Mayor, & Syluester, quos omnes citat, & ſequitur Granados *tract. 2. de Euchariſtia diſp. 4. ſect. 2.* Sic etiam Hæredia Homobonus, Ioan. de Cruce, Siluius, Villalob. Nuñus, Petr. de Ledeſma, Fagundez, Pitigianus, Graffius, & Petronius, quos citat, & non ſequitur, Diana *lo. cit.* Quibus addi poſſunt Hurtado *diſ. 2. diff. 14.* & apud ipſum, Tanner. & Catheciſmus Romanus, dicens, hanc ſententiam eſſe omnium Eccleſiaſticorum Scriptorum. Innoc. III. *cap. cum Martha, & lib. 4. cap. 23.* & Ludouic *quæſt. 1. de Euchar. art. 11. diff. 2. pag. 118.* Marcus de Huertos *de ſacrificio Miſſæ, vbi de Euchariſtia, §. 2 fol. 250.* Gauant. *3. part. tit. 4. in fine.* Machado *tom. 1. lib. 3. part. 1. tract. 6. docum. 3. num. 12.* Luyſius Turrian. *in ſelectis centur. 3 dub. 37.* dicens, contrariī opinionem eſſe falſam. Ochagau. *tract. 1. de Euchariſtia quæſt. 11. num. 4.* dicēs, ſibi non videri probabile oppoſitum. Cōrnejo *in 3. par. quæſt. 74. art. 6. pag. 332.* & alij.

QVÆSTIO LIII.

An, Si poſt incepta, & non finita verba conſecrationis calicis, aqua conuertatur in vinum, tunc illa pars vini, quæ fit ex aqua, conuertatur in ſanguinem Chriſti?

AFFIRMANT Nuñus *quæſt. 74. art. 8.* Vazquez *diſp. 201. cap. 4.* & Monteſ. *in manuſcriptis quæſt. 74. ar. 8. quæſt. 4.*

Sed probabilius Reſpondeo: Non conuerti in ſanguinem Chriſti Domini. Quia non fuerunt applicata illi parti vini omnia verba conſecrationis, vt conſtat. Sic Suarez *diſp. 45. ſect. 4.* & Hurtado *diſp. 2. diff. 14.* Quos refert Diana *reſol. 49. cit.* Quibus ego addo Granados *tract. 2. diſp. 6. num. 2.* Et Ioan. de Lugo dicentem: ſic debere affirmari, conſequenter loquendo, ab omnibus Doctoribus ſecundæ ſententiæ quæſtione præcedenti traditæ.

QVÆSTIO LIV.

An Materia conſecranda, debeat neceſſario eſſe præſens Miniſtro?

RESPONDEO: Affirmatiue. Primo. Quia Chriſtus, non niſi materiam ſibi præſentem, conſecrauit. Secundo. Quia materia conſecratur pronomine demonſtratiuo, *Hoc*, vel *Hic*; at hoc pronomen, non demonſtrat niſi materiam præſentem: Ergo. Sic S. Thom. *in 4. diſt. 11. quæſt. 2. art. 1.* Durand. *quæſt. 6. num. 6.* Palud. *quæſt. 1. art. 3.* Sotus *diſt. 9. quæſt. 1. art. 2.* Victoria *num. 58.* Suar. *diſp. 43. ſect. 5.* Vazq. *diſp. 171. cap. 4.* Granados *tr. 2. diſp. 6.* Ægidius *quæſt. 74. art. 2. dub. 1.* Ochagauia *tract. 1. de Euchariſtia quæſt. 6. nu. 9.* & communis.

QVÆSTIO LV.

An præſentia imaginationis, aut intellectus, ſufficiat ad conſecrandum abſentem panem, & vinum?

AFFIRMANT Marſilius *in 4. diſt. 11. art. 2.* & Mayor *quæſt. 2. art. 2.* apud Enriquez *lib. 8. cap. 14. in Gloſſa lit. A.* & apud Fagundez *præc. 3. lib. 2. cap. 5. num. 6.* exiſtimantes, poſſe valide conſecrari abſentem panem, ſi per intellectum præſens deſignetur: ſicut poteſt valide cōtrahi matrimonium inter abſentes.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non ſufficere, ſed requiri neceſſario præſentiam ſenſibilem. Primo. Quia communiter, ſolum dicimus eſſe præſens nobis, id, quod cognitioni noſtræ obijcitur, aut eſt in conſpectu noſtro. Secundo. Quia alias poſſem ego hic exiſtens, valide conſecrare panem apud Indos, quod eſt ridiculum. Sic Authores citati, præcipue Enriquez, & Fagundez, qui dicunt, contrariam ſententiam eſſe temerariam.

QVÆSTIO LVI.

An ſufficiat ad conſecrandum, quod materia, quouis ſenſu percipiatur?

RESPONDEO: Negatiue. Quia alioquin poſſet panis, per vnam leucam diſtās, conſe-

consecrari, quia visu percipitur? requiritur ergo, vt materia sit ita debite præsens, vt non sit nimis distans, etiãm oculis videri possit. Sic omnes DD. præsertim Suar. Granados, Ochau. Lugo, & alij.

QVÆSTIO LVII.

An Sit de necessitate Sacramenti, vt materia consecranda, manibus tangatur?

AFFIRMARVNT aliqui, apud Suarez, & Granados *lo. cit.* Quia ita (inquiunt) Christus Dominus fecit, qui accepit panem in sanctas, & venerabiles manus suas.

Sed certissime Respondeo: Non esse necessarium. Quia sine tanta proximitate dicitur panis, aut vinum sufficienter præsens, vt pro nomine *hoc*, significetur: & ita formulas in pyxide, seu vase, consecrare solemus, absque eo, quod illas, aut vas illarum, tanganus. Neque factum Christi Domini, quantum ad hoc, inducit necessitatem, sicut nec leuare oculos in cœlum, quod similiter fecit Christus. Sic DD. citati, & præcipue Suarez *disput. 43. sect. 5. Vers. Sed quæres primo.* Dicens, id esse certum. Ægidius *lo. cit. dub. 1.* & alij.

QVÆSTIO LVIII.

An Materia debeat esse in tam parua distantia, vt sonus verborum formæ, physice illam pertingat, saltem medijs speciebus intentionalibus?

AFFIRMAT Viguerius *capite 16. §. 3. versu 2.*

Sed certissime Respondeo: Non esse necessarium, vt sonus verborum formæ perueniat, aut peruenire possit ad materiam consecrandam. Quia alias, si calix coopertus, aut hostia in capsula inclusa, vel sub alijs formis existens, consecraretur: vel si Sacerdos submisse proferret verba, & materia aliquantulum distaret, nihil fieret, quod est absurdum. Sic Suarez *disput. 43. sect. 5.* Granados *tract. 2. disp. 6. num 4.* Fagundez *præc. 3. lib. 2. cap. 6. num. 7.* Enriquez *lib. 8. cap. 14. num. 1.* & omnes.

QVÆSTIO LIX.

An Materia à tergo posita, in debita distantia, possit valide consecrari?

AFFIRMANT Mayor *in 4. dist. 11. q. 2. art. 2.* & Ioan. de Cruce *in sum. q. 74. de Eucharistia dub. 4. concl. 1. fol. 146.*

Et negant absolute Sotus *dist. 9. quæst. vnica art. 2.* Layman *cap. 2.* & Ægidius *quæst. 74. art. 2. dub. 1.* Et dubitant valde, Suarez *dist. 43. sect. 5.* & Granados *tr. 2. disp. 6. num. 3.*

Sed probabilius Respondeo: Non posse valide consecrari, nisi in casu, quo Sacerdos vertat faciem versus panem, vel vinũ, aut nisi manu illã teneat. Quia solum hoc modo fit sufficienter præsens Sacerdoti talis materia, vtpote quodammodo coram ipso existens. Sic Enriquez *lib. 8. cap. 14. num. 1.* Vazquez *disp. 171. cap. 4. num. 22.* Ochagau. *tract 1. quæst. 6.* Bonac. *disp. 4. quæst. 2. punct. 6. num. 6.* Qui & citat Ægidium pro hac parte, sed melius illum citat Ochagauia pro opposita, & alij. Verum est, quod in omnium opinione, graniter peccaret, qui contra vsum Ecclesiæ, hoc modo consecrare auderet, vt notant Suarez, & Granados.

QVÆSTIO LX.

An, Ad valorem consecrationis, sufficiat, quod materia sit exposita visui, quamuis ab ipso non percipiatur?

NEGATIVAM sententiam tenere Vazquez *disp. 171.* affirmat Gaspar Hurtado *disp. 2. diff. 15. pag. mihi 20.* per hęc verba: Ita tamen ad præsentiam, ad valorem consecrationis requisitam, adminus est necessarium, quod materia sit sensui exteriori exposita, vt etiam sufficiat, si sit exposita visui, quamuis ab ipso non percipiatur, vt contra Vazquez *disput. 171.* aduertunt Ægidius *quæst. 74. art. 2. dub. 1.* Ochagauia *q. 6.* Layman *cap. 2.* Bonacina *quæst. 2. punct. 6.* Sic ille. Sed male; quia nec Vazquez hoc, sed oppositum docet; nec aliquis ex his Authoribus citatis, illum ad propositum citat.

Certissime ergo Respondeo: Sufficere, si alias materia sit sufficienter propinqua. Sic Vazquez *lo. cit. cap. 4. num. 22.* per hæc verba: Porro cum dicimus, rem debere esse in prospectu, vt dicatur præsens, & accom

accommodata consecrationi, per prospectum, intelligimus, vel oculorum notitiã, vel etiam tactus, aut etiam auditus. Nam cæcus, qui contingeret panem, vel calicé, recte posset vti pronom ne illo demonstratiuo, & ita consecrare. Sic Vazquez, & Hurtado, Ægidius, Ochagauia, Layman, & Bonacina *loc. cit.* & est communis omnium.

QVÆSTIO LXI.

An Hostia, seu vinum, post parietem posita, si aliquo modo à Sacerdote cognoscatur, possit consecrari valide?

AFFIRMANT Maior *lo. supra citato*, & Ioan. de Cruce *dub.* 4. *concl.* 1. Vbi in breui, multa, & difficilia dicit, ait enim sic, Sat est enim præsentia physica, vel moralis, qua materia existens, etiam à tergo, seu post parietem ex odore, tactu, aut visu, & si sit maxime distans, aut alia via certissima morali cognoscatur, vt si fide dignus dicat Sacerdoti cęco, illam esse præsentem. Hoc enim sat est, vt Sacerdos designet materiam in particulari, & vt verificetur forma consecrationis, & vere dicat; Hoc est corpus meum; & Hic est calix sanguinis mei. Sic Cruz.

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia nequit talis materia, apte designari pronomine *hoc* Sic omnes Doctores communiter, Suarez, Reginaldus, Valentia Ægidius, quos citat, & sequitur Bonacina *loc. cit.* Ludouicus de S. Ioan. *quæst.* 1. *ae Eucbar. art.* 8. *dub.* 1.

QVÆSTIO LXII.

An Saltẽ Hostia, linteo cooperta, alias sufficienter propinqua, possit valide consecrari?

AFFIRMAT Ochagau. *tract.* 1. *quæst.* 6. *num.* 13. Negant vero apud ipsum, aliqui Recentiores, & præcipue Ægidius, *quæst.* 74. *art.* 2. *dub.* 1. *num.* 22.

Sed ego sub distinctione Respondeo: Si Hostia sit post linteum, ita vt linteum non se habeat, vt continens, tunc etiamsi alias cognoscatur, nequit consecrari; Si vero sit cooperta, vel inuolura linteo, aut corporali, & alias totum sit Sacerdoti, optime potest consecrari. Quia tunc, cum corporale illud se habeat tanquam continẽs, demonstrato continente, demonstratur & continens. Nam per figuram metonymiã continens pro contento sumitur. Sic Vazquez, & alij *lo. cit.* Et sic intelligi debent, & explicari Doctores, pro contraria parte adducti.

QVÆSTIO LXIII.

An Hostia existens in sacrario, aut tabernaculo clauso, possit valide consecrari?

NEGAT Ægidius *loco nuper citato*. Et sub dubio relinquit Lugo *disput.* 4. *num.* 123.

Sed probabiliter Respondeo: Posse valide (quamuis non licite) si alias id sciret, non ex relatione alterius, sed ex semetipso. Quia (vt nuper est habitum) sufficienter demonstratur contentum per proximum continẽs: at in hoc casu, Sacrarium, seu tabernaculum, est proximum continens: Ergo illo demonstrato, demonstratur, & contentum. Sic videntur docere Rodriguez *cap.* 45. *de Missa num.* 10. & Cornejo *dub.* 2. *cit. pag.* 329. Secus dicendum est, si Hostia existeret in alio cubiculo. Quia tunc non sufficienter ostenderetur per ly *hoc*, vt bene in hoc Lugo.

Nec contra hanc doctrinam potest desumi argumentum ex à nobis dictis 1. *part. tract.* 5. *disp.* 2. *quæst.* 31. nempe, quod absolutio data moribundo in domo incluso, non sit valida: ergo nec in casu præsenti, erit valida consecratio. Quia profecto, est disparatio, cum ibi, & absit præsentia sufficiens, cum tantum sit ex relatione alterius: & obstet prohibitio Clementis VIII. Hìc vero, & adest præsentia sufficiens, vt constat ex dictis, & nõ obstat prohibitio aliqua.

QVÆSTIO LXIV.

An Ad valorem consecrationis sufficiat, vt Sacerdos fiat certior materia coram se posita, ex relatione alterius?

AFFIRMANT Entiquez *lib.* 8. *cap.* 14. *n.* 2. & Sot. *d.* 9. *quæst. vnica art.* 2. Vbi sic ait: Ad tertium respondetur, præsentiam rei sensu aliquo percipi, scilicet, visu, aut tactu, aut olfatu, &c. Quare cæco permittere consecrare periculosum est, neque

neque vero sine dispensatione licet. Vbi autem fit dispensatio, potest tactu, vel gustu, vel olfato materiam percipere: Attamen quamuis nullo sensu eam deprehenderet, sed sola relatione Ministri certior factus, illam consecraret; consecratio teneret: At profecto arbitror culpa non carere. Sic Sotus. Et sic etiam Ioan. de Cruce *loc. cit.*

Sed probabilius Respondeo: Non sufficere, nisi alias illa materia sensu aliquo percipiatur, aut per se percipi possit (licet per accidens, actu non percipiatur.) Quia materia, quæ nullo sensu percipi potest, ne quit per pronomen *hoc*, à Sacerdote signari. Nam pronomen, *hoc*, demonstrat rem præsentem sensibiliter ipsi proferenti. Sic Cornejo *in 3. p. q. 74. ar. 2. disp. 2. dub. 2.* Ochagaüia *q. 6. cit. n. 12. fine.* Legatur Diana *5. p. tr. 6. resol. 17.*

QVÆSTIO LXV.

An Sufficiat, materiam esse præsentem, secundum aliquam sui partem, vt possit tota consecrari?

AFFIRMANT Vazquez *disp. 171. n. 25.* Hurt. *disp. 2. diff. 15.* & dicit probabile Lugo *disp. 4. n. 127.* docens, satis esse ad consecrationem, quod materia, secundum aliquid sui, sit præsens, quamuis multum distet, quantum ad alias partes.

Sed probabilius Respondeo: Non sufficere, sed necessarium esse materiam consecrabilem secundum omnes, & singulas partes esse moraliter præsentem Sacerdoti. Quia alias, Sacerdos existens in littore maris, posset totum mare consecrare, si esset vinum, quod constat esse falsum. In eo ergo casu, consecrabitur pars determinata, quæ est indebita distantia, non vero, quæ valde distat. Et ratio est: quia ad consecrationē requiritur præsentia moralis, & ad sensum, materiæ consecrandæ: ergo partes, quæ non sunt moraliter, & ad sensum præsentes, non sunt consecrabiles. Sic Suarez *disp. 43. sect. 5. fine.* Ochagauia *quæst. 6. num. 17.* Adamus *quæst. 2. dub. 2.* Cornejo *quæst. 74. art. 2. disp. 2. dub. 3.* Qui & citat D. Thomam *opusc. 59. cap. 5.* Durandum *in 4. d. 11. quæst. 6. num. 6.* Sotum *d. 9. quæst. 1. art. 2.* Valentiam *disp. 6. quæst. 2. punct. 3. fine.*

QVÆSTIO LXVI.

An Sacerdos, intendens eodem actu consecrare duplicem materiam, vnam præsentem, & alteram absentem, valide consecret materiam præsentem?

NEGAT Nuñus, apud Bonac. *disp. 4. q. 2. pun. 6. n. 3.* Cui ego addo Petrum de Ledesma *cap. 4. de Euchar. post octauam conclusionem* asserentem, in eo casu neutram materiam manere consecratam.

Sed probabilius Respondeo: Manere consecratam materiam præsentem. Quia de hac, vere verificaretur forma. Sic Bonac. *lo. cit.* per hæc verba: Quando Sacerdos intendit duplicem materiam consecrare, vnam præsentem, & alteram absentem, consecrationem non esse validam respectu absentis: respectu verò præsentis videri validam, quia de materia præsenti verificatur forma. Sic ille.

QVÆSTIO LXVII.

An Possit valide consecrari materia, triginta passibus, à Sacerdote distans?

NEGAT Bonac. *disp. 4. q. 2. pun. 6. nu. 11.* & dubitat Sotus *dist. 9. ar. 2.* dum ait, solum esse certum, posse consecrari, si distet tantum per decem passus.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse. Quia vere talis materia censetur moraliter præsens. Sic Enriquez *lib. 8. cap. 14. num. 2.* & innuunt Hurtado *disp. 2. diff. 15.* & Ioan. de Cruce *lo. cit.* Legantur pro hac quæstione, quæ dicta sunt à nobis *1. par. tr. 5. disp. 2. q. 30.*

QVÆSTIO LXVIII.

An Materia consecranda debeat à Ministro definiri, & determinari?

PRO parte negatiua refert Maiorem *dist. 11. quæst. 2.* ait Suar. *disp. 43. sect. 6.* Sed male, inquit ipse, quia haec est eius opinio, nec alicui potest esse. Vnde.

Certissime Respondeo: Debere à Ministro determinari, alias nulla erit consecratio. Quia pro nomen, *Hoc*, debet aliquod certum, ac determinatum demonstrare. Sic Siluest. Suar. Vazq. Enriq. Nuño, Toletus, Ægid. & alij, quos citat, & sequitur Bonac. *disp. 4. q. 2. pun. 5. n. 3.* Gran. *tract.*

2. *disp.* 6. *n.* 5. Lugo *disp.* 4. *n.* 129. Hurtado *disp.* 2. *diff.* 16. Fagundez *præc.* 3. *lib.* 2. *cap.* 5 *num.* 9. Sa, *V. Missa num.* 28. & Ludouicus de S. Ioan *q.* 1. *de Euchar. art.* 6. *dub.* 1 *post* 4. *concl.*

QVÆSTIO LXIX.

An Sacerdos, qui, ex decem Hostijs præsentibus, vult solum consecrare octo in confuso, non determinando illas, vere eas consecret?

RESPONDEO: Quod non. Primo. Quia materia illa non est definita: Ergo nullam ex dictis hostijs consecrat. Secundo. Quia Sacerdos in dicto casu, non habet intentionem consecrandi omnes: ergo illas non consecrat. Deinde, nec consecrat octo, duabus tantum sine consecratione relictis; cum non sit maior ratio, quare hæ maneant consecratæ, & non aliæ: ergo. Sic omnes Doctores, præcipue, nuper citati.

QVÆSTIO LXX.

An Saltem Sacerdos, qui ex illis decem hostijs, intenderet consecrare octo, quas Deus, vel Paulus voluisset, vel elegisset, illas consecraret?

AFFIRMAT Ægidius *q.* 74. *art.* 2. *dub.* 3. *n.* 37. Vbi sic ait. Nota. Primo. Vt aliquis ita, ex decem v.c. hostijs, tantum quinque consecret, debere prius mente determinare, quas in particulari velit, consecrare; alias ipsius intentio esset confusa. Nec sufficit, cum velle eas consecrare, quas Paulus postea designabit; quia sic confectio Sacramenti penderet à conditione futura, quod fieri nequit, vt dixit *q.* 64. *art.* 8. *dub.* 2. Credo tamen vel liturum consecrationem, si intenderet consecrare eas, quas Paulus iam antea mente designasset, quia tunc certas aliquas intendit consecrare, etsi sibi incognitas, notas tamen Deo; sed talia fierent cum ingenti sacrilegio. Sic Ægidius.

Sed longe probabilius Respondeo: Adhuc nullam consecrare. Quia nisi Dei, vel Pauli voluntas manifesta foret Sacerdoti, ante consecrationem, non posset Sacerdos designare per pronomen *Hoc* de quibus hostijs quæreretur. Sic Suarez *disp.* 43. *sect.* 6. Vazq. *disp.* 171. Bonac. *disp.* 4. *q.* 2. *punct.* 5. *n.* 10. (qui tamen male citat pro hac parte Ægid.) Adamus *dub.* 2. Hurt. *disp.* 2. *diff.* 16. Granad. *tr.* 2. *disp.* 6. *nu.* 6. Lugo *disp.* 4. *nu.* 130. Ochagau. *tr.* 1. *q.* 6. *num.* 5. & alij.

QVÆSTIO LXXI.

An Sacerdos, qui defert ad Altare duas Hostias, putans vnam, vtramque consecret?

NEGANT aliqui Doctores, apud Petrum de Ledesma *capit.* 4. *de Eucharistia post* 6. *conclus.* & apud Ludouicum de S. Ioan. *quæst.* 1. *de Eucharistia art.* 6. *dub.* 2. *pag.* 112. existimantes, in eo casu nullam hostiam consecrare. Negat etiam, ex parte, Ioan. Mayor apud ipsos, docens, ex vtraq; hostia, primam tantum, quam videt, consecrare.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Vtramque consecrare. Quia omnes Sacerdotes, regulariter loquendo, intentionem habent consecrandi id, quod præ manibus habent, cum absolute super illud verba proferant, & prius illud obtulerint, & benedixerint. Sic Nauar. *in summ. cap.* 25. *num.* 91. Suarez, Vazquez, Siluest. Hurtado, Granad. Bonacina, Lugo, Sa, Petr. de Ledesma, Ludouic. & alij *lo. cit.* & est communis.

QVÆSTIO LXXII.

An Si Sacerdos habeat in altari, & petra aræ, pixydem cum formulis, vel eas secum deferat consecrandas, & tempore consecrationis, illarum nõ recordetur, censeri debeant consecratæ?

NEGANT aliqui, apud Ægidium *q.* 74. *ar.* 2. *dub.* 3. *num.* 40.

Sed certissime Respondeo: Debere censeri, si, aut quando illas detulit, vel deferri vidit ad altare, habuit intentionem formalem illas consecrandi, vel si talem intentionem non habuit, saltem eas super aram collocauit, quia hoc sufficiens indicium est, vt credat, se voluisse illas consecrare. Sic Suarez, Nauar. Enriq. Vinald. Graff. Tolet. Angel. Ægid. Reginald. & alij, quos citat; & sequitur Bonacina *disp.* 4. *quæst.* 2. *punct.* 5. *num.* 6. Granad. *loc. cit. num.* 9. Hurt. *disp.* 2. *diff.* 16. & communis.

QVÆS-

QVÆSTIO LXXIII.

An Si Sacerdos in Sacristia habuerit intentionem consecrandi dictas particulas, & illæ per errorem non supra aram, sed supra Altare in Cornu Epistolæ fuerint positæ, nunquid censeri etiam debent consecratæ, si Sacerdos de illis amplius non meminerit?

AFFIRMANT, apud Dianam, Hurtado *disp. 2. diff. 16.* Et reputat probabile Tannerus *disp. 5. quæst. 2. dub. 2. nu. 67.* Negant vero, apud ipsum, Suarez *disput. 43. sect. 6.* & Barthol. Gauantus *in Rubr. Missal. tom. 1. part. 3. tit. 7. num. 4.* quos ipse sequitur *3. part. tract. 6. Miscel. resol. 103.*

Ego vero absque dubio Respondeo. Primo: Esse ad minimum rem valde dubiam, vt tandem fatetur Suarez. Secundo: Probabilius esse, manere consecratas. Quia ex vna parte, dictæ particulæ sunt sufficienter propinquæ, & visui per se expositæ: Et ex alia, virtualiter perseverat intentio antiqua, quæ, in opinione omnium, ad valorem cõsecrationis sufficit. Ergo. Sic innuit (licet non dicat expresse, vt vult Diana) Hurt. *lo. cit.*

QVÆSTIO LXXIV.

An Formulæ, quas quis, inscio Sacerdote, in corporali consecrandas posuit, remaneant consecratæ?

AFFIRMAT Nunus, apud Bonac. *disp. 4. q. 2. pun. 5. num. 8.*

Sed certissime Respondeo: Non manere. Quia deest intentio, & voluntas consecrandi, cum hæc nequeat ferri in omnino incognitum. Sic Ægidius *lo. cit. num. 39.* Bonac. cum alijs *lo. cit.*

QVÆSTIO LXXV.

An Guttulæ vini, quæ superficiei exteriori calicis adhærent, censeri debeant consecratæ?

RESPONDEO: Quod non. Quia nullus Sacerdos intendit illas consecrare. Sic omnes Doctores, præcipue quæst. sequenti, citandi.

QVÆSTIO LXXVI.

An Saltem guttæ, quæ intra calicis latera, separatæ à vino, quod in profundo est, detineri solent, debeant censeri consecratæ?

AFFIRMAT Bonac. *disp. 4. q. 2 pun. 5. n. 7.* citãs pro hac sua sententia Ægidium, Toletum, Rodriguez, & Chamerotam. Sed male fere omnes. Nam in primis Ægidius expresse docet, non consecrari guttas vini, circa labrum calicis existentes. Ita *lo. cit. n 45.* Deinde, Toletus *lib. 2. cap. 25. nu. 6.* solum affirmat, non consecrari guttas extra calicem manentes. Sic enim ait: Vnde si extra calicem manent guttæ vini, sicut etiam in altari micæ panis, quamuis præsentia sint, non consecrantur. Sic ille. Rodriguez tandem in summa *1. par. cap. 122. vers. consagracion num. 6. alias capit. 249.* (vbi à Bonacina citatur,) sic ait. *No quedan consagradas las gotas del vino, que se pegan en los lados del Caliz, teniendo el Sacerdote intencion de solamente consagrar, no todas, sino aquellas, que comodamente pudiere consumir, como lo prueua Paulo Comitoli.* Sic Rodriguez.

Negant vero è contrario, Reginaldus, Ochag. & Layman, quos citat, & sequitur Hurt. *disp. 2. diff. 16.* (quibus ego addo Suarium *disp. 43. sect. 6.* & Gauantum *3. p. tit. 7. n. 4.*) Quia cõsecrans (inquiunt) quando aliud non expresse intendit, tantũ censetur velle consecrare, præcipuã vini quantitatẽ, in fundo calicis existentẽ. Ita ille, & alij. Quibus fauet Diana *2. p. tr. 17. resol. 16. & 3. p. tr. 4. resol. 32.*

Alij tandem dicunt, rem esse valde incertam: ideoque cautius esse, vt fieri solet, dictas guttas, aut conari coniungere alijs partibus vini, aut purificatorio imbibere. Sic Granad. *tr. 2. disp. 6. n. 9. pag. 822.* & Gauantus *p. 2. tit. 7. n. 4. in fine*, & bene.

Addo tamen ego cum alijs. Quod Sacerdos in consecratione calicis, solum debet intendere consecrare vinum, quod in profundo calicis est continuum, non guttas, siquæ extra, vel intra calicem separatæ maneant. Quod si forte hanc intentionem nõ adhibeat, dico, quod debet sumere prius (si fieri potest) sanguinem, & deinde, cum ablutione, prædictas guttulas. Sic ex parte Suarez *loc. cit.* quem

ſequitur Monteſinus in manu ſcriptis, *q. 74 ar. 1. diſp. 3. q. 4.* Et inclinat aliquanter Hurt. addens, & bene, quod Sacerdos ita debeat velle conſecrare illud vinum continuum, quod eſt in fundo calicis, vt velit etiam conſecrare eas guttas, quæ incœpta prolatione verborum formæ erant continuæ cu vino exiſtente in fundo, quamuis ante finitam prolationem diſcontinuẽ tur, & illas, quæ poſt incœptam prolationem verborum, ante perfectam, continuantur.

QVÆSTIO LXXVII.

An, Sacerdos conſecrans formulas exiſtentes in patena, aut intra pyxiaem, etiam conſecret particulas mixtas cum formulis?

AFFIRMAT Hurtado conſecrare, videlicet, etiamſi tales particulæ exiſtant extra ambitum, aut ſpatium formularum exiſtentium in patena, aut intra pyxidem. Quia iſtæ, quamuis non exiſtant continuę cum formulis, exiſtunt per modum cometibilis intra pyxidem, aut in patena. Sic Hurtado *lo. cit.* & bene. Addo tamẽ ego, (vt omne dubium è medio tollatur) quod hæc debeat eſſe intentio Sacerdotis conſecrantis formulas in patena, aut intra pyxidem, poſitas.

QVÆSTIO LXXVIII.

An Si multis formulis conſecratis, miſceatur una non conſecrata, poſsit hæc conſecrari, dum non dignoſcitur, quæ ſit?

AFFIRMANT aliqui Recentiores apud Lugum *diſp. 4. num. 136. pag. 252.* Negat vero ipſe ibidẽ. Quia illa formula, ſecundũ illũ ſtatum, non poteſt determinate oſtendi, & deſignari per pronomen *hoc.*

Ego vero, ſub diſtinctione, Reſpondeo: Et dico, non poſſe abſolute illa.n ſolam formulam conſecrari, vt bene Lugo; poſſe tamen conſecrari ſub conditione. Nam optime poteſt Sacerdos in eo caſu intendere conſecrare quidquid ibi eſt panis non conſecratum, aut totum quod in pyxide eſt, ſub conditione, ſi non eſt conſecratum, vt fatetur tandem ipſemet Lugo *nu. 193.* Et ſic concordari poſſunt Authores vtriuſque ſententiæ.

QVÆSTIO LXXIX.

An In prædicto caſu, poſſet Sacerdos licite conſecrare ſub conditione omnes illas formas, vt non maneret mixta conſecratis, illa alia non conſecrata?

NEGAT abſolute Lugo *lo. cit.* Quia (inquit) non adeſt neceſsitas ſufficiens, ad reiterandam formam ſub conditione, ſuper illas omnes formas conſecratas. Cum omnia inconuenientia poſſent alia via facile vitari, dando v. g. ſingulis in cõmunione duas ex illis particulis; ſic enim certum eſſet ſingulos accipere aliquam hoſtiam conſecratam.

Sed probabilius Reſpondeo: Poſſe licite. Quia revera ſufficiens, ad reiterandam formam, adeſt neceſsitas, cum nõ poſsint facile inconuenientia futura vitari (quidquid Lugo dicat) etiam dando ſingulis in cõmunione duas particulas. Primo. Quia licet tunc eſſet certum, ſingulos accipere aliquam hoſtiam conſecratam, etiam eſſet certum, aliquem eorum adorare, & ſumere aliquam hoſtiam non conſecratam, pro conſecrata. Secundo. Quia, ſi non vna ſolum, ſed tres, aut plures formæ non conſecratæ mixtæ eſſent pluribus cõſecratis; tunc ſaltem, non eſſet certum ſingulos accipere aliquam hoſtiam conſecratam. Ergo ſufficiens eſſet neceſsitas, vt omnes illæ formulæ ſub conditione conſecrarẽtur.

QVÆSTIO LXXX.

An, In quacumq; magna quantitate panis, vel vini, valide poſsit confici Euchariſtiæ Sacramentum?

NEGANT Alex. 4. *p. q.* 34. *m.* 1. *art.* 3. *alias, q.* 10. *m.* 4. *art.* 2. Bonau. *in* 4. *diſt.* 10. *p.* 2. *ar.* 1. *q.* 4. Maior *diſt.* 11. *q.* 1. Angelus *V. Euchar.* 1. *n.* 25. Et Palud. (apud Enriq. & Hurt.) *diſt.* 11. *q.* 1. *ar.* 3.

Sed certiſsime Reſpondeo: Poſſe valide, licet non licite, dummodo quantitas panis, aut vini ſit moraliter præſens. Quia Chriſtus Dñs, qui tradidit Sacerdotibus poteſtatem conficiendi hoc Sacramẽtum, non limitauit eam, ad conſecrandum tantam quantitatem panis, vel vini, & non maiorem, vt conſtat: Ergo Sic S. Th. *opuſc.* 59. & 3. *p. q.* 74. *ar.* 2. Durand. *diſt.* 11. *q.* 6. Sot. *diſt* 9. *q.* 1. *ar.* 2. Enriq. *lib.* 8. *n.* 4. & apud ipſum, Scot. Ledeſ. Gabr. & Caiet.

iet. Suar. *disp.* 43 *sect.* 8. Vazq. *disp.* 171. Valentia *disp.* 6. *quæst.* 2. *punct.* 2. Bonacina *disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 5. *num.* 2. Hurtado *disp.* 2. *diff.* 18. Granados *tract.* 2. *disp.* 7. *num.* 1. Lugo *disp.* 4. *num.* 120. Ochagau. *tr.* 1. *de Euch. ar.* 6. *nu.* 8. Cornejo *in* 3. *part. quæst.* 74. *disp.* 2. *dub.* 2. *pag.* 326. & communis.

QVÆSTIO LXXXI.

An Quæuis minutissima particula panis, vel vini, etiam si ob sui paruitatem sentiri nequeat, consecrari possit?

AFFIRMANT Sotus *distin.* 9. *quæstione vnica art.* 1. Valentia *disp.* 6. *quæst.* 2. *punct.* 2. Enriquez *lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 4. & Adamus *quæst.* 2. *dub.* 2.

Sed longe probabilius Respondeo: Nõ posse casu, quo ob sui paruitatem non sit sensibilis; secus alias: vtraque pars probatur. Quia sola illa materia, quæ aliquo sensu, siue visu, vel gustu, vel tactu, vel odoratu, percipi quit, potest demonstrari per pronomen, *hoc*, aut *hic*: Ergo sola illa, & omnis etiam minutissima particula, quæ sentiri potest, est consecrabilis. Sic Suarez, Vazquez, Hurtado, Lugo, Granados, Cornejo, & alij Doctores nuper citati, & communis.

QVÆSTIO LXXXII.

An Materia consecrationis debeat esse sensibilis ab ipsomet Sacerdote consecrante?

NEGANT Sotus *in* 4. *d.* 9. *quæst. vnica art.* 1, Ægidius *quæst.* 73. *art.* 3. *dub.* 2. & Lugo *disp.* 4. *num.* 119. Quia existimant sufficere, quod sit sensibilis respectu alterius, qui habet sensum magis acutum.

Sed probabilius Respondeo: Debere esse sensibilem ab ipso consecrante. Quia nihil facit ad rem, quod materia sit sensibilis ab alio, nisi etiam sit ab eo, qui conficit Sacramentum. Neque enim, Sacerdos potest demonstrare per pronomen, *hoc*, quod ipsi nullomodo est sensibile. Ergo. Sic Vazquez, & Hurtado *loc. cit.* Ochagauia *lo. cit. num.* 7. Cornejo *lo. cit. dub.* 2. *pag.* 328 & alij.

(.?.)

QVÆSTIO LXXXIII.

An, Si per potentiam Dei eleuaretur oculus Sacerdotis, ad videndam particulam illam minimam, quæ naturaliter videri non potest, tunc posset consecrari?

RESPONDET Suarez *disput.* 43. *sect.* 8. *in fine*, vtrumque esse probabile, nempe, & quod possit, & quod non possit consecrari. Sic etiam Bonacina *disputatione* 4. *quæst.* 2. *punct.* 5. *num.* 1.

Sed certissime Respondeo posse. Quia supposito miraculo optime potest Sacerdos sentire illam particulam: Ergo & illam demonstrare pronomine *hoc*: Ergo poterit illam consecrare. Sic Hurtado *disp.* 2. *diff.* 17. *in fine*. & Doctor Montesinus *in manu scriptis, quæst.* 74. *art.* 2. *quæst.* 2. Ochagauia *quæst.* 6. *cit. num.* 7. Qui id colligit ex doctrina Vazquij, & Suarij, *locis citatis.*

QVÆSTIO LXXXIV.

An Quæuis particula, separata ab Hostia consecrata, si sit adeo tenuis, vt ne queat sentiri, retineat corpus Christi?

NEGAT Maior *in* 4. *dist.* 11. *quæst.* 3. in aliquibus codicibus; in alijs enim deest hæc pars, vt notat Suarez *lo. cit.*

Sed certissime Respondeo: Retinere. Quia, de fide est, manere totum Christum, sub qualibet particula Hostiæ separata, vt habetur in Trident. *sess.* 13. *can.* 3. & 4. Et Concil. Florentino *in decreto Eugenij*. Ergo. Sic docent omnes Doctores præcipuè Cernejo *in* 3. *part. quæst.* 74. *disp.* 2. *dub.* 2.

(.t.)

DISPVTATIO NONA.

De Forma Sacramenti, tam Corporis, quam Sanguinis.

QVÆSTIO PRIMA.

An Christus Dominus Eucharistiam confecerit medijs aliquibus verbis?

NEGANT Innocent. III. *lib. 4. in tract. de sacrif. Missæ cap. 6.* Archidiac. *in cap. Quisceleratè, & cap. timore. de consecrat. dist. 2.* Guillelmus Durand. *in Rationali lib. 4. cap. 44. num. 15.* Catharinus *opusc.* de hac re edito, in Tridentino. Odo Episcopus Camarecensis, Mayronis, Mayor, Titelmanus, & Picus Mirandulanus apud Alfonsum Salmeron *tom. 9. tract. 13.* Et dicunt probabile Gabriel *in can. lect. 36. & 46.* Armachanus *lib. 9. de quæst. Armenorum cap. 5.* & Alanus *lib. 4. q. 5.* Existimant enim hi Authores, quod Christus Dominus, vtendo potestatis suæ excellentia, non confecrauit verbis, sed solo tactu, vel alio signo externo.

Sed certissime Respondeo: Christum Dominum confecrasse verbis, & non quidem alijs, quam his, quibus nunc vtitur Ecclesia, nempe; *Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus.* Sic clare colligitur ex Concil. Florentino *in decreto Eugenij*, & ex Tridentino *sess. 13. cap. 1.* Et docet S. Thom. *3. par. quæst. 78. ar. 1. ad primum* Alexan. D. Bonau. Scot. Durand. Gabriel, Enriquez, & alij quam plures, quos citant, & sequuntur Suarez *disp. 58 sect. 1.* Vazquez *disput. 187.* Valentia *quæst. 6. pun. 1.* Granad. *tract. 8. disput. 1. num. 8* Hurtado *disp. 3. diff. 2.* & Ludouicus de S. Ioan *quæst 2. ar. 2. dub. 1.* Ochagauia *tr. 1. de Eucharistia quæst. 31. num 2.* dicens, oppositum, esse aliqua nota dignum.

QVÆSTIO II.

An Consecratio panis sufficienter perficiatur his tantum verbis: Hoc est enim corpus meum?

NEGANT Scotus *in 4. distinctione 8. q. 2.* Angelus *V. Eucharistia 1. num. 24.* Quia existimant, necessaria esse, ad hoc, vt fiat Sacramentum, aliqua verba ex antecedentibus, nempe. *Qui pridie, quam pateretur, &c.* Vel adminus, *Accipite, & comedite* (vel bibite, in consecratione calicis.)

Negarunt etiam aliqui Græci docentes, post prædicta verba, *Hoc est corpus meum*, necesse esse addere illa alia, scilicet; *Quod pro vobis tradetur*: vel, *Quod pro vobis datur*, aut alias preces, quibus a Deo postulctur, vt panis in corpus, & vinum in sanguinem conuertantur. Ita Marcus Episcopus Ephesinus *lib. de verbis consecrat.* Cabasilas *in expositio. Liturgiæ tom. 4. aut 6. Bibliot. sacræ, à capit. 27.*

Sed certissime Respondeo: Sufficere. Quia plusquam certum est, ad essentiâ formæ, qua consecratur panis, solum pertinere illa verba: *Hoc est corpus meum*; cum Ecclesia Latina non proponat majoribus characteribus illa verba, *Qui pridie quam pateretur*: Nec post verba: *Hoc est corpus meum*, addat illa; *Qui pro vobis tradetur, datur, vel frangitur.* Sed immediate ac Sacerdos prædicta verba protulit, panem consecratũ, tanquam verum corpus Christi, populo adorandum proponit. Sic omnes DD. præcipuè citati. Et Lugo *disp. 4* Ochagauia *quæst. 31. cit.* qui dicit, hanc nostram responsionem esse de fide. Suarez *disp. 59. sect. 1.* affirmans, sententiam Scoti, esse improbabilem: & sententiam Græcorum, contra fidem.

QVÆSTIO III.

An Verbũ Enim, quo Ecclesia, in consueta forma, vtitur, sit de essentia, & necessitate consecrationis?

AFFIRMATIVAM sententiam docuisse Scotum *in 4. dist. 9.* & Angelum, ait Moure *5. par. cap. 4. §. 6. num. 1. pag. mihi 246.* Sed male profecto. Quia nullus eorum, nec alius, id docuit.

Vnde certissime Respondeo; Nec esse de essentia, nec de necessitate Sacramenti. Quia hæc particula, *enim*, nõ conducit ad

ad significationem formæ: ergo nec concurrit ad efficientiam conuersionis; quia verba formæ efficiunt, quod significant. Sic omnes Doctores cum S. Thom. *quæst.* 78. *art.* 2. *ad* 5. Legantur Suarez *disp.* 59 *sect.* 1. Bonacina *disp.* 4. *quæst.* 3. *punct.* 1. *num.* 3. & alij.

QVÆSTIO IIII.

An Christus Dominus, in consecratione panis, vsus fuerit illo verbo Enim?

NEGANT Fagund. *præc.* 3 *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 17. *pag. mihi* 629. & ante ipsum, Enriquez *lib.* 8. *cap.* 16. *num.* 4. Archangel *dist.* 10. *pag.* 117. *col.* 2. Bonacina *de Eucharistia disp.* 4. *quæst.* 3. *punct.* 1. *numer.* 9. Villalobos *tract.* 7. *diff.* 12. *num.* 3. & Gauant. *in Rubr. Miss. par.* 2. *tit.* 8. *num.* 5. *lo. cit.* existimantes, illam particulam, positam fuisse ab Apostolo Petro.

Sed probabilius certe Respõdeo: Vsum fuisse. Quia id clare colligitur Primo, ex canone Missæ (in quo nihil falsi continetur, vt dicitur in Tridentino *sess.* 22. *cap.* 4. *& can* 6.) vbi sic dicitur: Benedixit, fregit, deditque discipulis suis dicens: *Accipite, & manducate, Hoc est enim corpus meum* Secundo. Quia hæc particula, *enim*, expresse apposita fuit ab Euangelista Matthæo 26. in forma calicis: ergo verius est, dictam etiam fuisse à Christo Domino in forma panis. Patet: Quia Christus Dominus vsus est hac particula ad continuandum sermonem, & verba formæ cum verbis præcedentibus: dixerat enim; Accipite, & bibite ex eo omnes: *Hic est enim calix, &c.* At sic est, quod etiam ante consecrationem panis dixit: *Accipite, & comedite*: Ergo ad continuandum sermonẽ, & verba formæ, debuit similiter vti illo verbo, *enim*; & dicere; Hoc est enim corpus meum. Sic Suarez *disp.* 59. *sect.* 1. & alij Recentiores. Granados *tr.* 8. *disp.* 3. *numer.* 4. & 6. Layman *tract.* 4. *capit.* 3. *num.* 2. Montesin. *in manuscript. disput.* 12. *quæst.* 4. dicens, sed rigide, id absque errore negari non posse?

QVÆSTIO V.

An Sit peccatum mortale, omittere particulam enim, *cum consecratur panis, vel vinum?*

AFFIRMANT Gabriel *in* 4. *d.* 8. *q.* 3. *concl.* 2. *& lect.* 38. *in Can.* Angelus *Eucharistia* 1. §. 22. Moure 3. *part. cap.* 4. §. 6. *num.* 1. Petrus Soto *lect.* 2. *de Eucharistia*, Vazquez *disp.* 199. *cap.* 4. *num.* 29. Ochagauia *quæst.* 32. Fagund. *præc.* 3. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. & 17. Viuald. *tit. de forma Eucharistiæ, num.* 52. Villalobos *tract.* 7. *diff.* 12. *num.* 3. Ludouicus *quæst.* 2. *art.* 2. *diff.* 2. P. de Ledesma *cap.* 5. *concl.* 2. Citatur etiam, ab aliquibus, Suarez, pro hac parte, *disput.* 59. *sect.* 3. & ab alijs, pro contraria. Et non miror, quia de hac re, satis lubrice loquitur; Affirmant tamen clare Ioan. de Cruce *de Eucharistia quæst.* 78. *quæst.* 2. *concluſ.* 2. *dub.* 1. Nuñus 3. *par. quæst.* 78. *art.* 2. *vers. dico tertio*, & etiam (quidquid dicat Enriquez,) Nicolaus Ploue *fol. mihi* 13. & 52. & Ioan. de Lapide *lib. de aubijs circa celebr. Missæ occurren. capit.* 8. *dub.* 2. Holcot *in* 4. *quæst.* 3. vbi sic ait: Quia forma Sacramentalis super hostiam est; *Hoc est enim corpus meum*, licet sine illa coniunctione, enim, possit confici; tamen nullus debet illam dimittere, peccaret enim mortaliter, qui illam dimitteret ex proposito. Sic ille: ergo non bene dixit Enriquez, quod solus Gabriel dixerit esse mortale.

Sed probabilius Respondeo: Non esse, sed veniale tantum. Quia omissio particulæ *enim*, est quid leue: ergo non erit mortale eam omittere. Sic Enriquez *lib.* 8. *c.* 16. *num.* 4. Soto *dist.* 1. *quæst.* 1. *artic.* 8. (*non dist.* 11. vt citat Enriquez) Bonacina *disp.* 4. *quæst.* 3. *punct.* 1. *nu.* 10. Hurtado *disp.* 3. *diff.* 7. Diana 2. *part. tract.* 17. *& III. Miscel. resol.* 16. *& part.* 5. *tract.* 14. *resol.* 78. & apud ipsos, Suarez *lo. cit.* & Ægidius *quæst.* 78. *artic.* 2. *num.* 37. Sic etiam Granados *tract.* 8. *disp.* 3. *num.* 6. Et possent etiam citari, pro hac parte, Victoria *quæst.* 74. Armilla, *V. Eucharistia num.* 13, Ricardus *dist.* 8. *art.* 3. *quæst.* 1. Lublin. *V. Euchar. nu.* 8. & alij; qui solum dicunt, esse malum, aut peccatum, omittere. Machado *tom.* 1. *lib.* 3. *p.* 1. *tract.* 6. *dos.* 3. *num.* 5.

QVÆSTIO VI.

An saltem sit mortale illam particulam, ex comptemtu, omittere?

AFFIRMANT etiam ex authoribus nostræ sententiæ nuper relatæ Suarez, Bonac. & Ægidius. *loc. citatis.* Negant vero ex eisdem non absolute, sed vt probabile, Sotus, Enriquez, & Granados *loc. citatis.* & Cabrera 3. *par. quæst.* 60. *art.* 8. *disp.* 2. *num.* 2. Machado *lo. cit.*

Ego vero sic, sub distinctione, Respondeo. Si particula *enim*, omittatur ex contemptu formali; mortale erit, illud omittere. Quia, contemptus formaliter, est directe se opponere præcepto Superioris, quod est mortale. Si vero omittatur ex cõtẽptu materiali; nempe quia præceptũ est de re leui, tunc nõ erit mortale illud omittere. Quia, non est peccatũ mortale, omittere aliquod præceptum leue; ex contemptu, ratione cuius non vult quis seruare legem in materia leui, quia leuis. Legantur ad intentum Sotus *dist.* 11. *quæst.* 1. *art.* 1. Filliucius *numer.* 106. & Machado *lo. cit.*

QVÆSTIO VII.

An Valeat consecratio, si quis dicat; Hoc est corpus Christi.

NEGANT Enriquez *lib.* 8. *cap.* 16. *nu.* 2. Suarez *disp.* 59. *sect.* 2. *infine.* Vazquez *lo. cit. cap.* 4. Ægid. *quæst.* 78. *ar.* 3. *dub.* 3. *num.* 39. Bonac. *disp.* 4. *quæst.* 3. *pun.* 1. *num.* 11. Fagundez *præc.* 3. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 22. Layman *tract.* 4. *cap.* 3.

Sed probabiliter Respondeo: Valere. Sic Doctissimus Montesinos *quæst.* 78. D. Thom. *art.* 2. *quæst.* 4. Vbi sic ait: Mihi videtur, quod res ista sit valde dubia, & ideo, ex vna parte, grauiter peccaret Sacerdos, vtens his verbis. Ex alia vero parte, si semel dixisset, positis alijs requisitis, non auderem dicere, quod haberetur panis communis talis. Et ratio est, quod Sacerdos etiam in persona Christi potest dicere, *Hoc est corpus Christi*; sicut *Hoc est corpus meũ*; patet; quia dũ dicit verba Canonis, & refert Christũ dixisse, *Hoc est corpus meũ*, posset etiam, & non falso referre quod dixerit *Hoc est corpus Christi*: licet enim Christus Dñs formaliter hæc verba non dixerit, dixit tamen, eandem rem significatam alijs verbis, quod sufficeret, vt excusaretur à mendatio. Sic ille; qui, & alijs rationibus, hanc partem probat.

QVÆSTIO VIII.

An Valeat consecratio, si dicatur; Hic est corpus meum?

NEGAT Layman *lib.* 5. *tract.* 4. *cap.* 3. *num.* 2. Affirmat Faustus *de Euchar. lib.* 1 *quæst.* 110. Et dubitat Montesinos, vbi infra.

Sed ego subdistinctione probabilius Respondeo: Valere, casu, quo particula, *hic*, non aduerbialiter, sed loco pronominis masculini generis ponatur. Sic Vazquez *disp.* 199. *cap.* 4. *num.* 31. Bonac. *loc. cit. num.* 7. Ægidius *num.* 38. Fagundez *lo. cit. num.* 14. Granados *tract.* 8. *disp.* 5. *num.* 2. & Suarez *lo. cit.* Diana 5. *part. tract.* 14. *resol.* 77. & Montesinos *lo. cit.* per hæc verba: si sumatur aduerbialiter, *hic*, non fieret consecratio: quia, *hic*, est aduerbium loci. Vnde his verbis significaretur corpꝰ Christi esse in hoc loco, cũ quo staret simul, esse substantiam panis in eodem loco: & ita non fieret consecratio. Si vero particula, *hic*, sit pronomen demonstratiuum masculinæ terminationis, res est dubia, & posset fieri consecratio, si subintelligatur substantia eiusdem generis masculini, vt sit sensus, *hic cibus est meum corpus*: vel contra regulas Grammaticæ, particula, *hic*, referatur ad contentum sub speciebus; vel ostendat ipsum corpus Christi; sicut ille, qui baptizauit, *in nomine Patrias, &c.* Vtrobique potest esse Sacramentum. Sed vt diximus, res est dubia, & grauiter peccaret Sacerdos vtens hac forma. Sic ille.

QVÆSTIO IX.

An Valeat consecratio, si Sacerdos in persona Christi dicat, Ecce corpus meum?

NEGAT absolute Fagundez *præc.* 3. *lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 15. Et ita mordaciter, vt dicat, esse fere certum, non valere consecrationem; citatque pro sua sententia Suarium *disp.* 59. *sect.* 2.

Respondeo: Tamen, probabilius esse valere

lere conſecrationem; quia probabilius eſt, non eſſe mutationem ſubſtantialem in dictis verbis. Sic Vazquez *diſp.* 201. *cap.* 5. *num* 41. & Lugo *diſp.* 11. *num.* 155. Et eſſe probabilem innuunt Suarez, & Monteſinos *loc. citat.* licet, vt probabiliorem, contrariam ſequanturſententiam.

QVÆSTIO X.

An Valeat conſecratio, ſi dicatur: Hæc eſt caro mea?

NEGANT Alexand. *quæſt.* 33. *num.* 3. *art.* 3. Gabriel *lect.* 38. *in Canonem.* Suarez *diſp.* 59. *ſect.* 2. Ægidius *loc. cit. num.* 38. Præpoſitus, Mercerus, & Palatius, apud Dianam. 5. *par. tract.* 14. *reſol.* 76.

Sed probabilius Reſpondeo: Valere. Quia caro, pro corpore ſumitur, iuxta illud Pſalmi 5. *Caro mea requieſcet in ſpe.* Imo addit Cyprianus *ſerm.* 1. *in cœna Dominiex Ioanne* 6. Chriſtum ſic conſecraſſe; *Hæc eſt caro mea*; quod tamen mihi valde dubium eſt. Sic Enriq. *lib.* 8. *cap.* 16. *num.* 2. dicens, eſſe communem opinionem Theologorum, Bonac. *loc. cit. nu.* 8. Fagund. *loc. cit. n.* 19. & Granad. *loc. cit. nu.* 5. Ioan. de Cruce, Vazquez, & Eſtius, quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit.*

QVÆSTIO XI.

An Valeat, ſi dicatur; Hic cibus eſt corpus meum?

NEGAT Enriquez *lib.* 8. *cap.* 16. *num.* 2. *lit.* O. Vnde male illum citat Bonac. pro contraria ſententia.

Sed probabilius Reſpondeo: Valere, ſicut valeret, ſiquis diceret: Hæc res eſt corpus meum. Sic Suarez *loc. cit.* Granados *tract.* 8. *diſp.* 6. *num.* 2. Bonac. *loc. citato. num.* 7, Fagundez *loc. cit. num.* 20. Monteſinos *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO XII.

An Validafiat conſecratio, ſi ita dicatur; Hoc fit, fiat, aut ſit corpus meum?

AFFIRMATIVAM ſententiam tenere Damas. *lib.* 4. *cap.* 14. & D. Bonau. *diſt.* 8. *in* 2. *par. quæſt.* 1. Holcot. *quæſt.* 3. & Vuald. *tom.* 2. *cap.* 50. ait Enriq. *lib.* 8. *cap.* 16. *in Marg. lit.* K. & *cap.* 19. *num.* 2. *in Marg. lit.* K.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non valere. Quia, *fieri* &c, ſolum ſignificant viam ad eſſe corporis Chriſti ſub ſpeciebus; at forma conſecrationis debet ſignificare corpus Chriſti ſub ſpeciebus in facto eſſe: Ergo. Sic Suarez, Enriquez, Fagundez, & alij *locis citatis.*

QVÆSTIO XIII.

An Validaſit conſecratio his verbis facta: Ego conſecro hunc panem in corpus meum; vel, ego conficio corpus meum ex pane?

RESPONDET: Suarez *diſp.* 59. *cit. ſect.* 2. potuiſſe Chriſtum hoc modo inſtituere hoc Sacramentum, ſi voluiſſet, ſed non explicat, an ſuppoſita præſenti inſtitutione prædicta verba ſufficiant ad conſecrandum.

Reſpondeo ergo: Non ſufficere, nec eſſe validam, conſecrationem prædictis verbis factam, quia verbum conſecro, vel, conficio, non ſignificant effectum permanentem; at ſic eſt, quod de ratione huius Sacramenti eſt, quod ſit permanens: Ergo non rectè poteſt ſignificari per verbum, *conſecro*, aut *conficio*, ſed per copulam, *eſt*. Secus eſt in alijs Sacramẽtis, quæ conſiſtunt in fieri, quorum forma datur per verba ſignificantia actionem, aut fieri; vt, *ego te baptizo*, &c. *ego te abſolue*, &c. Sic Enriquez, Fagundez *loc. citatis.*

QVÆSTIO XIV.

An Valeat conſecratio, ſi ablato verbo, eſt, dicat Sacerdos: Accipite, & comedite: Hoc corpus meum?

AFFIRMAT Eraſmus 1. *ad Corinth.* 11. Vbi ait, ita Chriſtum Dominum conſecraſſe, & in Græco ita legi.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non valere. Quia iſta verba. Accipite, & commedite corpus meum, ſolum, ſignificãt vſum, & collationem huius Sacramenti: at Euchariſtia non conſiſtit in vſu, aut collatione eiuſdem, cum hæc, iam ſupponant ipſum Sacramentũ eſſe: Ergo. Sic Suarez, Enriquez, Fagundez, Bonac. & Monteſinos *loc. citatis*. Qui & dicunt, contrariam ſententiam, eſſe erroneam.

QVÆS-

QVÆSTIO XV.

An Valide conficiatur Sacramentum, si dicatur Hæc est substantia mea, *vel*, Hic est cibus meus?

RESPONDEO: Quod non. Quia termini illi, *substãtia*, scilicet, vel *cibus*, sũt valde communes, & non significant stricte corpus Domini. Sic Suarez & Fagundez *loc. citatis*.

QVÆSTIO XVI.

An Valide etiam conficiatur, si Sacerdos, retento sano sensu, ita dicat: Hoc est corpus meum; *vel* Hic est corpus meus? *vel* Hoc est corpus meus?

RESPONDEO: Valide, sed nõ licite. Quia hæc verborum mutatio, solum est accidentalis, cum retineatur idem sensus, & significatio, licet error cõmittatur cõtra præcepta Gramaticæ. Sic Enriq. *lib.* 8. *cap.* 16. *nu.* 2. Suar. *disp.* 59. *sect.* 2. Fagundez *præc.* 3. *lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 18. Sotus *in* 4. *dist.* 1. *quæst.* 1. *ar.* 8. Granados *tract.* 8. *disp.* 5. *num.* 2. & alij, qui idem affirmant de hac forma; *Hoc contentum sub his speciebus est corpus meum.*

QVÆSTIO XVII.

An Valide consecret, siquis Sacerdos dicat; Istud est corpus meum?

RESPONDEO Valide. Quia pronomen, *istud*, quamuis latine aliud, quam *hoc* significet, interdum tamen pro eodem vsurpantur. Secus est dicendum, siquis diceret: *Illud est corpus meum*. Quia pronomen *illud*, ex vi suæ significationis, non significat rem præsentem, quod est necessarium ad valorem Sacramenti. Sic Sotus, Enriquez, Suarez, Granad. *locis citatis*, & alij passim.

QVÆSTIO XVIII.

An valide consecret, qui dicit. Meum est hoc corpus, *aut*, Hoc corpus est meum?

AFFIRMANT Gabriel *lect.* 38. *in Canon. circa finem folio mihi* 67. & Enriquez *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 8. Pitigianus *in* 4. *tom.* 1. *dist.* 8. *q.* 2. *art.* 5. Gamachenus *in* 3. *par. q.* 78. *cap.* 2. *Vers. Iam quod spectat.* Dubitat vero Sotus, *dist.* 1. *q.* 1. *ar.* 8 *ad finem.*

Sed ego probabilius Respõdeo: Quod non conficeret. Quia huiusmodi verba, ita transmutata, non significãt conuersionem panis in corpus Christi, quod est necesse. Sic Fagundez *lo. cit num.* 11. Granados *tract.* 8. *disp.* 5. *num.* 2. Legatur Diana 5. *par. tract.* 14. *resol.* 78.

QVÆSTIO XIX.

An Valide consecret Sacerdos dicens; Hoc est corpus meun, *vtendo*, *N*, *pro*, *M*? *vel* Hic est calix zanguinis mei, *vtendo Z. pro S*?

RESPONDEO: Valide. Quia semper manet idem sensus, & eadem significatio verborum. Sic Sot. *lo. cit.* per hæc aut ea verba: Sunt autẽ peiores, quã scrupulosi, & morosi, qui putant, si pro *meum*, finali, M, dicant, meun, per, N, non conficere. Est enim deridendus scrupulus. Hispani namque ægre proferimus M, in fine. Imo si pro, est, velocitate linguæ dicatur, es, nullus exurgere debet scrupulus, quoniã, T, post, S, in fine, difficile etiam Hispani proferunt. Ex accomodatione enim vsus, seruatur legitimus sensus, sicuti in balbutientibus. Sic Soto. Et adhuc plus, Gabriel *loc. cit. lit. O.* Sic dicens; Aut subtrahitur aliqua syllaba per syncopam, vel omittitur aliqua littera, vt dicendo, *Hoc est corpus me*; vel, *Hoc est corpus meun*; quia per talem substractionem, non impeditur sensus, quin audiens capiat verum sensum sermonis prolati, nec variatur forma, & fit consecratio. Sic Gabriel, & sic etiam Fagundez *p. æc.* 3. *lib.* 2. *cap.* 6. *nu* 31. & Diana in simili 2. *par. tract.* 17. *resol.* 14. Et Enriquez *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 8. Dicens, idem esse dicendum, siquis Z. pro, S. proferat, vt *zanguinis*, pro *sanguinis*, nam quidam Hispani, sic proferunt.

QVÆSTIO XX.

An Saltem peccaret Sacerdos, qui ex aduertentia, & malitia, loco meum, *diceret* meun?

NEGAT Sotus *dist.* 1. *q.* 1. *art.* 8. paulo post. 2. *conclusionem* per hæc notanda verba: Imo quamuis non adhibeatur di-

diligentia proferendi M finale in meum, vel si forte non proferatur T. in verbo *est*, nullam profecto reor culpâ incurri; Deus enim non est tam istarum minutiarum observator. Sic ille.

Sed affirmat Fagundez *lo. cit.* & ita ex aduerso, vt dicat esse mortale.

Sed ego media via probabilius Respõdeo: Esse, peccatum, sed non mortale, secluso scandalo, & formali contẽptu. Quia leuis materia à mortali excusat. Sic Diana *lo cit.* & penes ipsum, Pitigianus *in* 4. *dist.* 3. *quæst.* 2. *art.* 4. & alij.

QVÆSTIO XXI.

An Solæ istæ voces. Hic est calix sanguinis mei, *aut*, Hic est sanguis meus, *sint de essentia, & necessitate formæ consecrationis vini?*

NEGANT D. Thom. *quæst.* 78. *ar.* 3. Capreolus, Palud. Herueus, Anton. Siluester, Viguerius, P. Soto, Gerson, & Innocent. apud Suar. *disp.* 60. *sect.* 1. Negant etiam Patres Cathecismi Romani, & nouissime Petrus Cornejo *quæst.* 78. *ar.* 3. *dub.* 1. Quia existimant, omnia verba quibus Ecclesia vtitur in consecratione calicis vsque ad illa, *Hæc quotiescumque feceritis*, exclusiue, esse de essentia formæ consecrationis calicis. Citat etiam Machado pro hac parte, Toletum *lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 1. Sed male: Quia Toletus solũ dicit: esse de præcepto per hæc verba: Forma sanguinis hæc est: Hic est enim calix sanguinis mei, noui, & æterni testamenti, mysterium fidei; qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Omnia ista verba sunt de præcepto, quamuis non omnia de necessitate Sacramenti. Ista enim sunt de necessitate Sacramenti: Hic est calix sanguinis mei. &c. Huc vsque Toletus.

Sed probabilius Respondeo: Solum illa verba sufficere. Primo. Quia in lyturgijs Diui Iacobi, Basilij, atque Chrysostomi non habentur omnia verba, quibus Ecclesia consecrat Latina: ergo. Secundo. Quia forma consecrationis panis sunt tãtum hæc verba, *Hoc est corpus meum*: Ergo forma consecrationis vini, erunt hæc sola, *Hic est sanguis meus*. aut *Hic est calix sanguinis mei*: Quia eadẽ est omnino ratio. Sic Alex. Bonau. Durand. Caiet. Victor. Soto, Enriq. Suarez, Vazq. Valentia, Ægidius, Siluius, Persentius, & Salmeron quos omnes citat, & sequitur Granad. *tr.* 8. *disp.* 4. *n.* 3. Fagund. *præc.* 3. *lib.* 2. *c.* 7. *n.* 3. *in manuscrip.* Montesinos *lo. cit. q.* 5. §. 1. & 2. Vbi ad authoritatẽ D. Thomæ respondet; primo, quod ipse S. Doctor non senserit suam sententiam esse certam, sed solum existimauerit esse probabilem, vt indicat *art.* 3. cit. & *lect.* 6. *in* 1. *ad Cor.* 11. Secundo, quod S. Thomas non viderit lyturgias Græcorum; aut quod suo tempore in illis lyturgijs haberentur omnia verba, quæ habentur in Missali Romano. Sic ille, & sic etiam Machado *lib.* 3. *par.* 1. *tract.* 6. *docum.* 3. *num.* 7. Basseus *Ver. Euchar.* 1. *num.* 20. Torrebianca *lib.* 2. *pract. it. quæst.* 2. *cap.* 7. *num.* 26. citans, sed male, pro hac parte Diu. Thomam.

QVÆSTIO XXII.

An saltem illa verba; noui, & æterni testamenti mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, *sint de necessitate præcepti Ecclesiæ?*

RESPONDEO: Esse. Et ita, qui aliquod verbum illorum in Ecclesia Latina omisserit, siue per contemptum, siue scienter, aut voluntariè, mortaliter peccabit. Quia in re grauissima faceret contra Ecclesiæ præceptum. Sic omnes Doctores cũ Magistro in 4. *dist.* 8. Legantur Bellarmin. *lib.* 4. *de Euchar. cap.* 12. Bonac. *disp.* 4. *quæst.* 3. *punct.* 1. & 2. Reginald. *lib.* 22. *num.* 26. & alij supra citati.

QVÆSTIO XXIII.

An Sacerdos debeat habere intentionem consecrandi calicem omnibus verbis, quæ, tanquam forma, maioribus litteris exprimuntur in Missali Romano, scilicet; Hic est calix sanguinis mei, &c. *vsque ad* remissionem peccatorum *inclusiue?*

RESPONDEO: Affirmatiue. Hanc nam que intentionem debet habere Sacerdos in Ecclesia Latina: aut si malit, rem nõ discutere, in confuso, & vniuersali se referat ad intentionẽ Ecclesiæ & Christi. Sic Enriq. *lib.* 8. *cap.* 17. *n.* 4. & apud ipsum, Soto,

Soto, & Ledeſma, & alij Recentiores. Bonac. *diſp.* 4. *quæſt.* 3. *punct.* 2. *num.* 3. & apud ipſum, Nuñus: Valentia: Viuald, Victoria, Reginald. & alij.

QVÆSTIO XXIV.

An Adorandus ſit calix, ſi celebrans moriatur, finitis tantum illis verbis. Hic eſt calix ſanguinis mei?

RESPONDEO: Adorandum eſſe ab omnibus (tam videlicet ab illis, qui ſuſtinét noſtram ſententiam, quam ab illis, qui contrariam) ſaltem ſub conditione, cum non ſit omnino certum, licet ſit valde probabile, ſanguinem Chriſti adeſſe. Sic Bonac. *loco citato. num.* 4. & alij apud ipſum, & communis.

QVÆSTIO XXV.

An Valeat conſecratio, his verbis facta: Hic eſt, calix, nouum teſtamentum, in meo ſanguine?

NEGANT aliqui, quos ſuppreſſo nomine, refert Suarez *diſp.* 60. *ſect.* 2. *infine.* qui, & innuit eſſe probabile.

Sed certiſsime Reſpõdeo: Valere. Quia hanc formam verborum ponunt D. Lucas *cap.* 22. ſui Euangelij. Et D. Paulus 1. *Cor.* 11. Et illa diu vſa fuit Hiſpania in Miſſali Mozarabo, edito à Diuo Iſidoro Hiſpal. Archiepiſcopo. Vnde, ſi quis hodie præfatis verbis conſecraret, teneret Sacramentum, licet peccaret mortaliter. Sic Enriquez *lib.* 8. *cap.* 17. *num.* 3. Suarez *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. num.* 7. Fagundez *prac.* 3. *lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 7. Hurtado *diſp.* 3. *diff.* 7.

QVÆSTIO XXVI.

An Sacerdos, qui in conſecratione calicis dicit; Hic eſt calis &c. *vtendo, S. pro, X. valide conſecret?*

RESPONDEO: Valide. Quia talis variatio, ſolum eſt accidentalis. Eſt communis. Quod ſi inquiras, an ſaltē peccet mortaliter ſic conſecrans? Affirmabit Fagūd. Negabit Sotus, iuxta dicta, ſup. *quæſt.* 20. aſſerens, in ſimili, nec venialiter peccare. Ego autem dico ſaltem peccare venialiter ſecluſo ſcandalo, & contemptu formali. Sic Diana 2. *par. tract.* 16. *reſol.* 16. & apud ipſum, Pitigianus.

QVÆSTIO XXVII.

An Valida ſit conſecratio, his verbis facta: Hic eſt potus ſanguinis mei, *aut,* Hoc eſt vas, *aut,* poculum ſanguinis mei?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia hæ locutiones eundem ſenſum retinét, ac illa, *Hic eſt Calix ſanguinis mei.* Sic Suarez, & Fagundez *locis citatis,* & alij apud ipſos.

QVÆSTIO XXVIII.

An Valeat conſecratio, ſi loco, ſanguinis *dicatur, ſanguinem, vel ſanguine: aut loco,* mei. *dicatur,* meis, *vel* meum; *aut loco pronominis,* Hic, *ponatur,* hoc, *vel* hæc, *vel* hunc?

RESPONDEO Valere. Quia (licet varietur caſus nominis, aut mutetur genus pronominis) ſemper manet idem ſenſus, in quo à Chriſto Domino dictum fuit pronomen *hic,* & hoc nomen *ſanguis;* Peccabit tamen ſic conſecrans, contra reuerentiam Sacramento debitam, ſi animaduertenter id faciat. Sic Suarez, & Fagundez *locis cit.* & communis.

QVÆSTIO XIX.

An Sacerdos, dum conſecrat, proferat verba conſecrationis ſolum recitando, id eſt, referendo, quod Chriſtus dixit, cum conſecrauit? An potius ſignificando, & perſonaliter exercendo, quod Dominus fecit?

AFFIRMANT, ſolum proferre præfata verba recitando Innocent. *lib.* 4. *de Myſterio altaris cap.* 17. Durand. *diſt.* 8. *quæſt.* 2. *ad* 1. Maior *quæſt. vnica* Catharin. *opuſ. de verbis conſecra.* Mirandulan. & Ocam, apud Suarez *diſp.* 58. *ſect.* 4. Quam ſententiam eſſe ſatis probabilem; defendunt Gabriel *lect.* 48. *in Can. lit. D.* & Ledeſma *quæſt.* 19. *ar.* 5.

E contra vero Marſil. *quæſt.* 6. *ar.* 1. Gabriel *lo. cit. lit. F.* Salmeron *tom.* 9 *tract.* 13. & Vazquez *diſp.* 20. *cap.* 2. docent, ſolum proferre ſignificando.

Sed

Sed probabilius Reſpondeo: Vtroque modo proferre; recitatiue videlicet, & ſignificatiue ſimul. Sic S. Thom. *quæſt.* 78. *art.* 5. & Alexand. 4. *par. quæſt.* 33. *memb.* 3. *art.* 2. & Bonau. *in* 4. *diſt.* 8. *par.* 2. *ar.* 1. *quæſt.* 1. (male citati ab Hurtado pro ſecũda ſententia) Sotus, Alanus, Enriquez. Suarez, Valentia, quos citat, & ſequitur Granados *tract.* 8. *diſp.* 6. *nu.* 6. Ægidius, Bellarmin. Pitigianus, Angles, Peſantius, quos citat, & ſequitur Bonac. *diſp.* 4. *quæſt.* 3. *punct.* 3. Hurtado *diſp.* 3. *diff.* 9, Ochagau. *quæſt* 33. Lugo *diſp.* 11. *num.* 110. *pag.* 393. Machado *loc. cit. doc.* 3. *num.* 2. & communis.

QVÆSTIO XXX.

An Illa pronomina, Hoc, & Hic, in forma conſecrationis ſumantur adiectiue?

AFFIRMANT Argentin. *in* 4. *diſt.* 8. *ar.* 2. *ad* 4. Guitmundus *lib.* 2. *de veritate corporis, & ſanguinis Chriſti*, Maior *diſt.* 8. Saintes *repetit.* 7. *de Euchar. cap.* 7. Vazquez *diſp.* 201. *cap.* 4. Becan. *cap.* 21. *quæſt.* 5. Lugo *diſp.* 11. *num.* 154. Hurtado *diſp.* 3. *diff.* 10. Maldonatus *in cap.* 26. *Matt.* & alij aſſerentes, pronomẽ hoc, adiectiuũ eſſe, & denotare ipſummet corpus Chriſti Domini, ſicut & pronomẽ, Hic, eſt, & denotat calicem, vel ſanguinem.

Sed probabilius Reſpondeo: Non ſumi adiectiue, ſed ſubſtantiue, & ita prædictas particulas, *Hoc*, & *Hic*, non denotare ipſummet corpus, aut ſanguinem Chriſti, ſed aliquam rationem communem ſubſtantiæ, aut entis, ita vt ſenſus formæ conſecrationis ſit huiuſmodi; Hoc, quod continetur ſub his ſpeciebus, eſt corpus meum &c. Sic S. Tho. *loc. cit. ar.* 5. Palud. *diſt.* 8. *quæſt.* 3. *art.* 1. Capreol. *quæſt. vnicæ ar.* 3. Sotus *diſt.* 11. *quæſt.* 1. *ar.* 5. *poſt.* 3. *concluſ.* Ledeſma *q.* 19. *art.* 5. Scotus, Cajet. Durand. D. Anton. Ferrara, Ianſen. Altiſiodor. Bellarm. & alij, quos citat, & ſequitur Suarez *diſp.* 58. *ſect.* 7. Bonac. *diſp.* 4. *quæſt.* 3. *punct.* 4. *num.* 1. Granad. *tract.* 8. *diſp.* 1. *n.* 31. & 35.

(§)

DISPVTATIO DECIMA.

De modo, quo Chriſtus eſt in hoc Euchariſtiæ Sacramento.

QVÆSTIO PRIMA.

An Totus, & integer Chriſtus ſit ſub qualibet ſpecie panis, & vini?

NEGANT hæretici Luterani, apud Bellarm. *lib.* 4. *de Euchariſtia cap.* 21.

Sed de fide Reſpondeo: Eſſe. Sic enim definitur in Conſtantienſe *ſeſſ.* 13. in Florentino *in lit. vnionis*, & in Trident. *ſeſſ.* 13. *cap.* 3. Vbi ſic habetur. *Veriſsimum eſt tantundẽ ſub alterutra ſpecie, atque ſub vtraque contineri.* Et probatur ex verbis Chriſti *Ioan.* 6. *Qui manducat me, viuet propter me*; Vbi totus Chriſtus integer conſtans ex diuina natura, & humana, ex corpore, & anima &c. dicit. *Qui manducat me &c.* Ergo totus integer Chriſtus manducatur in hoc Sacramento. Sic omnes Catholici. Videantur Bellarm, *loc. cit.* Vazquez *diſp.* 188. Enriq. Suarez. Granad, & alij *locis citat.*

QVÆSTIO II.

An Chriſtus Dominus exiſtat ſub ſpeciebus, non ſolum quoad ſubſtantiam, verum etiam, quoad quantitatem, & alia accidentia, quæ ipſam ſequuntur?

NEGAT Durandus *in* 1. *diſt.* 34. *q.* 1. *num.* 28. *& in* 4. *diſt.* 10. *quæſt.* 2. *à num.* 7. Quia exiſtimat, de eſſentia quãtitatis eſſe diuiſibilitatẽ. Tũc ſic, ſed Chriſtus eſt in hoc Sacramẽto indiuiſibiliter, totus ſub tota quantitate panis, & totus ſub qualibet parte: Ergo licet Chriſtus in cœlo

habeat ſuam quantitatem, non tamen in hoc Sacramento.

Sed certiſsime Reſpondeo: Eixſtere, nō ſolum quoad ſubſtantiam, verum etiam quoad quantitatem, & alias qualitates, & cætera accidentia, quæ non dependent à determinato loco. Probatur. Quia Chriſtus Dominus in hoc Sacramento habet manus, pedes, & caput, atque propriam figuram, alias eſſet aliquid monſtruoſum: Ergo habet propriam quantitatem, & vlterius cætera accidentia, quæ ſuapte natura in quantitate ſubiectantur. Sic S. Tho. *quæſt. 76. art. 4.* Alex. Bonau. Sotus, Ledeſma, Argentina, Enriquez. Valentia, Suarez. Vazquez, & alij, quos citat, & ſequitur Granad. *tract. 4. diſp. 3. num. 4.* Et eſt communis doctrina omnium Theologorum, & ita certa, vt contraria ſit, ad minus, temeraria, vt aiunt Suarez *diſp. 51. ſect. 2.* Machado *loc. cit. docum. 5. num. 4.* & alij.

QVÆSTIO III.

An Chriſtus Dominus in Euchariſtia habeat figuram?

NEGANT Ocamus *in 4. quæſt. 4. ad 4.* & Gabriel *diſt. 10. quæſt. 1. art. 1.* cuius ſententiam probabilem reputat Ledeſma *1. 4. quæſt. 17. art. 3.*

Affirmant vero è contra D. Thom. *in 4. diſt. 10. quæſt. 1 art. 3. quæſt. 1.* D. Bonau. *art. 1. quæſt. 4.* Scotus *quæſt. 1.* Sot. *quæſt. 1. art. 4.* Ledeſma, & Vazquez *locis citat.* & demum Enriquez *lib. 8. cap. 27. num. 4.*

Sed clarius, vtramque ſententiam conciliando, ſic Reſpondeo. Chriſtus Dominus vere in Euchariſtia habet figuram intrinſecam, hoc eſt, conſiſtentem in intrinintrinſeca partium corporis habitudine. Nam vere caput Chriſti Domini eſt vnitum collo, & non brachio; digiti manibus, & non capiti &c. Et hanc figuram eſſe in corpore Chriſti merito contendunt DD. ſecundę ſententiæ: Non tamen habet figuram ſitualem, quæ pendet ab extenſione locali, vt eſt illa, quam habet digitus cum cōplicatur, & ſurſum erigitur &c. Et hanc non eſſe in corpore Chriſti in Euchariſtia, bene negant Auctores primæ. Sic Suarez *diſp. 48. ſect. 1. ad 2.* Lugo *diſp. 8. n. 36.* & Gran. *loc. cit. num. 16. & 17.* Qui merito miratur Enriquez, hæc vbi ſupra verba, dixiſſe. *Retinet hic* (id eſt in Sacramento) *ſemper figura Chriſti eandem poſitionem ſitus, quam habet in cœlo, vt ſemper ſtat rectus cum capite ſurſum, & pedibus deorſum.* Sic Enriq. Sed male, vt bene notat Granad. Legatur, ſi placet.

QVÆSTIO IV.

An Ex vi Sacramenti, ſeu ex vi verborum, ponatur corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis?

RESPONDEO Affirmatiue. Quia verba conſecrationis panis, directe, & explicite ſignificant corpus Chriſti eſſe contētum ſub ſpeciebus panis: Ergo. Hæc reſponſio eſt de fide, vt docet Trident. *ſeſſ. 13. cap. 1.* & omnes Doctores.

QVÆSTIO V.

An Partes integrales, vt manus, pes, digitus, &c. ſint in hoc Sacramento ex vi verborum?

RESPONDEO: Eſſe, ſi ſimul ſumātur; quia hoc modo ex illis integratur corpus Chriſti, non vero, ſi ſumantur ſeorſim; quia non dixit Ieſus; hæc eſt manus mea, aut hic eſt pes meus. Sic Suarez, & communis.

QVÆSTIO VI.

An In hoc Sacramento ſit præputium Chriſti.

RESPONDEO: Quod licet quando Chriſtus primo conſecrauit, non fuerit præputium in Sacramento, ſiquidem nec tunc erat in Chriſto, ſecundum ſe: tamen poſt Reſurrectionem, ſicut eſt in Chriſto ſecundum ſe, ita in hoc Sacramento. Sic Suar. *diſp. 51. ſect. 3.* Granad. *tract. 4. diſp. 4. num. 2. & 3.* Lugo *diſp. 8. num. 18. pag. 338.*

QVÆSTIO VII.

An Corpus Chriſti, prout eſt in Sacramento ex vi verborum, dicat ſolum materiam primam nudam?

AFFIRMAT Gabriel *lect. 42. lit. H.* & probat. Quia, ſi in triduo fieret conſecratio, eſſet idem corpus Chriſti, ex

ex vi verborum, & tamen non esset nisi eadem materia prima: ergo sola materia prima est ex vi verborum. Sic ille *lo. cit. & in* 4. *d.* 11. *q.* 1. *art.* 1. & Maior *q.* 5. *initio.*

Sed certissime Respondeo; Non dicere solam materiam primam, sed dicere esse corporis, non determinate, prout tale esse prouenit ab anima, sed quasi vage, & disiunctim, prout prouenit ab anima, vel à forma cadaueris. Prima pars constat. Quia alias sequeretur posse fieri consecrationē panis, his verbis; Hæc est materia mea, aut materia Christi, quòd est absurdum, quia Christus non dixit: Hæc est materia mea, sed, Hoc est corpus meum.

Secunda vero pars probatur. Quia si consecratio fieret in triduo, adhuc corpus Christi poneretur in Sacramento, at tunc non haberet esse corporis ab anima, sed à forma cadaueris: ergo corpus Christi ex vi Sacramenti dicit esse corporis disiunctim, siue tale esse proueniat ab anima, siue à forma cadaueris. Sic S. Thom. Durand. Sot. Enriquez, Alanus, & alij, quos citat, & sequitur Granad. *tr.* 4. *disp.* 4. *n.* 5. Suar. *disp.* 51. *sect.* 4. Vazq. *disp.* 185. *cap. vlt.* Bonac. *disp.* 4. *quæst.* 3. *punct.* 5. *num.* 10. & communis,

QVÆSTIO VIII.

An Ex vi verborum sit sanguis Christi sub speciebus vini?

Respondeo: Esse. Sic enim definitur in Tridentino *lo. cit.* & habetur Matthæi 26. Marci 14. & Lucæ 22. & docent omnes.

QVÆSTIO IX.

An Sub speciebus vini sit totus sanguis Christi ex vi verborum?

Respondeo: Esse. Hoc tamen modo, & hac differentia; quod nunc, ex vi verborum, est totus sanguis, qui est in corpore Christi glorioso, & nullus alius: cum vero primo institutum fuit hoc Sacramentum, etiam sanguis nutrimentalis, & deniq; totus sanguis, quem Christus in carne passibili habuit. Sic omnes Doctores, qui cōmuniter bene notant, quod alij tres humores, sicut nomine sanguinis non significatur, ita nec sint sub speciebus vini, ex vi verborum.

QVÆSTIO X.

Quænam sint in hoc Sacramento per concomitantiam?

Respondeo: Sub speciebus panis esse sanguinē, & sub specieb⁹ vini, corpus Christi. Rursus, sub qualibet specie, est anima Christi, & eius diuinitas, & suppositum, aut persona Verbi. Sic habetur in Tridentin. *sess.* 13. *cap.* 3. Et docent S. Thom. *quæst.* 76. *art.* 1. Suarez *desp.* 51. *sect.* 6. Vazquez *disp.* 185. *cap.* 2. Granad. *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO XI.

An Etiam Pater, & Spiritus Sanctus sint etiam ratione concomitantiæ in hoc Sacramento?

Negant Granados *tract.* 4. *disp.* 4. *num.* 8. & apud ipsum, Hugo Cardinalis *in speculo Ecclesiæ §. post. hæc.* Enriquez *cap.* 26. §. 3. & alij recentiores, qui quamuis, vt certum fateantur, Patrem, & Spiritum Sanctum esse speciale titulo in hoc Sacramento, negat tamen dici posse, ibi adesse ratione concomitantiæ. Negat etiam Nunus *quæst.* 76. *art.* 2. *diff.* 3.

Sed probabilius Respondeo: Esse, & dici posse adesse ibi per concomitantiam. Quia, vt docet Trident. *loco citato*, Diuinitas est in hoc Sacramento per concomitantiam: Sed diuinitas est idem realiter cum Patre, & Spiritu Sancto: Ergo tota Trinitas erit per concomitantiam in hoc Sacramento, saltem mediate. Sic S. Thomas *opus.* 63. *cap.* 2. *par.* 3. Suar. *disp.* 51. *sect. vltima* Vazquez *disp.* 185. *num.* 17 Lugo *disp.* 8. *num.* 125. Ægid. *quæst.* 76. *art.* 2. *num.* 29: Bonac. *loc. cit. pun.* 5. *num.* 15. Hurtad. *disp.* 5. *diff.* 4

QVÆSTIO XII.

An Ratione huius concomitantiæ, dici possit, quod, qui manducat Eucharistiam, manducet Patrem, & Spiritum Sanctum, aut totam Trinitatem?

Negat Luysius Turrianus *in suis censuris Theologocis, Centuria* 3. *dub.* 4. *pag. mihi* 172. & ita acriter, vt dicat, nullo modo esse probabilem talem modum loquendi, & & esse contra cō-

munem sensum Doctorum in re grauissima. Sed ego miror illum tam acerbe censurare hunc modum loquendi, quem suus Magister Gabriel Vazquez concedit, & defendit *disp.* 185. *cap.* 2. *num.* 18. *pag. mihi* 246. per hæc verba. Cum igitur concedamus, ibi esse duas personas ratione consecrationis, & non solum ratione immensitatis propter naturalem connexionem; cur non dicent omnes personas manducari, sicut diuinitatem ipsam? Aut explicent peculiarem modum existendi ibi, ratione cuius diuinitas manducari dicatur, non autem illæ duæ personæ. Sic Vazquez. Quem forte non vidit Luysius, de quo dubito, & si vidit, videat quomodo de suo loquatur Vazquio.

Sed nihilominus tamen, longe probabilius Respondeo: Non posse dici proprie, nec concedi. Quia sicut non potest concedi, quod Pater, & Spiritus Sanctus habeat esse Sacramentale, sed solum Filius, ratione vnionis, quam habet ad suam humanitatem, vel ad corpus; ita non potest proprie dici, quod manducetur. Sic Lugo *disp.* 8. *num.* 126. Luysius *loc. cit.* & Enriquez *lib.* 8 *cap* 26. *numer.* 3. *& lit I.* Vbi dicit, ita fateri omnes Theologos.

QVÆSTIO XIII.

An Sicut Christus Dominus est sub qualibet parte specierum, sit etiam sub puncto, aut sub quolibet indiuisibili specierum?

NEGANT Scotus *in* 4. *dist.* 10. *quæst.* 9. *& dist.* 11. *quæst.* 4. Ricardus *ait.* 10. *ar.* 6. *quæst* 2. Vazq. *disp.* 188. *cap.* 4. Enriq. *lib.* 8 *cap.* 27. *num.* 5. & alij apud ipsum. Negant etiam Ochagania *quæst.* 21. & Hurtado *disp.* 5. *diff.* 10.

Sed probabilius Respondeo esse. Quia Christus Dominus in hoc Sacramento succedit in locum substantiæ panis, & vini at substantia panis, & vini est saltem inadæquate, sub quolibet indiuisibili quantitatis: Ergo, & corpus Christi facta consecratione, erit, saltem inadæquate sub illis. Sic Capreolus *in* 4. *dist.* 10. *quæst.* 4. *ar.* 3. *ad* 2. *Scoti.* Sotus *dist.* 49. *quæst.* 4. *art.* 6. Nunus *quæst.* 76. *art.* 3. Suarez *disp.* 52. *sect.* 3. Valentia, Albertinus, quos citat, & sequitur Granados *tr.* 5 *disp.* 2. *num.* 3.

QVÆSTIO XIV.

An Christus Dominus prout est in Eucharistia, possit naturaliter videri oculo corporeo?

AFFIRMANT Vualdens. *tom.* 2. *à cap.* 53. Canus 5. *de locis cap. vltimo ad vltim.* Alanus *lib.* 1. *de Euchar. cap.* 37. & communiter Nominales, asserentes, posse quidem, nisi diuinitus impediretur visus ad hoc, vt fides locum habeat.

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia corpus Christi, prout est in Sacramento, nequit producere species intentionales sui in medio, propter modum indiuisibilem, quem habet; sed absque his non potest naturaliter videri: Ergo. Sic communiter Theologi, vt fatetur Albertinus, *Corollario* 4. *Theologico dub.* 4.

QVÆSTIO XV.

An Saltem, supernaturaliter possit videri?

NEGANT Paludanus, Capreolus, Hispalens. Ricardus, quos citat, & sequitur Suarez *disput.* 53. *sect.* 4. Hurtado *disput.* 6. *diff.* 5. & Albertinus *loco citato num.* 6.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia Christus Dominus in Sacramento habet colorem: Ergo bene potest videri, si suppleat Deus extensionem localem. Sic Sotus *dist.* 9. *quæst.* 1. *ar.* 7. Scotus *dist.* 10 *quæst* 9. Alexander 4. *par. quæst.* 10. *membro.* 7. Vazquez *disp.* 101. *cap* 2. Ægidius *art.* 7. Valentia, & alij, quos citat, & sequitur Granados *tract.* 6. *disp.* 2. *num.* 9. & 14. Lugo *disp* 9 *num* 20. Luysius *in suis censuris, cent.* 1. *dubit.* 46. & alij.

QVÆSTIO XVI.

An Sit probabile asserere B. Virginem oculis corporeis defuncto vidisse Christum in Eucharistia?

RESPONDEO: Esse, & satis. Quia, si possibile est, vt vidimus; pium est credere, vidisse. Sic docuit Alexand. *loc. citatis*, & post illum, Luysius Turrianus

loc.

loco citato, referens pro hac sententia, S. Amadeum *in suis reuelat.* Sic etiam Marcus de los Huertos *de Sacrificio Missæ tract. de Eucharistia §. de conuersione panis* &c. *fol.* 253. Vbi sic ait: Pium est credere, concessum fuisse hoc priuilegium B. Virgini, quod nimirum, videret corpus Christi existens in Sacramento. Sic ille.

QVÆSTIO XVII.

An Possit videri corpus Christi extensum, prout in Eucharistia est?

NEGAT Suarez, vbi supra.

Sed probabiliter Respondeo: Posse. Sic sentit Lugo *lo. cit. num.* 27. Vbi sic ait. Ego probabile censeo, posse in hoc sensu, quod (siquidem totum corpus est in quauis parte spatij) Deus ostendat in vna parte spatij, vnam solam partem corporis. ver. gratia, caput, cum sola præsentia capitis, quam ibi habet, & in parte proxima, collum &c. & sic de singulis. Quare si ponatur hostia magnitudinis humanæ, apparebit vere Christus in tota hostia, & nō in quauis parte, ostendente Deo, in singulis partibus hostiæ, vnam partem Christi, & occultādo præsentias aliarum partium. Sic Lugo. Et sic ego.

QVÆSTIO XVIII.

An Corpus Christi incipiat esse sub speciebus consecratis, in eo instanti, in quo completur significatio verborum consecrationis?

RESPONDEO: Quod sic. Quia tunc iam verba significant esse ibi corpus Christi. Sic S. Thom. *quæst.* 75. *art.* 7. & *quæst.* 78. *art.* 4. & *art.* 6. Vbi, contra non nullos Doctores antiquos, etiam demonstrat, verba consecrationis panis, suum sortiri effectum, antequam consecretur vinum. De qua difficultate tractat etiam Azor *libro* 10. *cap.* 19. *quæstion.* 5.

QVÆSTIO XIX.

An Ponatur Christus Dominus sub speciebus, statim ac finita est prolatio formæ, si Sacerdos scrupulose differat sonum, & prolationem vltimæ syllabæ, aut litteræ eiusdem formæ?

RESPONDEO: Poni statim, ac finita est prolatio formæ, nec vllo modo suspendi effectum, quando Minister, scrupulo pressus, differt vltimæ syllabæ prolationem. Ratio est. Tum, quia alias esset in voluntate, seu libertate, scrupulosi, quod posita materia, & integra prolatione formæ cum intentione, suspenderetur effectus Sacramenti, & consecrationis. Tum: quia vt statim significat, ita statim causat, Sic Enriq. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 14. & *cap.* 19. *num.* 2. & *lib.* 8. *cap.* 25. *num.* 1. & *cap.* 28. *num.* 1.

QVÆSTIO XX.

An Desinat Christus Dominus esse sub speciebus (etiam non corruptis) quando Sacramentum proijcitur in lutum, aut locum immundum; vel corroditur à mure; vel sumitur à bruto?

AFFIRMANT Bonauentura *in* 4. *dist.* 13. *art.* 2. *q.* 3. & Algerus *lib.* 2. *cap.* 1. Qui addit, etiam desinere esse in ebrio, manentibus adhuc speciebus.

Sed certissime Respondeo: Non desinere esse in vllo ex præfatis casibus. Quia corpus Christi succedit substantiam panis sub speciebus, & accidentibus illius: Ergo tandiu manet sub illis, quādiu sub illis conseruari possit substantia panis. Sic Diu. Thom: *quæst.* 76. *art.* 3. & *quæst.* 80. *art.* 3. & *in* 4. *distinct.* 9. *q.* 1. *art.* 2. *q.* 1. Scot. Durand. Ricard. Palud. Maior, Gabriel, & Capreolus, quos refert, & sequitur Suarez *disp.* 46. *sect.* 8. Enriquez *lib.* 8. *cap.* 28 *num.* 1. Vazquez *disp.* 195. *cap* 4. *num.* 55. Granados *tract.* 7. *disp.* 1. *n.* 3. Et habetur in Directorio Inquisitorum 2. *par. quæst.* 10. & 1. *par. comment.* 15. Vbi, ex mandato Gregor. Papę XI. prohibitum est sub excommunicatione, ne quis contrariam, huius nostræ sententiæ audeat docere.

QVÆSTIO XXI.

An Desinat Christus esse sub speciebus, statim ac in Os recipitur; aut in ventrem traijcitur?

AFFIRMAT Glosa *in cap. tribus gradibus. de Consecrat. dist. 2. & in cap. Non iste*; Et apud aliquos, etiam Hugo de S. Victore *lib. 2. de Sacram. par. 8. capit. 13.* Innocent. *lib. 4. de Mysterio Missæ cap. 15.* Quamuis Suarez illos in bonũ sensum explicet. Et certe Nicolaus Ploue, *de Eucharistia in fine*, Hugum Victorinum pro opposita sententia refert cum Archidiacono, & solum Hugum Cardin. pro hac.

Sed certissime Respondeo: Non desinere esse. Primo. Quia durant species quousque in stomacho fiat coctio: Ergo manet Christus sub eisdem. Secundô. Quia, opposita sententia, est contra mentẽ, omnium Theologorum, & Catholicorum, qui suscipientes Christum, tandiu existimant intra se retinere, quandiu mutatio panis durare potuisset. Sic Doctores citati, præcipue Suarez *disp. 46. in fine*.

QVÆSTIO XXII.

An Saltem, si species, dentium contritione, corrumperentur in ore, & sic corruptæ descenderent in ventrem, tunc Christus non descenderet in stomachum?

RESPONDEO: dato casu, non descendere. Quia, vt diximus, Christus Dominus, tandiu est sub speciebus, quandiu ipsæ incorruptæ manent. Sic Enriquez *lib. 8. cap. 29.* Qui, & citat D. Thom. *3. par. quæst. 77. ar. 6. ad 1.* & Alexandrum *4. par. quæst. 45. mem. 1. art. 2. ad 2.* Sed certe D. Thom. nihil ad hoc propositum ibi; melius ergo illum citaret in *quæst. 80. art. 3.* Sic tamen, expresse docet Silues. *V. Eucbar. 3. nu. 3.* ex Ricardo *in 4. dist. 9.* per hæc verba. Si species panis tandiu in ore masticetur, quod per digestionem in ore factam, corrũpatur forma propria specierum, & non descendat in stomachum: tunc, nec corpus Christi in stomachum descendit.

Sic ille.

QVÆSTIO XXIII.

An Formula, à Laicis pro communione recepta, intra horæ minutum corrumpatur; itaut post illud, minime corpus Christi contineat?

AFFIRMANT non nulli peritissimi Medici Romani, vt testatur Lugo *disp. 10. infine.* per hæc verba. Ego peritissimos in hac vrbe Romæ medicos consului; & post rem diu, & acurate cogitatam, perdoctus vir, & clarissimus Medicus Ioannes Manelphus in Romana sapientiæ Accademia publicus Philosophiæ professor censuit, particulam communem, quæ laicis ad communionem dari solet, regulariter, & de mediocri stomacho loquendo, alterari, & corrũpi in horæ minuto, hoc est in sexagesima horæ parte, quod multis argumentis probare conatus est. Præsertim, quia iuxta Medicorum placitum, calor naturalis singulis horis duas vncias cibi solidi potest consumere, vt resoluit Marsilius Cagnatus *lib. 1. de Sanitate tuenda cap. 18.* probat ex vsu veterum, qui die vna 48. vnicias cibi solidi sumere solebant, vt singulis horis duæ vnciæ correspondere̅t, quas vna hora stomachus potest concoquere, sicut certo spatio temporis certa etiam frumenti mensura pristino molitur. Facta ergo proportione, & comparatione illius particulæ ad duas vncias, quarum non est sexagesima pars, videtur, quod in vno minuto consumpta sit. Adde exemplum externæ coctionis; nam si hostia illa in olla aquæ ebulientis ponatur, statim alteratur, & consumitur. Ergo calor animalis, qui potentior videtur esse ad substantialem mutationẽ poterit eadẽ facilitate, & breuitate species transmutare. Hæc ille. Cuius sententiæ alij fere accesserunt. Vnde loquendo de Sacerdote, qui maiorem hostiam accipit, & vini species, dicebant, in semiquadrante horæ, species non continere amplius corpus, & sanguinem Christi. Quam doctrinam siquis ad quadrantem velit extendere, videtur iam extra omne prorsus dubium, aut periculum se constituere. Hucusque Ioannes de Lugo.

Sed ego, cõsultis etiam pluribus huius Complutensis Accademiæ Medicis, nõ Philosophiæ tantum, sed & Medicinæ professoribus publicis, inter quos fuit meritissimus Doct. Ioan. Anbrosius de las Cue-

bas

bas, contra prædictos Medicos, Respondeo: Negatiue. Et ita, loquendo de particula, quæ Laicis in communionem datur, Dico, quod, vt illa alteretur, & corrumpatur, ita vt iam amplius non contineat corpus Christi, necessario elabi debeat quarta pars, adminus, quadrantis horæ, vel, (quod idem est) quatuor minuti ferè. Loquendo verò, de maiori Hostia, & speciebus vini, quas Sacerdos recipit, necessarium esse pro corruptione earum, quod vnum quadrantis spatium, plus minusvè, prætereat. Quia profecto totum hoc temporis spatium, ad prædictarum specierum corruptionem, à temperato stomacho inducendam, requiri videtur.

Nec contra hanc responsionem valet quid, argumentum à Lugo pro contrarijs relatum. Si enim, inquiunt, calor naturalis, singulis horis, duas vncias solidi cibi consumit: ergo in sexagesima horæ parte (hoc est, in vno minuto) sexagesimam cibi partem consumet. Non, inquam, valet consequentia; quia calor naturalis stomachi, non æquali virtute, aut intensione æquali, seu tanta, agit in paruam cibi partem (nisi cum alijs iungatur) ac agit in mediocrem, & proportionatam: cum illam, non ita libenter, ac totaliter, sicuti hanc, totus stomachus amplectatur: ex quo fit, quod nec totus eius calor naturalis, æquali proportione in paruam quantitatem cibi, ac in cibi proportionatam quantitatem agat.

Confirmatur id exemplo externæ coctionis (de quo Lugo contra nos vtitur.) Nam quamuis olla aquæ ebullientis possit singulis horis duas v.g. vncias cibi coquere, nõ inde sequitur, quod in sexagesima parte horæ sexagesimã partẽ duarũ vnciarũ cõquoquat, vt experientia patet: ideo ergo est, quia nõ proportione prædicta agit in maiorẽ, ac in paruã cibi quãtitatẽ. Deniq; id alia experiẽtia, satis communis apud nos, comprobat. Nam multoties, imo fere semper, qui ieiunant, & paruam cibi quantitatem (vt quatuor v.g. vncias) cibi pro collatione sumunt, mane diei sequentis accidiorem habent stomachum, & indigestum cibum sentiunt; quam si in maiori quantitate (v.g. sexdecem vncias) sumant, non experiuntur: ergo non ex minoritate, aut paruitate cibi, potest colligi breuitas in digestione, proportione à Lugo facta, seruata.

QVÆSTIO XXIV.

An Desinat esse sanguis Christi Domini, sub speciebus vini consecratis, quã do his infunditur vinum non consecratum eiusdem speciei?

AFFIRMANT Alexand. 4. *part. quæst.* 10. *m.* 7. *art.* 7. Maior *aist.* 12. *quæst.* 4. *dub.* 3. & nonnulli alij, apud Vazquez *disp.* 195. *capit.* 6. & Hurtado *disput.* 7. *diff.* 8.

Sed probabilius Respondeo: Non desinere; nisi alias tanta sit vini aduenientis diuersitas, vt sufficeret ad destruendam substantiam vini consecrati. Quia si misceatur vinum alteri vino eiusdem speciei, neutrum corrumpitur, cum simile nõ agat in simile: Ergo nec corrumperentur species consecratæ in eodem casu: ergo non desineret sanguis Christi esse sub illis. Sic Scotus, Bonauentura, Innocent. Sot. Ledesma, & Victoria, quos citat, & sequitur Suarez *disp.* 57. *sect.* 4. (qui etiam citat Alexandrum, sed non bene) Vazquez, & Hurtado *lo cit.* Granad. *tract.* 7. *disp.* 4. Lugo *disp.* 10. *sect.* 3. *num.* 41. Archangel. *d.* 12. *pag.* 115. *col.* 1. & communis.

QVÆSTIO XXV.

An Saltem, desin.t esse sanguis Christi sub speciebus, quando hæ miscentur cum vino non consecrato alterius speciei?

AFFIRMANT à fortiori AA. supra citati, & insuper, Sot. *dist.* 10. *q.* 2. *ar.* 8. & Enriquez *lib.* 8. *cap.* 28. *num.* 3. *in corpore*: licet in marg. *lit. O.* contrarium fateri videatur. Affirmat etiam aliqualiter, Bonac. *disp.* 4. *q.* 3. *pun.* 6. §. 3. *n.* 7.

Sed æque probabiliter Respondeo: Ad huc non desinere, etiam quando vinum rubrum, aut nigrum (quod Sotus, Ledesma, & Enriquez *lo.cit.* probabile putant, specie differre) infunditur speciebus vini albi consecrati. Quia probabilius est, omnia vina esse eiusdem speciei, saltem essentialiter, vt docent Enriquez, Valentia, & alij: Ergo ex eorum mixtione, nulla potest fieri corruptio. Sic Doctores, quæstione præcedenti citati, præcipue Lugo *lo. cit. nu.* 44. Qui hanc partem probat, etiam in casu, quo admittamus, vinum albũ, & nigrũ differre specie. Archangel. *lo. cit.* & alij.

QVÆSTIO XXVI.

An Sacerdoti, qui conſecrauit in vino albo, liceat purificare calicem cum vino rubro, aut, è contra?

NEGANT aliqui Doctores, apud Lugũ *lo. cit. num.* 43. caſu admiſſo, quod vinum album, & rubrum ſpecie ſubſtantiali differant. Quia talis Sacerdos exponeret ſe periculo corrumpendi illas ſpecies conſecratas, quæ adhuc adhærent calici.

Sed probabilius Reſpõdeo: Licere, etiã admiſſo, quod prædicta vina ſpecie differrent. Quia ſi tale eſſet periculum, Eccleſia præcaueret illud, & præciperet, ne prima ſaltem purificatio calicis fieret cum vino alterius rationis: Sed nec Eccleſia de hoc periculo curat, nec vllus de hoc adhuc ſcrupulum habuit: ergo ſignum eſt, quod licite hoc poſsit fieri. Sic Lugo *num.* 47. *pag.* 371. Addo ego, quod etiamſi eo caſu, corrumperentur ſpecies conſecratæ, admixtione vini alterius rationis, non peccaret Sacerdos, quia in hoc, nulla per ſe eſſet indecentia, vt colligitur ex Victoria *quæſt.* 73. *de Euchar.* Vbi dicit, quod in ſecunda ablutione, melius erit aſſumere plus aquæ, quam vini, vt tunc ſpecies vini corrumpantur.

QVÆSTIO XXVII.

An Si vna gutta (aut decem guttæ) vini conſecrati miſceatur cum amphora, aut dolio vini non conſecrati, tunc maneat ſub illa gutta ſanguis Chriſti?

NEGANT Paludanus *in* 4. *diſt.* 42. *q.* 2. iudicans contrarium ridiculum, & Enriquez *lib.* 8. *cap.* 28. *num.* 4. dicens, eſſe inauditum aſſerere, eam guttam ſanguinis perpetuo cõſeruari in dolio vini. Nam pertinet (inquit) ad Dei prouidentiã, ne ſub ea gutta, tam permixta, maneat corpus Chriſti; quia iam non eſt Sacramentum, ideſt, ſignum ſenſibile reficctionis ſpiritualis. Sic ille.

Sed longe probabilius Reſpondeo: Manere ſanguinem Chriſti. Conſtat ex dictis, & docent Sot. *diſt.* 10 *quæſt.* 2. *art.* 8. *Ver. Ad hæc vero*, Quem videtur ſequi Vualdus *de Euchariſtia nu. mihi* 83. Granad. *tract.* 7. *diſp.* 4. *nu.* 7. Suarez *diſp.* 57 *ſect.* 4. *in fine*. Bonac. *diſput.* 4. *q.* 3. *punct.* 6. §. 3. *n.* 6. & alij.

QVÆSTIO XXVIII.

An In præfato caſu, vinum illius dolij poſſet ſine ſcrupulo bibi à Laicis?

AFFIRMANT Enriquez, & Sot. *loc. cit.* Sa, *in prima editione, Ver. Euchariſtia num.* 33. Nam in editione correcta, deleta fuit hæc pars. Affirmant etiam Vualdus *lo. cit.* & ex parte Bonac. *lo. cit. n.* 8. *in fine*, & expreſſe Lugo *diſput.* 10. *num.* 52.

Sed probabilius longe Reſpondeo: Nõ poſſe licite bibi à Laicis, ſed ſeruandum eſſe ad ſacros vſus, ſeu conſumendum à Sacerdotibus, poſt ſumptionem calicis, ante ablutionem. Sic Suarez, & Granados *lo. cit.* Nuñus *quæſt.* 77. *art.* 8. *in fine*, Ægid. *eadem quæſt.* 77. *art.* 8. *num.* 73. & alij apud ipſum. Archang. *d.* 12. *cit. fine* per hæc verba: An autem non eſſet periculum vinum illud bibere, vt ait Sotus: ego non audeo affirmare: ſufficit mihi, tunc guttam illam non eſſe corruptam numerice, & conſequenter, ſub ea quoque permanere Chriſti ſanguinem.

QVÆSTIO XXIX.

An Adminus, deſinat eſſe ſanguis Chriſti ſub ſpeciebus vini, ſi hæ miſceantur cum aqua, aut cum alio liquore alterius ſpeciei?

RESPONDEO: Deſinere, ſi alioquin mixtio fiat in magna quantitate. Quia in hoc caſu corrumpuntur ſpecies vini, ſicut corrumperetur eius ſubſtantia, ſi ibi eſſet. Sic omnes DD. præcipuè citati.

QVÆSTIO XXX.

An Si paruagutta aquæ admiſceatur cum ſpeciebus vini conſecrati, maneat conſecrata, & conuerſa in ſpecies vini?

AFFIRMANT aliqui, apud Suarez *diſp.* 57. *ſect.* 4.

Sed certiſsime Reſpondeo: Nec manere conſecratam, nec conuerſam in ſpecies vini conſecrati. Quia ſpecies conſecratæ non habent vim conſecrãdi alias ſpecies, cum hæc vis data ſit ſolum verbis conſecrationis. Illa ergo gutta aquæ, tantum conuerteretur in vinum, ſub cuius accidenti-

dentibus nullomodo esset sanguis Christi. Sic Suarez *loc. cit.* & omnes.

QVÆSTIO XXXI.

An Desinat Christus Dominus esse sub speciebus, quando miraculose apparet caro, vel puer, in Eucharistia?

RESPONDEO: Non desinere. Quia licet species panis immutentur per huiusmodi apparitiones, quoad colorem, vel figuram, non tamen omittunt temperamentum requisitum ad formam panis, quo stante, non desinit præsentia Sacramentalis Christi. Sic S. Thom. *quæst.* 76. *art.* 8. Enriquez *lib.* 9. *cap.* 38. Bonac. *loc. cit. nu.* 5 Lugo *num.* 53. & communis.

QVÆSTIO XXXII.

An, Quando Christus Dominus desinit esse sub speciebus, aliquo modo mutetur?

NEGANT Alexand. 4. *part. quæst.* 11. *m.* 2. *art.* 2. & Ledesma 1. 4. *q.* 17. *ar.* 6. *dub.* 2. & 6.

Affirmant vero, è contra, alij dicentes, quod, quando Christus desinit esse sub speciebus, moueatur motu locali, & per Angelos feratur in cælum. Sic Glossa *Ver. Miscere in cap. Tribus, & in cap. Non iste panis. de consecrat. dist.* 2. Sed hæc sententia, vt falsissima, omissa.

Respondeo: Christum Dominum mutari, quando desinit esse sub speciebus, non localiter, vt vult etiam Suarez, cum Christus in Sacramento non sit, vt in loco, sed mutatione deperditiua; quia deperdit modum Sacramentalem (siue sit substantialis, siue accidentalis) ratione cuius erat incompossibilis substantia panis. Sic Vazquez *disp.* 195. *num.* 57. Hurtado *disput.* 7. *diff.* 9. & Bonacina *disp.* 4. *quæst.* 3 *punct.* 6. §. 3. *numero* 10.

DISPVTATIO VNDECIMA.

De Effectibus Sacramenti Eucharistiæ.

QVÆSTIO PRIMA.

An Sacramentum Eucharistiæ conferat augmentum gratiæ sanctificantis?

RESPONDEO: Conferre. Sic enim definitur contra hæreticos in Concilijs Florentino in decreto Eugenij, & Trident. *sess.* 13. *cap.* 2. & *sess.* 7. *can.* 6. 7. & 8. & ante, *in cap. Firmiter. de sum. Trinit. & capit. cum Marthæ. de celeb. Miss.* Et docent omnes Patres, & Doctores, vt videre est apud Suarez *disp.* 63. *sect.* 1. Vazquez, Valentiam, Bellarm. & alios.

QVÆSTIO II.

An, Vt Eucharistia conferat augmentum gratiæ, prærequirat aliquam actualem deuotionem in suscipiente?

AFFIRMANT D. Thom. *in* 4. *dist.* 12. *q.* 2. *ar.* 1. *q.* 3. Alexand. 4. *par. q.* 41. *m.* 3. *art.* 2. (*alias quæst.* 10. *m.* 8. *art.* 3.) D. Bonauentura *dist.* 12. *art.* 2. *quæst.* 1. Durandus *quæst.* 4. *ad* 2. Palud. *quæst.* 1. *art.* 2. Caietan *quæst.* 79. *art.* 1. Siluest. *V. Euchar. infine.* Petrus de Soto *lect.* 2. *de Euchar.* & alij.

Sed probabilius Respondeo: Præter statum gratiæ, nullam aliam dispositionem in suscipiente prærequirere, vt colligitur ex Tridentino *sess.* 13. *capit.* 3. Sic expresse Di Thom. *quæst.* 79. *artic.* 8. *in corp.* & *ad* 1. Gabriel, Soto, Ledesma, Adrianus, Victoria, & Cordoua, quos citat, & sequitur Suarez *disput.* 63. *sect.* 3. Vazquez *disput.* 206. Valentia *quæst.* 7. *punct.* 3. Ægidius *quæst.* 79. *ar.* 1. *dub.* 1. Reginald. *lib.* 29. *cap.* 6. Bonacina *disp.* 4. *quæst.* 4. *punct.* 1. *num.* 3. Hurt. *disput.* 7. *diff.* 3. Granad. *tract.* 9. *disp.* 2. *nu.* 7. Fagundez *præc.* 3. *lib.* 4. *cap.* 3. *à num.* 3. Enriquez *lib.* 8. *capit.* 45. *num.* 2. Vbi sic ait: Qui accedit cum affectu peccatorum venialium, aut cum actuali distractione, non peccat mortaliter, nec impedit, quin tantum conferatur habituale augmentum gratiæ;

gratiæ. Sic ille. Villalobos *tom. 1. tract. 7. diff. 30. nu. 3.* Machado *tom. 1. lib. 3. p. 1. tr. 5. doc. 7. n. 3.* & alij.

QVÆSTIO III.

An Sacramentum Euchariſtiæ conferat per ſe primam gratiam; atque adeo deleat per ſe culpam mortalem?

AFFIRMANT Lutherus, Kemnitius, & alij hæretici noſtri temporis, aſſerentes; ad hunc effectum eſſe inſtitutum; & ideo non accedere indigne, qui ad illud conſcius peccati mortalis accedit. Sic refert Bellarminus *lib. 4. Euchar. capit. 19.*

Sed certiſsime Reſpondeo: Nec per ſe conferre primam gratiam; nec per ſe fuiſſe inſtitutum ad remiſsionem mortalium. Quia hoc Sacramentum eſt per ſe inſtitutum, pro ſpiritualiter viuis, vt in vita ſpirituali creſcant; non pro ſpiritualiter mortuis, vt ad vitam reuocentur. Vnde qui ad illud conſcius mortalis accedit, contra inſtitutionem illius accedit, & conſequenter indigne. Sic clare colligitur ex Tridentino *ſeſſ. 13. cap. 3. & can. 5.* Et docent omnes Patres, & Doctores Catholici, cum D. Thoma *3. part. quæſt. 79. art. 3.*

QVÆSTIO IV.

An Saltem, per accidens conferat aliquando primam gratiam, aut remittat mortalia?

NEGANT Alexand. *4. par. quæſt. 10. m. 8. art. 1. §. 2. & art. 3. §. 1.* D. Bonauent. *in 4. diſt. 12. part. 2. art. 1. quæſt. 2.* Gabriel *diſt. 9. quæſt. 2. art. 2.* Maior *q. 1.* Vazquez *diſp. 205. cap. 4.* Hurt. *diſp. 8. diff. 8.* & nouiſsime Lugo *diſp. 12. pun. 3.* & Villalobos *tom. 1. tract. 4. diff. 7. num. 4.*

Sed probabilius Reſpondeo: Conferre interdum primam gratiam; atque adeo remiſsionem mortalium. Ratio eſt. Quia etiam Sacramenta inſtituta ad conferendã per ſe primam gratiam, interdum conferunt augmentum illius: ergo è contra, licet Euchariſtia inſtituta ſit ad augendam gratiam, interdum poterit conferre primam. Sic S. Thom. *quæſt. 79. art. 3. & q. 80. art. 4. ad 3.* Palud. *d. 9. quæſt. 1. n. 14.* Ricard. *ar. 2. quæſt. 1.* Scot. *d. 9. q. vnica.* Gabr. *lect. 8. & 85. in Canonẽ.* D. Anton. Silueſt. Bellarm. Petrus Soto, Ledeſma. Ianſen. Palacios, Victoria, Vega, & alij, quos omnes citat, & ſequitur Suar. *diſp. 62. ſect. 1.* Sotus, Enriquez, Ægidius, Argentina. Valentia, quos citat, & ſequitur Granados *tract. 9. diſp. 3. nu. 5.* Adamus *quæſt. 7. dub. 1.* Becanus *2. 2. quæſt. 1.* Reginald. Angles, Bartholomæus ab Angelo, & Vinald. quos citat, & ſequitur Bonacina *diſp. 4 quæſt. 4. punct. 1. num. 1.* Fagundez *præc. 3. lib. 4. cap. 2. num. 9.* & Toletus *lib. 2. cap. 29.* Diana *3 part. tr. 6. reſol. 98.* & (ni fallor) Machado *lo. cit. num. 6.* & alij, quos retuli *1. par. tract. 1. diſp. 3. quæſt. 5.*

QVÆSTIO V.

In Quibus caſibus poteſt quis, per hoc Sacramentum, recipere primam gratiam?

RESPONDEO: Quod in duobus præcipuè. Primus eſt. Quando quis inculpabiliter accedit ad Euchariſtiam; vel quia inuincibiliter ignorat ſtatum peccati, quẽ habet, vel quia rite, ſe exiſtimat fuiſſe abſolutum, cum non fuerit.

Secundus caſus. Quando memor eſt quis peccati mortalis, quod cõmiſit, & vrgente neceſsitate, & abſque copia confeſſarij accedit cum ſola attritione, reputata contritione ad Euchariſtiam: tunc enim virtute huius Sacramenti, fiet ex attrito contritus, & primam gratiam recipiet. Sic Suarez, & Fagundez, Machado, & Granad. *lo. cit.* Enriquez *lib. 8. cap. 34. num. 3.* Toletus, Palud. Scot. & alij apud ipſos.

QVÆSTIO VI.

An, Vt in primo, ex prædictis caſibus Euchariſtia conferat primam gratiam, ſit neceſſaria attritio ſupernaturalis; an vero ſufficiat bona fides, & inculpabilis acceſsus ad Euchariſtiam?

AFFIRMANT ſufficere bonam fidem, & inculpabilem ad Euchariſtiam acceſsum, Durandus *in 4. diſt. 9. quæſt. 4. art. 2.* & D. Anton. *3. par. tit. 13. cap. 6. §. 7.* apud Granados, & alij Recentiores, apud Ioannem de Lugo *diſp. 12. num. 2.*

Sed

Sed certissime Respondeo: Non sufficere bonam fidem accedentis ad Eucharistiam; sed requiri attritionem, licet non reputatam contritionem. Prima pars probatur. Quia nullum peccatum mortale deletur, siue in Sacramento, siue extra illud, sine contritione, aut attritione. Sed in nostro casu, non requiritur contritio: ergo requiritur attritio: Sic S. Thom. Suar. Sot. Enriquez, Victoria, quos citat, & sequitur Granad. *tr. 9. disp. 3. n. 13.* Qui *n. 14.* secundam partem nostræ responsionis, sic probat: Nam in eo, qui conscius est peccati mortalis, propterea requiritur attritio, quæ existimetur contritio, quia non potest licite ad Eucharistiam accedere, nisi prudenter credat, se esse iustum: non potest autem id prudenter credere, nisi contritionem, se habere credat: sed hæc ratio omnino cessat in eo, qui inuincibiliter credit, nullum se habere graue peccatum: ergo nō est necessaria prædicta existimatio, sed sufficit dolor supernaturalis imperfectus, qui attritio nuncupatur. Sic Granad. Lege illum.

QVÆSTIO VII.

An, Per Sacramentum Eucharistiæ, remittantur peccata venialia, quoad culpam?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia sic definitum est in Trident. *sess. 13. cap. 2.* dicens; *Sacramētum hoc esse antidotum, quo liberamur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruamur.* Et vt indubitatum traditum in Cathec. Pij V. *tit. de Euchar.* & docent omnes Theologi, cum D. Thom. *q. 79. ar. 4.* Legatur Suarez in comment. *ad art. 4. disput. 63. sect. 10.*

QVÆSTIO VIII.

An Remittantur per illud, immediate, & ex opere operato.

NEGANT Durand. *dist. 12. q. 4.* Argentin. *q. 3. ar. 1. concl. 1.* D. Bonau. Alexandr. Alens. & Petrus de Soto, relati a Suar. *tom. 4. de pœnit. disp. 12. sect. 1. n. 6.* & alij Recentiores, quos sequi videtur Lugo *disp. 12. n. 83. & 84.* asserentes, necessariam esse aliquam deuotionem, vt venialia per Eucharistiam remittantur.

Sed probabilius Respondeo: Remitti per Eucharistiam immediate, & ex opere operato; nec requiri ad hoc, aliam dispositionem, quam, quod homo, qui accedit ad Eucharistiam, sit iustus, & quod nō habeat complacentiam peccatorum, seu voluntatem formalem, seu virtualem persistendi in illis. Nam hoc indicat Trid. *loc. cit.* & docent D. Thom. *3 p. q. 79. art. 4.* Petr. Sot. *lect. 12. de Euchar. pag. mihi 83.* Vnde non ita bene pro opposita parte à Suario citatur. Suarez *loc. cit. & 3. p. q. 79. disp. 63. sect. 10.* Vazquez *q. 87. art. 3. dub. 2.* Ægid. & Hurtado *disp. 8. diff. 9.* Bonac. *disp. 4. q. 4. pun. 1. n. 6.* & apud illum, Nuñns. Enriq. *cap. 34. n. 6.* Granad. *tract. 9. disp. 5. n. 4.* Philibertus Marchino *de Sacramentis tr. 1. p. 3. cap. 3. n. 4. pag. 55.* Et vtramque sententiam esse probabilem, ait Machado *lo. cit. n. 4.*

QVÆSTIO IX.

An Omnia venialia per Eucharistiam remittantur?

NEGANT Alex. Alens. *4. p. q. 10. m. 3. art. 1. §. 1.* & Argentina *q. 3. ar. 1. concl. 1.* Nam hic ait, ea solum venialia remitti, quæ magis contraria sunt feruori charitatis, quem excitat hoc Sacramentū: Ille vero, affirmat deleri plura, vel pauciora venialia, iuxta voluntatem, & beneplacitum Dei, & iuxta deuotionem sumentis.

Sed longe probabilius Respondeo: Omnia remitti. Sic expresse Concil. Colonien se fol. 78. vbi, loquens de Eucharistia, sic ait. *Minora peccata omnia diluit.* Et constat. Quia Eucharistia, ex se potens est detere omnia venialia. Sic S. Thom. *lo. cit. ar. 4. ad 2.* Granad. *loc. cit. num. 5.* & alij DD, citati; licet non ita expresse.

QVÆSTIO X.

An Eucharistia præseruet à mortalibus?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia sic expresse habetur in Triden. *loco supra citato sess. 13. cap. 2.* his verbis; Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipse viuet propter me; & tanquam authidotum, quo libere-

liberemus à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur. Sic Concil. Et sic omnes DD.

QVÆSTIO XI.

An, Eucharistia præseruet à mortalibus, ex opere operato, & infalibiliter?

RESPONDEO: Præseruare; & credo, quod infalibiliter, saltem ex parte, & ad aliquod tempus. Concilium namque, absolute tribuit hunc effectum Eucharistiæ. Quod si aliquando experimur, prolabi in culpas mortales eos, qui suscipiunt hoc Sacramentum; hoc non prouenit ex defectu virtutis eius, sed ex tepida suscipientium vita, minorique dispositione ad hoc Sacramentum rite suscipiendum. Nam qui, vt par est, accedit, curatque diligenter viuere, ea animi puritate, quam tantum Sacramentum requirit; ille talis, sane à mortalibus efficaciter præseruatur. Sic optime, & pie, pius Pater Granado *tract. 9. disp. 4. n. 5. pag. 978.*

QVÆSTIO XII.

An, Eucharistia præseruet à mortalibus, immediate per se ipsam?

RESPONDEO: Quod non absolute; sed mediante gratia, & auxilijs efficacibus, quæ dignè sumenti, ex opere operato conferuntur; Eucharistia enim multipliciter tribuit hũc effectum. Primo namquè, quatenus confert abundantem gratiam gratum facientem, ex Chrysostomo *hom. 45. in Ioan.* Secundo. Quia anima virtute huius Sacramenti inebriatur spirituali dulcedine, iuxta illud: *Comedite amici, & inebriamini charissimi*; Et ideo fit minus sensibilis ad tentationes. Tertio. Quatenus hoc Sacramentum fugat Dæmones, qui concupiscentias inordinatas solent excitare, iuxta illud Psalmi 22. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me.* De quo optime Chrysost. *loc. cit. & hom. 61.* ad Populum, vbi sic ait. *Hic sanguis Dæmones procul pellit, Angelos, & Angelorum Dominũ ad nos allicit; Dæmones enim, cum Dominicum sanguinem in nos vident, in fugam vertuntur; Angeli autem concurrunt.* Sic os aureum. Quarto. Quatenus hoc Sacramentum, diminuit fomitem, & impedit, & debilitat motus carnis, & excitat contrarios, vt probat Gerson *tr. 9 super Magnificat* Alphabeto 90. Et D. Bernard. *serm. de cœna Domini*, per hæc verba. *Quis poterit tam efferos motus frangere? Quis pruritum vlceris huius ferre queat? Confidite, quia, & in hoc gratia subuenit, & vt securi sitis Sacramenti Dominici corporis, & sanguinis pretiosi inuestituram habetis. Duo enim illud Sacramentum operatur in nobis; vt & sensum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omnino consensum.* Hæc Bernardus. Lege Cyrillum 4. *in Ioan. cap. 17.* & etiam Lugo *disp. 12. sect. 4.* vbi hæc, & alia ad propositum, optime tractata inuenies. Ochagauia *tr. 2. de Euchar. q. 4. n. 2.*

QVÆSTIO XIII.

An, Eucharistia conferat gratiam, dum est in ore sumentis, antequam traijcia tur?

AFFIRMAT Becanus *capit. 22. de Euchar. q. 6. num. 2.* Sic dicens: Probabilius est, dari cum Hostia sumpta est, etiam si non sit transmissa, alioqui ægroti, qui Hostiam præ infirmitate non possunt transmittere, non acciperent gratiam, quod videtur absurdum. Sic Becanus. Cui aliquo modo consentit Vazquez *disp. 203. cap. 2. n. 17.* quatenus dicit; negari non posse, species vere manducari, cum sunt in ore, & intra dentes conteruntur, iuxta significationem verbi, manduco. Addit tamen, (sed non consequenter, vt bene Lugo) certo decerni non posse, vtrum Eucharistia dum est in ore, an vero, solum dum traijcitur, vel solum in stomacho, gratiam operetur. Sic Vazquez. Citat etiam pro hac sententia Enriquez, Caietanum 3. *p. q. 79. art. 1. ad 2.* Sed non bene.

Longe ergo probabilius Respondeo; Non conferre gratiam, antequam traijciatur. Quia gratia confertur illi, qui manducat hunc panem cœlestem; vt sæpe dicitur *Ioan. 6.* Sed sic est, quod non potest dici manducare panem illum, qui panem sumit in ore, nisi illũ traijciat; sicut non potest dici bibi, eum potũ, quem aliquis ore degustãs statim expuit, iuxta illud *Matt. 27. Cum gustasset, noluit bibere*: ergo. Sic Enriquez *lib. 8. cap. 43. pu. 1.* Sotus, Ledes-

Ledesma, Valentia', Ægid. Bonac. quos citat, & sequitur Hurtado *disp.* 8. *diff.* 2. Granad. *tract.* 9. *disp.* 7. *num.* 5. Caiet. *lo. cit.* quem citat, & sequitur Fagundez *præc.* 3. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 2. & 3. Diana 3. *par. tract.* 6. *resol.* 96. Silvius *quæst.* 79. *art.* 2. & alij.

QVÆSTIO XIIII.

An, Eucharistia conferat gratiam, quando deglutitur, & ad stomachum traijcitur?

NEGANT, apud Fagundez *lo. cit. nu.* 2. Caiet. 3. *p. quæst.* 79. *art.* 1. Gabriel. *lect.* 85. *in can.* Palud. Maior. & Ricard. asserētes, solū cōferre gratiā quādo iā sacræ species sunt in stomacho. Sed immerito citat Fagund. pro hac sententia, Caiet. cū, loco ab ipso citato, oppositū his verbis dicat: Intelligo autem in tota hac materia, per tempus sumptionis Eucharistiæ non illam solam momentaneam, qua deglutitur, sed cum consequenti temporis spatio, quo Christi corpus Sacramentaliter in sumente perseuerat. Sic Caietanus.

Affirmant vero, è contra, ipse Fagundez *lo. cit. num.* 3. & apud ipsum, Suarez, Soto, Ledesma, Enriquez & Victoria; Et alij apud Ioannem de Lugo *disp.* 12. *nu.* 30. & Dianam, quos ipse sequitur, 3. *p. tract.* 6. *resol.* 96.

Sed clarius, & probabilius Respondeo: Conferre gratiam, non quidem quando deglutitur, aut per guttur transit; sed in vltimo instanti terminatiuo traiectionis specierum ad stomachum. Quia manducatio, aut potatio perfecta (cui promissa est à Christo gratia) non solum includunt sumptionem cibi, & potus in ore, sed etiā traiectionem, & deglutionem eorum ad stomachum, non qualemcumque, sed perfectam, & in qua verum sit dicere, deglutitum est. Sic expresse Enriq. *lib.* 8. *c.* 43. *num.* 1. Sot. *dist.* 11. *q.* 2. *ar.* 1. Vbi sic ait: Colligitur ergo, vt instans collationis gratiæ huius Sacramenti sit illud, quo primū est verum dicere; comestum est, scilicet, guttur, aut gulam trāsijt. Sic ille. Et sic intelliguntur Suarez, Ledesma, & Victoria, citati à Fagundez, quos tandem ipse, in sensu nostræ sententiæ, sequitur. Ægid. *q.* 79. *n.* 23. Bonac. *disp.* 4. *q.* 4. *punct.* 2. *n.* 2. Hurt. *disp.* 8. *diff.* 2. Lugo *disp.* 12. *nu.* 40. Granad. *tract.* 9. *disp.* 7. *num.* 11. & communis.

QVÆSTIO XV.

An, Eucharistia causet gratiam continue, toto tempore, quo in stomacho perseuerat?

NEGANT Sot. Ledesma, Valentia, Enriquez, Vazquez, & Bonacina, quos citat, & sequitur Hurtado *disp.* 8. *diff.* 2. Quibus adde Stephanum Fagundez, & Granad. *lo. cit.* Luysium *in suis selectis cētur.* 3. *dub.* 28. dicentem, esse sententiam communem. Dianā 3. *par. tract.* 6. *resol.* 96. Cornejo *quæst.* 79. *dub.* 4. Ioan. de Cruce *de Euchar. quæst.* 4. *dub.* 1. *concl.* 2. Filliuc *tract.* 4. *num.* 174. & alios.

Affirmant vero è contra, Caiet. 3. *part. quæst.* 79. *ar.* 1. Maior *dist.* 9. *quæst.* 1. *argumento* 5. Ruardus Thaper *ar.* 15. *pag.* 364. § *Manifestum est.* & alij, dicentes, Eucharistiam causare gratiam continue, toto tempore, quo species incorruptæ perseuerant in stomacho, etiamsi non adsit noua dispositio.

Sed ego, media via, probabilius Respondeo: Causare quidem augmentum gratiæ, quamdiu Eucharistia durat in stomacho; dummodo homo, magis ac magis de nouo se disponat, siue per continuationem eiusdem actus, qui initio sumptionis elicitus fuit; siue per intensiorem actum. Sic docent Suarez *disp.* 63. *sect.* 4. 5. & 7. Ægid. *q.* 79. *ar.* 1. *n.* 42. Reginald. *lib.* 29. *n.* 140. Valentia, *disp.* 6. *q.* 7. *pun.* 1. *ver. Quod autem* (Vnde male illum citat Hurt. pro sua sententia) Lugo *disp.* 12. *n.* 46. *pag.* 414. & *sequent.*

QVÆSTIO XVI.

An Si Eucharistia poneretur ab Angelo intra stomachum hominis, scientis, & volentis eam recipere, sine eo quod intraret per oris manducationem, adhuc causaret gratiam?

NEGANT Suarez *disp.* 43. *sect.* 7. *ante* 2. *concl.* Ægid. *q.* 79. *ar.* 1. *dub.* 2. *n.* 43. & alij, & quidem probabiliter.

Sed æque probabiliter Respondeo: Adhuc causare gratiam. Primo. Quia manducatio, solum est conditio requisita, vt cibus, alioquin potens applicetur: Ergo, si iste cibus diuinus, alio modo applicetur, eodē modo poterit gratiam operari; sicut si cibus naturalis poneretur miraculosè

intra ſtomachum, eodemmodo nutriret hominem, ac ſi manducaretur. Secundo probatur, ex facto miraculoſo, quod cuidam Comitti Gallo contigit; qui dum eſſet morti proximus, & mala ſtomachi diſpoſitione prohiberetur à communione Euchariſtiæ, quam ardenter exoptabat, allatam ſibi Hoſtiam, & ſuper ſtomachum, poſitam, aperto diuinitus pectore, ſuſcepit, & ſtatim obijt. In quo caſu, non videtur credibile Euchariſtiam non tribuiſſe effectum ex opere operato; vt quid enim eximius ille fauor, niſi ad communicandum fructum Euchariſtiæ? Sic Lugo *diſp. 1. ſect. 7. num. 115. & diſp. 12. nu. 58.* Legatur P. Salmeron *tom. 9. tract. 33. ante 3. argum.*

QVÆSTIO XVII.

An, Sacerdos recipiens vnam partem Hoſtiæ in peccato, recipiat gratiam Sacramenti, ſi antequam alteram partem Hoſtiæ manducet, per contritionem, in gratiam conſtituatur?

NEGANT Enriquez *lib. 8. cap. 43. nu. 2. & 3.* Bonac. *diſp. 4. quæſt. 4. pun. 2. num. 4.* & Sot. *in 4. diſt. 11. quæſt. 2. ar. 1. argum. 1.* (Vnde male citat illum Bonac. pro oppoſita parte.) Torreblanca *lib. 2. practicar. cap. 7. num. 47.* dicens, contrariam ſententiam eſſe parum tutam. Citatque pro ſe, Caietanum, Suarium, Maiorem, Ægidium, & Paludanum. Sed omnes male, vt infra.

Sed probabilius Reſpondeo: In eo caſu recipere fructum, & gratiam Sacramenti, ſiue per ſumptionem ſecundæ partis Hoſtiæ, ſiue per primam, ſolam, aut ſimul cum ſecunda, ſi ſpecies nondum erant corruptæ. Ratio eſt. Quia adhuc tunc Euchariſtia habet vim cõferendi gratiã, ex opere operato: ergo cũ alias Sacerdos ſit ſufficienter diſpoſitus, vere eam conferet. Sic Suarez *diſp. 63. ſect. 4.* per hæc verba: Secundo, quia ſi contingeret, peccatorem in initio manducationis, non eſſe ſufficienter contritum, & in progreſſu manducationis perficere contritionem ſuam, non priuaretur effectu Sacramẽti, &c. Sic ille ibi. *& ſect. 7.* vt infra Ægid. *quæſt. 79. dub. 2. num. 28. & 48.* Sic dicens: Sequitur tertio: eum, qui initio in diſpoſitus ſuſcepit Sacramentum, ſi poſtea interim, dum huc ipſa ſuſceptio aliquomodo durat, aut ea completa, dum ſpecies adhuc integræ ſunt in ſtomacho, ſufficienter diſponatur ad gratiam, eum vere ſuſcepturum effectum Sacramenti, &c. Sic ille. Qui etiã, cum Suario, citat pro hac parte. Caiet. Palud. & Maiorem. Valentia *loc. cit.* Cornejo *quæſt. 79. diſp. vnica; dub. 3. pag. 493.* Lugo *diſp. 12. num. 62.* & Medina, Salazar, & alij, apud Enriquez *num. 2. cit. lit. G.*

QVÆSTIO XVIII.

An, Qui in peccato accepit Euchariſtiam, ſi poſtea, antequam ſpecies corrumpantur, confiteatur, vel conteratur, recipiat gratiam, ex opere operato ab Euchariſtia?

NEGANT Enriquez, Bonacina, Sotus, & alij citati, necnon, & Lugo *diſp. 12. n. 62.* Hurt. *diſp. 8. diff. 2.* Vazquez *diſp. 203. num. 22.*

Sed æque probabiliter Reſpondeo; Recipere, ob rationem aſsignatam. Sic Suarez *diſp. 63. ſect. 7. verſ. Denique, contra hanc ſententiam.* Vbi probat, id concedi; non ſolum, non eſſe inconueniens; ſed maximè dignum Chriſti benignitate, & efficatia in redimendo, & ſaluando hominem. Nam ſi ad hunc finem venit in hominem, per hoc Sacramentũ, vt illum ſibi vniat, & in itinere veniens (vt ſic dicam) non inuenit illum diſpoſitum: antequam verò diſcedat, homo ſe conuertit, ac diſponit, cur non operabitur in illo effectum, propter quem ad eum Sacramentaliter venit? Sic Suarez. Ægid. & allij DD. nuper citati.

QVÆSTIO XIX.

An, Siquis, tempore communionis, erat in peccato, aut poſt communionem peccauit, teneatur conteri, vel confiteri pro toto illo tempore, quo ſpecies incorruptæ manent in ſtomacho?

NEGANT omnes Doctores citati, præſertim Vazquez *loc. cit. nu. 24.* Et negat etiam ex parte, Lugo *nu. 59.* dicens, hoc eſſe verum, loquendo de illo, qui poſt communionẽ peccauit, nam hic non tenetur ad recuperandam ſtatim gratiam; non vero loquẽdo de illo, qui tẽpore cõmunionis erat in peccato, aut indigne hoc Sacramen-

mentum sumpsit; nam verisimilius est idem et peccatum indignæ suscepti on s continuari toto tempore sequenti, quandiù species in stomacho incorruptæ manent, & ideo teneri tollere obicem peccati.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Teneri illum conteri, vel confiteri, quandiù species incorruptæ manent, sive tempore communionis fuerit in peccato, sive statim post communionem peccauerit: quia toto tempore, quo Christus in illo adest, ponit obicem Sacramento, & retinet Christum in vase immundo: ergo tenebitur pro toto illo tempore conteri, aut tollere obicem. Verum est, quod per accidens poterit ab hac obligatione eximi, propter probabilitatem contrariæ opinionis. Sic Suarez *disp. 63. sect. 7.* & ex parte, Lugo *loc. cit.*

QVÆSTIO XX.

An, Vtilius, aut melius, sit communicare in maiori specierum quantitate, aut sumere Hostiam magnam, quam paruam?

NEGANT communiter Doctores citati, præcipue Enriquez *lib. 8. cap. 43. num. 2. & 3.* Vazquez *disp. 203. num. 23. & 24.* Hurtado *disp. 8. diff. 2.* Luysius *centur. 3. dub. 29.* & ex parte Suarez *loc. cit.*

Sed probabilius Respondeo: Vtilius esse, non per se, sed per accidens. Quia, iuxta nostram sententiam, quo plus durant species in stomacho, eo plus gratiæ poterit quis recipere; nam quo magis Christus in stomacho manet, plures actus habere possumus deuotionis, per quos disponamur ad recipiendum nouum effectum Sacramenti. Sic Lugo *loc. cit. num. 65.* Ægidius *num. 46.* & deberet Suarez, & alij omnes Doctores, qui docent, Eucharistiam causare gratiam, toto tempore, quo durant species panis in stomacho, vt aduertit Vazquez *loc. cit. num. 26.*

QVÆSTIO XXI.

An Etiam, sit licitum dare, aut sumere plures formas consecratas ad communicandum?

AFFIRMANT aliqui, licitum esse seclusso scandalo.

Negant vero alij absolutè, dicentes; hoc esse contra communem vsum Ecclesiæ, & consuetudinem habentem vim præcepti; propter quod (inquiunt) Inquisitores solent punire fœminas, quæ, nulla causa subsistente, sumunt plures formas consecratas, necnon, & Sacerdotes, qui illis plures tribuunt. Sic Enriquez *lib. 8. cap. 43. num. 2. & lit. K.* Vazquez, Hurtado, & Luysius *loc. cit.*

Sed clarius Respondeo: Non esse illicitum per se, seclusso scandalo, esse tamen per accidens, propter periculum introducendi aliquam superstitionem, aut opinionem de virtute huius Sacramenti. Quod his verbis fatetur Vazquez *disp. 203. numer. 26.* Curandum nihilominus esset, ne maior quantitas specierum mulierculis ignorantibus daretur. Quia licet tolerabilis esset vsus, propter opinionem Caietani, & aliorum; facile tamen introduci poterat falsa opinio de virtute huius Sacramenti, vt eo maior existimaretur, quo plures essent species panis, aut quo maior quantitatis illarum esset. Sic Vazquez pro mea responsione.

QVÆSTIO XXII.

An Recipiat gratiam Sacramenti, qui species detinet in ore, donec corrumpantur?

AFFIRMANT Becanus *cap. 22. quæst. 6.* per hæc verba: Quæres: An illa gratia detur in principio manducationis, an in fine? Resp. Nihil certe definiri potest. Aliqui putant dari cum Hostia ex ore ad stomachum transmissa est, & non citius. Probabilius est dari cum Hostia sumpta est, etiamsi non sit transmissa, alioqui ægroti, qui Hostiam præ infirmitate non possunt transmittere, non acciperent gratiam, quod videtur absurdum. Ita ille.

Sed, longe probabilius, Respondeo; Non recipere gratiam Eucharistiæ. Quia non manducauit illam, aut Christum contentum sub speciebus. Sic communiter omnes Doctores, Sot. Suarez, Ægidius, & alij, quos citat, & sequitur Bonacina *disp. 4. quæst. 4. punct. 2. num. 2.* Cornejo *quæst. 79. disputatione vnica dub. 1.*

QVÆSTIO XXIII.

An Recipiat gratiam Sacerdos, qui deglutita tantum parte Hostiæ, statim moritur?

NEGANT aliqui, apud Petrum Cornejo *loc. cit. dub. 3. pag. 492.* Quia non manducauit plene. Existimant enim Sacerdotem, minime recipere fructum Eucharistiæ, quousque sumat aliam partem Hostiæ; cum tunc solum finiatur tota manducatio.

Sed certissime Respondeo: Recipere in eo casu gratiam. Quia in sumptione primæ partis Hostiæ. vere manducatur totus Christus: ergo. Sic Cornejo, & Bonacina *loc. cit.* Enriquez *lib. 8. cap. 43. nu. 1.* Fagundez *præc. 3. lib. 4. cap. 1. nu. 10.* & omnes communiter.

QVÆSTIO XXIV.

An Recipiat gratiam, qui postquam Eucharistiam deglutiuit, statim eam euomit?

RESPONDEO: Recipere. Quia Eucharistia producit suum effectum in eo instanti, in quo deglutita est: ergo. Sic Enriquez, Bonacina, Fagundez *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO XXV.

An, Vtraque species Eucharistiæ conferat maiorem gratiam, quam singulæ seorsim?

NEGANT Ricard. Gabriel, Caiet. Sot. Ruardus, Roffens, Petrus Soto, Castro, Canisio, Claud. Bellarm. & Alanus, quos omnes citat, & sequitur Suar. *disp. 63. sect. 6. §. nihilominus.* Fagund. *præc. 3. lib. 4. c. 4. n. 4.* Ægid. *quæst. 79. art. 1. num. 34.* Becanus *de Eucharistia capit. 22. quæst. 7. num. 5.* Enriquez *lib. 8. cap. 44. num. 5.* & alij apud ipsum. Diana *3. part. tract. 6. resolut. 97.* Quamuis, *par. 5. tract. 13. resol. 29.* in contrarium inclinet. Syluio *quæst. 80. ar. 12. quæst. 2.* Filliuc. *tract. 4. num. 172.* & Machado, *loc. cit. doc. 8. numer. 4. pag. 575.* Villalobos *tract. 7. diff. 31. num. 2.*

Sed probabilius Respondeo: Maiorem gratiam conferre. Quia vtraque species simul, significant plenitudinem conuiuij spiritualis, & sacietatem perfectam animæ, quam singulæ species seorsim, non significant: ergo, ex parte rei significatæ, aliquid respondet diuersum vtrique speciei simul, quod non correspondet singulis seorsim. Patet consequentia. Quia Sacramenta causant, quod significant. Sic sensit Clem. VI. Qui in Bulla ad Regem Galliæ (non Angliæ, vt ait Hurtado) *anno 1541.* concessit ei communionem sub vtraque specie, addens Pontifex, hoc concedere illi, *ad maiorem gratiæ augmentum.* Sic etiam Alens. Gaspar Cassalius, Arboreus, Ricardus, quos citat, & sequitur Vazquez *disp. 215. cap. 2.* Hurtado *disp. 11. diff. 6.* Cornejo *quæst. 80. ar. 12. dub. 2.* Lugo *disp. 12. sect. 3. num. 68.* & alij. Et esse sententiam probabilē affirmant Suarez, Becanus, Fagundez, Luysius *centuria 1. dub. 76.*

QVÆSTIO XXVI.

An, Liceat Laicis communicare sub vtraque specie?

AFFIRMANT hæretici nostri temporis, non solum eis esse licitum, verum, & teneri; Nec aliud, Ecclesiam potuisse eis interdicere.

Sed certissime de fide Respondeo: Nec teneri, neque esse eis licitum. Sic habetur in Trident. *sess. 21. c. 1. 2. & 3. & can. 1. 2. 3.* Et in Concilio Constantiense *sess. 13.* Vbi Sacerdos, sub excommunicatione prohibetur ministrare Laicis vtramque speciem. Et sic tenent omnes Catholici. Legantur Vazquez *disp. 206. cap. 1.* Cornejo *in 3. par. quæst. 80. disp. vnica dub. 1.* & alij.

QVÆSTIO XXVII.

An Sacerdos, dum more Laici communicat, possit licite, suscipere Eucharistiam sub vtraque specie?

RESPONDEO: Non posse, sed peccare mortaliter, si sub vtraque specie Eucharistiam suscipiat. Sic Nauar. *in manu cap. 21. num. 54.* Enriquez *lic. 8. cap. 44. num. 3.* Fagundez *præc. 3. lib. 3. cap. 4. n. 5.* Et omnes, ex Tridentino *sessione 21. post Canonem 4.*

QVÆS-

QVÆSTIO XXVIII.

An Liceat Papæ, ex iusta causa, concedere alicui Regno, Nationi, seu Personæ, communionem sub vtraque specie?

RESPONDEO: Licere; imo & de facto, id concesit Paulus III. Nationi Bohemorum. Et Clemens VI. Regi Galliæ, vt docent Suarez *disp.* 71. *sect.* 3. Enriquez *lib.* 8. *cap.* 44. *num.* 7. Fagundez *loc. cit. num.* 19. & omnes.

QVÆSTIO XXIX.

An Sit improbanda consuetudo, quæ in aliquo casu obtinuit, vt aliquibus personis detur vtraque species?

RESPONDEO: Non esse improbandam: sed potius ferendam, si talis consuetudo scita sit, & tacite, saltem, approbata à Sede Apostolica. Sic Romæ consuetudo est, vt Diaconus, & Subdiaconus, qui ministrant Summo Pontifici in Missa solemni, sub vtraque specie communicent; vt aiunt Suarez, Lugo, & Filliucius (non alij Cardinales, qui eidem Missæ solemni intersunt, vt falso affirmant Enriquez *lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 7. Petrus Ledesma *de Eucharistia cap.* 16. & Fagundez *præc.* 3. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. & 22.) Deinde Imperator, dum coronatur, sumit vtramque speciem, vt affirmant Enriquez *loc. cit.* & Turrianus, & alij apud ipsum. Et Rex Galliæ, bis communicat sub vtraque specie; videlicet; dum vngitur, & in articulo mortis. Et denique similem consuetudinem communicandi sub vtraque specie, obseruari Parisijs, apud Monasteria Cluniacense, & Dionysianum, dicunt Claudius *repet.* 10. *cap.* 20. Enriquez, & Fagundez *loc. cit.* & Suarez *disp.* 71. *sect.* 3.

QVÆSTIO XXX.

An In aliquo casu, licitum sit Laicis bibere calicem, absque speciali dispensatione?

NEGAT Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *ar.* 6. cum alijs, adeò, vt dicant, quod si contingat mori Sacerdotem, post consecratum calicem, & nullus adsit Sacerdos, qui possit sanguinem bibere, non liceat Laico eam speciem sumere, etiam si illa credatur corrumpenda, & in acetum mutanda. Et rursus, quod si contingat, sanguinem Domini in terram cadere, & non sit Sacerdos, qui illum velit lambere, non possit Laicus illum lambere, sed solum ei permitti, vt caueat diligenter, ne conculcetur, donec exiccetur, & postea radatur, vt comburatur.

Sed longe probabilius Respondeo: Licitum esse, in prædictis casibus, sanguinem Domini à Laicis ebibi; sicut & in casu, quo calix consecratus, venturus esset in manus infidelium, si deficiant Sacerdotes, qui id velint facere. Quia præceptum Ecclesiasticum, quo prohibitum est Laicis non communicare sub vtraque specie, est introductum, ob maiorem reuerentiam huius Sacramenti: ergo non debet obligare cum periculo maioris irreuerentiæ. Sic Suarez *disp.* 71. *sect.* 3. Fagundez *loc. cit. num.* 20. & Filliuc. *loc. cit.* P. de Ledesma *de Eucha. cap.* 25. Vazquez *in* 3. *p. tom.* 3. *disp.* 216. *cap.* 4. *num.* 47. & Diana 5. *p. tr.* 3. *resol.* 34.

QVÆSTIO XXXI.

An Infirmo, qui panem deglutire non potest, sed tantum vinum, liceat sumere sanguinem, absque panis specie?

NEGANT Suarez, & Fagundez *loc. cit.* Granad. *tract.* 11. *disput.* 2. *nu.* 16. Pitigianus *in* 4. *sent. to.* 1. *d.* 8. *quæst.* 3. *art.* 6. Mercerus *in* 3. *par. quæst.* 80. *art.* 12. *proposit.* 2. Siluius *in* 3. *par. quæst.* 80. *art.* 12. *Quar.* 4. & alij.

Sed probabiliter Respondeo: Licere, si detur casus, & absit periculum irreuerentiæ. Quia ius diuinum communicandi in articulo mortis præferendum est Ecclesiastico prohibenti communionem sub specie vini. In Græcia namque, olim infirmo non potenti Hostiam deglutire, infundebatur sola vini species; vt testatur Enriquez, *lib.* 8. *cap.* 44. *num.* 2. *in marg. lit. G. & num.* 7. ex Concilio Toletano 11. *capit.* 11. & Carthagin. 4. *cap.* 76. & Fagundez *loc. cit.* Sic Ochagauia *tract.* 2. *de Eucharistia quæst.* 18. *num.* 9. & Nunus *in* 3. *p. tom.* 1. *quæst.* 80. *art.* 12. *concl.* 3. licet hic hic, in casu contingenti, adhibendum esse consensum Episcopi putet. Legatur. Diana *loc. cit.*

QVÆSTIO XXXII.

An, Christus Dominus in nocte cœnæ Eucharistiam sumpserit, & dederit discipulis suis?

RESPONDEO: Affirmatiue. Sic S. Th. *q.* 81. *art.* 1. ex D. Hieronymo, sic dicēte: Dñs Iesus Christus ipse cōuiua, & conuiuium; ipse comedens, & qui comeditur. Suar. *disp.* 75. *sect.* 2. Vazquez *ad art.* 1. *quæst.* 82. dicens; in hoc omes Catholicos, quos ipse legit, conuenire. Vnde non bene Villalobos *tract.* 7. *diff.* 44. *num.* 1. ait, id non esse certum: Certum enim, & certissimum; cum id & non obscure colligatur, ex verbis Christi Domini Lucæ 22. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar*: Et doceant omnes Theologi. Legatur Granados *controu.* 6. *tract.* 10. *disp.* 12. *n.* 1.

QVÆSTIO XXXIII.

An Christus Dominus, etiam Iudæ proditori, suum dederit corpus?

NEGANT S. Clemens *lib.* 5. *constitut. cap.* 13. Turrianus, Vualterus D. Hilarius, Rupertus, Theophilatus, & Innocent. quos refert Granad. *tract.* 10. *disp.* 12. *num.* 2.

Sed certissime Respondeo: Dedisse. Sic S. Thom. Cartusianus, Maldonatus, Valentia, Suarez, Vazquez, & Enriq quos citat, & sequitur Granados *lo. cit. num.* 2. & est communis.

QVÆSTIO XXXIV.

An Etiam, B. Virgo sumpserit in ea nocte Eucharistiam?

RESPONDEO: Longe probabilius esse, eam sumpsisse. Nam probabilius est B. Virginem, simul cum alijs fœminis, intra eandem domum, in loco separato fuisse, & ad eam delatam fuisse Eucharistiam per manus Beati Petri, aut alterius Apostoli. Sic Barradas *tem.* 4. *lib.* 1. *cap.* 17. Vualterus Didacus de la Vega, & Viguerius, quos citat, & sequitur Granad. *disp.* 12. *cit.* *n.* 3.



TRAC.

TRACTATVS OCTAVVS DE SACRIFICIO MISSÆ.

DISPVTATIO PRIMA.

De Partibus essentialibus Sacrificij Missæ.

QVÆSTIO PRIMA

An Nomen, Missa, sit Latinum?

NEGANT Couarubias (apud Suarez) *lib. 4. variar. cap. 22.* Aluericus *Ver. Missa.* & alij, docentes, esse nomen Græcum, significans, interpellationem.

Negant, & alij, affirmantes, esse nomẽ Hebræum, idem, ac *Missach.* seu, *Mizah*, quod significat, oblationem spontaneam. Ita Concil. Senonense, *decreto* 15. *de Euchar.* Baron. 1. *annal, ad annum Christi* 34. *num.* 51. Nauar. *in man. cap.* 25. *nu.* 111. Tolet. *lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 6. Cassalius, Petrus Butingerus. Hector Pintus. Cano, Pagninus, & Enriquez *lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 1. & *lib.* 9. *cap.* 10 *num.* 2. quos omnes refert, & sequitur nouissime Philibertus Marchinus *tract.* 3. *de Sacrificio Missæ, cap.* 4. *num.* 3. *pag.* 295.

Sed ego probabilius Respondeo: Esse nomem Latinum, deriuatum à Verbo, mittere, vel dimittere, & Significare *missionẽ*. Sic S. Isidorus *lib.* 6. *etymolago cap.* 19. Rupert. 2. *de diuinis offic. cap.* 24. Bonauent. *in expositio. Missæ.* Bellarmin. *lib.* 1. *de Missa cap.* 1. Suarez *de Sacrament. disp.* 74. *sect* 3. Vazquez *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 221. *num.* 8. Scortia *lib.* 1. *cap.* 1. *de Missa*, Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 13. Quos omnes refert pro hac sententia Philibertus *loc. cit.* Quibus ego addo Doctorem Ludouicum Montesinos *in manuscriptis tract. de Sacrif. Missæ disp.* 2. *quæst.* 1. Ioan. de Lugo *de Eucharistia disp.* 19. *sect.* 2. *num.* 17. Azorium 1. *par. lib.* 10. *cap.* 18. *initio.* Patrem Marcum de los Huertos *tract. de Sacrif. Missæ quæst.* 2. *folio mihi.* 12. Filliucium *tr.* 5. *cap.* 1. *num.* 14 Bartholomæum Gauantum *commẽt. in Rubric. Missalis, in principio partis.* 1. *lit. D. pag. mihi.* 3. & alios, apud ipsos.

QVÆSTIO II.

Cur hoc Sacrificium, Missa, seu, Missio, appellatur?

RESPONDENT aliqui, quod sic appelletur. Quia per Sacerdotẽ populus mittit ad Deum sua desideria, & Hostiam salutiferam, & ideo infine dicitur: *Ite, Missa est*, (scilicet) oblatio ad Deum. Ita Hugo Victorin. 2. *de Sacram. par.* 8. *cap. vltim.* Magister *in* 4. *dist.* 13. D. Thom. 3

par. quæst. 83. art. 4. ad 9. & D. Bonau. *opusc. de Missa, & in 4. dist. 3. dub. 3.*

Alij dicunt; Quia in hoc sacrificio, Christus, qui est Hostia, quam offerimus, mittitur nobis à Patre, vt offeramus illâ. Sic D. Thom. & Hugo *locis citatis*, quos sequuntur alij Recentiores.

Alij tandem, dicunt; quod dicatur Missa, seu, missio, à dimittendis fidelibus auditoribus, dicente Sacerdote, aut Diacono: Ite missa est, ac si diceret, ite, quò vultis, iam enim tempus dimissionis est: vel, ite, quia iam Hostia ad Patrem missa fuit. Sic Alcuinus *lib. penult. de diuinis officijs*, Bellarm. Filliucius, Suarez, Vazq. Montesinos, Lugo *locis citatis*, Azor *lib. 10. cap. 18. quæst. 1.* & Gauant. *lo. cit.* Bonac. *disp. 4. quæst. vltima de Missæ Sacrificio puncti. 1. num. 1.* Omnes certe probabiliter.

QVÆSTIO III.

An Christus in vltima cœna, quando instituit Sacramentũ Eucharistiæ, etiam instituerit Missæ Sacrificium, illudque Patri obtulerit?

NEGANT Hæretici nostri temporis. Et etiam negare intentauit, quidam Episcopus Bysontinus, dum Tridentino interesset Concilio, vt refert Cano 12. *de locis, cap. 13.*

Sed certissime Respondeo: De fide esse Christum in vltima cœna proprium corpus, & sanguinem, sub speciebus panis, & vini, in sacrificium Patri obtulisse, & hac oblatione, Missæ sacrificium, quantum ad suam substantiam (licet non quantum ad Canonem, aut alias ceremonias) instituisse. Sic definitur in Trident. *sess. 22. cap. 1. & 2. & can. 1. & 2.* Et docent omnes Patres, & Doctores. Legantur Suarez, Vazquez, Azorius, & Cano *locis citatis*, & præcipue Philibertus *tract. 3. par. 1. à cap. 7.* Vbi latissime, & bene hanc veritatem, contra Hæreticos, demonstrat.

QVÆSTIO IV.

An In Missa, prout à Catholicis dicitur, verum, & proprium Sacrificium à Christo institutum, offeratur?

NEGANT pertinaciter Lutherani, & alij nostri temporis Hæretici.

Sed de fide Respondeo: Verum, & proprium Sacrificium, à Christo institutum, offerri. Sic enim expresse definiunt multa Concilia, & præcipue Tridentinum *lo. cit. sess. 22. cap. 1.* Et docte, ac erudite, hanc veritatem, contra Hæreticos, comprobãt Bellarm. *lib. 1. de Missa.* Philibertus *loc. cit.* & alij Catholici Controuertistæ.

QVÆSTIO V.

An In Ecclesia, de facto, sit aliud Sacrificium, præter Eucharisticum?

AFFIRMAVIT quidam, apud Ioannem de Lugo *de Eucharistia disp. 19. nu. 34. pag. 525.* id probans, ex Canone 3. & 4. Apostolorum, in quibus permittitur, oblatio sola thymiamatis, olei, spicarum, & similium, in altari.

Sed certissime Respondeo: Non esse aliud Sacrificium de facto, præter Eucharisticum. Quia istud est infiniti valoris, ratione rei obiatæ, & principalis offerentis; imo, & ratione oblationis, prout est à principali offerenti: ergo non fuit, nec est, necessarium, aut conueniens institui aliud. Sic communiter omnes Doctores Suarez *disp. 74. sect. 4.* Vazquez *disp. 221. cap. 6.* & Lugo *loc. cit.* Qui bene aduertit in Canone *cit.* non esse Sermonẽ de proprio sacrificio, sed de simplici oblatione, qualis fieri potest B. Virgini, aut alijs Sanctis; quibus tamen sacrificium offerri nequit.

QVÆSTIO VI.

An Ecclesia habeat potestatem instituendi, modo, nouum Sacrificium, præter Eucharisticum à Christo institutum?

PARTEM affirmatiuam esse valde probabilem, satis inuit Suar. *3. par. q. 83. ar. 1. disp. 74. sect. 4. Ver. Huic addo.* Cum solum dicat, esse probabile, non habere Ecclesiam potestatem ad instituendum nouum sacrificium.

Sed certissime Respondeo: Non habere, modo talem potestatem. Quia instituendo Christus Dominus admirabile Eucharistiæ sacrificium, impediuit, aut abstulit ab Ecclesia potestatem instituendi nouum. Sic optime meus Magister Montesinos *in manuscriptis disp. 2. de Sacrif. quæst. 6.* Lugo *disp. 19. numer. 35. pag. 526.* & alij.

QVÆS-

QVÆSTIO VII.

An, Si Christus non instituisset Sacrificium, potuisset, saltem, ab Ecclesia institui?

NEGATIVAM partem esse probabilem indicat Suarez *loc. citato.*

Sed certissime Respondeo: Potuisse. Quia quælibet respulica potest, iure naturæ, instituere aliquod sacrificium ad colendum Deum, nisi abipso Deo prohibeatur. Sic DD. citati, & communis.

QVÆSTIO VIII.

An Etiam, posset tunc Ecclesia instituere ipsummet sacrificium, quod Christus instituit.

RESPONDEO: Posse, si Christus instituisset Sacramentum Eucharistiæ; in ratione Sacramenti, & non in ratione sacrificij. Quia tunc posset Ecclesia illud idem Sacramentum, à Christo in ratione Sacramenti institutum, de nouo instituere in ratione sacrificij, instituendo, videlicet, vt esset in cultum Dei, & ad significandum internum animi sacrificium, & quod Deus esset author vitæ & mortis. Sic Lugo, & Montesinos *locis citatis*, & communis.

QVÆSTIO IX.

Quænam sint actiones, de quibus dubitari potest; in quanam earum consistat essentia sacrificij Missæ?

RESPONDEO: Quod Sex. Prima est, Oblatio panis, & vini, quæ fit ante consecrationem, illis verbis: *Suscipe Sancte Pater hanc immaculatam Hostiam*: & rursus. *Offerimus tibi Domine Calicem &c.* Secunda est, ipsa Consecratio, sub vtraque specie. Tertia est; Oblatio, quæ statim post consecrationem fit, his verbis: *Offerimus præclaræ Maiestati tuæ, de tuis donis, ac datis, Hostiam puram &c.* Quarta est, Fractio Hostiæ consecratæ, & immissio cuiusdam particulæ in Calice. Quinta est, Sumptio vtriusque speciei, quæ fit à Sacerdote. Sexta denique est, Distributio Sacramenti, aut sacrificij, quantum ad rem oblatam, iter fideles adstantes, dubitatio ergo esse potest, in quanam prædictarum actionum consistat ratio huius sacrificij? Cui dubio, vt sigillatim satisfaciam. Sit.

QVÆSTIO X.

An Ratio, & essentia huius sacrificij. sita sit in aliqua actione aeterminata ex numeratis, quæstione præcedenti-

NEGAT Nuñus *3. par. quæst. 83. art. 1. concl. 3.* Quia existimat, quod in qualibet actione, ex quinque supra relatis, quæ fiunt post consecrationem (verbi gratia, in consecratione, aut fractione, aut sumptione) vage, & diuisiuè sumptis, saluatur tota ratio, & essentia huius sacrificij.

Sed certissime Respondeo: Essentiam huius sacrificij, necessariò sitam esse in aliqua actione determinata. Quia Christus Dominus, in vltima cœna, obtulit sacrificium, aliqua actione determinata: ergo, & nos. Sic optime Magister Montesinos *in manuscriptis disp. 3. quæst. 1.* Marcus de los Huertos *q. 4. de Sacrif. Missæ fol. 47.* & communis, vt ex dicendis constabit.

QVÆSTIO XI.

An Ratio huius Sacrificij sita sit in oblatione, quæ fit ante consecrationem?

AFFIRMAT Scot. *in 4. dist. 13. q. 2. §. Ad quæstionem. Ver. Si obijcias.* Licet etiam indicet, sufficienter etiam constitui in oblatione, quæ fit post consecrationem. Fauet aliquomodo huic sententiæ Bellarm. *lib. 1. de Missa. cap. vltimo.* Quatenus docet, hanc oblationem pertinere ad integritatem huius sacrificij, non tanquam pars, sed tanquam præparatio.

Sed certissime Respondeo: Nullo modo esse sitam in tali oblatione, rationem Sacrificij Missæ. Quia sacrificium, non tam in verbis, quam in actione consistit. Erit ergo, ad summum, prædicta oblatio, moralis quædam dispositio, ex ordinatione Ecclesiæ, ad ipsum sacrificium. Sic Suarez *disp. 75 sect. 3.* Vazquez *disp. 222. cap. 1.* Lugo, Montesinos *locis citatis*, Hurtado *de Sacrif. Missæ disp. 6. diff. 4.* Philibertus *tract. 3. de Sacrif. Missæ par. 2. cap. 1. num. 12.* & Villalob. *tract. 8. diff. 5. num. 2.*

QVÆS-

QVÆSTIO XII.

An Essentia huius Sacrificij, sita sit in sola oblatione, quæ paulo post consecrationem, verbaliter fit?

AFFIRMANT Ioannes Echius *lib. 3. de Sacrif. Missæ. cap. 9.* Clitoueus *lib. 2 contra Lutherum, cap. 16.* Ruardus *art. 16.* Scot. *loc. cit.* & Gabriel. *in 4. dist. 13 q. 1. ar. 3. in fine* Citat etiam Philibertus (*loc. cit.*) pro hac sententia Azorium *lib. 10. mor. institutio. cap. 19. q. 1.* & Enriq. *lib. 9. de Missa. cap. 8. num. 3.* Sed non bene. Nam hi Doctores, licet dicant, prædictam oblationem, esse partem essentialem sacrificij Missæ; tamen in ea sitam esse essentiam eius, nullo modo docent, sed oppositum. Legantur Enriquez *lib. 9. citat. cap. 9. num. 1. & 3.* & Azor *loc. cit. Ver. Quare probabiliter.* Quorum modum dicendi sequitur Cano *lib. 12. de locis cap. 12. ad 2. & 4.* Bonacina *de Sacrif. Missæ. punct. 2. num. 1. 25. & 26.* Siluius *3. par. q. 83. dub. 2.* Sot. & Couar. apud Hurtadum *disp. 1. de Sacrif Missæ, diff. 5.* & præcipue Ludouicus de S. Ioan *quæst. 9. de Euchar. art. 2. dub. 1. concl. 2.* per hęc verba: De raçon deste sacrificio, solamẽte es la Hostia, la Ofrenda, y sumpcion. La Hostia, es Christo Redentor nuestro. La Ofrenda se haze, quando despues de la Consagracion del Caliz, dice el Sacerdote: *Vnde, & memores Domine nos servi tui:* hasta aquellas palabras: *Vt quot quot ex hac altaris participatione*, y ansi se an de decir con gran deuocion, y reuerencia, porque alli comienza el verdadero sacrificio, que se acaba, y perficiona en la communion de la Hostia. Ita Ludouicus.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Nullo modo esse sitam essentiam sacrificij huius, in præfata oblatione; imo neque ad eius rationem essentialem pertinere. Sic Vazquez, Suarez, Hurtado, Villalobos, & Lugo *locis citatis*, Ægidius, & Fagundez, quos citat, & sequitur Philibertus *tract. 3. de Sacrificio Missæ; par. 2. cap. 1. num. 12.* Montesinos *lo sit.* & communis.

(§)

QVÆSTIO XIII.

An Ad rationem formalem Sacrificij Missæ, pertineat Fractio Hostiæ consecratæ, & immissio eiusdem in Calicem?

AFFIRMANT Canus *lo. cit.* & Valentia *disp. 6. quæst. 9 punct. 1. §. 2. Ver. de quæstione.* Qui, quamuis recte doceant essentiam huius sacrificij, non esse sitam in aliqua actione istarum, aut in vtraque simul, addunt tamen, vtramque simul, & quæ libet earum, ad essentiam sacrificij Missæ pertinere.

Sed; longe multo probabilius, Respondeo: Neutram actionem illarum ad essentiam sacrificij pertinere; vt optime Diu. Thom. *quæst. 83. art. 6. ad 6.* & Vazquez *disp. 222. cap. 2.* Suarez *disp. 75. sect. 3.* Hurtado *disp. 1. diff. 6.* Lugo *disp. 19. num. 40. pag. 527.* Ægid. *quæst. 83. ar. 1. dub. 5.* Filiuc. *tract. 5. de Euchar. quatenus est sacrif. cap. 1. num. 22.* & Villalobos *diff. 5. cit. num. 4.*

QVÆSTIO XIV.

An Essentia Sacrificij Missæ, in sola sumptione, facta à celebrante, consistat?

AFFIRMANT Albert. *in 4. dist. 13. art. 34.* Ledesma *1. 4. par. quæst. 24. ar. 4.* Cruz, *in Sum. quæst. 1. de Sacrif. Missæ,* & alij.

Sed certissime Respondeo: Non consistere. Quia, ad minus, consecratio, est de essentia huius sacrificij, vt communiter omnes docent; ergo in sola sumptione nequit essentia tota huius sacrificij consistere. Sic omnes Doctores, præter citatos pro opposita parte.

QVÆSTIO XV.

An Saltem, prædicta sumptio pertineat partialiter ad essentiam huius sacrificij?

AFFIRMANT Enriquez *lib. 9. de Missa. cap. 9. num 1. lit. A. & num. 4. lit. X.* & apud ipsum. D. Thom. Bellarm. Perez, Viguer. Ledesm Castro, Scot. Cano, & Victoria, Putaneus *quæst. 83. art. 1. dubit. 4.* Azor, Nuño, Valentia, Scortia, Bonacina, Couarrub. Reginald. Molfes.

&

& Fagundez, quos citat, & sequitur Philibertus *tract. 3. par. 2. cap. 2. fin.* Lugo *disp. 19. num. 64.* Villalobos *lo cit. num 8. & 9.* & alij existimantes, ad substantiã huius sacrificij, consecrationem, ad minus, & sumptionem pertinere.

Sed probabilius Respondeo: Adhuc partialiter non pertinere. Sic docent omnes Doctores, qui docent essentiam sacrificij Eucharistici, in sola consecratione sitam esse; quos statim referam.

QVÆSTIO XVI.

An In sola consecratione sita sit tota ratio, & essentia sacrificij Missæ.

NEGANT Scotus, Gabr. Echius, Ledesma, & alij, quos supra retulimus.

Sed probabilius Respondeo: In sola cõsecratione reperiri totam essentiã, & substantiam huius sacrificij; reliqua vero, non pertinere ad essentiam. Ratio est. Quia hoc sacrificium essentialiter habet, quod sit memoriale passionis Christi, iuxta verba eiusdem. *Hoc facite in meam commemorationem:* Sed in consecratione consistit hoc memoriale, quatenus, videlicet, ex vi verborum, seorsum consecratur corpus, & seorsum sanguis: Ergo. Sic Diuus Thom. *quæst. 83. ar. 4. & q. 82. ar. 2.* Suarez *disp. 75. sect. 4. & 5.* Vazquez *disp. 222. cap. 5.* Ægidius *q. 83. art. 1. dub. 5.* Ruard. Alan. Becan. Cassalius, & Adamus, quos citat, & sequitur Hurtado *disp. 1. diff. 8.* Montesinos *in manu scriptis* (late, & docte) *disp. 3. quæst. 4.* Marcus de los Huertos *q. 4. fol. 46.* Ochag. *tract. 1. de Eucharistia quæst. 3. num. 9. pag. mihi 305.*

QVÆSTIO XVII.

An Ad Essentiam sacrificij Missæ, vtriusque speciei prærequiratur consecratio?

NEGANT Cassalius *2. lib. de sacrif. cap. 25.* Enriq. *lib. 9. cap. 9. num. 10.* Ruard. *ar. 16.* Nuñus, & Pitigian. quos citat, & sequitur Bonac *quæst. vltima. pun. 2. num. 7.* Philibert. *tract. 3. par. 2. cap. 1. num. 15.* & alij quam plures, quos refert Azorius *lib. 10 cap. 19. quæst. 2.*

Sed probabilius Respondeo: Vtriusque speciei consecrationem requiri. Quia Christus Dominus, sub vtraque specie instituit hoc sacrificium ad repræsentandam suam passionẽ, & mortem. Se ipsum enim, sub vtraque specie obtulit, & offerendo instituit; & sub tali ritu præcepit hoc sacrificium offerri, vt colligitur ex illis verbis Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, & ex Paulo I. Cor. 11. *Quotiescumque manducabitis panẽ hunc, & calicem bibetis mortem Domini annunciabitis &c.* Et ex Trident. *sess. 22. cap. 1.* Sic S. Thom. *quæst. 76. art. 2. ad. 1. & quæst. 80. ar. 12. ad 3.* Caiet. Sot. Gabr. Osius, & Sylvester, quos citat, & sequitur Vazquez *disp. 223. cap. 3. & 4.* Suarez *disp. 75. sect. 6.* Ægid. *q. 83 ar. 1. dub. 5.* Azor. *lo. cit q. 4.* Adamus. Becanus, Alanus, & alij quos citat, & sequitur Hurtado *disp. 1. diff. 9.* Lugo *disp. 19. sect. 8.* Marcus de los Huertos *q. 4.* Mag. meus Montesinos *in manuscriptis disp. 3. quæst. 5.* Granados *tom. 5, tract. 14. disp. 3. sect. 3. pagin. 1043.* (Qui pro opposita sententia citat Alanum, quem non legi) Filiũcius *tract. 5. de Sacrif. cap. 1.* & alij.

QVÆSTIO XVIII.

An Consecratio vtriusque speciei simul, sit iure diuino præcepta?

NEGANT Maior *in 4. dist. 9. quæst. 3.* Adrian *q. 6. de Euchar.* Claud. *rep. 10 cap. 3.* Nauar. obiter, *in sum. cap. 25. nu. 91.* & alij apud Azorium *lib. 10. cap. 19. quæst. 2.* & apud Fagundez *præc. 1. lib. 3. cap. 5. num. 2.* existimantes; solum esse iure pontificio præcepta.

Sed certissime Respondeo: Esse præcepta iure diuino positiuo Christi. Quia sic clare colligitur ex Tridentino *sess. 22. cap. 1.* Vbi dicitur, quod postquam Christus suum corpus, sub speciebus panis, & suum sanguinem, sub speciebus vini, consecrauit, Apostolis, atque Sacerdotibus eorũ in Sacerdotio successoribus, vt offerrẽt præcepit, per hæc verba: *Hoc facite in meam cõmemorationẽ.* Sic docent cõmuniter Doctores, Marsil. Caiet. Gabr. Vazquez, Ægid. quos citat, & sequitur Hurtado *disp. 1. diff. 10.* Osius *in Confessio. Catholica cap. 14.* Sylvester *Euchar. 12 quæst. 5.* Sot. *dist. 9. quæst. 1. ar. 2.* Bonacina *disp. 4. quæst. 2. pun. 3. num. 5.* & apud ipsum, Suarez, Nuñus, Reginal. Chamerota, & Palud. Fagund. *lo. cit. n. 2. & 4.*

Azo-

Azorius *loc. cit.* Et omnes alij Doctores asserentes, essentiam huius sacrificij istam esse in vtriusque speciei consecratione, quos retulimus, quæstione præcedenti; & est communis.

QVÆSTIO XIX.

An Ex dispensatione Pontificis, possit consecrari vna species sine alia?

AFFIRMANT Maior: Adrian. Claudius, & omnes alij, qui putant, præceptum consecrandi vtramque speciem simul, esse Ecclesiasticum solum. Affirmant etiam Gabr. *lect.* 53. *lit. E.* & Albertus apud ipsum. Alanus, Tabiena, Summa Pisana, & alij, quos refert Vazquez *disp.* 223. *cap.* 1. *num.* 3. & 6. Quamuis existiment præceptum consecrandi vtramque speciem, esse de Iure diuino. Quibus adde Enriq. *lib.* 8. *cap.* 13. *nu.* 1. & *seq.* & *lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 10. Chamerot. *de Euchar. cap.* 6. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 6. Azor. *lib.* 10. *cap.* 19. *quæst.* 2. §. *Tertium. fine.* Thom. Sanchez *lib.* 8. *de Matrim. disp.* 6. *nu.* 6. Molfes. *tract.* 3. *cap.* 9. *num.* 34. & alios.

Sed probabilius Respondeo: Nõ posse. Quia Ecclesia nequit dispensare, variare, aut mutare ea, quæ pertinent ad substantiam Sacramentorum: at si dispensaret in oblatione sacrificij, sub vnica specie, non maneret salua substantia sacrificij a Christo instituti, vt habitum est supra: Ergo. Sic insinuat D. Thom. *quæst.* 74. *ar.* 1. *ad* 2. & *q.* 80. *ar.* 12. *ad* 3. Vazquez *disp.* 223. *cap.* 3. Suarez *disp.* 43. *sect* 4. Sot. Ægidio, & Hurtado *locis cit.* Nuñus Pitigian. Silues. & Barthol. ab Angelo, quos citat, & sequitur Bonac. *disp.* 4. *quæst.* 2. *pun.* 3. *num.* 13. Lugo *disp.* 19. *sect.* 8. Pet. Cornejo *in* 3. *par. quæst.* 74. *disp.* 2. *dub.* 3. per totum. Vbi in fine dubij, contrarium esse improbabile affirmat. Montesinos *in manuscriptis loc. cit.* Valentia *disp.* 6. *q.* 10. *punct.* 4. Scortia, quos citat, & sequitur Philibertus *tom.* 2. *de Ordine par.* 8. *cap.* 2. *propositio.* 2. *pag.* 270. Ludouicus de S. Ioan *quæst.* 1. *de Euchar. art.* 5. *dub.* 2. Lege pro alijs casibus Philibertum eundem *pag.* 343. Et sup. *tract. de Euchar. à quæst.* 114. Azorium *loc. cit.*

(§)

QVÆSTIO XX.

An, In die Paraseeues, verum sacrificium Missæ offeratur?

AFFIRMANT Nuñus *loc. cit.* & alij pauciss., inter quos, sedem habet Ludouicus de S. Ioan. *quæst.* 9. *de Euchar. ar.* 2. *dub.* 1. *conclus.* 1. *pagina* 214. Vbi sic ait: No son de raçon de este sacrificio la consagracion de la Hostia, ni la comunion de la sangre, porque el Viernes santo (segun muchos) se haze verdadero sacrificio, sinque el Sacerdote consagre, ni reciua la sangre; mas solamente comume la Hostia, que quedô consagrada el dia precedente. Ita ille.

Sed certissime Respondeo: Non offerri. Quia nulla fit consecratio. Sic communiter omnes Doctores, præcipue citati.

QVÆSTIO XXI.

An Fiat verum sacrificium, si Sacerdos Hostiam à se ipso consecratam, in pyxide reponat, & ipse sumat aliam, ab alio consecratam?

NEGANT Philibertus *tract.* 3. *de Sacrificio. par.* 2. *cap.* 3. *pag.* 346. & Lugo *disp.* 19. *num.* 76. *pag.* 535. Et negare debent omnes, qui affirmant, sumptionem esse partẽ essentialem sacrificij Euangelici.

Sed probabilius Respondeo: Esse verum sacrificium. Quia probabilius est, essentiam huius sacrificij, in sola consecratione consistere: vt supra *quæst.* 15. est habitum. Sic tenentur affierere omnes Doctores, ibidem citati. Et tenent etiam (licet non consequenter) Enriquez *lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 2. Bonacina *disp.* 4. *quæst. vltima. punct.* 2. *num.* 5. & Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 26.

QVÆSTIO XXII.

An Licite possit Parochus, dum renouat Eucharistiam, non sumere, quid quam ex Hostia, quam consecrauit, sed illam ponere in sacrario, & sumere Hostiã, quæ antea in sacrario erat?

AFFIRMANT Enriquez, & Fagundez locis nuper citatis, docentes, id de facto multos Parochos interdum facere.

Sed,

Sed, longe multo probabilius, imo certissime Respondeo: Non posse licite, ib facere. Quia Sacerdos omnino tenetur participare de sacrificio à se oblato, vt habetur *in cap. Relatum. de consecr. dist.* 2. Et Sic docẽt Lugo *disp.* 19 *sect.* 5 *fine.* Prepositus *q.* 83 *ar.* 1 *dub.* 7 *n.* 50. dicentes, contrariam sententiam esse omnino improbabilem; Hurtado *disp.* 6. *de Euchar. diff.* 9 *fine.* & Philibertus *loc. cit.* Azorius *lib.* 10. *cap.* 19. *quæst.* 4. dicens, ad id Sacerdotem ex iure diuino, contento in illis verbis Christi Domini *Hoc facite in meam commemorationem*, obligari.

QVÆSTIO XXIII.

An Oblatione Hostiæ grandioris facta, si offerantur Sacerdoti particulæ pro cõmunicandis Laicis, possit illas consecrare?

NEGANT Bonacina *disp.* 4. *q. vltim.* 1, *punct.* 2. *num.* 6. Affirmant, vero Gauantus *in Rubr. Missal. par.* 3 *tit.* 10. *n.* 19. & Diana 2. *par. tract.* 14. *resol.* 71. & Machado *to.* 2. *lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 11. *docum.* 13. *num.* 2 dummodo id faciat, ante cæptam præfationem.

Sed ego, æque probabiliter, Respondeo: Posse quidem illas consecrare, etiam post præfationem, dum modo prius dictas particulas offerat oblatione mente concepta. Quia non est maior ratio, cur ante præfationem id admitti debeat, & non post illam; cum in neutro casu nullam oppositam legem habeamus. Sic Philibertus. *tr.* 3. *de sacrif. par.* 2. *cap.* 4. *in fine*, & Magalius, quos citat, & sequi videtur Diana *par.* 6. *tract.* 6, *resol.* 7. Posseuinus *cap.* 2. *num.* 27. & 28. Qui addit; posse, in dicto casu Sacerdotem prædictas particulas consecrare, absque offertorio, quamuis tutius sit eas iterum offerre solas: decentius vero, offerre, oblatione mente concepta.

(§)

QVÆSTIO XXIV.

An Christus Dominus sit principaliter offerens hoc sacrificium in Missis, non solum remote, sed etiam proxime.

NEGAT Vazquez *disp.* 225. *cap.* 3. Quia existimat, Christũ Dñm. nõ ideo dici hoc sacrificiũ principaliter offerre, quia actu, & per se illud offerat; sed quia illud præcepit offerre, & instituit, & quia ex meritis ipsius hoc sacrificiũ habeat suã virtutem. Citat etiam Vazq. pro sua sententia Scotũ *quod lib.* 20. *§ Hic præmittitur.* Gabrielem *lect.* 26. *in Canon lit. H. & lect.* 27. *lit. F.* & Cordubam *lib.* 10. *quæst.* 3. *opin.* 2. & 5. Et denique omnes Doctores, qui negant, Christum nũc orare in cœlis, quos refert *tom.* 1. *in* 3. *par. disp.* 82. *cap.* 3. Sed male. Solus Vazquez est pro illa, quem postea secuti sunt Becanus *cap.* 25. *q.* 9. & Hurtado *disp.* 2. *diff.* 1.

Vnde certissime Respondeo: Christum Dominũ dici hoc sacrificiũ principaliter offerentem non solum remote ratione institutionis; sed etiam proxime, quatenus nunc actu exercet munus Sacerdotale, simul cum visibili Sacerdote offerens semetipsum Patri per interioris mentis actus in Dei honorem, & cultum; & in hominum vtilitatem. Cum enim Christus Dominus per scientiam visionis, & infusam, actu cognoscat, & cogitet omnia, & singula Missarum sacrificia, quæ in toto mundo à Sacerdotibus fiunt, ille omnia, & singula in diuinum cultum Patri offert, & actu vult illis placare ipsũ: ergo actu dicitur offerre sacrificium. Sic D. Thom. *quæst.* 82. *ar.* 7. *ad* 3. & *q.* 83. *ar.* 1, *ad* 3. Suar. *disp.* 77, *sect.* 1. Bellarm. *lib.* 2. *de Missa cap.* 4. Philiber. *tr.* 3. *de sacrif. Missæ par.* 2. *c.* 5. *à nu.* 3. Ægidius *de Sacram. q.* 83. *dub.* 6. *num.* 118. Montesinos *in manuscriptis, disp.* 5. *de sacrif. Missæ, quæst.* 1. Vbi ait: nostram sententiam esse veram; nec oppositam vllo modo docere aliquem ex Doctoribus citatis à Vazquez, quod bene probat.

(§)

DISPVTATIO SECVNDA.

De Ministro à quo faciendum est Missæ Sacrificium.

QVÆSTIO PRIMA

An Soli Sacerdotes hoc Sacrificium offerre possint?

NEGANT hæretici nostri temporis, quia existimant omnes Christianos posse esse Ministros huius sacrificij.

Sed certissime de fide Respondeo: Solos Sacerdotes nouæ legis posse hoc sacrificium offerre. Quia soli ipsi habent potestatem consecrandi: Ergo soli ipsi offerendi sacrificium: nam hoc, saltem partialiter, in consecratione consistit. Sic Concil. Niceu. *cap.* 4. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. & *can.* 2. Et docent omnes Catholici: Legantur Suarez *disp.* 76. *sect.* 2. Vazquez *disp.* 226. Philibert *tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 6. & alij.

QVÆSTIO II.

An Sacerdotes hæretici, Excommunicati, & quomodolibet ab Ecclesia, per censuras præcisi, possint valide offerre hoc Sacrificium?

NEGARVNT Magist. *in* 4. *dist.* 13. *c.* 1. Gratian. *in cap. Quod quidem* 1. *q.* 1. Scot. (non Sot. vt Philibert. citat.) *in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. Gabr. *ibidem ar.* 3. *dub.* 2.

Sed certissime Respondeo: Posse valide offerre sacrificium, quantum ad suam essentiam, & substantiam. Quia Sacerdos, dum ordinatur, accipit potestatem ad offerendum sacrificium: at hæc potestas, est character indelebilis: Ergo hæreticus Sacerdos, aut ab Ecclesia præcisus, non amittit hanc potestatē offerendi sacrificiū: verum ergo, & ratum offerunt, quantū ad suam substantiam: non quantum ad orationes, quæ in Missa dicuntur nomine Ecclesiæ, quia has nequit hæreticus, nomine Ecclesiæ, offerre, cum ab illa sit præcissus, & priuatus per hæresim, aut censuras, tali facultate, & in hoc sensu, locuti sunt Scot. & Gabr. Et tenent omnes. Legantur Suar. *disp.* 77. *sect.* 2. Vazquez, & Philiber. *loc. citatis*. Qui tamen, notant, hanc nostrant sententiam non esse defide.

QVÆSTIO III.

An Alij fideles, præter Sacerdotes, possint, aliquo modo, offerre hoc sacrificium?

RESPODEO: Posse. Imo defacto offerunt; vt colligitur, ex illis verbis Canonis; *Et omnium circunstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt.* Et ex Trident. *sess.* 22. *c.* 1. Et docēt Innoc. III. *lib.* 4. *de Myst. Missæ cap.* 25. Et cum eo omnes Theologi. Verum tamen est, quod ad hoc, vt fideles dicantur hoc sacrificium proprie offerre, necessariū sit, quod aliquo modo concurrant, saltem moraliter, ad actionem ipsam externā sacrificandi, videlicet; petendo à Sacerdote, vt dicat Missam pro ipsis: aut quod mercedem eorū, in sacrificio: vel eleemosynā dādo Sacerdoti, vt pro ipsis offerat: aut inseruiendo Missæ: vel ei assistendo; vel denique, etiam si non assistant, si attendendo ad sacrificia, quæ offeruntur in Ecclesia, & cogitando de illis, offerant Deo sacrificia, quæ per Sacerdotes fiunt, possunt dici moraliter cooperari, & offerre omnia sacrificia, quæ offeruntur in Ecclesia. Sic Montesin. *in manuscriptis, disp.* 5. *de sacrif. Missæ. q.* 2. Philiber. *tr.* 3. *p.* 2. *c.* 6. *n.* 5. ex D. Tho, *q.* 82. *ar.* 6. & Sot. *in* 4. *dist.* 13. *q.* 1. *ar.* 6. Hurt. *lo. cit. diff.* 3. Lugo *disp.* 19. *nu.* 230. *pag.* 561. Villalobos *tract.* 8. *diff.* 6. *num.* 4. & alij.

QVÆSTIO IV.

An Possit hoc sacrificium pro omnibus viuis (hoc est in vtilitatem omnium viuentium) offerri?

AFFIRMANT Syluius, *à q.* 8. *vsque ad* 11. vt refert Huertos *tract. de sacrific. quæst.* 12. *fol.* 130.

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia certissimum est, solum posse offerri pro duobus generibus viuentium; videlicet, pro ipso Sacerdoti, qui offert, &

pro

pro tota Ecclesia militante; eiusque singulis membris. Hoc est, pro omibus fidelibus viuentibus, nô solum iustis, sed etiam peccatoribus; tam adultis, quam infantibus baptizatis; nam his, etiam prodesse potest sacrificium ad impetrãdam eorum sanitatem corporalem, rectam educationem, & vt ad debitã ætatis mensurã perueniant. Sic colligitur ex Trident. *Sess. 22. cap. 2. & can. 3.* Et ex Can. Missæ, vbi dicitur; *In primis, quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua Sancta &c.* Et docẽt omnes Doctores. Legatur Philibertus *tract. 3. de Ordine. par. 2. cap. 7. num 1.*

QVÆSTIO V.

An, Si Sacerdos excluderet aliquem fidelem à suo sacrificio, teneret factum?

AFFIRMAT, ex parte, Suarez *disp. 78. sect. 2.* Ait enim, quod duplex est effectus sacrificij: alter ex opere operato, nempe, remissio pœnæ temporalis in hominibus iustis; & iste (inquit) non daretur illi, quem Sacerdos excluderet. Alter effectus est per modum impetrationis, vt est auxilium, quod datur ad hoc, vt aliquis ad iustitiam, vel ad eius augmentum se disponat, & iste (ait) daretur illi, quem Sacerdos excluderet.

Ego vero probabilius Respondeo: Primo, in eo casu, grauiter peccare Sacerdotem, qui, quocumque modo, aliquem à generali oblatione, & applicatione sacrificij excluderet; Quia re vera, faceret contra ordinationem Ecclesiæ, & quodãmodo cõtra finem huius sacrificij. Secundo; Quod, dato casu, quod Sacerdos aliquem ab hac intentione, & oblatione generali, qua sacrificium, nomine Ecclesiæ, procunctis fidelibus offertur, excluderet; tunc exclusio nullo modo teneret factum, quia eo ipso quod generaliter omnibus applicet, operatur, ut Minister Ecclesiæ, ac impetrat, & offert pro omnibus, nomine illius. Secus esset dicendum, de applicatione particulari, quam proprio nomine potest facere Sacerdos, quia si ab hac, aliquem excludat, omnino tenebit factum. Sic Montesinos *in manu scriptis loc. cit. disp. 6. q. 2.* Granados *tr. 14. disp. 6. nu. 1.* & alij.

QVÆSTIO VI.

An Hoc sacrificium possit offerri directe pro Paganis, Idolatris, Iudæis, Turcis, Mauris, & Gentilibus?

AFFIRMANT Enriquez *lib. 9. cap. 15. num. 5.* Bellarm. *lib. 2. de Sacrific. Missæ, cap. 6.* Suarez *disp. 78. sect. 2.* Ægidius *quæst. 83. art. 1. dub. 9.* Bonacina *disp. 4. quæst. vltima, punct. 5. num. 4.* Layman *tract. 5. cap. 2.* Syluius *loco cit.* Sa. *Ver. Missa, num 40.* Lugo *disp. 19. num. 173. pag. 551.* Filliucius *tract. 5. n. 47. & 48.* Scortia *lib. 2. cap. 2.* Fagundez *prec. 1. lib. 3. cap. 12. pag. 196. num. 29. & 30.* Vbi agit de Cathecumenis. & *pag. 194. num. 22. 23. & 24.* Vbi agit de Infidelibus, licet, *num. 25. & 26.* fateatur esse contra vsum Eccles. offerre Missam directe pro infidelibus. Citat etiã Granad. pro hac parte, Azorium *par. 1. lib. 10. cap. 22. quæst. 1.* Sed non bene, cũ oppositum, non obscure doceat ibidem. Villalobos *tract. 8. diff. 7. num. 4.* Ludouicus *quæst. 6. de Eucharistia ar. 4. diff. 3. pag. 22.* ex Petro Ledesma *cap. 17. de Eucharistia.*

Sed probabilius Respondeo: Non posse, nec licite, nec valide, directe offerri sacrificium pro prædictis non baptizatis. Quia Eucharistia, in quantum Sacramentum, solum est instituta pro fidelibus baptizatis, (nec quid quam prodesset, si à non baptizatis susciperetur) Ergo in quantum sacrificium, solum potest offerri pro baptizatis, aut illis prodesse. Sic Vazquez *disp. 227. cap. 3.* Sotus *in 4. dist. 11. quæst. 2. art. 7. ad 2. & lib. 5. de Iustit. quæst. 2. ar. 2. ad 3.* Gabriel *lect. 34. in Can. Missæ.* Barth. ab Angelo *Dialogo 5. §. 489.* Azor *lo. cit.* Chamerota *de sacrif. Missæ dub. 12.* Granados *tract. 14. disp. 6. num. 3.* Philibertus *tract. 3. par. 2. cap. 7. num. 3.* Hurtado *disp. 2. cit. diff. 4.* Huertos *quæst. 12. fol. 137.* Lublinus *Ver. Missa num. 9. pag. mihi 540.* Machado *tract. 12. cit. docum. 5. num 3.*

Dicens, esse communem doctrinam.

QVÆSTIO VII.

An Hoc ſacrificium poſsit directe offerri pro Cathecumenis competentibus, hoc eſt, pro Cathecumenis, qui baptiſmum petunt, & nomen ſuum, Eccleſiæ dant, vt baptizentur?

AFFIRMANT omnes Authores quæſt. præcedenti, pro prima ſententia citati, præcipue Suarez *diſp.* 78. *ſect.* 2. & 79. *ſect.* 10. Lugo *diſp.* 19. *num.* 164. & Fagundez *loc. cit.* Enriquez *loco cit. lit. H. & I.* Qui citat Bellarminium, Turrianum, Rabbanum, & alios. Sed Bellarm. oppoſitum docet, loco ſtatim citando, vt Fagundez notat. Docent etiam hanc ſententiam Nuño 2. *par. huius tract. diff.* 5. & ni fallor, Machado *loc. cit. num.* 4. & alij.

Sed probabilius Reſpondeo: Non poſſe directe offerri pro Cathecumenis, ſiue incompetentes ſint, hoc eſt, qui baptiſmum, ſua culpa non petierunt, ſiue, cõpetentes, hoc eſt, qui iam petierunt illud. Quia, qui non eſt capax Euchariſtiæ, non poteſt eſſe capax fructus ſacrificij, ex opere operato: ſed Cathecumeni, non ſunt capaces Euchariſtiæ, cum nondum ſint baptizati: Ergo. Sic omnes Doctores pro noſtra ſententia nuper adducti. Et Bellarm. *lib.* 2. *de Purgat. cap.* 18. *ad* 3. & alij.

QVÆSTIO VIII.

An Offerri poſsit Miſſa pro Hæreticis rite baptizatis, excommunicatione Eccleſiæ ſecluſa?

NEGANT Gabriel Vaquez, & Hurtado *locis cit.* Eo quod Eccleſia nunquam offert ſacrificium pro illis.

Affirmant vero è contra, Bellarm. Suarez, Enriquez, Bonac, & Laymã, *locis cit.* & alij. Quia hæretici rite, & recte baptizati, ratione characteris baptiſmalis ſunt capaces recipiendi alia Sacramenta v. g. Confirmationis, Ordinis &c. (licet peccẽt recipiendo illa) Ergo etiam erunt capaces, vt pro illis hoc offeratur ſacrificiũ.

Sed ego clarius Reſpondeo: Poſſe quidem offerri Miſſam pro hæreticis rite, & recte baptizatis abſolute, & ſpectata cappacitate illorum, vt optime Authores ſecundæ ſententiæ. Non tamen poteſt offerri de facto, quia cum omnes hæretici ſint excommunicati, Eccleſia nunquam offert ſacrificium pro illis. Et id ſolum probat fundamentum primæ ſententiæ. Sic Villalobos *tract.* 8. *diff.* 7. *num.* 4.

QVÆSTIO IX.

An Poſsit Miſſæ ſacrificium vtiliter offerri pro Excommunicato non tolerato; hoc eſt, pro Excommunicato nominatim denuntiato, vel publici Clerici percuſſore?

AFFIRMANT Bonac. *de cenſuris diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 1 §. 3. Enriquez *lib.* 9. *de Miſſ. cap.* 15. *num.* 3. Azor 1. *par. lib.* 10. *cap.* 22. *quæſt.* 3. Suarez *de cenſur. diſp.* 9. *ſect.* 4. *num.* 3. Auila *de cenſur.* 2. *p. c.* 8. *dub.* 1. Ludouicus, ex Led eſma, *lo. cit.* & alij apud Bonacinam aſſerentes, ſacrificium Miſſæ à Sacerdote, nomine Chriſti oblatum, prodeſſe excommunicato cõtrito, & iuſto (licet alias offerens peccet) non vero oblatum nomine Eccleſiæ.

Sed probabilius Reſpondeo: Non licere. Quia excommunicatus, etiam per contritionẽ iuſtus, priuatur generalibus Eccleſiæ ſuffragijs, vt docent omnes Doctores cum Diuo Thom. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 1. Sed inter ſuffragia Eccleſiæ, præcipuum eſt ſacrificium Miſſæ: Ergo Excommunicatus, omni Miſſæ fructu, ex opere operato, priuatur. Sic Sot. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *ar.* 4. Silueſt. *Ver. excommunicatio* 1. §. 2. Nauarrus *cap.* 27. *num.* 18. & 36. Toletus *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 2. Quos citat, & ſequitur Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 2, Granados *tract.* 14. *diſp.* 6. *num.* 3. Hurtado *diſp.* 2. *de ſacrif. Miſſæ. diff.* 4. Optime Philibertus *tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 8. *à num.* 2. Huertos *tract. de ſacrif. Miſſæ quæſt* 12. *fol.* 139. & Vazquez *diſp.* 227. *cap.* 3. *num.* 26. & alij.

QVÆSTIO X.

An Saltem, liceat offerri hoc Miſſæ ſacrificium pro Excommunicato tolerato; hoc eſt, qui non ſit percuſſor Clerici, aut nominatim denunciatus?

AFFIRMANT omnes DD. quæſt. præcedenti, pro prima ſententia adducti, &

& ex adductis pro nostra, Fagundez *loc. cit. n.* 1. Qui citat (sed male, vt infra) Sotum *in* 4 *dist.* 1. *ar.* 6. *pag.* 106. Victor. *de excom. num.* 339. Toletum *lib.* 2. *cap.* 12 *num.* 2. Lopez 2. *par. vbi de Sacram. in genere cap.* 59. *col.* 18. *fol.* 85. Sanchez *lib.* 7. *de Matrim. disp.* 9. *num.* 8. Suarii *tom.* 5. *de cens. disp.* 11. *sect.* 4. *num.* 5. & alios. Affirmant tamen Nauar. *cap.* 27. *num.* 36 Hurtado *loc. cit.* Sayrus *de Censur. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 6. Huertos *loc. cit. fol.* 140. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 17. *diff.* 4. *fine* Lugo *disp.* 19. *nu.* 187. *pag.* 554. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non licere. Quia Ecclesia omnino excludit omnes excommunicatos ab interna suffragiorum communicatione. Nec Concilium Constantiense in *Constitutio. Ad euitanda scandala*, contrarium voluit; cum solum concesserit, vt possint fideles communicare cum excommunicatis toleratis, quatum ad externam conuersationem, vt in audienda Missa, in recitando officio diuino, & in alijs humanis negotijs. Sic Suarez *de censur. disp.* 9 *sect.* 2. *nu.* 17. *pag. mihi* 173. Sotus *dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 4. Nec oppositum docent hi authores *locis citatis*, à Fagund. Sicuti, neque Sanchez, Victor, Tolet. & alij: quia tantum affirmãt excommunicatos non vitandos, valide, & licitè posse Sacramenta administrare (de quo diximus 1. *par.*) Imo Sanchez *lo. cit. num.* 13. nostram sententiam supponere videtur, vt notat Lugo *loc. cit. num.* 186. Tenent etiam nostram sententiam Montesinos *in manuscriptis. loc. cit.* Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *quæst.* 17. *punct.* 1. Vazq. *in opusc. tract. de excommunicat. dub.* 1. Bonac. *disp.* 2. *de censur. quæst.* 2. *pun.* 1. § 1. & § 5 3. *nu.* 5. Filliuc. *tr.* 12. *cap.* 2. Auila 2. *par. de Censur. cap.* 1. *dub.* 1. Philibert. *loc. cit. c.* 8. *à nu.* 19. *pag.* 357. Qui male etiam citat Sanchez, pro opposita sententia.

QVÆSTIO XI.

An Saltem, in Memento *Missæ, possit Sacerdos orare pro excommunicato quolibet?*

AFFIRMATIVAM partem sustineri, esse scrupulosum, ait Sot. *dist.* 22. *quæst.* 1 *art.* . Quia Ecclesia videtur prohibuisse Sacerdotibus, ne inter sacrificandum pro excommunicatis orent.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Posse Sacerdotem, suo nomine, vel quatenus est priuata persona, secretas, & priuatas preces in Memento Missæ pro excommunicato effundere; licet non possit nomine Ecclesiæ, aut nomen excommunicati in eo, ita exprimere, vt audiri possit. Ratio est. Quia non prohibetur ab Ecclesia priuata oratio pro excommunicatis, sed solum publica, & quæ fit nomine Ecclesiæ. Sic Siluest. *Ver. excommunicatio* 2. §. 2. Nauar. *c.* 27. *n.* 36. *& tr. de Oratio. c.* 19. Suar. Bonac. Sot Sayr. Fagund. & alij quos citat, & sequitur Philibert. *lo. cit. num.* 13. Lugo *disp.* 19. *nu.* 185. Villalob. *loc. cit. diff.* 7. *num.* 5. & communis.

QVÆSTIO XII.

An Demum, sacrificium Missæ offerri possit, saltem indirecte, pro Idolatris, & alijs infidelibus non baptizatis, pro hæreticis baptizatis, & pro excommunicatis?

RESPONDEO: Posse indirecte, & sub generali quadam ratione, sed non imparticulari pro hoc, vel illo. Quia offerre Missę, sacrificiũ indirecte pro his personis, nihil aliud est, quã offerre sacrificiũ directe pro augmẽto Ecclesiæ, pace, & vnitate eiusdẽ, exqua, quasi per indirectũ, sequitur cõuersio in fideliũ. Itaque sacrificiũ Missæ directe offertur pro propagatione nostræ fidei, & ideo solum intenditur, perse, Ecclesiæ bonum; sed quia Ecclesiæ propagatio, pacificatio, & melioratio, nõ potest fieri absque infideliũ, hæreticorũ &c. conuersione, & reductione; ideo, quasi in directè, offertur Missa pro illis. Sic omnes DD. præcipue nuper citati. Legãtur Philiber. *tr.* 3. *par.* 2. *num.* 6. Bellarm. *lib.* 2. *de Missa, c.* 6. Azor, Fagundez, & alij penes ipsum.

QVÆSTIO XIII.

An Sacrificium Missæ offerri possit vtiliter pro damnatis?

AFFIRMAVIT Glosa *in cap. Tempus.* 13. *quæst.* 2. Asserens, posse offerri Missæ sacrificium, pro his, qui damnati sunt, ob leuiora, & pautiora peccata

(non pro his, qui ob plura, & ingentia crimina, damnati sunt) & tunc prodesse illis, non vt finiantur pœnæ, sed vt mitiores fiant. Refert etiam pro hac sententia, Sixtus Senens. *lib. 6. Biblioth. Sanct. annot.* 47. Diuũ Chrysostomum, & Damascenum, & pro eadem videtur esse Innoc. III. *in cap. Cum Marthæ. de celeb. Missa.*

Sed certissime Respondeo: Nec licite, nec valide, posse hoc sacrificium pro damnatis offerri. Quia sic habetur *in cap. Pro obeuntibus. 13. quæst. 2.* Et constat. Quia damnati, nec sunt membra Christi, actu, nec potentia: ergo Christus non influit in illos, tanquam caput: ergo hoc sacrificium non potest illis prodesse. Sic. S. Tho. *in 4. dist. 45. q. 2. ar. 1. q. 2. ad 2.* Vbi bene explicat D. Chrysostomum, & alios Patres. Nec Innoc. contrarium asseruit, quamuis noluerit suam mentem declarare. Sic cum D. Thoma sentiunt omnes Doctores, vt bene Suarez *disp. 78. sect. 3.* Azor *1. par. lib. 10. cap. 22. quæst. 6.* & alij.

QVÆSTIO XIV.

An Sacrificium Missæ offerri possit pro animabus Purgatorij defunctorum baptizatorum?

NEGANT Caluinistæ, & alij nostri temporis hæretici, quamuis fateantur, morem Ecclesiæ fuisse, in Missa commemorationem fieri mortuorum, qua supplicatur Deo, vt mortuos sanctorum cœtui coniungat.

Sed de fide certissimum Respondeo: Posse pro eis offerri; & eis maxime prodesse ad remissionem pœnæ, vt sic citius gloriã consequantur. Sic definitur in Trident. *sess. 22. cap. 2. & can. 3.* Et colligitur ex forma Ordinis Sacerdotalis, vbi sic dicitur: *Accipe potestatem offerendi sacrificium, tam pro viuis, quã pro defunctis.* Et tenent omnes Doctores cum D. Tho. *loc. cit.* Legantur Durand. *lib. 2. de ritibus Ecclesiæ Cathol. cap. 43.*

QVÆSTIO XV.

An Hoc Sacrificium prosit animabus Purgatorij, ex infalibili lege, & promissione Christi?

NEGANT Sot. *dist. 19. quæst. 2. ar. 4.* Cano *lib. 12. de locis. cap. 13. ad 9.* & Corduba *lib. 1. quæst. 3. opinio 4.* docentes, solùm prodesse illis ex liberalitate, & gratuita voluntate Dei, & ideo non infaliblliter.

Sed longe probabilius Respondeo: Prodesse illis ex lege infalibili, è diuina promissione orta. Sic Suarez *disp. 79. sect. 10.* Azor, Petrus Soto (& postea, etiam Soto) Nauar. Canis. Fagundez, & alij, quos citat, & sequitur Philiber. *tract. 3. par. 2. cap. 9. num. 11. pag. 358.*

QVÆSTIO XVI.

An Sacrificium Missæ, possit propriè offerri pro Beatis?

AFFIRMARE videtur Philiber. *loc. cit. num. 2. pag. 357.*

Sed Respondeo: Negatiue. Quia nõ potest offerri, vt illis sit propitiatorium; cum iam sint omnino liberi ab omni macula, & pœna. Potest tamen offerri Missam in gratiarum actionem, pro beneficijs in Sanctos collatis: Ad impetrandam illis maiorem gloriam, & venerationem interra. Ad impetranda eorum auxilia. Et tandem in honore eorum, idest, pro illorum victorijs. Sed hæc non sufficiunt (quidquid iudicet Philibertus) vt proprie dicamus offerri Missam pro tali Sancto: quia hoc videtur indicare indigentiam, & imperfectionem in illo pro quo offertur. Vt optime Lugo *disput. 19. numer. 192. pag. 555.* Azor *lib. 10. cap. 22. quæst. 5.* Et docent communiter Doctores. Cum quibus hic, vt possis calumniam hæreticorum, refellere, nota; hoc sacrificium minime ab Ecclesia offerri pro Sãctis, ad eos proxime colendos. Nam sacrificium est cultus Latriæ, qui soli Deo debetur. Vnde semper offertur Sanctæ Trinitati, vt ipsa postea Diuis tribuat maiorem gloriam accidentalem, & venerationem apud homines.

Et nos eorum intercessionem sentiamus,

DISPV-

DISPVTATIO TERTIA.

De Effectibus Sacrificij Missæ.

QVÆSTIO PRIMA.

An Sacrificium Missæ habeat aliquem effectũ, ex opere operato, ideſt, virtute ipſius ſacrificij, in diuina promiſſione fundatã?

NEGATIVAM ſententiam aſſeruiſſe Scotum, & Caietanum, ait P. Soto *lect. 7. de Euchar. fol. mihi 68.* Et etiam Philibertus refert pro hac parte Caietanum, & dicit, illum ſolum eam tenere. Sed ambo impo nunt hanc ſententiam Scoto, & Caietano; vt bene Suarez, ſtatim citandus.

Certiſsime ergo Reſpondeo: Affirmatiue. Quia ſic expreſſe colligitur ex Trident. *ſeſſ. 22. cap. 1. & 2.* Vbi dicitur, per hoc ſacrificium applicari nobis effectum paſsionis Chriſti; remitti ingentia peccata, & ſimilia: ergo cum hæc applicatio fiat exvi inſtitutionis Chriſti, neceſſario habebit virtutem ex opere operato; ſicut habent alia Sacramenta. Sic D. Thom. *q. 79 art. 5. & q. 82. ar. 1* vterque Soto, Scot. Caiet. Cano. Caſtro. Couarrub. Corduba. & Albert. quos omnes refert, & ſequitur Suarez *diſp. 79. ſect. 1* dicens, nullum Catholicũ huic ſententiæ contradixiſſe. Enriquez *lib. 9. cap. 13. n. 1.* Fagundez *præc. 1. lib. 4. cap. 1. n. 2.* Philibertus *tract. 3. par. 2. cap. 10.* Granados *contro. 6. tr. 14. diſp. 5. ſect. 1. pag. 1054* Lugo *diſp. 19. nu. 135. pag. 545.* & Machado *lib. 4. par. 1. tract. 12. docum. 2. nu. 3.* & alij.

QVÆSTIO II.

An Sacrificium Missæ habeat vim remittendi peccata mortalia, & conferendi primam gratiam?

NEGANT Cano *lib. 12. de locis. cap. 23. ad. 9.* Corduba *lib. 2. quæſt. 3. notab. 4.* Lindanus *lib. 4. Panoplię cap. 51. & 53.* Ayala *de traditio. par. 3. conſideratio. 5.* Quos referunt Suarez, Fagundez, & Philibertus; volẽtes, ſacrificiu, nec ex opere operato, nec impetratorie, aut vllo alio modo, conferre poſſe ad primam gratiam, & remiſsionem culpæ mortalis conſequendam.

Sed certiſsime Reſpondeo: Vere habere vim remittendi mortalia, & conferendi primam gratiam. Quia ſic habetur in Trident. *ſeſſ. 22. cap. 2.* vt, quæſt. præcedenti, diximus. Et docent omnes Theologi cõmuniter. Suarez, Vazquez, Granad. Hurt. Phillbert. & alij ſtatim citandi. Vnde ſolum poteſt eſſe difficultas, de pacto, quo prædictam mortalem culpam remittat, & auferat, pro qua ſit.

QVÆSTIO III.

An Sacrificium Missæ habeat vim remittendi mortalia, & infundendi primam gratiam, immediate, & ex opere operato ei, pro quo offertur, habenti tamen attritionem de illis?

AFFIRMATIVAM partem amplecti Albertum Phigium *contro. 5.* ait Gaſpar Hurtado, *diſp. 3. de ſacrif. Miſſæ ad finem. 1.* Et pro eadem parte referunt Philibertus *tract. 3. par. 2. cap. 10. num. 3. pag. 360.* & Machado *loc. cit. nu. 2. pag. 71.* Gabrielem *lect. 85. in Canon. lit. H. I. L.* & Petrum de Soto *lect. 7. de Euchar.* Ceterum ex omnibus his authoribus, ſolum P. Soto inclinat in hanc ſententiam; nam alij, oppoſitum tenent, vt infra. Citat etiam Azor, pro hac parte Catharinũ *in opuſc. de ſacrif. Miſſæ, & in epiſt. ad Hebr. cap. 10.* Et dicit probabile Ricard. *ar. 16.*

Sed certiſsime Reſpondeo: Nullomodo habere vim remittendi peccata immediate, & ex opere operato. Sed tantum mediate, & impetratorie; quia videlicet, per hoc ſacrificium impetrantur auxilia actualia, quibus ille pro quo oblatum eſt, elicit actum contritionis, per quam, cum voto cõfeſsionis, iuſtificatur. Ratio eſt. Quia immediate conferre primam gratiam, ex opere operato, eſt proprium Sacramentorum Baptiſmi, & Pœnitentiæ, quæ ſunt Sacramen-

cramenta mortuorum: ergo. Sic colligitur, haud obscure, ex Trident. *sess. 22. capit. 2.* Huius quippe, inquiens (*Sacrificij incruenti*) oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum pœnitentiæ concedit, crimina, & peccata ingentia dimittit. Et ex illo docét communiter DD. S. Thom. *dist. 12. quæst. 2. ar. 2. quæst. 2. ad 4.* Suarez *disp. 79. sect. 3.* Vazquez *disp. 228. cap. 2.* Cano, Corduba. Durand. Viguer. Enriquez, & Fagundez, quos citat, & sequitur Philibert. *lo. cit.* Azor, & Bellarm. quos citat, & sequitur Granad. *lo. cit. nu. 8.* Ægid. Lugo, Villalobos Petrus Ledesma, & Hurtado *lo. cit.* Sic etiam Gabriel *lo. cit. lit. L.* Vbi cum D. Thom. & ex illo, ait, quod Eucharistia, in quantum est sacrificium, peccata mortalia in eis, pro quibus offertur, delet, *non sicut causa proxima, sed in quantum gratiam contritionis eis impetrat.* Sic ille. Et sic Albert. Phigius. *Controuer. 5. cit. fol. mihi 153.* Vbi hæc verba profert: *Non tamen hæc, aut facientes, aut docẽtes, credimus, quod hæc sacrificij pro illis oblatio, ijsdem mereatur, ex opere operato, remissionem peccatorum, & vitam æternam, vt stulte imaginantur, & mendaciter nobis affingũt aduersarij.* Ita Albertus. Quod, & repetit *fol. 154. versu Quod Missa. Et ver. Tametsi.* Male ergo citantur hi DD. pro opposita sententia.

QVÆSTIO IV.

An Hæc impetratio auxiliorũ ad delenda peccata mortalia, sit infalibilis, & certa?

NEGANT Suarez *disput. 79. sect. 3. in fine* Vazquez *disput. 228. num. 21.* Necnon penes Ioannem Machado, vbi infra, Canus *lib. 12. de loc. cap. 13.* & Nuñus *3. par. tract: de sacrif. Missæ quæst. 1.* Ita etiam, Petrus Ledesma *cap. 17. de Eucharistia concl. 11.* Hurtado *disp. 3. diff. 1.*

Sed probabilius Respondeo: Esse infalibilem, & certam; si alias homo, pro quo Missa offertur, illam non impediat per obicẽ, habendo v. g. actualẽ affectũ ad ipsum peccatum, aut non habẽdo dolorẽ de illo; vel non attendendo, nec considerando hæc motiua, sed sit distractus ad alia. Sic Enriquez *lib. 9 cap. 13. §. 1. ad finem*, & apud ipsum, D. Thom. Sot. Cano Corduba, & alij. Sic etiam Philibertus *tract. 3. part. 2. cap. 10 num. 6. pag. 361.* Lugo *disp. 19. à nu. 143 pag 547.* & nisi fallor, Machado *docum. 2. cit. num. 3. pag. 71.* Fagundez *præc. 1. lib. 4. cap. 2. num. 19.* & alij.

QVÆSTIO V.

An, Sacrificium Missæ, per se, & ex opere operato, conferat augmentum gratiæ ijs, pro quibus offertur?

NEGANT Enriquez *lib. 9. cap. 13. nu. 4.* Suarez *disp. 79. sect. 4.* Vazquez *disp. 228. cap. 3.* Hurt. *disp. 3. diff. 3.* Bonac *disp. 4 quæst vlt. punct. 3. num. 5.* Nuñus *3. p. tract. de sacrif. Missæ quæst. 1. dub. 6. concl. 3.* Fagundez *præc. 1. lib. 4. c. 3. n. 2.* Lugo *lo. cit. num. 150.* Granados *tract. 14. disp. 5. nu. 11. pag. 1056.* & Villalob. *diff. 8. num 3.* Petrus de Ledesma *lo. cit. concl. 13* & alij.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Cõferre. Quia omnia Sacramenta conferunt, per se augmentum gratiæ sanctificantis: ergo, & hoc sacrificiu, quod est omnib⁹ Sacramẽtis perfectius. Sic S. Th. *3. p. q. 79. ar. 7. ad 2.* Sot. *in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. §. Isti omnes.* Vnde non recte Suar. citat pro se, eundem Sotum *in 4. dist. 11. quæst. 2. art. 5.* cum ipse pro nobis euidenter stet, vt fatentur, Enriquez, & Granados. Sic etiam Cano *lib. 12. de locis c. 12.* Corduba *lib. 1. quæst. 3. pag. 43.* Tolet. *lib. 2. c. 6. & 7.* Philibertus *lo. cit. à num. 7.* Qui etiam citat Valentiam *disp. 9. quæst. 2. punct. 1. prope finem, §. 22.* Enriquez, loco supra citato, & Petrum de Soto *lect. 7. de Eucharistia*, & bene, excepto vno Enrico, qui contrarium expresse tenet *lo. cit.* Machado *lo. cit. n. 4.* (Qui etiam, male citat pro hac parte Enricum Enriquez) dicens, hanc sententiam esse longe probabiliorem.

QVÆSTIO VI.

An Etiam, saltem per accidens, possit aliquando conferre primam gratiam homini, pro quo Missæ sacrificium offertur?

NEGANT DD. pro prima sententia *quæst. 5.* citati, præcipuè, Suarez, Vazquez, Fagundez, & Nuño, qui oppositum iudicant esse temerarium adminus.

Sed

Sed, probabiliter certe, Respondeo: Posse aliquando per accidens conferre primam gratiam, & remissionem culpæ mortalis his, pro quibus offertur, quando videlicet, eorum occulta est culpa, nec per confessionem, aut contritionem sublata. Sic expresse Valentia *dis.6.quæst.9.punct.* 1 §.22 *col.*1353.& alij apud ipsum. Philibertus,& alij, quæstione præced. pro nostra sententia citati.

QVÆSTIO VII.

An Sacrificium Missæ, per se, & ex opere operato, deleat peccata venialia?

NEGANT Suarez *disp.*79.*sect.*5. Vazquez *dis.*228.*c.*3. Azor *lib.*10.*c.*20 *q.*4. Ægid. Layman, Bonac. Adam, quos omnes citat,& sequitur Hurt. *dis.*3. *diff.* 2. Fagundez *præc.*1.*lib.*4.*c.*4. *num.*4. & apud ipsum, Lindan. Albert. Pighius, Ayala, Caiet.& Soto. Negant etiam Lugo *disp.*19. *num.*152. Granado *loc. cit.* Huertos *tract.de sacrif. Missæ q.*10 *fol.* 121. Villalob. *lo.cit. num.*3. Petr. Ledesma *c.*17.*de Euchar. concl.*11.& alij asserentes, solum mediate: hoc est, media impetratione auxiliorum ad contritionem perfectam, vel confessionem, quarum qualibet media, ipsa venialia, sicut & mortalia, delentur.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Delere ex opere operato, immediate, & per se; sicut delent Sacramenta. Quia hoc Sacrificium est ordinatum ex primaria institutione ad tollendos defectus amicorum, qui sunt venialia; vt constat ex illis Christi Dñi verbis: *Qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum*: Ergo immediate,& per se, illos delet. Adde, esse probabilissimum, quod Sacramentalia, virtute sua deleãt venialia (vt cum alijs docet Fagundez *præc.*1.*lib.*4.*c.*4.*num.*7.*& præc.*2. *lib.*2.*c.*1. *à num.*11.) ergo multo magis hoc sacrificium eandem virtutem habebit. Sic Enriquez *lib.*9.*c.*13 *num.*2. & apud ipsum, D. Thom. *q.*79.*ar.*7.*ad.*2. Palud. *dist.*12.*q.*1.*nu.*14. Sotus *ea. dist. q.*2.*ar.*7. Sebastian.*c.*21.*col.*6. Cano, & Corduba *lo.cit.* (Vnde non ita bene citat hos duos pro se Fagundez.) Sic etiam Valentia, & Nuño *lo.cit.* P. Navarra *lib.* 2.*c.*2.*num.*354. Philibert. *tract.*3.*par.* 2.*c.*10.*n.*18.& Azor (licet cum aliquali distinctione) *lib.*10.*c.*20.*q.*4.*col. mihi* 1253.

QVÆSTIO VIII.

An Hoc sacrificium remittat immediate, & per se, pœnas peccatis debitas, certò, & infalibiliter?

RESPONDEO: Remittere certò, & infalibiliter, si alias non adsit obex in eo, pro quo offertur. Sic colligitur ex Tridét. *sess.*22.*c.*2. *& can.*3. *& sess.*25. *decreto de Purgatorio.* Et constat: Quia hoc sacrificium per se est institutum ad purganda peccata, & remittendas pœnas pro eis debitas, vt late probat Lugo *disp.*19. *à n.* 154. Sic D. Thom. *q.*79.*ar.*5. & cum eo omnis Theologorũ Schola, Suarez *lo.cit. sect.*4. Vazquez *c.*3. Azor *lo. cit. quæst.* 5.& alij.

QVÆSTIO IX.

An Sacrificiũ Missæ prosit infalibiliter iustis defunctis ad pœnarum remissionem?

NEGANT Sot. *dist.*13.*q.*2.*art.*1. Cano 12.*de locis cap.*3.& Corduba *lib.* 1.*q.*3. Existimantes, non semper prodesse, sed prout Deo libet.

Sed, probabilius longe, Respondeo: Semper, & infalibiliter dictis defunctis prodesse ad eorum pœnæ remissionem. Quia Sacrificium Missę est institutum ad remissionem pœnæ, tam viuorum, quam defunctorum: ergo, cum alias, in ipsis animabus, non detur obex, sed potius cappacitas ad huiuismodi effectum, non est cur in eis hunc effectum certò, & infalibiliter non operetur. Sic Suarez *dis.*79.*sect.*1. Vazq. *dis.*228.*c.*4. Hurt. *disp.*3. *diff.*4. Philibert. *lo.cit.* Lugo *lo. cit. num.*154. Huertos *q.*10. *fol.*118. Fagund. *præc.*1. *lib.*4.*c.*1.*n.*10. *& sequent.*& communis.

QVÆSTIO X.

An Valor ex opere operato Missa, ideſt, respondens substantiæ sacrificij, & principali offerenti Christo Domino, sit infiniti valoris intensiue?

NEGANT D. Bonau. *in* 4. *dist.*45.*art.*3. *quæst.*3. Ricard. *quæst.*2.*art.*3. Durand.

rand. *q.* 3. *ad* 3. Maior. *q.* 2. Gabriel. *lect.* 27. Sot. *lib.* 9. *de iust.* Bellarm. *lib.* 2. *de Missa cap.* 4. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3 *c.* 6. *num.* 8. Qui profe refert Azorium, Toletum, Tabienam, Couarr. Enriquez, Palud. Adrian. & alios. Bonac. *disp.* 4. *q. vltim. pun.* 4. Layman *tract.* 5. *c.* 1. Ægid. *q.* 83. *art.* 1. *dub.* 10. *num.* 183. & alij, docentes, valorem ex opere operato Missæ esse finitum, & limitatum, & consequenter eius effectus esse limitatos, & finitos ad tot gradus, & non plures.

Sed probabilius Respondeo: Esse infiniti valoris, intensiue quoad sufficientiam; finiti vero, quoad efficaciam, & in actu secundo. Est enim infiniti valoris, quia potest conferre excellentiorem, & excellentiorem fructum, & effectum in infinitum sincathegorematice: finiti vero valoris quoad efficaciam, & in actu secundo, quia de facto, in singulis effectum finitum operatur. Ratio est: quia sacrificium illud est infinitum, in quo res oblata, & principalis offerens est infinitus: sed in hoc sacrificio, tam res oblata, quam offerens principalis est Christus, qui est infinitæ dignitatis: Ergo. Sic S. Thom. 3 *par*, *q.* 79. *ar.* 5. & ibi Caiet. Silvest. *V. Missa quæst.* 9. Canus 12. *de locis c.* 13. P. Soto *lo. cit.* Corduba *lib.* 1. *quæst.* 3. *concl.* 2. 3. & 4. Vazq. *dis.* 230. M. de Medina. Prepositiuus Herueus, Taper. Angel. Viguerius. P. Nauarra. Aragon, Nuño, Montagnolus Beja, & Ganantus, quos refert, & sequitur Philibertus *tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 12. *nu.* 3. *pag.* 366. Hurt. *disp.* 3. *diff.* 7. Huertos *quæst.* 6. & Granados *tract.* 14. *disp.* 4. *sect.* 2. *num.* 13. *pag.* 1049. & Petr. Ledesma *c.* 17. *de Euchar*, *concl.* 4.

QVÆSTIO XI.

An Hoc sacrificium oblatum pro pluribus, tantum prosit singulis, ac si pro vno quoque offerretur?

NEGANT D. Bonau. Scot. Ricard. Bellarm. & alij quæst. præced. pro prima sententia adducti. Quibus adiungi possunt, Nauar. *c.* 25. *nu.* 103. Valent. *disp.* 6. *q.* 11, *pun.* 1. §. 25. Salmeron, Scortia, Bonacina, Hieron. Llamas, & alij, quos refert Philibert. *lo. cit. c.* 13. *nu.* 4. Lugo *disp.* 19. *num.* 246. *pag.* 564. Præpositus, Mercerus, & Azor, apud Dianam 5. *part. tr.* 14. *resol.* 81. Machado *lib.* 4. *par.* 1. *tr.* 12. *docum.* 3. *num.* 5. & alij. Quia existimant; hoc sacrificium non habere virtutem infinitam extensiuam, & ideo oblatum pro multis, minus prodesse singulis, quam si pro paucis, aut pro vno solo offerretur.

Sed probabilius Respondeo: Tantum prodesse singulis, quam si pro vno quoque illorum dumtaxat offerretur. Ratio est. Quia hoc sacrificium est infiniti valoris, vt supra est habitum: ergo ex hoc quod applicetur pro pluribus, non minus vnusquisque participat, quam si pro vno solo applicaretur. Sic D. Hieron. vt refertur, in *cap. Mediocriter, de consec. dist.* 5 per hæc verba. *Cum pro cunctis animabus Psalmus vel Missa dicitur, nihil minus, quam si pro vno quolibet ipsorum diceretur, accipitur.* Sic Caiet. *quæst.* 79. *ar.* 5. Angel. Silvest. Cano. P. Soto, Corduba, Vazquez, Hurtado, & alij cit. quæst præcedenti, præcipue Philibertus *lo. cit. an.* 9. Qui optime id probat, ex D. Thoma, & ratione. Petrus Ledesma *concl.* 23. dicens, hanc sententiam esse multo probabiliorem.

QVÆSTIO XII.

An Omnes, qui offerunt, præter Sacerdotem, sacrificium Missæ, participent fructum illius, ex opere operato?

NEGANT Vazquez *disput.* 231. *cap.* 3. *num.* 12. Ægid. *quæst.* 83. *dub.* 9. *nu.* 162. Hurtado *disp.* 3. *diff.* 9. Lugo *disp.* 19. *num.* 233. & alij. Asserentes, non participare sacrificij fructum ex opere operato, nisi illos solos, pro quibus à Sacerdote offertur, & applicatur.

Sed probabilius Respondeo: Omnes offerentes, nempe Sacerdotem celebrantem, Diaconum, & Subdiaconum, & alios ministrantes, ac seruientes Missæ, & omnes circunstantes, & stipem dantes Sacerdoti, vt offerat, participare fructum sacrificij Missæ ex opere operato, etiamsi pro ipsis non offeratur. Dummodo sint in statu gratiæ. Sic Suarez *disp.* 79. *sect.* 8. Enriquez *lib.* 9. *de Missa cap.* 20. *num.* 2. Caiet. *tom.* 2. *opusc. tract.* 3. *quæst.* 2. Silvest. *ver. Missa* 1. *q.* 9. & alij apud ipsos.

QVÆS-

QVÆSTIO XIII.

An Sacrificium Missæ prosit existenti in mortali, non solum, quantum ad impetrationem auxiliorum, vt Deus eius misereatur; sed etiam, quantum ad remissionem pro debito pœnæ.

AFFIRMATIVAM sententiam docere Nauar. *c.19. de oratione. nu.73.* ait Suarez *disp.79 sect.10.* Sed male: Cum loquendo de fructu istius sacrificij, oppositum expresse, ibidem *num.74.* doceat, dum dicit; hoc sacrificium, ex opere operato, nullo modo prodesse ei, qui non est incorporatus Ecclesiæ per fidem, & charitatem. Vnde Nauarrum ab hac calumnia liberant Lugo, Philibertus, & alij.

Certissime ergo Respondeo: Non prodesse illi, quantum ad remissionem pœnæ. Quia ad percipiendos fructus huius sacrificij, supra memoratos, plures requiruntur conditiones. Prima Est; vt recipiens sit baptizatus. Secunda. Quod sit in via, sunt autem, etiam animæ existentes in purgatorio, cum adhuc in cœlum tendant. Tertia. Quod nullo sit censuræ vinculo irretitus. Et Quarta quod sit in gratia: ergo existẽtes in peccato nullos potest huius sacrificij cõsequi fructus ex opere operato. Est cõmunis omniũ sententia, quã tenet D. Th. *3.par.q.79.ar.7.ad 1.* & alij cum eo.

QVÆSTIO XIIII.

An Saltem, hic effectus satisfactionis impeditus, propter obicem peccati, reuiuiscat, & conferatur postea quando aufertur peccati obex?

NEGANT Suarez *disp. 79. sect. 10.* Vazquez *disp. 231.c.7.num.51.* Bonac. *disp.4.quæst.vltim.punct.5.nu.5.* Hurtado *disp.3. diff.12.* Lugo *disp.19. num.195.pag.556.* Fagundez *præc.1. lib.4.c.1.num.25.* Machado *lib.4. part. 1.tract.12. docum.6.num.3.* & alij communiter.

Sed æque probabiliter Respondeo: Cõferri postea oblato obice. Quia hoc sacrificium operatur adinstar Sacramentorum; sed hæc, secundum probabiliorem opinionem, recedente obice, producunt suos effectus ergo. Sic Nauar. *c.19. de horis Canon. à num.73.* Enriquez *lib. 9. de Missa cap.13.* Philibertus *tract.3. part. 2.c.11. à num.4.* Qui pro se refert Nauarra, Aragon, & Rodriguez.

QVÆSTIO XV.

An, Vt Missæ sacrificium prosit, sit necessaria actualis, vel virtualis deuotio, erga illud?

NEGANT Suarez *disp.79. sect.10. §. Tria vero.* Vazquez *dicto c.7.n.45.* Lugo *disp.19.num.196.pag.556.* Fagundez *loc cit.num.21. & 22.* Qui tamen male citat Caietanum *tom.2. opusc. tr. 3.quæst.2.* & D. Thomam, pro se, cum oppositum expresse teneant.

Sed probabilius Respondeo: Esse omnino necessariam. Primo. Quia id colligitur ex verbis Canonis: Et omnium circunstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, &c. Ecce vbi deuotio, tanquam necessaria ad fructum Missæ consequendum, præsuponitur. Secundo. Quia omnes causæ, tã physicæ, quam morales supernaturales producunt suos effectus, iuxta dispositionem maiorem, vel minorem subiecti, vt patet in Sacramentis, & docet Trid. *sess.6.c.7. de iustif.* Sed sacrificium est causa moralis, & supernaturalis habens virtutem ex opere operato adinstar Sacramẽtorum: ergo. Sic S. Thom. *quæst.79. art. 5.ad 3.* Caiet. *ibidem, & tom.2. opusc. loc.cit.* Silues. *V. Missa.* Sot. *lib.9. de iust. quæst.2. art.2.* Philibert. *loc.cit.cap.11. à num.10. pag.364.* Huertos *quæst.11. de sacrif. Missæ fol.126.* P. Ledesma *c.17. de Euchar. concl.6 pag.mihi 153.*

QVÆSTIO XVI.

An Maior deuotio illius, pro quo offertur sacrificium, faciat quod fructus sacrificij sit in eo maior?

NEGAT Suarez *loc.cit. §. Nihilominus.* Et sequitur Ægidius, *dub.9.nu.171. & 172.* saltem, quoad remissionem pœnæ temporalis.

Sed longe probabilius Respondeo; Affirmatiue. Quia, vt nuper est habitum, sacrificium Missæ operatur, iuxta maiorem vel minorem deuotionem, quam quis habet erga illud: Ergo quanto fuerit maior deuotio, tanto erit maior fructus in eo. Sic S. Thom. *loc.cit. & artic.7. ad 2. &*

in

in 4. *dist.* 45. *quæst.* 2. *ar.* 4. *quæst.* 1. Vazquez *disp.* 231. *c.* 7. *num.* 49. Lugo *disp.* 19. *num.* 200. Hurtado *disp.* 3. *diff.* 12. & alij Authores, *quæst.* 15. pro nostra ſententia relati.

QVÆSTIO XVII.

An Sacrificium proſit ei, pro quo Sacerdos ex iuſtitia. v. g. ratione ſtipendij, tenebatur offerre: an vero ei, pro quo de facto illud offert?

AFFIRMANT Scot. *quodlibeto* 20. §. *de ſecundo articulo.* & Gabr. *lect.* 26. *in can. lit. P. & Q.* prodeſſe ſcilicet, ei pro quo Sacerdos debebat offerre, nõ vero ei pro quo defacto offert.

Sed certiſsime Reſpondeo: Solum ei prodeſſe, pro quo defacto ſacrificium offert, quamuis ſit contra obligationem iuſtitiæ. Quia voluntas Sacerdotis, quam de facto habet, prævalet voluntati, quam ex contractu, vel promiſsione debebat habere. Sic Ledeſ. 2. 4. *q.* 16. *ar.* 14. *infine.* Vazquez *diſp.* 231. *c.* 6. *num.* 33. Lugo *diſp.* 19. *num.* 221. Hurtado *diſp.* 3. *diff.* 10. Suarez *diſp.* 79. *ſect.* 9. Ægid. *quæſt.* 83. *art.* 1. *dub.* 9. Layman *tract.* 5. *c.* 2. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *c.* 10. *num.* 3. Corduba *lib.* 1. *q.* 3. *opinio* 6. & alij.

QVÆSTIO XVIII.

An Etiam, Miſſæ ſacrificium proſit ei, pro quo Sacerdos Regularis obtulit; non illi, pro quo Prælatus offerre præcepit.

AFFIRMANT etiam Vazquez, Suarez, Lugo, Hurtado, Ægid. Layman, & Fagundez *loc. cit.* Huertes *q.* 9. *de ſacrif. Miſſæ pag.* 114. Diana 2. *par. tract.* 14. *reſol.* 72. Petr. Ledeſ. *c.* 18. *de Euchar. poſt.* 18. *concluſ.* Ludouic. *q.* 10. *de Euchar.* 7. *dub.* 2. *pag.* 236. Silueſt. *V. Miſſa* 1. *num.* 12. Angel *eo ver. num.* 36. Enriquez *lib.* 9. *c.* 21. *nu.* 6. Villalobos *tract.* 8. *diff.* 10. *num.* 2. & alij, docentes, validam eſſe applicationem Miſſæ, contra præceptum Superioris, licet valde illicitam.

Sed probabilius Reſpondeo: Non prodeſſe ei, pro quo Religioſus obtulit: ſed illi, pro quo Prælatus offerre iuſsit. Quia Prælatus optime poteſt reddere irritas intentiones ſubditorum, circa Miſſarum applicationes, ſicut poteſt annullare, & irritare omnia vota, & iuramenta eorum præter ſubſtantialia: ergo. Sic nouiſsime, late, & optime Philibertus *tract.* 3. *par.* 2. *c.* 33. Quaſi per totum, dicens eſſe communem Theologorum opinionem, citatque pro illa Silueſtrum *V. Miſſa* 1. *q.* 1. (Sed male illum citat) Scotum, & Gabrielem *loc. cit.* Armillam. *Ver. Miſſa nu.* 36. (etiam male) Honcalã *de valore Miſſæ art.* 10. Cordubam *lib.* 1. *q.* 3. *not. ab.* 5. Rodriguez *par.* 1. *cap.* 251. *num.* 1. Petrum de Ledeſma, (Martinum voluit ſcribere) 2. *par.* 4. *quæſt.* 16. *ar.* 14. Ioannem Baptiſtam Confectus *tit.* 19. *de diuin. offic. cap.* 3. Paulum Fraxinellum *de obligatio. Sacerd. ſect.* 7. §. 7. Aug. Barboſam, *de offic. & poteſt. Epiſcopi allegat.* 24. *num.* 28. Bartholomæum Gauanto *Commen. in rubr. Miſſalis part.* 3. *tit.* 12. & dicunt probabile Diana, & Ludouicus *loc. cit.*

(§)

DISPVTATIO QVARTA.

De Stipendio Miſſæ.

QVÆSTIO PRIMA.

An Licea t Sacerdotibus accipere ſtipendium pro Miſſa?

RESPONDEO: Non ſolum licere: verum habere ius ad illud exigẽdum, ortum, non ſolum ex iure poſitiuo, ſed ex ipſo iure naturali, vt conſtat ex verbis Chriſti Matth. 10. *Dignus eſt operarius cibo ſuo.* Et late probat Paulus 1. Cor. 9. his, quibus vtitur, exemplis. *Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?*

manducat? Qui ergo Altari seruit, de Altari viuere debet, vt eisdem Pauli verbis vtar. Potest ergo dari, & acceptari stipendium Missæ, non vt pretium, sed ad sustentationem totalem, aut partialem Ministri. Sic docent omnes Catholici, & praxis, & vsus eorum. Legantur D. Thom. 2.2. *quæst.* 100. *art.* 3. Suarez *de Sacram. disp.* 86. *sect.* 1. 2. & 3. & alij statim citandi.

QVÆSTIO II.

An, Sacerdotes diuites possint stipendium pro Missis suscipere?

NEGANT Siluest. *Ver. Simonia q.* 3. & Graffis *lib.* 11. *decis. aurear. c.* 96. *n.* 32. Et pro eadem sententia refert Suarez *disp.* 86. *sect.* 3. D. Thomã *in* 4. *dist.* 25. *q.* 3. *ar.* 2. *q.* 1. *ad* 4. Caietanum 2. 2. *q.* 100. *ar.* 2. Adrianũ *in* 4. *in materia de restitutio. fol.* 91 & Gratianum *in c. Pastores, §. verum q.* 2.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Posse. Quia vnusquisque, siue diues, siue pauper, meretur, iure naturali, sustentari ab illo, cui inseruit, & in cuius obsequio est occupatus: cum ergo officium præcipuum Sacerdotis sit Missam celebrare, si in vtilitatem alicuius illud officium exhibeat, iuste ab eo sustentationem potest exigere, & illum in pactum deducere. Sic S. Thom. *quod lib.* 6. *art.* 10. Soto *lib.* 9. *de iustitia q.* 6 *art.* 1 *concl. vlt.* Nauarr. *c.* 23. *nu.* 102. Gutier. *lib.* 1. *q. can. c.* 29. *nu.* 10. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 2. Qui & citat Caietanum pro hac parte, loco pro contraria citato à Suario. Et merito, quia, saltem ex parte, in hanc inclinat. Sicut & Adrianus, loco etiam citato à Suario pro opposita, *fol. mihi* 189. *V. ad* 4. & illam expresse docet. *Quod lib.* 9. *ar.* 1. Sic etiam P. Ledesma *c.* 18. *concl.* 11. Lugo *disp.* 21. *num.* 18. *pag.* 587. Suarez *lo. cit.* Hurt. *disp.* 4. *diff.* 14. & alij, quos citat, & sequitur Philibertus *tr.* 3. *p.* 2. *c.* 16. *n.* 7. *fol.* 373. Machado *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 12. *docum.* 8. *num.* 1.

QVÆSTIO III.

An Pro vna Missa, plura recipi possint stipendia?

AFFIRMANT absolute Dominicus Montagnolus, *in libello de Missæ valore cap.* 26. & Viguerius *in Theolog. institutionib. capit.* 15. §. 1. *vers. decimosexto.* Docentes, remoto sæcularium scandalo, posse sine peccato, quam plura stipendia à diuersis recipi.

Sed certissime Respondeo: Non posse pro vnica Missa, quæcunque stipendia suscipi, quoties illa, adminus, iusta, & sufficientia sint. Quia cum stipendium Missæ non detur, nisi ad Ministri sustentationẽ, non potest Sacerdos recipere ad summũ, nisi tot stipendia, quot sufficiant ad suam sustentationem. Sic Suarez, Vazquez, Aragon, Nauarro. Cordoba, & nouissime Philibertus *tract.* 3 *par.* 2. *cap.* 16. *num.* 9. Dicens, & merito, oppositam sententiam esse singularem, parum tutam, & nullomodo practicandam, vtpote, contra omnes Theologos.

QVÆSTIO IV.

An Saltem Sacerdos possit accipere pro vna Missa tot stipendia, à personis diuersis, quot sufficiant ad eius diurnam sustentationem?

NEGANT Nauar. *cap.* 25. *num.* 92. Suarez *disp.* 88. *sect.* 4. Vazquez *disp.* 234. *cap.* 2. Hurtado *disp.* 4. *diff.* 15. Azor *par.* 3. *lib.* 12. *cap.* 6. *q.* 2. Leisius *lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 5. *num.* 28. Filliuc. *tract.* 5 *cap.* 6. *num.* 188. Cruz, Molfesio, Ledesma, Naldo, & Miranda, quos omnes refert Diana *tr.* 14. *resol.* 8. Lugo *disp.* 21. *num* 27 *pag.* 588. Philibert. *lo. cit. num.* 18. & 19. & 22. Machado *loc. cit. docum.* 8. *num.* 2.

Affirmant vero è contra, Sotus *de iust. lib.* 9. *quæst.* 3. *art.* 1. & *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. Cano *de locis lib.* 12. *cap.* 13. *ad* 10. Montagnol. & Viguerius *loc. cit.* Angel Siluest. & Armilla. *Ver. Missa.* Horcada *de valore Missæ art.* 11. & 16. Rodriguez. *tom.* 1. *summ. cap.* 251. *concl.* 4. Henriquez *lib.* 10. *cap.* 12. *num.* 5. Petrus Nauarra. P. Soto, Samarinꝰ, Beia, Aragon, Chamerota. Caiet. & Graff. quos citat Philibert. *tr.* 3. *p.* 2. *cap.* 16. *nu.* 6. & 18. & Nuñus *in* 3. *part. tom.* 1. *quæst.* 83. *art.* 1. *dub.* 10. *concl.* 4. & æque probabile ac contrarium reputant Ledesma *c.* 18. *de Euchar. concl.* 8. Cruz *de sacrif. Missæ q.* 1. *dub.* 7. & Molfes. apud Dianã *loc. cit.* Et certe mihi hæc sentẽtia, non solum æque probabilis, sed probabilior videbatur ante decreta, quæ authoritate SS. Dñi

N. Vrbani VIII. edidit Sac. Cõgregatio Concilij; post illa vero, minime, cum, §. 3. sub obtestatione diuini iudicij; mandet, vt absolute tot Missæ dicantur à Sacerdotibus, quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint.

QVÆSTIO V.

An, Si petens Missam, non det stipendium integrum, iustum; vel lege taxatum, possit Sacerdos, à diuersis, tot parua stipendia suscipere, quæ iusto, vel taxato stipendio æquiualeant, & pro omnibus illis vnicam Missam offerre?

NEGAT Bonacina *disput. 4. quæst. vltim. punct. 7. §. 2. num. 8.* citans pro hac parte Suarium, *disput. 86. sect. 4. ver. vnde consequitur.* Vazquez *disput. 231. cap. 5.* Ægidium *quæst. 83. artic. 1. dub. 10. num. 193.* Enriquez *lib. 9. capit. 22. numer. 5.* Naldum *Ver. Missa numer. 13.* Et alios. Sed certe ex his Authoribus contrarium non nulli expresse docent, vt statim.

Affirmant vero è contra, Suarez *loco citato* ab ipsomet Bonacina pro se. Vazquez *loc. cit.* & clarius *disp. 234. capit. 3. numer. 18.* Sic etiam loquendo de Sacerdote paupere, Enriquez *loc. cit. in Gloss. lit. C.* Ægidius *loc. cit. numer. 194.* Rodriguez. Corduba, Angles, Nuño, Moure, Filliuc. Scorza, Fraxinell. Homobonus, & alij, quos affert Diana *tract. 14. resol. 7.* Granados *tract. 14. disput. 10. numer. 8. pag. 1070.* Licet aliqui horum, non concedant, si adsit expressa promissio dicendi Missam pro illo exiguo stipendio. Et hæc sententia fuit mihi longe probabilior, donec contrariam docuerunt eminentissimi Cardinales in suo decreto, §. 3. Et ita post illud, hanc docent Diana *loc. cit.* & 5. *part. tract. 13. resol. 52.* Lugo *disp. 21. num. 26. pag. 588.* & Philibertus *c. 21. pag. 395.* Licet nõ desint, apud illum, aliqui, qui prædictum decretum intelligant procedere solum in casu nuper expresso; nempe quando Sacerdos, non obstante tenui eleemosyna; ad integrum Missæ fructum ei applicandum, expressa sponsione se obligasset.

Sic Peyrinus *de Priuileg. tom. 3. capit. 1. num. 26.*

QVÆSTIO VI.

An Sacerdos, qui pro dicendis Missis stipendium suscepit, possit postea aliis Sacerdotibus dicendas dare, retenta sibi parte stipendij; & dato illis stipendio iusto, sed minori?

NEGANT Viguerius, P. de Ledesma, Nauarr. Corduba, Maior, Moure, Aragon. Lucio Ortiz, quos affert Diana *lo. cit. resol. 10.* Machado *tr. 12. cit. docum. 10. num. 2.*

Affirmant vero apud ipsum, Vazquez, Naldo, Homobonus, Fraxinellus, Sa, & Hurtado. Quibus adde Granadũ *loc. cit.* & Bonac. *lo. cit. pun. 8. n. 18.* Cum hac tamen conditione, vt Sacerdos, prius in se Missarum dicendarum à se, onus suscepisset. Affirmant etiam Suarez, Sotus, & alij apud Dianam, loquendo, non de omnibus, sed solum de Curatis. Ego olim omnibus id concedebam; modo, nullis, Quia oppositum docet Sac. Congregatio decreto suo *cit.* §. 5. Vt notant Diana, Machado, & Lugo *lo. cit.* Et rursus Diana *par. 6. tr. 8. resol. 10.* Vbi etiam post decretum Vrbani VIII. refert Bordonium *in Consil. Regular. resol. 25. num. 28.* docentem, non esse mortale, celebrare per tertium, retinendo sibi, partem stipendij.

QVÆSTIO VII.

An Sacerdos in diebus festis possit accipere pro vna Missa duplum eleemosynæ, quæ alijs diebus erogari solet?

AFFIRMANT Homobonus, apud Dianam *lo. cit. resol. 10.* & Bonac. *disp. 4. quæst. vlt. pun. 8 nu. 13.* & Congregatio Pœnitentiariæ Mediolanensis *dub. 7. de Missarum celebr.* Et nouissime Philibertus, etiam post decreta Congregat. Cardinalium, *part. 2. tract. 3. cap. 16. n. 2. pag. 384.* Quia, inquit, si licet augere stipem pro Missa solemni, etiam eidem licebit pro Missa diei solemnis.

Sed ego post illa decreta, oppositum Respondeo: Quia §. 3. c. ntrarium damnatur, vt bene Diana *loc. cit.* Machado *loc. cit. docum. 9. n. 1.* Qui citat pro hac parte Philibertum *c. 16.* (per errorem Typographi, est namq; 15.) *n. 21.* Sed non be-

ne:

ne: quia hic, non agit de diebus festis, nam de his, sermonem texuit, loco à nobis citato, vbi oppositam sententiam plane, vt vidimus, docet.

QVÆSTIO VIII.

An Sacerdos, qui per alium, Missã, quã, ipse, accepto stipendio, dicere debebat, celebrare facit; possit retinere partem stipendij, ex voluntate secundi Sacertis condonantis?

NEGANT Aliqui, apud Dianam *tr.* 14. *de celebratio. Missarum resol.* 13. eo quod Congregatio Concilij absolute dicat: *Debere integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem sibi retinere posse.*

Sed longe probabilius Respondeo. Posse, dummodo secundus Sacerdos libere, & sponte, illam partem condonet: non vero ex metu aliquo, quia fortasis alias nõ darentur sibi illæ, vel aliæ in futurum, Missæ, vel quid simile. Nam hoc pacto, Congregatio nullomodo id prohibet, cum Sacerdos, etiam absque stipendio, si velit, celebrare possit. Sic Cruz, Homobonus, Villalobos, & Hurtado, quos refert, & sequitur Diana *lo. cit.* & nouissime Lugo *disp.* 21. *n.* 32. *pag.* 589.

QVÆSTIO IX.

An Sacerdos possit applicare alteri, fructum Missæ specialissimum, id est, fructum, quem quilibet Sacerdos ex Missæ celebratione recipere solet?

NEGAT Bonac. *disp.* 4. *q. vlt. punct.* 8. *n.* 16. & ante illũ, Scot. & Gabr. quos affert, & sequitur Suarez *disp.* 79. *sect.* 9. *ad finem & disp.* 86. *sect.* 1. *in fine.* Possevin. *cap.* 2. *n.* 25. *pag. mihi* 24. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia omne opus bonum, non quatenus est meritorium, sed quatenus est satisfactorium, est applicabile alteri ab ipso operante; vt patet in ipsamet communione sacra, quam, tam laici, quam Religiosi solent pro alijs offerre: ergo multo melius poterit celebrans fructum specialem Missæ sibi proprium, alijs applicare. Sic Nauarr. *in man. c.* 25. *n.* 92. Enriquez *lib.* 9. *c.* 21. *n.* 7. Philiarcus, Aragõ, Nuño, Scorzia, Miranda, Gauant. Molfes. & alij, quos citat, & sequitur Philibert. *tr.* 3. *p.* 2. *c.* 16. *nu.* 8. *pag.* 385. Sic etiam Machado *lib.* 4. *p.* 1. *tr.* 12. *docum.* 3. *n.* 7. Hac ergo responsione suppositã, sit.

QVÆSTIO X.

An, Sacerdos possit duplex stipendium pro vnica Missa accipere, applicando vni personæ, partem solitam, & alteri personæ, suam partem?

NEGANT Nauarr. *de celebratio. Missarum, Consil.* 8. Suarez & Bonac. *lo. cit.* Homobonus *de examin. Eccles. tr.* 4. *c.* 13. *q.* 125. Gauant. *comment. in Rubr. Missalis p.* 3. *tit.* 12. *n.* 29. *Ver. Quilibet,* Item Diana 2. *p. de celebr. Missar. tr.* 14. *resol.* 80. *& p.* 5. *tr.* 14. *resol.* 45. *& p.* 6. *tr.* 6. *res.* 8. (Licet hic Author 2. *p. tr.* 14. *cit. resol.* 14. oppositum, probabile vocet; Nõ tenet, vt male vidit Machado *lo. cit.*) & Lugo *disp.* 21. *n.* 33. *pag.* 589. dicens, hoc esse citra dubium, post decretum Congregationis Cardinalium, per quod prohibetur, vnquam vnica Missa duobus stipendijs satisfacere.

Sed, adhuc probabiliter, Respondeo: Posse Sacerdotem duas pitantias accipere pro eadem Missa: vnam, quatenus applicat fructum Missæ medium, quem pro determinatis personis ex vsu Ecclesiæ celebrans offerre solet; & alteram, quatenus applicat alteri fructum sibi proprium, cui ipse renũtiat, & alteri cedit. Ratio est. Primo. Quia talis fructus, vt supra est habitũ, est applicabilis alteri: ergo optime poterit Sacerdos, pro obligatione applicandi huiusmodi fructum, aliquam pitantiam defunctam recipere. Secundo. Quia fructus Missæ specialissimus, id est, qui est proprius celebrantis, ad minus est æqualis satisfactionis cum fructu medio, imo & maioris, cum Sacerdos celebrans proximior sit sacrificio, omni alio, pro quo medium fructum applicat: ergo optime poterit Sacerdos, pro medio fructu applicare specialissimum fructum, sibi correspondentem pro illis, qui eleemosynam dedere. Sic Molfesius, apud Dianam *lo. cit. resol.* 14. Et post decretum Congregationis, Philibert. *tr.* 3. *p.* 2. *c.* 16. *à n.* 7. *vsq; ad* 16. Qui id docte, & late probat, & respondet Contrarijs. Barthol. à S. Fausto *tr. de Euchar. lib.* 2. *q.* 158. *& q.* 58. Peyrin. *de priuileg. to.* 3. *c.* 1. *n.* 25. Machado *doctũ.* 9. *n.* 2. *pag.* 78.

Imo, post idem decretum, hæc pars probabilis reputatur à Gauanto *loc. cit.* & ex parte tenet Filliuc *tract. 5. cap. 6. num. 181.* dicens, esse veram hanc sententiam, casu, quo Sacerdos partē trium Missarū sibi correspondentem applicet pro vna Missa debita. Et hoc dicit, etiam Nauarrum asserere; Sed falso: nam hic Author nullomodo id affirmat. Imo potius expresse negat *consil. 8. cit. & in man. cap. 92. num. 92. & 111.*

QVÆSTIO XI.

An Si quis det alicui Sacerdoti stipem pro Missa v. g. de B. Virgine, ad impetrandam à Deo aliquam gratiam, & alter det illi stipem ad satisfactionem pro defuncto; possit eadem Missa vtrique obligationi satisfacere, & illas duas pitantias pro eadem Missa recipere?

AFFIRMANT aliqui viri docti, quos, supresso nomine, refert Philibertus *lo. cit. num. 16.* in quam sententiam, etiam post decretum Congregationis, aliquantisper inclinat, & antea, eandem sententiam probabilem existimauit Petrus Nauarra, vbi infra.

Sed nunc, post præfatum decretum, certissime fere, Respondeo: Non posse vnica Missa vtrique obligationi satisfacere. Sic ante decretum docuere P. Nauarra *lib. 2. de restitutio. cap. 2. dub. 6. num. 243.* Rodriguez *1. part. summæ capit. 250. concl. 6.* Posseuinus *cap. 2. num. 25. pag. mihi 43.* Bonacina *disp. 4. quæst. vltim. punct. 8. numer. 15.* Qui refert Nauarrum *de celebrat. Miss. consil. 8.* & Suariū *disp. 79 sect. 12.* Qui licet eam aliqualiter indicent, expresse tamen, nec verbum de hac quæstione habent. Sic etiam Diana *part. 6. tr. 9. resol. 9.* &, ni fallor, Machado *loc. cit. num. 4.*

QVÆSTIO XII.

An Sacerdos, qui tenetur ad celebrandum in aliqua Ecclesia, loco, vel die, pro stipendio, redditibus, seu salario; possit aliud stipendium pro illa Missa accipere, & ei fructum sacrificij applicare?

NEGANT Bonac. *lo. cit. nu. 3.* Barbosa *de offic. Parochi. c. 11. n. 11.* Gauāt. *in com. ad Rubr. Miss. tom. 1. p. 3. tit. 12. n. 5.* & Diana *2. p. tr. 14. cit. resol. 80.*

Sed longe probabilius Respondeo: Posse, si alias dictus Sacerdos ratione Beneficij, Capellæ, Legati, seu salarij, non obligetur ad celebrandum pro alio, certis diebus, sed solum detur stipendium pro cultu Ecclesiæ, aut vt populus commode possit Missā audire; tūc enim nihil obstat ad hoc vt Sacerdos alienam eleemosynā pro applicatione Missæ accipiat. Sic Suar. Vaq. Fraxinell. Homob. Ludou. à Cruce, & alij quos affert, & sequitur Lugo *disp. 21. à n. 19. pag. 587.* Qui bene ostēdit, id non esse contra decretum Sac. Congregationis. Sic etiam Diana, sibi contrarius, *tr. cit. resol. 26.*

QVÆSTIO XIII.

An Sacerdos, qui, vt celebret, cogitur emere sacras vestes, candelas, &c. possit licite stipendia Missæ augere?

RESPONDEO: Posse. Quia alias esset peioris conditionis illis Sacerdotibus, qui nihil insumunt, nisi laborem celebrandi, & quia, detractis detrahendis, minima merces præfato Sacerdoti relinqueretur. Sic Philibert. *lo. cit. c. 15. n. 21. & c. 16. n. 20. pag. 387.*

QVÆSTIO XIV.

An Possit Sacerdos idem sacrificium offerre pro eo, à quo accepit eleemosynā, & simul pro alijs, ex charitate, gratitudine, aut liberalitate?

NEGABVNT omnes DD. negantes, sacrificium Missæ, tam secundum virtutem intensiuam, quā extensiuam, esse infinitā, quos retulimus supr. *disp. 3. q. 10. & 11.*

Sed probabilius Respondeo: Posse, non obstante obligatione offerendi pro alio, à quo salarium accepit. Quia cum Missæ sacrificiū sit infiniti valoris, æqualiterq; prosit, omnibus secundu cuiuslibet deuotionem, nec vnus ex participatione alterius in re minima lædatur, (vt supra est habitū) hinc est, quod, qui dedit stipendiū, vt pro illo offerretur, nō debet esse rationabiliter inuitus, vt pro alijs idem sacrificium ex charitate offeratur. Sic Philibert. *tr. 3. p. 2. c. 17. pag. 387.* Quā sententiā refert, & non reprobat Diana *p. 6. tr. 6. resol. 9.* Et merito: quia est fauorabilis animabus, præsertim Purgatorij.

QVÆS-

QVÆSTIO XV.

An Religiosi nostri, qui ex vi suæ Regulæ, & Constitutionum, tenentur certis diebus, offerre sacrificium pro defunctis sui Ordinis, pro Captiuis, & Benefactoribus, possint licite offerre idem sacrificium pro alijs, a quibus stipem acceperunt?

NEGABVNT consequenter Doctores supra citati.

Sed ego, etiã consequenter, Affirmatiue Respondeo: Quia Sacerdoti, solum prohibetur, offerre idem sacrificium pro multis, quibus ex iustitia, ratione stipendij accepti, tenetur, non vero prohibetur offerre pro vno ex iustitia, & simul offerre pro alio, ex sola liberalitate, vel charitate. Hoc enim ipsa Ecclesia aliquo modo præsupponit: si quidem idẽ sacrificium, quod in *Memento pro viuis*, obtuli pro Petro, qui ad celebrandum pro eo me conduxit; simul etiam pro defunctis, in *Memento pro mortuis*, præcepit offerre; ergo. Sic late, & docte Philibert. *lo. cit. à num. 3.*

QVÆSTIO XVI.

An Sacerdos, qui liberaliter promisit alteri vnum Sacrum, animo se obligandi; peccet mortaliter, promissum non implendo?

AFFIRMANT P. Nauarra *de restitutio. lib. 2. capit. 2. dub. 7. numer. 329.* & Bonacina *de contract. disp. 3. quæst. 11. punct. 1. numer. 8.* Et tenent, a fortiori, Nauar. *capit. 25. numer. 92.* Mart. de Ledesma, & Corduba docentes; illum, qui alteri promisit Missam liberaliter, & amicè, totam teneri sub mortali eã applicare.

Sed probabilius Respondeo: In nullo expropositis casibus peccare mort. Sed ad summum, venialiter, ratione fractionis dictæ fidei, aut alterius leuis. Sic Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 5. numer. 25.* Rodriguez, & Malderus, quos refert, & sequitur Diana *2. part. tract. 17. resolutio. 9. infine* Fagundez *præc. 1. lib. 3. capit. 8. numer. 12. & sequent.* Philibertus *loc. cit. cap. 18. pag. 389.*

QVÆSTIO XVI.

An Peccet mortaliter Sacerdos, qui acceptа eleemosyna, diu differt Missas celebrare?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia ex tali dilatione, non leue damnum infert illis, pro quibus celebrare debebat. Nam si pro defuncto purgante, offerre tenebatur, hic Missarum suffragio minime adiutus, molestissimis flammis detinetur. Si vero offerre debebat pro impetratione valetudinis alicuius infirmi (aut alterius beneficij temporalis) accidere potest, quod moriatur, antequam pro illo celebret, forsitam non moriturus, si pro illo, debito tempore celebrasset. Sic Silues. Angel. Petr. Nauarr. Naldo, Rodriguez, Cordubã, Reginald. Fagundez, & alij, quos citat, & sequitur Philibertus *tract. 3. part. 2. capit. 31. numer. 1.* Diana *2. part. tract. 14. resol. 25.* & Machado *docum. 9. cit. num. 3. pag. 78.* & communis.

QVÆSTIO XVIII.

Per quot Dies poterit Sacerdos, post acceptam eleemosynam, Missas differre, absque labe peccati mortalis?

RESPONDENT aliqui, quod per vnius mensis spatium. Alij vero, per spatium duorum mensium. Ita Philibertus *loc. cit. numer. 5. pag. 417.* P. Ledesma *c. 18. concl. 17.* Villalobos *tract. 8. diff. 18. numer. 2.* & Diana *tract. 14. cit. resol. 25.*

Ego vero, probabiliter Respõdeo: Posse differre illas, absque mortali peccato, per spatium trium mensium. Nisi aliàs, Missas petentes, maiorem celeritatem requirant. Ratio est. Quia Congregatio Concilij absolute *concedit, posse accipere nouas eleemosynas, eos, qui acceptis non satisfecerint, dummodo infra modicum tẽpus possint omnibus satisfacere*; tunc sic; sed spatium, non solum duorum, verum, & trium mensium, tanquam quid modicum reputatur, vt nos, in expositione nostræ Regulæ *cap. 45. fine* ex iure ostendimus: ergo.

QVÆSTIO XIX.

An, Quando Sacerdos non habet Miſſas, poſsit illas dicere pro illo, qui primo ſtipem dederit, quem Deus videt daturum?

AFFIRMANT Enriquez *lib. 9. de Miſſa capit. 24. numer. 2.* & apud illum, Salmanticenſes Theologi. Vega *lib. 2. capit. 41. caſu 5.* Rodriguez *in Summa part. 2. capit. 242. alias 252.* P. Nauarra *lib. 2. de reſtit. capit. 2. num. 372.* Aragon *2.2. quæſt. 85. art. 3.* Moure *par. 3. capit. 5. § 9. numer. 5.* Fraxineil. *de obligatio. Sacerd. ſect. 3.* Bonacina *diſp. 4. quæſt. vltim. punct. 7. § 5. numer. 3.* & alij. Quia tamen ſubdunt, id non eſſe in praxi approbandum, eo quod auaritiam ſapiat. Sed certe, non probe; quia ſi res iſta eſt iuſta, & hæc ſententia probabilis, cur non poterit in praxi ſequi?

Longe ergo probabilius, imo fere certiſsime, Reſpondeo: Non poſſe Sacerdotem Miſſas offerre, pro illis, qui poſtea poſtulabunt. Quia ſic decreuit Sacr. Congregatio Tridentini, ex mandato Clementis VIII. ſub die 15. *Nouembris* anno 1605. Cuius declarationem adducunt Cenedo *in qq. Canon. lib. 1. quæſt. 38. num. 8.* & Philibertus *tract. 3. part. 2. capit. 31. num. 10.* Et ita hanc ſententiam tuentur hi Doctores, & Anton. de Corduba *lib. 1. quæſt. 4. dub. 5.* Riccius, Cruz. Barboſa, Fagundez, Ægidius. & Filliucius, quos citat, & ſequitur Diana *2. part. tract. 14. reſol. 15.* Molfeſius *tract. 3. cap. 36. numer. 28.* Suarez *diſput. 79. ſect. 4. num. 3.* Homobonus, Lucas Pinellus, Dimas Serpi, quos citat, & ſequitur Philibertus *loco citato.* Qui tamen, male pro contraria ſententia citat Ledeſmam. & Reginaldum, cum hanc noſtram expreſſe doceant; ille, *in capit. 18. de Euchariſtia concl. 17 pag. mihi 176.* iſte vero; *lib. 27. capit. 17 n. 236. in fine.* Citat etiã male Gabrielem Vazq. loco ſtatim citando. Tenent etiam Layman *tract. 5. de Miſſa cap. 2. num. 13.* Machado *tract. 12. cit. docum. 11. num. 4.* & alij.

QVÆSTIO XX.

An Saltem, poſsit Sacerdos dicere Miſſas anticipate, pro intentione æditui, aut illius, qui ex officio ſolet Miſſas dicẽdas aliis dare; aut pro intentione amici, vel ſacriſtæ, qui ſolet Miſſas ascendas deferre?

NEGAT adhuc Ledeſma *lo. cit. §. Laſe gunda difficultad.* Vnde, male illum citat Machado, vbi infra, pro oppoſita parte. Affirmãt vero omnes alij fere DD. pro vtraque ſententia, nuper relati.

Cum quibus ego probabilius Reſpondeo. Poſſe quidem in caſu, quo amicus, ſacriſta, vel ædituus, habeat certas Miſſas dicendas. v. g. defunctorum, ita vt Sacerdos anticipate, iam ſciat eius intentionẽ, alias non. Sic Fagundez *præc. 1. lib. 3. c. 9. n. 8.* Huertos *q. 8. de Miſſa fol. 111.* Et in hoc ſenſu affirmant ſolum, Vazquez *lo. cit. diſp. 234. num. 22.* & Hurt. *diſp. 4. diff. 15.* Machado *lo. cit. nu. 2.* dicens, id eſſe certum.

QVÆSTIO XXI.

An Capellanus, qui bis, aut ter in hebdomade celebrare tenetur, poſsit Miſſas hebdomadis ſequentis anticipare; & dicere ſex in hebdomade præſenti?

NEGAT Petr. Ledeſma *c. 18. de Euch. poſt 17. concluſionem. Ver. Eſta autem* (vnde male citant illum, Diana *10. cit. reſol. 16.* & Machado *lo. cit.* pro oppoſita parte.) Negat etiam Moure, *p. 3. c. 5. §. 9. n. 5.* caſu, quo illæ Miſſæ iubeantur à fundatore Capellaniæ offerri pro viuis.

Sed longe probabilius Reſpondeo: Poſſe; Niſi alias in fundatione Capellaniæ oppoſitum exprimatur, vt ſi in ea diceretur: *Nulla in qualibet hebdomada ſacrificia Miſſæ omittantur.* Et ratio eſt: Quia anticipata ſolutio, nullomodo præiudicat, ſed prodeſt, creditori. Sic Riccius, Rodriguez, & Reginald. quos affert, & ſequitur Diana *lo. cit.* Cenedo, Vega, Aragon, Rodriguez, & Toletus, quos citat, & ſequitur Fagundez *præc. 1. lib. 3. c. 9. n. 1.* & 2. Bonacina, Barboſa, & P. de Nauarra, quos refert, & ſequitur Philibert. *tract. 3. part. 2. capit. 31. num. 10. pag. 418.* (Qui etiam male citat Petr de Ledeſma pro hac ſententia) Lugo *diſp. 21. numer. 44. pag.*

44. *pag.* 590 Huertos *quæſt.* 8. *de Miſſa fol.* 112. & communis

QVÆSTIO XXII.

An Vtilius ſit, curare ſibi Miſſas celebrari poſt mortem, vel ante mortem?

RESPONDEO: Vtilius eſſe, ante mortem celebrari. Quia Miſſæ, poſt mortem, ſolum ſunt ſatisfactoriæ animæ exiſtenti in Purgatorio; ſed dictæ pro viuenti, & ſunt ſatisfactoriæ, & meritoriæ: Ergo. Sic Philiber. *tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 34. *à num.* 1. Nauar. Barboſa, & alij ſtatim citandi, & eſt communis.

QVÆSTIO XXIII.

An Licita ſit conſuetudo (quæ apud multos viros pios viget) vt aliquis, tanquam mortuus iam ſit, exequias pro ſe, erecto tumulo, fieri curet, quibus ipſe præſens aſſiſtat?

NEGAT Layman *lib.* 5. *tract.* 5. *de ſacrif. Miſſæ, cap.* 2. *num.* 15. dicens; talem conſuetudinem eſſe ſuperſtitioſam, ideoque omnino tollendam.

Sed certiſsime Reſpondeo: Licitam, immo, & omnibus modis laudandam eſſe talem conſuetudinem. Tum quia maxime ad mundi contemptum, ad excitandum cæleſtium rerum deſiderium, & ad lenien-dum mortis timorem, deſeruit. Tum etiã quia id à ſanctis viris, ante aliquot ſæcula (vt ipſe Layman fatetur) factitatum legimus, vt à B. Alberto Magno, teſte Ferdinando Caſtello *in Hiſtor. generali S. Dominici, par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 46. Sic Nauarrus *lib.* 3. *conſil.* 6. *de celebra. Miſſar.* Zerola *in praxi Epiſcop.* 2. *par. Ver. Miſſa, pag. mihi,* 156. Auguſtinus Barboſa *in remiſsio. ad Trident. ſeſſ.* 22. *cap.* 12. Homobonus, & Lucas Pinellus, quos citat, & ſequitur Philiber. *loc. cit. nu.* 7. *pag.* 421. Notat tamen Zerola ex Nauar. *loc. cit.* Quod in hoc caſu, nõ debent dici orationes, quæ monſtrant aliquẽ iam eſſe mortuum, vt. v. g. *Inclina Domine.* Vbi dicitur; *Quam de hoc ſæculo migrare Iuſſiſti.* Quia committeretur mendatium in oratione.

QVÆSTIO XXIV.

An Sacerdos, qui ex fundatione, aut alio titulo, tenetur ad celebrandum in aliqua Eccleſia, vel Altari determinato, peccet mortaliter, alibi celebrando?

AFFIRMANT Enriquez, Nauar. Sotus, Azor. Zenedo, Zerola, Siluester, Tabiena, & alij, quos citat, & ſequitur Fagundez *prac.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 2. Rodrig. Graſſis, Homobonus, & Fraxinell. quos affert, & ſequitur Diana 2. *par. tract.* 14. *de celebr. Miſſar. reſol.* 29. Bald. Abbas, Ceualios, Beia, Gabantus, & alij, quos citat Philibertus *tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 24. *num.* 1. His addi poſſunt, ni fallor, Machado *tract.* 12. *cit. docum.* 15. *num.* 2. Nam licet contrariam ſententiam, mox referendam, in vltimo referat loco, huic tamen videtur ad hærere. Sed quidquid ſit de huius Authoris mente.

Probabilus ſic ſub diſtintione cum Lugo *diſp.* 21. *num.* 36. *pag.* 589. Reſpondeo: Nam vel teſtator determinauit illum locum, vel illud Altare, ob peculiarẽ cultũ illius loci: vel propter cõmodũ populi, vt poſsit ibi audire Miſſam, vel propter memoriam ſuæ familiæ, ad quam illa capella, vel altare pertinet. Et in his caſibus fatendum eſt, nõ poſſe abſque auctoritate illius, qui poteſt commutare vltimas voluntates fieri illam variationẽ loci, niſi id raro fiat; tunc enim non facile continget peccatũ mortale, propter parũitatẽ materiæ: imo ſi fuiſſet cum cauſa rationabili, non erit peccatum veniale: neque enim cenſetur fundator voluiſſe, cum tanto rigore obligare ſuum Capellanum. Si vero, ad nihil ſimile reſpexit fundator in deſignando illo Altari, facilius poterit excuſari à peccato graui variatio altaris, intra eandem tamen Eccleſiam; alioquin, ſi in alia Eccleſia celebrentur illæ Miſſæ videtur iam fieri in præiudicium prioris Eccleſiæ, cui acquiſitum fuerat illud ius. Sic Lugo. Et Lapus *allegat.* 33. *num.* 4. Dueñas *regula* 254. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 37. *num.* 5. Quos refert, & ſequitur Philibertus *loc. cit. n.* 2, Vbi ait, ſic fuiſſe reſolutum à Rota Romana per Card. Seraphi. 9. Octobris 1595. Bergom. legati.

QVÆSTIO XXV.

An, Si Capellanus, abſque diſpenſatione in Altari alio celebret, teneatur iterũ in Altari definito celebrare, & Miſſas omiſſas ſupplere, aut pro rata pecunia, aut fructus Capellaniæ pauperibus, aut hæredibus reſtituere?

AFFIRMANT Azor *par. 1. lib. 10. cap. 24. quæſt. 7. & par. 2. lib. 6. cap. 24 quæſt. 7.* Riccius *deciſ. 405. Ver. Praxis Capellan.* Fagundez *loc. cit. num. 2.*

Sed probabilius Reſpondeo: Non teneri, abſolute loquendo, etiam in caſu, quo Capellanus mortalem culpam committat. Quia huius modi Capellanus, ſolum violauit fidem, non iuſtitiam: Si quidem nõ priuauit teſtatorẽ debito ſacrificij fructu, qui in omnibus locis eſt æqualis valoris. Sic Poſſeuinus *cap. 2. num. 25.* Barboſa, Fraxinellus, & Bonac. quos citat, & ſequitur Philibertus *loco citato, numer. 7. pag. 402.* Machado *lo. ci. docum. 15. n. 3.*

QVÆSTIO XXVI.

An Quando Eccleſia, vel Altaria deſignata à teſtatore, inueniuntur impedita, itavt in eis celebrari non poſsit, teneatur Sacerdos, die illa, alibi celebrare?

AFFIRMANT ãbſolute Sa *Ver. Miſſa. n. 47.* Azor *par. 1. lib. 10. cap. 24. quæſt 8. & 2. par. loc. cit.* Bonac. *diſp. 4. quæſt. vlt. pun. 7. §. 4. num. 3.* Naldes *Ver. Miſſa num. 3.* Moneta *de commut. volunt. cap. 20. quæſt 5 num. 242.*

Sed, iuxta nuper dicta, ſub diſtinctione probabilius Reſpondeo: Non teneri quidem alibi celebrare, ſi teſtatoris intentio principalis fuit, quod in tali Eccleſia, vel Altari, celebraretur, ob venerationem talis Sancti, aut loci, ſecus vero, ſi teſtator intenderet fructum ſacrificij, aut cultum Dei; quia in hoc caſu, debet in alia Eccleſia, vel Altari celebrare. In dubio autem, præſumendum eſt, hanc intentionem, teſtatorem habuiſſe. Sic Galletus, & Barboſa, quos citat, & ſequitur Philibertus *loc. cit. nu. 9.* & Lugo *diſp. 21. nu. 42. pag. 590.*

QVÆSTIO XXVII.

An, Si Altare ſignatum à teſtatore, non eſt priuilegiatum, poſsit Sacerdos celebrare in alio Altari eiuſdem Eccleſiæ priuilegiato?

RESPONDEO: Poſſe. Si alias teſtator in deſignando primo Altari, non reſpexiſſet ad cauſas ſup. *quæſt. 26.* enumeratas. Sic Lugo *num 37.* Qui etiam bene, *num. 38.* addit, idem dicendum: quando Sacerdos inuenit occupatum Altare, in quo debeat celebrare, ab alio Sacerdote; tunc enim abſque peccato, ſaltem graui, poterit celebrare in alio Altari eiuſdem Eccleſiæ

DISPVTATIO QVINTA.

De Diebus, quibus liceat, & teneantur Sacerdotes ad celebrandam Miſſam.

QVÆSTIO PRIMA

An Simplex Sacerdos, qui, ſine legitimo impedimento, nunquam in anno celebrat, peccet mortaliter, ſi alias, nec adſit ſcandalum, nec contemptus; & communicet in Paſchate?

NEGANT D. Bonauen. *in 4. diſt. 2. par. 2. artic. 2. quæſtion. 2.* Alenſis, Gabriel, Ricard. Palac. Ledeſma, Victoria, & Caietanus, quos refert Suar. *diſp. 80. ſect. 1.* Qui & dicit, eſſe probabile. Negant etiam Bonac. *diſp. 4. quæſt. vltima, pun. 7. nu. 10.* Diana *1. par. tract. de Celebratione Miſſar. reſol. 19.* Lugo *diſp. 20. ſect. 1. num. 2. & 13.* Ludouicus *q. 111. art. 1. diff. 1. pag. 240.* Granados *tract. 14. de Euchar. diſp. 10. num. 1.* Roſella, Petrus Soto, Speculum conſciẽtiæ, & alij, quos refert Fagundez *præc. 1. lib. 3. cap.*

15.*num*.1.Philibert. Vbi infra, *num*.6. & 8. licet sibi contrarius: quia existimant,cessante scandalo,& contemptu,nullo modo peccare lęchaliter,etiam si nunquam sacrificet.

Sed probabilius Respondeo: Adhuc cessante scandalo(quod hodie vix potest, vt fatetur Lugo) & contemptu, peccare mortaliter,si nunquam in anno celebrat. Colligitur *ex cap. Dolentes, de Celebratione Missar.* & docent D.Thom.3.*par. quæst.*82.*ar.*10.Nauarro *cap.* 25. *nu.*88. Suarez, Enriquez, Azor, Durand. Soto, Palud.Catharinus,Siluest.Angel.Summa Confess.Astensis,Tabiena, Armilla, Mayor,& alij,quos citat,& sequitur Fagund. *lo.cit.num.* 3. Sic etiam Vazquez *disp.* 232.*cap*.1.Ægid.*quæst.*83.*ar.*2,*dub*.1. Valentia *disp.*6.*quæst.* 10.*punct*.3. Tolet us *lib*.2.*cap*.3.Layman *cap*.3.& Hurtado *disp*.4. *de Sacrif.Missæ diff.* 1. Iaonnes de Cruce *par.* 2. *de Sacrif. Missæ*, *quæst.* 1.*dub*.2.Villalobos *tract*.7. *dub.* 49. *num*.1. Lublinus *Ver. Missa num.*8. Huertus *tract. de Sacrif. Missæ*, *quæst.* 13 *fol*.142.Nuño *quæst.* 82.*ar*.10. Gauant.3.*par. tit*.12. *nu.*6. Machado *lib.* 4.*par*.1.*tract*.11.*docum*.9.*num*.1.Philibertus,*tract*.3.*par* 2.*cap*.36.*num*.5. Vbi ait; secundum veriorem sententiam, non esse absoluendum illum Sacerdotem, qui,saltem, quater in anno nolit celebrare. Inclinat etiam in hanc partem Petrus Soto *lect*.13.*de Eucharistia infine*, licet subdubitans, ait enim: Non auderemus itaque à graui peccato liberum credere hoc omittentem:mortale vero, an veniale sit, Deo relinquimus.Sic ille. Vnde,ad minus, male citatur á Fagundez pro sententia contraria.

QVÆSTIO II.

An Sacerdotes ratione Sacerdotij teneantur, in aliquibus determinatis anni diebus celebrare?

AFFIRMANT plerique, non tamen consentiunt,in quibus.Nam in primis Nauar *in manu. c.* 25.*n.*88. dicit, illos teneri ad celebrandum ter,aut quater in principalibus festis anni,in quibus Laici religiosores (non religiosorum,vt male intellexit Hurtado) communicare solent.

S. verò Thom. S. Anton.Siluest.Sot. Lublinus,& Gabriel, aiunt; teneri in præcipuis festiuitatibus anni, & maxime in illis diebus,in quibus fideles communicare consueuerunt. Paludanus autem, & Mayor docent,illos teneri,in Natiuitate Domini,in Resurrectione, &Pentecoste,nec non,in Assumptione Virginis, & in festiuitate Omnium Sanctorum. Sic etiam fere Fagundez *loco cit.num.*6. Denique Nuño, quem sequi videtur Huertos *loc. cit.* docet, Sacerdotem, non esse securum in conscientia,si non celebret decē,aut duodecim vicibus in anno.

Sed æque probabiliter Respondeo: In nullo determinaro die ad celebrandum teneri, licet ter; saltem, in anno ad celebrandum teneatur, quibuscumque diebus id fiat. Sic Sot. *dist.* 13. *quæst*.1. *ar.* 10. Vazquez, Azor, Enriquez, Tolet. & alij, quos sequitur Hurtado *disp.* 4. *diff.* 1.& etiam Gauant. *loc.cit*.Imo Lugo *disp*.20 *n*.13.docet,ita esse dicendum ab Authoribus, qui sustinent nostram sententiam, præcedentis quæstionis relatæ. Sic etiam Philibert.*de Ordine tract*.3.*par*.2. *cap*. 36.*numer*. 5. Vbi hanc nostram opinionem, veriorem, tutiorem, & communiorem vocat: licet, *num*.8.*sequenti*,in oppositum, nescio quo fundamento, inclinet.

QVÆSTIO III.

An Parochi teneantur, singulis diebus, per se, vel per alium, celebrare? saltem,si sint Parochiani, qui ex deuotione Missam audire velint?

AFFIRMANT, in hoc casu, teneri ad celebrandum Sot.Vazquez, & Hurtado *locis citatis*,& aforiori, quidam Canonistæ,qui,vt referunt Diuus Anton.3.*par titulo*. 16.§.12.& Siluester. *Ver. Missa*. 1.*quæst*.7. absolute asserunt,teneri omnes Sacerdotes ad celebrandum quotidie.

Sed probabilius Respondeo: Adhuc in eo casu, secluso scandalo, non teneri. Quia nulibi hoc in iure expressum est. Sic Fagundez *præc*.1.*lib*.3.*cap*.15.*num*.7. Posseuin.*cap*. 2.*num*.2. Philibertus *tract*.3.*par*. 2.*cap*.30. *num*. 1.

(§)

QVÆS-

QVÆSTIO IV.

An Saltem teneatur Parochus celebrare, per ſe, vel per alium, omnibus feſtis, quibus Populus tenetur audire Miſſam?

RESPONDEO: Teneri. Inſuper, & quoties neceſſarium fuerit Populo; vt quoties danda eſt benedictio nuptialis, quæ datur cum Miſſa; & quoties ſepeliendum eſt mortuum cum Miſſa, & hoc ſub mort. Sic Suarez, Sot. Azor *locis citatis*, Poſſeuin. *loc. cit. num.* 2. & alij communiter, vt videre eſt apud Barboſam *de poteſt. Epiſcopi to.* 2. *alleg.* 24. *num.* 22. *& de poteſt. Parochi cap.* 11. *nu.* 5. Dianam 2. *par. tract.* 14. *reſol.* 26. & alios.

QVÆSTIO V.

An, Iure Diuino, teneatur Parochus ad applicandum Miſſæ Sacrificium pro ouibus?

NEGAT Lugo *diſp.* 21. *num.* 19. *pag.* 587. dicens, eſſe communem ſententiam, & Machado *lib.* 4. *par.* 2. *tract.* 3. *docum.* 1. Qui refert pro ſe Vazq. 3. *par. diſp.* 234. *cap.* 6. Nauarrum *cap.* 25. *nu.* 92. Suarium *tom.* 3. *diſp.* 86. *ſect.* 1. Naldum *Ver. Parochus num.* 18. Dianam *loc. cit.* & alios. Sed an omnes bene, infra apparebit.

Sed probabilius Reſpondeo: Teneri interdum. Quia ſic habetur in Trident. *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 1. per hæc verba: Cum præcepto Diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarũ cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre &c. Sic Concil. Et ſic omnes Doctores, licet inter illos diſſenſio ſit, in determinando, quibus diebus ad hoc Parochus obligetur. Nam Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 2. *ar.* 2. *& de Iuſt. lib.* 9. *quæſt.* 3. *art.* 1. docet, teneri ad quotidie ſacrificandum pro populo. Bonacina *diſp.* 4. *quæſt. vlt. punct.* 7. *infine*, teneri, ſaltem, diebus Dominicis; aut ſemel in hebdomada. Nuñus denique, *quæſt.* 83. *art.* 1. *par.* 3. *dub.* 9. *concl.* 2. affirmat, in aliquibus Hiſpaniæ locis, eam vigere conſuetudinem, vt Parochus, ſingulis diebus Dominicis, & feſtis offerat pro populo; in alijs locis, ter in hebdomada; in alijs ſingulis, diebus.

Ego vero probabilius Reſpondeo: Sufficere ſolemnioribus feſtis pro populo offerre ad adimplendum diuinum præceptũ à Trident declaratũ, niſi alias vrgeat alia conſuetudo. Sic Philibertus *tract.* 3. *par.* 2 *cap.* 30. *num.* 2. *pag.* 415. Vbi pro ſe citat Mayorem *in diſt.* 25. *quæſt.* 3. *dub.* 3. Enriquez *lib.* 9. *cap.* 22. § 6. Suar. *diſp.* 86. *ſect.* 1. *Verſ. de beneficijs*, Vazquium 3. *par. diſp.* 234. *cap.* 6. Naldum *Ver. Parochus num.* 18 (Quos tres vltimos citauit, ſed non ita bene, pro ſe Machado) Ægidium *quæſt.* 83. *ar.* 1. *dub.* 11. Reginal. *lib.* 23 *num.* 238. Gauantum *comment. in Rubric. Miſſal. par.* 3. *tit.* 12. *nu.* 27. & alios.

QVÆSTIO VI.

An, Neceſſarium ſit aliquando Miſſam cum Diacono, Subdiacono, & Accolytis ſolemniter celebrare?

RESPONDEO: Affirmatiue, ob multas rationes, quas reddit Suarez *diſp.* 87. *ſect.* 1. per hæc verba: An vero neceſſe ſit, Miſſam interdum fieri cum hac ſolemnitate, id quæri poteſt. Et dicendum videtur in primis, non eſſe neceſſarium ita ſemper fieri, vt conſtat ex vſu Eccleſiæ, & ex facto etiam Chriſti Domini. Deinde, ſatis eſſe conſentaneum Iuri etiam diuino, vt interdum ita fiat: non enim, ſine cauſa diſtincti Ordines inſtituti ſunt, Diaconatus, Subdiaconatus &c. Sed, vt eorum munera exerceantur: maxime autem exercentur in his Miſſis ſolemnibus. Itẽ hoc multum refert ad ſplendorem, & ſolemnitatẽ Eccleſiaſticorum Officiorum, & ad maiorem reuerentiam huius ſacrificij, & ad differentiam feſtiuitatum, vt cum maiori, vel minori pompa, & ſolemnitate fiat; ac denique; ad populi inſtructionem, & deuotionem excitandam. Sic Suarez. Et ſic omnino Petrus Ledeſma *de Eucbar. cap.* 26. *concl.* 3. *pag. mihi* 141. addens; Que ſeria muy mal echo, que no ſe diga Miſſa algunas vezes con eſta ſolemnidad. Ludouicus de S. Ioan, qui, licèt ſit ex Diſcalceatis Diui Franciſci, tamen *quæſt.* 11. *de Euchar. art.* 26. *diff.* 2. *pag. mihi* 287. hæc habet verba: Muy conforme es al derecho Diuino, que ſe haga algunas veçes con eſta ſolemnidad, porque de otra ſuerte fuera inutil la inſtitucion de Ieſu Chriſto Señor nueſtro, de diuerſos ordenes para el miniſterio del Altar. Item porque eſto pertenece grandemente a la authoridad de

de la Miſſa, y deuocion del pueblo. Hæc ille. Et bene: Nam præcipuas,& ſolemniores feſtiuitates,ſic celebrare, non eſt diſonum,nec extraneum Diſcalceatis,quin potius conueniẽs. Nam obſeruare id, quod conformius eſt iuri diuino, ſacrificij authoritatem augere;populum ad deuotionem allicere,maxime congruit. Et ſic in comitio quodam generali, cum poteſtas daretur huius rei ſuadendæ, & diſuadendæ, magna voce;& bono latere ſuaſi;ſed ſuffragium noſtrum tenuc fuit. Eia, Faxit Deus.

QVÆSTIO VII.

An Diaconus, & Subdiaconus teneantur ſua officia,aliquando exercere?

NEGARE Videtur,licet obſcure, Petr. Ledeſma *loc.cit.*

Sed probabilius Reſpondeo: Teneri, ſaltem ſub veniali. Quia alias haberent characterem otioſum.Sic Nuño,Ludouicus,& Hurtado *locis citat.* Et certe id nõ obſcure colligitur ex Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.*13.Sic dicente: Promoti ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem,ſi per annum ſaltem,in eo non ſint verſati, ad altiorem gradum, niſi alind Epiſcopo videatur, aſcendere non permittantur. Sic Concilium.

QVÆSTIO VIII.

An Miſſa debeat quotidie celebrari,ſub mortali,in omnibus Eccleſijs Cathedralibus,Collegiatis,& Conuentualibus?

NEGAT Victoria *num.mihi* 95.per hęc verba: Quos autem obliget præceptum illud,de quo in prima propoſitione. Canoniſtę dicunt, quod Eccleſias Collegiatas,& Rectores earum; Ita quod ſi eorũ defectu, non dicatur aliquo die Miſſa, peccarent mortaliter;ego credo,quod nõ eſt peccatum mortale. Sic ille.

Sed,ego longe probabilius, Reſpondeo: Debere; alias peccare mortaliter Prælatos talium Eccleſiarum, ſi ſaltem vnam Miſſam quotidie in eis celebrari nõ curent.Sic Sot.Vazquez, & Hurtado *loc. citatis*, Fagundez *præc.*1.*lib.*3.*cap.*15. *num.*9.Filliuc.*tract.*5.*cap.*4.*num.*104. Layman *lib.*6.*tract.*5.*cap.*3.*num.*3.& Diana 1.*par.tract.*14.*reſol.*76. Huertos *quæſt.*13.*fol.*146. Philibertus *tract.* 3.*par.*2.*cap.*30.*num.*5.*pagina* 415.

QVÆSTIO IX.

An In Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis,quando caſus occurrit, debeãt cantari duæ Miſſæ,vna deſeſto,& alia de feria?

NEGAT Caſtaldus *lib.*2.*ſect.* 6.*cap.*3. *num.*20. quem refert, & ſequi videtur Diana *loc.cit.*

Sed,longe multo probabilius, Reſpondeo:Debere, & ſub mortali. Quia ſic declarauit Sacra Rituum Congregatio,vt refert Gauant.*tom.*1.*par.*3.*tit.*11.*num.*8. Et tenent ipſe, & apud ipſum, Homobonus, Petrus Moneta, & Traxinellus;& tenet etiam Philibertus *loc.cit.*

QVÆSTIO X.

An In Eccleſijs Regularium debeant etiam cantari duæ Miſſæ, quando occurrit caſus ſicuti, in Eccleſijs Collegiatis?

AFFIRMARE deberent, iuxta declarationem adductam Emminentiſ. Cardinalium,qui affirmant, Eccleſias Regularium dici Collegiatas. Hi autem ſunt Caſtaldus *lib.*2.*cap.*26.*num.*3.*pag.mihi* 102.Portel.*Ver.Miſſa,num.*7.& alij: non tamen audent. Audet tamen id aſſerere Zipeus, apud Dianam *par.* 6.*vbi infra.*

Sed Certiſsime Reſpõdeo:Nõ debere. Quia Eccleſiæ Regularium non dicuntur Collegiatæ; vt probant Rodriguez *tom.* 1.*quæſt.*43.*art.*12.Villalobos *tractatus* 8.*diff.*19.& Diana 2.*par.tract.*14. *reſolut.*76.& *par.*6.*tract.*8.*reſol.*40: Sic etiam Gauantus 3.*parte.titul.*11. *num.*4.& 12.& Bordonius *in conſilijs Regularibus reſolut.* 25.*numer.*25.& alij.

QVÆS

QVÆSTIO XI.

An Relinquere Missam solemnem, aut maiorem in nostris Conuentibus, in Dominicis, ac alijs festis, sit peccatum mortale?

AFFIRMARET Peregrinus, siquidem hoc ipsum affirmat loquendo de omissione Missæ solemnis in suis Ecclesijs, vt refert Diana.

Sed, longe probabilius, imo certissime Respondeo: Non esse peccatum mortale, mo nec veniale, secluso scandalo, aut alia circunstantia. Quia, vt ait Gabantus *tom. 1. par. 3. tit. 11. nu. 4.* Ecclesiæ regulares tenentur ad Missam in choro ex vi regulæ tantum, & consuetudinis, aut constitutionis iterprætantis regulam: sed nec Regula nostra, nec constitutiones, aut consuetudo obligat nos ad peccatum, nec dũ veniale, saltem in hac parte: Ergo. Sic in simili docet Diana *3. par. tract. 2. resol. 8. & 4. par. tract. 4. resol. 6.*

QVÆSTIO XII.

An In nostris Conuentibus debeat dici quotidie Missa conformis officio diei, etiam in illis diebus, in quibus dici possunt Missæ votiuæ?

RESPONDEO: Affirmatiue. Non est tamen necessarium, vt cantetur, aut in ipsa Missa omnes Religiosi conueniant. Sic Castaldus *lib. 2. cap. 26. num. 3. pag. mihi* 102. Per hæc verba: Missa quotidie dici debet conformis officio, quod celebratur; diebus vero, quibus dici possunt Missæ votiuæ, semper Missa Conuentualis, quæ apud nos est, quæ primo loco post horas dicitur, erit conformis officio diei, cum paramentis, tam celebrantis, quam altaris, conformibus officio: nec opus est, vt hęc Missa cantetur, nec vt in ipsa omnes conueniant, sed satis est, si priuatè, tamen principaliter pro Conuentu dicatur. Sic ille. Ex quo colligitur, prædictam Missam Conuentualem, non deberę necessario dici semper in maiori altari; sed sufficere, si in alio quocumque dicatur. Licet optimũ consilium sit vt in maiori communiter dicatur. Sic sentit etiam, ex nostris, Versatissimus in hac materia Pat. Fr. Isidorus à S. Martino, de hac re à me consultus. Et bene certe. Legatur Petrus Ledesma *cap. 24. de Euchar. concl. 6.*

QVÆSTIO XIII.

An Capellanus ex iustitia teneatur toties celebrare, quoties fundatio Cappellaniæ exigit?

RESPONDEO: Teneri (nisi alias Capellanus aliquando legitime sit impeditus, aut pie, & religiosè celebrare non possit) Quia alioquin faceret contra institutionem Cappellaniæ. Sic Silvest. Angel. Azor, Suarez, Enriquez, Graffi. Reginald. & Rodriguez. quos citat, & sequitur Bonacina *disp. 4. quæst. vlt. punct. 7. num. 6.* Fagund. *præc. 1. lib. 3. cap. 15. num. 11* Hurtado *disp. 4. de sacrif. Missæ diff. 1.* & Philibertus *tract. 3. par. 2. cap. 23. num. 1.*

QVÆSTIO XIV.

An Sacerdos obligatus quotidie celebrare, possit semel in hebdomada, causa maioris honestatis, Missam prætermittere?

RESPONDEO: Posse, si in fundatione Capellaniæ fuit electa persona, vt fieri dicatur; Eligatur Sacerdos, qui quotidie celebret; aut volo; vt Sacerdos electus ad hanc Capellaniam quotidie celebret: Secus, si in fundatione Cappellaniæ non electa fuerit persona, sed tantum habita fuit ratio loci, aut Missæ celebrandæ, vt si in fundatione dicatur: Volo, vt dicatur Missa quotidie in tali Ecclesia, aut Capella, &c. Quia tunc tenebitur Sacerdos absque vlla intermissione quotidie celebrare. Sic Silvester, Armilla, Tabiena, Grafio, Cordoba, Suarez, & alij, quos refert, & sequitur Bonacina *disp. 4. quæst. vltima punct. 7. §. 2. numer. 17.* & Diana *2. par. tract. 14. resol. 28* Gauantus *3. par. tit. 12. nu. 17.* & Azor *lib. 10. capit. 24. quæst. 7.*

(§)

QVÆS-

QVÆSTIO XV.

An In casu proposito, non solum semel, sed etiam semel, & iterum, possit Sacerdos Missam in hebdomada omittere?

AFFIRMANT Nauarr. *tom. 1. Consil. lib. 3. Consil. 6. n. 3. (non. 5.)* per hæc verba. Quinto, quod potuit ipse tempore præterito excusari, & etiam nunc, omittendo vnam, vel interdum alteram Missam in hebdomada, modo id non faciat causa voluptatis, vel curiositatis, vel cupiditatis laudi alea, tempore, quo illam dicturus erat; sed causa honestatis, aut augendi deuotionem, vel alia simili. Sic Nauarr°, & ante illum, & adhuc largius, Silvest. *Ver. Missa 1. num. 7.* ex Panormitano, & Naldus apud Philibertum, statim citandum.

Sed probabilius Respondeo: Non posse, nisi semel. Quia semel solum concedit cõsuetudo. Sic Naldus, quem citat, & sequitur Diana *loc. cit.* Sic etiam Philibert. *tr. 3. par. 2. cap. 23. num. 2.* Qui, Naldum (quem ego videre non potui) pro opposita cita sententia.

QVÆSTIO XVI.

An Capellanus, qui Missam quotidie dicere ex fundatione Capellaniæ obligatur, possit ter, aut quater, per annũ celebrare pro se ipso, aut sibi valde coniuncto?

NEGANT aliqui, quos videtur sequi Bonac. *loc. num. 16.*

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse. Quia id non denegaret ei fundator Capellaniæ. Sic Naldus, & Diana *locis citatis* & Philibertus *loc. cit. & tract. 3. par. 2. cap. 33. num. 4.* Addens non solum quater, verum, & sexies posse.

QVÆSTIO XVII.

An Obligatus ad quotidie celebrandum possit semel in hebdomada à celebratione abstinere; non solum titulo honestatis; verum etiam oblectationis, vel itineris gratia?

NEGANT Nauarro, & Bonacina *loc. citatis.*

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse. Quia consuetudine est introductum, & hoc, ob humanam fragilitatem, vt Capellanus obligatus ad quotidie celebrandum, possit vnam Missam in hebdomada omittere. Ergo licite, etiam si id fiat, quauis de causa. Sic innuunt Hurt. *disp. 4. diff 1.* & Diana *locis citatis*, & Philibertus *loc. cit. num. 3. pag. 399*

QVÆSTIO XVIII.

An Capellanus eo die, quo potest Missam omittere, possit, si velit pro alio celebrare, & stipendium recipere?

RESPONDEO: Negatiue absolute. sic Bonac. & Diana *locis citatis* & Gauantus *3. par. tit. 12. num. 18.* & Philibert. *tract. 3. par. 2. cap. 23. num. 9.* & apud ipsum, Riccius, Bonacin. & Homobonus. & alij,

QVÆSTIO XXIX.

An Capellanus ægrotans, aut alio impedimento inuoluntario impeditus existens pro paruo tempore; teneatur per alium Sacerdotem Missas celebrare, aut ommissas postea supplere?

AFFIRMATIVAM sententiam tenuisse Silvestrum, Tabienam, & Azorium, ait Philiber. *tract. 3. pa. 2. cap. 23. tum. 6.*

Sed certissime Respondeo: Non teneri, nisi alias electa non fuerit persona, sed loc° iuxta dicta sup. *d. 4. q. 24.* In quo sensu loquitur Azor. Et ratio est, quia id potest clementis fundatoris prudentissime præsumi. Sic omnes DD. communiter, licet discordent in assignando temporis spatio. Nam imprimis Molinesius, Ricius, Graffius, Fraxinell. Barbosa, & Homobonus, apud Dianam, dicunt hanc sententiam esse veram, si Capellanus ægrotaret per octo, vel decem dies dumtaxat. Diana vero *2. par. tract. 14. resol. 27.* dicit, quod etiam si ægrotaret per quindecim dies nõ obligaret illum ad Missas celebrandas. Hurtado, & Layman, & tandem cum illis Diana *4. par. tract. 4. resol. 238.* Quod adhuc si infirmitas perduraret vnum mensem: & denique Petrus Nauar. Philibert. & Naldus, quod etiam, si per spatium duorum mensium ægrotaret. Omnes probabiliter.

QVÆSTIO XX.

An Sit licitum in feria quinta Cœnæ Domini celebrare?

NEGANT Marcelus, Francolin; *lib. de horis Cano. cap.* 30. quem pro hac parte ſolum (& non aliquem alium, vt male vidit Lugo *diſp.* 20. *num.* 14.) refert Suarez *diſp.* 80. *ſect* 2. Negat etiam Azor *tom.* 10. *inſtit. moral. cap.* 24. *quæſt.* 5. *in fine*, licet initio capitis oppoſitum affirmet, & Gauantus *parte.* 4. *titul.* 8. *num.* 7.

Sed probabilius Reſpondeo: Licitum eſſe vnicuique Sacerdoti Miſſam publice, vel ſecreto, in dicta feria quinta celebrare: dummodo id fiat, antequam finiatur Miſſa ſolemnis, & recondatur corpus Chriſti, & abſit ſcandalum, ſi forſan alicubi propter ignorantiam detur. Sic Suarez, & Lugo *locis citatis.* Nauarrus *cap.* 21 *num.* 88. & Sa *Ver, Miſſa num* 23. Vazquez; & Hurtado *diſp.* 4. *diff.* 2. Marcus de los Huertos *quæſt.* 13. *fol.* 156. Philibertus *tract.* 3. *cap.* 8. *pag.* 441. Qui tamen male citat ſuum Gauantum pro hac parte, cum oppoſitam ſoquatur. Diana *par.* 6. *tract.* 6. *reſol.* 19. Gutierez *lib.* 1. *can. q. cap.* 30. *num* 36. Layman *tract.* 2. *lib* 5. *cap.* 4 *num.* 8. Barboſa, & alij, quos refert, & ſequi videtur Machado *tom.* 2. *lib.* 4 *par.* 1 *tract.* 11 *docum.* 11. *num.* 1. *pag.* 65. & communis.

QVÆSTIO XXI.

An In feria quinta in cœna Domini poſſit fieri Sacrum, & confici ſepulchrũ cum aſeruatione Sacramenti in Eccleſijs, ſeu oratorijs confraternitatum?

RESPONDEO: Non poſſe. Quia nec ſunt Eccleſiæ Parochiales, nec regulares, quibus id ſolum conceditur ex priuilegio. Sic declarauit Sacra Congregatio die 18. Maij, 1602. vt refert Piaſecius, & ex illo Philibertus *tract.* 3. *par.* 3. *c.* 8. *num.* 6.

(§)

QVÆSTIO XXII.

An Etiam ſi licitum, i feria ſexta maioris hebdomadæ celebrare?

AFFIRMAT Dominicus Baltaſ. *in ſua Margarita Confeſſ. q. de hac re f. 1. mihi* 260. Vbi late hoc probat, & dicit ſic alios viros doctos, & timoratos ſentire. Affirmãt etiam alij, quos ſuppreſo nomine refert Sa *Ver. Miſſa nam.* 23.

Sed certiſsime Reſpondeo: Nullo modo licere. Quia id expreſſe eſt prohibitum *in cap. Sabbato. de conſecrat. diſt.* 3. Vnde ob hanc cauſam officium illius diei fit abſque conſecratione, & ſolum ſuſcipitur Hoſtia, quæ ex præcedenti die conſecrata remanſit. Sic Diuus Thom. *quæſt.* 83. *ar.* 2. Et cum eo omnes Theologi, & Summiſtæ, & etiam Sa *loc. cit.*

QVÆSTIO XXIII.

An, Si feria ſexta Paraſceues incidat in diem feſtum. ver. grat. Annunciationis, (vt hoc anno contigit) teneantur fideles audire Miſſam illius diei, aut intereſſe non paſſioni, ſed officio, quod ex tacito Sacramento, & in altari poſito à Sacerrdote celebratur?

AFFIRMANT Vazquez *diſp.* 232. *cap.* 2. *num.* 18, Nuñus *quæſt.* 83. *art.* 1. *diff.* 2. & Monteſinos *in Manuſcriptis.*

Et ſic debent docere omnes, qui affirmant in feria ſexta pradicta, offerri proprie ſacrificium, & proprie dici Miſſam: hi autem ſunt Albertus Magnus, Scot. Gabriel, Ledeſma, & alij, quos refert Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 2. & 3.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non teneri fideles, eo die audire Miſſam. Quia Miſſa illius diei non eſt proprie Miſſa, neque proprie offertur ſacrificium; cum non ad ſit Hoſtiæ conſecratio. Sic optime Nauarrus *cap.* 25. *num.* 88. Et cum eo omnes Canoniſtæ, Diuus Thomas *quæſt.* 83. *art.* 2. *ad* 2. Et cum eo omnes fere Theologi, Suarez, Ricardus, Paludanus, Enriquez, & alij, quos refert, & ſequitur Fagundez *loc. cit num.* 17. 18. & 19. & *cap.* 15. *num.* 15. Naldus, Molfeſius, & alij, quos refert & ſequitur Diana 2. *par. tract.* 14. *reſol.* 62. Hurtado, & Lugo *locis citatis*, San-

Sanctius *in Selectis diſp. 32. num. 13.* & Gauantus *in Rubr. Miſſalis par. 4. tit. 9. num. 24.* Qui, & refert ita declaraſſe Sacram Congregationé Rituum die 19. Februarij 1622. Philibertus *tract. 3. par. 2. cap. 1. fine, & par. 3. cap. 8. num. 8.* Qui tamen male citat Suarium pro oppoſita ſententia.

QVÆSTIO XXIV.

An In dicta die Paraſceues liceat fidelibus communicare?

NEGAT Francolinus *loc cit. num. 12.* aſſerens hoc ſolum eſſe licitum infirmis, ob neceſsitatem Viatici. Eum ſequitur Gauantus *loco cit. num. 25.* referens etiam pro hac parte declarationem Cardinalium, Philibertus *loc. cit. num. 3.* Magalius *tom. 2. Ver. Euchariſtiæ Miniſter. num. 20.* & Martinus Breſſerus *lib. 3. de conſcient probabili cap. 8 num. 100.*

Sed probabilius Reſpondeo: Licitum omnino eſſe. Quia nullo iure eſt prohibitū. Sic Suar. *diſp. 80. ſect. 2.* Vazq. *diſp. 232 cap. 2.* Layman *cap. 4.* Hurtado *diſp. 4. diff. 2.* Fagund. *præc. 1. lib. 3. cap. 15. nu. 16* Granad. *tract. 14. diſp. 10. num. 2.* Ioan. de Cruce, cum Ledeſma *de Sacrif. Miſſæ, quæſt. 2. dub. 2. con. 1.* Ioan. Sancius *in Selectis diſp. 22.* Layman, & Tānerus, quos citat, & ſequitur Diana 4 *par tract. 4. reſol. 237, & par. 6. tract. 6. reſol. 19.* & Molfeſsius apud ipſum, Machado *lib. 4. par. 1. tract. 11. docum. 11. nu. 2* dicens, & bene, ita Matriti, in Parochia Sancti Martini, obſeruari in praxi.

QVÆSTIO XXV.

An Liceat omnibus Sacerdotibus in Sabbato Sancto Miſſas priuatas celebrare, ſi in illum diem incidat feſtum aliquod. v. g. Annunciationis?

NEGAT Villalobos *tract. 1. diff. 20. num 4.* Et probabile reputat Diana *2. par. tract. 4. reſol. 21.* & ante ipſos Enriquez ſtatim citandus.

Sed longe probabilius Reſpondeo: Licitum eſſe. imo defacto anno 1607. occurrente feſto Anunciationis in Sabbato Sancto, plures Miſſæ celebratæ ſunt in Toletana Diœceſi, quam ego etiam tali die in hoc noſtro Complutenſi Collegio celebraui. Sic Moure *3. par. cap. 5. §. 5. num. 2.* Ledeſma *in Summa de Euchar. cap. 19. concl. 5.* Ioan. de Cruce *de Sacrificio Miſſæ q. 2. dub. 2. concl. 1.* Diana *loc. cit. & 4. par. tract. 4. reſol. 237.* Ludouicus *quæſt 11. art. 1. dub. 1. concl. 4. pag. 240.* Syluius, & Molfeſsius, quos citat, & ſequitur Machado *loco citato, num. 4.* & alij ſtatim citandi.

QVÆSTIO XXVI.

An Etiam liceat, ſi in dicto Sabbato nullum feſtum occurrat?

NEGANT abſolute Nauar. *cap. 25. num. 88.* Vazquez *diſp. 233. cap. 2. num. 23. & 25.* Francolin. *cap. 30. num. 8. & 9.* Gauantus *tom. 1. par. 4. tit. 10. nu. 45.* Layman *tract. 5. cap. 4. num 8.* Enriquez *lib. 9. cap. 23. num. 3.* & in Margine *lit. B.* (Vbi ſic ait, in Sabbato Sancto dicitur vnica Miſſa in Parochia, aut Monaſterio quæ olim in nocte Reſurrectionis dicebatur) nec licet priuatim celebrare, niſi opus eſſet ad communicandos vicinos morti. Sic ille.

Affirmant tamen Sotus *diſt. 13. quæſt. 2. art. 2.* Gutierrez *lib. 1. quæſt. Canon. cap. 30. num. 36.* & alij, licitum videlicet eſſe, ſi id fiat cum licentia Prælati, non vero abſque illa.

Sed probabilius Reſpondeo: Licere abſolute (ſi caute, & abſque ſcādalo fiat) Quia prohibitio celebrandi in Sabbato Sancto generaliter ceſſauit. Sic Suarez, Scortia; Ægidius, etiam, & alij quos citat, & ſequitur Hurtado *diſp. 4 d. ff. 2* Qui tamen male pro hac parte Layman, cum oppoſitum doceat, vt melius vidit Philibertus, ſtatim citandus. Fagundez *præc. 1. lib. 3. cap. 5. num. 19.* Diana *locis cit.* & Lugo *diſp. 20. num. 18. 19. & 20.* Granados *tract. 14. diſp. 10. num. 3.* Philibertus *tract. 3. par. 3. cap. 8. num. 5.*

QVÆSTIO XXVII.

An In Miſsis priuatis in illa die poſſint, & debeant dici Litaniæ, pro introitu Miſſæ?

AFFIRMANT Micrologus, apud Gauantum *loco cit. num. 43.* & apud Lugum

loc.cit.num. 21. Quia olim à Litanijs solebant incipere, qui Missam priuatam Sabbato Sancto celebrabant. Consentit, ex parte Gauantus *loc.cit.num.* 44. quatenus hæc ait. In eo casu, forte sufficit incipere Missam à Confessione, qua finita dicat Sacerdos Kyrieeleison de more, & reliqua cũ vesperis vsque ad finem Missæ. Nam Gemma *lib.* 3. *cap.* 118. ait, officium huius Missæ per Kyrieeleison inchoari, nisi per Kyrieeleison intelligat cum Micrologo Litaniam. Sic Gauantus.

Sed probabilius Respondeo: Non debere dici. Quia Litaniæ, non pertinent ad Missam, sed potius ad officium cantandum in choro. Qui autẽ voluerit Missam priuatam in Sabbato Sancto celebrare, poterit dicere Missam ordinariam illius diei, aut cum introitu Missæ diei Resurrectionis, vel incipiendo à Kyrieeleison, finita Confessione, vt dicit Gauantus, aut Missam Sancti, in illa die concurrentis, aut votiuam B. Virginis. Sic Ledesma, Granado, Hurtad. Lugo, Marcus de los Huertos, Diana, & Machado *locis cit.* & communis.

QVÆSTIO XXVIII.

An Prædictæ Missæ priuatæ possint dici ante Missam solemnem?

NEGAT Azor *lib.* 10. *cap.* 24. *quæst.* 4. Et negant alij, quos suppresso nomine refert, & sequitur, Petrus Ledesma *cap.* 19. *de Eucharist. concl.* 5. *Ver. finalmente.* dicens esse mortale.

Negat etiam cum Ledesma, Marcus de los Huertos *de Sacrif. Missæ, quæst.* 13. & Ioan. de la Cruz *de Sacrif. Missæ, q.* 2. *dub.* 2. *concl.* 1. Quamuis hic author dicat posse, si dicatur Missa de Cruce, alias non.

Lugo *disp.* 20. *num.* 22. Quatenus innuit esse veniale, si absque causa fiat *num.* 23. Ludouicus *quæst.* 11. *art.* 1. *dub.* 1. *pag.* 240.

Sed probabilius Respondeo: Licite, & absque vllo peccato, posse. Quia ita tenet vsus piorum hominum, qui, vt ipsemet Lugo fatetur, priuatim absque vllo scrupulo, summo mane celebrant. Sic Hurtado *disp.* 4. *de Sacrif. Missæ diffic.* 2. *in fine.*

QVÆSTIO XXIX.

An Liceat Sacerdoti, eadem die, plures Missas celebrare?

RESPONDEO: Non licere regulariter loquendo. Quia id prohibitum est iure Ecclesiastico ab Innoc. III. *in cap. Consuluisti*, & ab Honor. III. *In cap. Tereferente, de celebratione Missarum.* Dixi autem, regulariter loquendo, quia ab generale prohibitione ista, excipiuntur ab Innoc. III. in dicto cap. Dies Natiuitatis Domini (in quo ex consuetudine totius Orbis Christiani, possunt omnes Sacerdotes tria sacrificia offerre, licet ad hoc non teneantur (saltem, si sint simplices) & casus necessitatis, de quibus infra. Sic omnes Doctores.

QVÆSTIO XXX.

An Saltem Parochus teneatur dicere tres Missas in Natalis Domini die?

AFFIRMAT Enriquez *lib.* 9. *cap.* 30. *num* 6. Et citat pro sua sententia Siluestrum *Ver. Missa* 1. §. 7. Sed non bene, quia Siluester, nihil loquens de Parocho absolute dicit, licitum esse in die Natalis Domini tria offerri sacrificia.

Vnde probabilius Respondeo: Non teneri, secluso scandalo, aut contẽptu. Quia Parochiani non tenentur eo die tres Missas audire: ergo neque Parochi eas illis dicere. Sic Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 2. & Belletus, quem citat, & sequitur Diana 4. *par. tract.* 4. *resol.* 236. Philibertus *tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 37. *n.* 3.

QVÆSTIO XXXI.

An Etiam in eadem Natiuitatis Domini die possint Sacerdotes communicare ter, extra Missam; aut semel extra Missam, & postea celebrare vnum, vel duo sacra?

RESPONDEO: Non posse. Quia facultas concessa pro illa die, solum est ad communicandum pluries celebrando, non ad communicandum pluries quomodocumque, prout tunc fieret, si ter, extra Missam, aut semel, aut bis in Missa, & semel extra Missam communicarent. Sic Lugo *disp.* 20. *numero* 43.

QVÆS-

QVÆSTIO XXXII.

An Omnes Sacerdotes possint in nocte Natiuitatis Domini omnes tres Missas ante Auroram celebrare?

NEGANT Siluestr. Angel. Tabiena, Armilla, Nuñus, Vgolinus, Moure, Fagundez, Miranda, Nauar. Ioan. de Cruce, Petrus de Ledesma, Villalob. Acosta, & Squillante, quos refert Diana 2. *par. tract.* 14. *resol.* 35. Quibus adde Azorũ, Palud, & Martinum de Ledesma, & Summam Confessorum, apud Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 3. Bonac. *disp.* 4. *quæst. vlt. punct.* 9. *num.* 5. & Ludouicus *quæst* 11. *ar.* 2. *diff* 2. *dub.* 3. *pag.* 243. Licet oppositum docuerat, *pag.* 241. ita tim citanda, Philibertus *tract.* 2. *par.* 2. *cap.* 37. *num.* 3.

Sed probabilius Respõdeo: Posse. Quia sic vsus, & praxis docet. Sic Suarez, Vazquez, Reginaldus, Ægidius, Putaneus, Layman, Hurtado, Siluius, Molliesius Zanardus, & Scortia, quos refert, & sequitur Diana *loc. cit.* & 4. *par. tit.* 4. *resol.* 236 Huertos *quæst.* 13 *fol.* 151. Quibus adde Valentiam *disp.* 6. *quæst.* 11. *punct.* 3. Lugo *disp.* 20. *num.* 25. Granados *tract.* 14. *disp.* 10. *num.* 5. & Ludouicum *quæst.* 11. *ar.* 1. *dub.* 2. *pag.* 241. Philibertus *tract.* 3 *par.* 3. *cap.* 7. *num.* 9. iam sibi contrarius.

QVÆSTIO XXXIII.

An, Si Sacerdos vellet celebrare in die Natiuitatis vnam dumtaxat Missam, posset dicere secundam. & relinquere primam, & tertiam?

NEGAT Cauantus *in Rubr. Missal.* 4. *par. tit.* 3. *num.* 6. *pag. mihi* 231. Quia existimat tunc dicendam esse, vel primam, vel tertiam, & potius tertiam, quia eius oratio cum officio concordat.

Sed probabilius Respondeo: Posse quãlibet ex illis, sicut posset dicere quamcumque vellet in nocte Natiuitatis, qui nollet celebrare, nisi vnam Missam. Sic Petrus de Ledesma, Villalobos, Zanardus, Vgolinus, quos citat, & sequitur Diana *loco citat. res.* 39.

(§)

QVÆSTIO XXXIV.

An Ad dandum Viaticum ægroto possit Sacerdos bis eadem die celebrare?

NEGANT Vazquez *disp.* 232. *num.* 50. Hurtado *disp.* 4. *diff.* 3. Ioan de Cruce *de Sacrificio Missæ, quæst.* 2. *dub.* 3. *concl.* 3. *fine*, & Diana 2. *par. tract.* 14. *resol.* 56. Quiquam plures Doctores pro sua sententia citat, & posset etiam Hurtadum, qui re vera tenet.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse. Dummodo Sacerdos sit ieiunus, ita vt in prima Missa nihil aliud sumpserit, nisi sanguinem cum Hostia. Sic Nauarrus *in man. cap.* 25 *num.* 93. Ægidius *quæst.* 82 *art.* 2. *dub.* 3. *num.* 215. Victoria *nu.* 96. Enriquez *lib.* 9. *cap.* 30. *num* 7. *lit. H.* & apud ipsum D. Thomas, Ledesma, Paludanus, D. Antoninus, Siluester, Tabiena, & Angel. Valentia *disp* 6. *quæst.* 11 *pun.* 3. *ad* 7. Lugo *disp.* 20. *num.* 44. Binsfeld. *in sc. Enchirid.* 1. *par. tract. de Euchariſt.* §. 9. Lublinus *V. r. Missa, nu.* 2. Philibertus. *tract.* 3. *par.* 2. *c.* 37. *num.* 3. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 16. *nu.* 8. Qui bene cũ Enrico aduertit, quod si in eo casu Sacerdos moneatur, de necessitate infirmi antequam consummat Hostiam, nec ibi adsit sacrarium, debeat seruare suæ Hostiæ particulam pro infirmo communicando.

QVÆSTIO XXXV.

An Etiam possit Sacerdos bis in die celebrare, quando iam fere dicta Missa, superuenit Pontifex, Episcopus, Rex, aut alius Princeps, aut denique plures itinerantes in diebus præsertim festis?

AFFIRMANT Siluest. D. Anton. Nauar. Enriquez, & Valentia, Fagund. Binsfeldius, Lublinus, & Philibertus, *locis citatis.*

Negant vero alij, existimantes, non posse, eo quod, in tali casu, nulla adsit vrgens necessitas. Ita sentiunt Vazquez, Ægidius, Lugo, & Hurtado *loco citato*;

Granados *tract.* 14. *diſp.* 10. *nu.* 4. Vbi ſic ait: Poſt inchoatam vero Miſſam, non expedit iterum illam inchoare, etiam ſi perſona magnæ authoritatis ad ueniat, & dies feſtus ſit. Vnde ſtricte ſub excommunicatione præcepit Synodus Hiſpalen. *tit. de Celebratione Miſſarum cap.* 8. Ne peracta confeſsione inchoetur iterum Miſſa, licet aduenial perſona cuiuſcumque dignitatis. Sic Granados.

Sed in hoc caſu, æque probabiliter Reſpondeo: Poſſe repeti per ſe, ſecluſa ſpeciali prohibitione, ſi alia Miſſa celebrari nequeat, & illi veniant ante offertorium. Sic Gabantus *par.* 3. *tit.* 10. *num.* 17. Vbi ſic ait. At ſi inchoata Miſſa veniat Epiſcopus, aut eo maior, aut Princeps, neque alia Miſſa celebrari poſsit, quid agendum? Ante conſecrationem, & poſt Epiſtolam, ſi illi veniant, poterit repeti Miſſa à capite: Nauar. *de Orat. notab.* 16. *n.* 55. & Azor *lib.* 10. *cap.* 32. *quæſt.* 3. Addit Poſſeuin. *de Offic. cur. cap.* 2. *num.* 11. poſſe hoc fieri, etiam vltra primam vicem, ſi maior cauſa ſuperueniat; ſed meo iudicio, tunc eſſet opus altiori iudicio. Sic Gabantus. Qui tamen forſam per errorem Thypographi male citat Nauar. *notab.* 16. *pro cap.* 16. Et male etiam omnes alios, quatenus dicit, illos aſſerere poſſe repeti Miſſam, ſi veniat Epiſcopus &c. ante conſecrationem: cum potius doceant, nullo modo poſſe, ſi poſt Offertorium veniat. Legatur Poſſeuin. *loc. cit. num.* 10. & 11. Nauar. & Azor *locis citatis*. Enriq. *lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 3.

QVÆSTIO XXXVI.

An Poſsit Sacerdos iterum in eadem die ieiunus celebrare, ſi cum finit Miſſam, nuncietur ei, quod intrat defuncti corpus ſepeliendum cum Miſſa?

NEGANT abſolute Vazquez, Hurtado, Lugo, Ioan de Cruce, Diana, Armilla *locis cit.* & alij quamplures.

Sed probabilius Reſpondeo: Poſſe, vbi conſuetudo eſt, aut Synodalis conſtitutio, ne quis abſque Miſſa ſepeliatur (ſecus, ſi talis mos, aut conſtitutio non detur, & nõ ſit alius Sacerdos qui poſsit, & velit celebrare. Sic Enriq. *lib.* 9. *c.* 30. *nu.* 7. *it.* R. & apud ipſum, Rayner. Tabiena, Ledeſma, Nauar. & alij, Azor *tom* 1. *inſtit. lib.* 10. *cap.* 24. §. *Excipiunt*. Fagund. *præc.* 1. *lib.* 3. *c.* 16. *nu.* 7. Ægid. *q.* 83. *ar.* 2. *dub.* 3. *in fine*, Philiber. *loc. cit. pag.* 425. & alij.

QVÆSTIO XXXVII.

An Poſsit Sacerdos ſecundo in eadem die celebrare, ob nuptiarum benedictionem?

NEGANT Vazquez, & Hurtado *locis citat.* (qui, & citat Ægidium *loc. cit.*) Ioan de Cruce.

Sed probabilius Reſpondeo: Poſſe, vbi mos, aut conſtitutio Synodalis eſt, vt præeunte Miſſa Nuptiarum benedictio detur, & alias nequeat differri benedictio in ſequentem diem, ſine magna perturbatione populi, aut ſcandalo; tũc enim ſi Sacerdos ſit ieiunus, licite poterit ſecundo ſacrificare, quia re vera adeſt neceſsitas, quam iura petunt. Sic Nauar. *cap.* 25. *n.* 87. Enriq. *lib.* 9. *c.* 30. *n.* 7. Et apud ipſum Silueſt. Rayner, & Tabiena, Ledeſma 2. 4. *ar.* 2. Fagund. *cap.* 16. *cit. n.* 9. Ægid. *q.* 83. *ar.* 2. *dub.* 3. *in fine*. (Vnde male illũ citat pro ſe Hurtad.) & Lugo *diſp.* 20. *nu.* 47. Philibertus *loc. cit.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An Sacerdos habens duas Eccleſias Parochiales, quibus ipſe ſolus præeſt, poſsit bis eadem die celebrare?

RESPONDEO: Poſſe: non ſolum in feſtis, vt docet praxis, & omnes DD. ſed in alijs diebus, ſi in his ſit ſufficiens, numerus fidelium audiẽtium Miſſam quotidie. Vt docet Suar. *3. par. q.* 83. *ar.* 2. *ſect.* 3. Licet Marcus de los Huertos *quæſt.* 13. loquendo de diebus non feſtiuis dicat hoc non eſſe verum, & Pet. Ledeſma, & Cruz ſtandum eſſe conſuetudini.

QVÆSTIO XXXIX.

An Etiam in vtraque India, Anglia, Germania, & alijs Prouintijs, vbi vnus Sacerdos nequit omnibus fidelibus ſatisfacere, poſsit bis ſacrificare?

RESPONDEO: Poſſe. Quia eadem fere eſt ratio, & vrgens neceſsitas. Sic Fagundez *num.* 5. Lugo *diſp.* 20. *num.* 46. Philibertus *loc. cit.* & communis.

QVÆS-

QVÆSTIO XL.

An Qui habet duas Parochias, possit in die cœnæ consecrare in ambabus Eucharistiam, sumendam in Parasceue cum vino non consecrato?

AFFIRMANT aliqui, quos suppresso nomine retetunt Ledesma *cap. 19. de Euchar. post. 7. concl. vers.* La segunda dificultad es. Et Marcus de los Huertos *quæst. 13. fol. 155.*

Sed longe multo probabilius Respondeo cum ipsis, & cum Ioann. de Cruce *quæst. 2. de Missa dub. 3 concl. 2.* Nó posse, sed debere consecrare Hostiam in præcipua Ecclesia, & ibi solum perficere solemnitatem, & fideles alterius Ecclesiæ illuc accedere. Quod si ambæ Ecclesiæ sint æquales, in vno anno celebretur in vna, & in altero, in alia. Sic ille. Et Syluius in notis ad §. 9. Binsfeld. Vbi sic ait. Notent Pastores, quod feria sexta Parasceues nó possunt officium, quod in Missali continetur, facere, nisi in vna Ecclesia, ne vel communicent non ieiuni in secunda, vel officium peragant in prima, sine vsu calicis, & contra morem Ecclesiæ. Sic ille.

QVÆSTIO XLI.

An In his casibus, in quibus diximus posse bis celebrari, possit etiam ter, aut plures, si eadem causa perstitat, & Sacerdos adhuc ieiunus maneat?

NEGANT Enriquez *lib. 9. cap. 30. nu. 7.* & Fagundez *præc. 1. lib. 3. cap. 16 num. 5.* Quia ius inquiunt *in cap. Consuluisti, de celebratione Miss.* solum bis in die concedit in necessitate celebrare ieiunis.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Posse ter, & pluries celebrare, eadem causa permanente. Quia in iure non determinatur pluralitas Missarum. Vnde falso allegant contrarij textum citatum, cum ibi non sit magis sermo de duplici, aut de triplici, aut multiplici Missa celebranda, vt aduertit Lugo *num. 47.* Sic ipse, & Suarez, Hurtado, Petrus de Ledesma *lo. cit.* & Marcus de los Huertos *ac sacrificio Missæ quæst. 13. fol. mihi 148.*

QVÆSTIO XLII.

An In die Commemorationis defunctorum, possint Sacerdotes, bis Missas celebrare?

RESPONDEO: Posse in Regno Valentiæ, in Hispania, ex concessione Summi Pontificis, vt testatur Lugo *disp. 20. nu. 43* Et non tamen extra. Imo si Sacerdotes sint Religiosi possunt ter in eadem die, in dicto Regno celebrare, vt affirmat Petrus Ledesma *c. 19. de Euchar. concl. 7.* Quia ad hoc habet priuilegium. Quod idem docet Marcus de los Huertos Dominicanus *de sacrificio Missæ quæst. 13.* loquendo de alijs locis, per hæc verba. In die etiam defunctorum, aliquibus in locis, est priuilegium, & potest etiam Sacerdos dicere tres Missas: quo priuilegio gaudet conuentus iste D. Iacobi, Ciuitatis Pampilonensis, Sic ille. Ex quo colligo, in vtroque Regno posse etiam nostros Religiosos in eadem die tres Missas celebrare, quia eodem gaudemus priuilegio.

DISPVTATIO SEXTA.

De Hora, & Loco celebrandi Missam.

QVÆSTIO PRIMA.

An Sit licitum Missam ante Auroram incipere?

RESPONDEO: Quod non. Quia ita præscribitur in Regulis Missalis: vbi dicitur, hora celebrãdi pro Missis priuatis esse ab aurora vsque ad meridem. Sic Enriquez *lib. 9. cap. 24. num. 5. lit. K.* & Fagundez *præc. 1. lib. 3. capit. 17. numer. 2.* Qui hoc ipsum probant ex *cap. Nocte Sancta, de consecrat. dist. 1.* Sed non ita bene: quia ibi nihil dicitur de Aurora, & est communis.

QVÆSTIO II.

An Missa possit celebrari duabus horis ante ortum solis?

NEGANT communiter DD. quamuis non conueniant in hora assignanda. Nam Reginaldus *lib.25.cap.9.nu.173.* docet solum esse licitum celebrare per vnum quadrantem horæ, ante solis irradiationem. Enriquez, Ægidius, & Homobonus per semi horam circiter ante ortum solis. Azor, & Scortia per horam, & quadrantem ante radios solares manifestos. Suarez, Moure, Posseuinus, Ioan. de Cruce, Peregrinus, Hurtado, & Diana 2. *par. tract.14. resol.33.* per horam, & dimidiam ante ortum solis. Has omnes opiniones cum suis Authoribus retert Diana *loco citato.*

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse celebrari Missam duabus horis ante ortum solis. Sic Suarez *disput.80. sect.4. Vers. Secundo inquiri potest. Et vers. Tertia exceptio*, & apud ipsum Victoria, & Palud Vnde Diana non recte citat Suarium pro sua sententia. Sic etiam Lugo *disp.20 num.32. & 33.* Rodriguez *in summa c.47. nu 1.* Moure *3. par. c. 5. §. 14. num. 7.* Pitig. *disp 13. quæst. 2. ar. 4.* & alij. Addo quod teste Nauarr. *c.25. nu. 85.* Ægidio *quæst. §3. artic. 2. dub. 4.* Fauundez *præc.1. lib.3. c.71. numer.17.* Laymanno *lib.5. tract.5. c.4. sub. num. 3.* & Philiberto *tract.3. par.3. c.7. num. 2.* in Galia, Germania, & in Belgio hiemis tempore Missæ celebrari soleant tribus, vel quatuor horis ante solis ortum.

QVÆSTIO III.

An Religiosi possint etiam per tres horas ante ortum solis Missas dicere?

NEGANT Layman *tract.5. c.4. num.3.* Vazquez *disp.233. c.3. num.27.* & Hurtado *disp.4. diff.4.* asserentes posse tantum per duas horas, & dimidiam, aut tres quadrantes, non autem per tres horas ante ortum solis celebrare.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse etiam per tres horas. Quia Religiosi ex priuilegio possunt per vnam horam anticipare Sacrum: sed absque priuilegio poterant inchoare Missam per duas horas ante ortum solis: Ergo addita vna hora ex priuilegio poterunt inchoare tribus horis ante ortum solis. Sic Suarez, Lugo, Diana, & alij *loc.cit.*

QVÆSTIO IV.

An Religiosi ex vi suorum priuilegiorum possint celebrare Missas duabus horis post mediam noctem?

NEGAT Fagundez *præc.1. lib.3. cap.17. nu.3. & sequent.* Et negant alij existimantes priuilegium concessum ab Alex.6. Conuentui de Monte Serrato Ordinis Benedictinorum, per quod olim poterant facere Sacrum duabus horis post mediam noctem, esse reuocatum per Concilium Tridentinum *sess.22. Decreto de euitandis in celebratione Missarum.*

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia probabilius est, prædictum priuilegium concessum ab Alexand. VI. Conuentui de Monte Serrato, & extensum per Clementem VIII. ad totam Congregationem Benedictinorum non esse reuocatum per Tridentinum, vt tenent Rodriguez *tom 1. q. Reg. quæst.43. art.5.* & Lugo *disp.20. nu.29.* & apud ipsos Salas, & multi Theologi Salmanticenses: ergo ipsi Benedictini, & omnes alij Religiosi, qui participãt eorum priuilegia optime poterunt Missas celebrare illico post duas horas mediæ noctis. Sic Ioan. de la Cruz *in sua summa 1. par. de sacrificio Missæ quæst.2. dub.1. concl.3.* & in Epitome *lib.2. cap.5. dub. 6. concl.2.* Diana 2. *par. tract.14. resol. 33.* & Lugo *loc.cit. qui num.30.* bene aduertit, & notat, quod facultas illa concessa Monachis Montis Serrati non fuit absoluta, sed limitata, nempe ad celebrandum in Ecclesia illius Monasterij. Vnde ex vi illius facultatis, licet ipsi, & alij Religiosi possint celebrare illa hora in Ecclesia sui Monasterij, non tamen extra.

QVÆSTIO V.

An Quilibet Sacerdos possit celebrare statim post mediam noctem ad dãdum Viaticum infirmo?

NEGANT Enriquez *lib.9. cap.24, num.5.* & apud ipsum Nauar. *cap.25. nu.85.* Siluest. *V. Missa, §.6.* Angel. §. 42. & alij. Negant etiam Fagũdez *præc.1. lib.3. cap.17.*

cap.17.num.15. & apud ipſum, Azor *to. 1 inſtitut.lib.10.cap.25.quæſt.7.* & Paludanus *diſt.13 quæſt.2.art.2.* Bonacina *diſp.4.quæſt.vlt.punct.9.num.3.* Et apud ipſum, Poſſeuinus, Naldus, Sotus, & Bart.ab Angelo. Nam licet omnes iſti Doctores concedant, licitum eſſe Parocho Miſſam dicere ſummo mane, & ante lucē pro communicando infirmo, negant tamen, licitum eſſe id facere, ſtatim poſt mediam noctem.

Seu probabilius Reſpondeo: Poſſe celebrare ſtatim poſt mediam noctem. Quia maioris momenti eſt, ægroto ſuccurrere Viatico, quam ſtatim poſt mediam noctem celebrare, cum illud ſit de præcepto Diuino, iſtud vero, ſolum ex conſuetudine prohibitum. Sic Vazquez *diſp.232. nu.30.* Layman *lib.5.tr.5.c.4.num.3.* Victoria *num.95. alias 97.* Gabriel *lect.14. & 15.* Diana *tract.14.citato reſol.33.* Lugo *diſp.20. num.26.* Hurtado *diſp. 4.diff.4.* & alij. Imo nec Silueſter, nec Nauarr. oppoſitum docent, vt male dicit Fagundez. Legantur *loc.cit.*

QVÆSTIO VI.

An Epiſcopi iter facientes poſſint celebrare ante lucem, ſeu auroram?

RESPONDEO: Poſſe Sic Nauar.*cap.25. num.85.* Silueſt. Paludanus, & Sotus, quos refert, & ſequitur Enriquez *lib.9. cap.24.num.5* Fagundez *præc.1.lib.3. cap 17.num.16.* Azor *lib.10.capit. 25. quæſt.5.* Hurtado *diſp.4.diff.4.* Philibertus *tract.3.part.3.cap.7.nu.11.* & alij, qui idem concedunt Cardinalibus, quamuis iter non faciant.

QVÆSTIO VII.

An Etiam Sacerdotes iter facientes poſſint ante Auroram celebrare, vt commode iter perficiant?

AFFIRMAT Enriquez *nu.5. cit.* & apud ipſum, Sotus, & alij Recentiores. Refert etiam pro hac parte Fagundez doctiſsimum Nauarrum *cap.25.nu.85.* Sed male profecto, cum hoc tantum concedat Epiſcopis. Vnde.

Longe multo probabilius Reſpondeo: Non poſſe. Quia hoc ſolum conceditur Epiſcopis, ob eorum prærrogatiuas. Sic Layman, Fagundez, Diana, & Phibertus *loc.cit.*

QVÆSTIO VIII.

An Licitum fuerit olim in nocte Reſſurrectionis, ſicut in nocte Natiuitatis, paulo poſt mediam noctem, Miſſam celebrare?

AFFIRMANT Vazquez *diſp.233. cap. 2.num.25.* & *cap.3. num.32.* Suarez *diſp.80. ſect.2. infine.* Fagundez *lib. 3.cit.cap.15.num.18.* & Hurtado *diſp. 4.diff.4.*

Sed, longe multo probabilius, imo certiſsime Reſpondeo: Nunquam fuiſſe licitum. Quia illa Miſſa noctis Reſurrectionis nunquam fuit celebrata poſt mediam noctem, ſed initio noctis Sabbati, poſt ſolis occaſum, apparēte prima ſtella. Vſque ad illam enim horam legebantur Prophetiæ, benedicebatur fons, Cathechizabantur, & baptizabātur Cathecumeni, & incipiente nocte Reſurrectionis, cantabatur Miſſa cum lætitia. Sic Lugo *diſp.20. num.16.* & 17. Qui hoc optime ex ord. Romano, & ratione probat. Et Gauantus *4.par.in Rubr.Miſſalis tit.10.num.45.*

QVÆSTIO IX.

An Inceptio celebrationis Miſſæ differri poſſit vſq; ad horam nonam, hoc eſt, vſque ad horam tertiam, aut ſecundam & dimidiam, poſt meridiem?

AFFIRMANT Nauar.*cap.25.num.85.* Viuald.*num.151.* Pitigianus *diſt.13 quæſt.2.art.4.* Llamas *part.3.* Methodi *cap.5.* & *cap.18.* Et Sa, *in prima editione V.Miſſa num.27.* Vbi ſic ait: Ante auroram celebrare licet, ob neceſsitatem, aut vrgentem cauſam, vt ob iter faciendum, & ſi abſit ſcandalum, licet etiam, hora nona, ſcilicet, tertia hora poſt meridiē. Sic Sa. Et ſic Salcedo *in pract.criminali cap.46. num.4.* Citat etiam Fagundez pro hoc ſententia Enriquez *in lib.9. cap. 24.num.6.* Sed non bene, cum ſolum dicat, poſſe Sacerdotem in feſto iter facientem incipere Miſſam, vna hora poſt meridiem. Tenent tamen Scotus, Durand. & Angel, vt refert Ioan. de Cruce, & in tempore D. Thomæ, iſte erat vſus, vt dicit *quæſt.83.art.2.*

Sed

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non posse differri, generaliter loquendo, vsque ad horam nonam absque priuilegio. Quia contraria consuetudo à Pio Quinto in Missali approbata, & consensus fidelium ostendunt, iam veterem illam consuetudinem esse abrogatam. Sic Suarez *disp.* 80. *tract.* 4. Vazquez *disp.* 232. *cap.* 4. Sotus *dist.* 9. *quæst.* 2. *art.* 2. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3 *cap.* 17. *num.* 8. & 9. Hurtado *disp.* 4. *diff.* 4 Ioan. de Cruce *de Missæ sacrificio quæst.* 2. *dub.* 1. *concluſ.* 4. Philibertus *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 7. *num.* 12.

QVÆSTIO X.

An saltem Religiosi ex priuilegiorum suorum vi, possint differre inceptionem Missæ vsque ad nonam, id est, vsque ad tres horas post meridiem?

NEGANT Azorius *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 10. *cap.* 25. *quæst.* 3. Nicolaus Auriferus, & Francolinus, quos citat, & sequitur Fagundez *l. cit. num.* 5. Enriquez *lib.* 9. *cap.* 24. *num.* 6. *lit. Y.* & Marcus de los Huertos *de sacrificio Missæ quæst.* 13 *fol.* 153. & alij. Quia existimant, priuilegia illis, circa hoc concessa, esse iam derogata, à Pio V. anno 1567.

E contra vero, Ioannes, de Cruce *de sacrificio Missæ quæst.* 2. *dub.* 1. *concl.* 4. *in fine.* & *in epito. lib.* 2. *c.* 5. *dub.* 6. *concluſ.* 2. & Diana 2. *part. tract.* 14. *resol.* 34. absolute, & sine vlla limitatione affirmant, posse Religiosos celebrare vsque ad nonam inclusiue, id est, vsque ad tres horas post meridiem.

Sed ego clarius, & probabilius Respondeo: Posse quidem celebrare vsque ad nonam inclusiue, non absolute, sed ratione itineris, aut alterius iustæ causæ: cum hac enim limitatione concessum fuit hoc priuilegium Benedictinis ab Eugenio IV. Bullaxi. Sic tenet, & notat Lugo *disp.* 20. *num.* 42. per hæc verba: Limitandum est, quod cum Ioan. de la Cruz dicit Diana *de celebratione Missæ. resol.* 34. Vbi supponit, illud priuilegium esse absolutum, cum tamen solum sit ad certos casus iteneris, vel alterius causæ; dicit etiam, horam nonam esse vsque ad tres horas post meridiem, quod etiam non est vniuersaliter verũ, sed in æquinotio; nam in solstitio hyemali, nona hora attingit solum ad secundam post meridiem cũ quadrante. in solstitio autem æstiuo, vsque ad horam tertiam post meridiem, cum tribus quadrantibus: vt late Francolinus *de temp. hor. cap.* 10 Sic Lugo.

QVÆSTIO XI.

Quo Tempore, post transactum meridiem poterit absque priuilegio inchoari Missa?

RESPONDEO: Quod quidam dicunt, quod tertia parte horæ post meridiẽ. Sic Azor 1. *par. lib.* 10 *cap.* 25. *quæst.* 6. Alij extendunt ad semihoram. Sic Enriquez *lib.* 9. *cap.* 24. *nu.* 5. *fine.* Fagundez *cap.* 17. *cit. num.* 6. Philibertus *tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 7. *num.* 14. Layman *lib.* 4. *tr.* 5. *cap.* 4. *num.* 4. Hurtado *disp.* 4. *diff.* 5. & apud ipsum, Putaneus. Alij, ad tres fere quadrantes. Sic Bonacina *disp.* 4. *quæst. vlt. punct.* 9. *num.* 6.

Sed probabilius Respondeo: Posse inci pi Missam, vna hora integra post meridiẽ. Quia hic vsus est, & praxis Clericorum communis. Sic Syluius *quæst.* 83. *art.* 2. imo & Bonac. *lo. cit.*

QVÆSTIO XII.

An saltem, ad dandum Viaticum ægroto, possit inchoari Missa, post meridiem vsque ad horam nonam?

RESPONDEO: Posse, iuxta dicta supra quæst. 10. & tenent communiter DD. citati præcipue Lugo, Hurtado, & Vazquez *lo. cit.* Qui bene addunt, etiam consuetudine receptum esse, vt quando Missa solemnis, inchoata ante meridiem, durat post illum, etiam vsque ad nonam, possit Missa priuata tunc incipi, quandiu solemnis durat. Sic ipsi & Ludouicus *quæst.* 11. *art.* 3. *dub.* 1. *pag.* 245.

QVÆSTIO XIII.

An In funere Regis, aut Principis, possit Missa incipi ante meridiem, & protrahi vsque ad vesperam, vel Nonam?

RESPONDEO: Posse, imo si inchoentur officia funeralia (dici solita ante Missam) ante meridiem, potest tunc incipi Missa, longe post meridiem, vt post Vespe-

ras,

ras, aut nonam. Quia inchoatis officijs, censetur inchoari Missa defunctorum, quæ iuxta morem Ecclesiæ Romanæ, post officia subsequitur. Sic Enriquez *lib. 9. cap. 24. num. 6.* qui *lit. A.* dicit, ita practicatum fuisse Salmanticæ in funere Regum, & finitam fuisse Missam hora 4. post meridiem. Fagundez *præc. 1. lib. 3. cap. 17. nu. 19.* Qui id ipsum dicendum putant, quando Episcopus Sacros celebrat Ordines, tunc enim licitum est incipere Missam post Vesperas, aut nonam, si actus ordinationis ante meridiem captus est, (vt etiam tenent apud ipsos, S. Thomas *quæst. 83. ar. 2. an. 2. ad 3.* & Silvest. *Missa 1. num. 6.*) & ob eamdem rationem poterit in Sabbato Sancto incipi longe post meridiem Missa ob longum officium Ecclesiasticum, vt docet ipsi DD. cum Nauar. *de orat. noct. 3. nu. 44.* & alijs.

QVÆSTIO XIV.

An Sacerdos possit interrumpere Missam, & discedere ab Altari pro Confessione morientis, aut pro baptizando puero moriente?

NEGANT posse discedere, & interrumpere Missam, si est post Canonem Azor *lib. 10. cap. 32. q. 1.* & Posseuinus *cap. 2. num. 11.*

Sed probabilius Respondeo: Posse, etiã si sit post Canonem, & consecrationem. Sic Nauar. *cap. 16. de orat. num. 69.* Enriquez *lib. 9. cap. 30. nu. 4.* docentes, hoc posse, & fieri, ob superuenientem grauem ventris necessitatem. Gauantus *part. 3. tit. 10. num. 18.* Qui hoc ipsum docet posse fieri, non solum ad audiendam confessionem moribundi, custodita, si opus est, interim ab alio Eucharistia, verum etiam ad vngendum infirmum, cui nullum aliud Sacramentum ministrari potest.

QVÆSTIO XV.

An, secluso scandalo, & contemptu sit peccatum mortale celebrare extra Ecclesiam, aut locum sacrum, ad hoc ab Episcopo deputatum?

NEGANT Sotus *in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 3.* & Sa, etiam correctus, *V. Missa num. 20.* vt testatur Diana vbi infra; Vnde male ait Machado, infra citandus, sententiam Emanuelis Sa, esse correctam, a Magistro Sac. Palatij, & id affirmare Dianam 2. *part. tract. 14. resol. 38.* Cum nec sententia Sa, sit in hac parte correcta, nec Diana, id testificetur, sed potius contrarium.

Sed certissime Respondeo: Esse mortale celebrare extra Ecclesiam, absque sufficiẽti causa. Quia id prohibetur *in cap. nullus. de consecratione dist. 1.* & in Trident. *sess. 22. cap. de euitandis in celebrat. Missarum.* Et sic docent communiter DD. Syluius, Homobonus, Filliuc. Ioan. de la Cruz, Villalobos, & Hurtado, quos citat, & sequitur Diana 2. *part. tr. 14. resol. 38.* Enriquez *lib. 9. cap. 27. n. 1.* Nauar. *cap. 25. num. 82.* Zerola *in sua praxi Episcop. p. 1. V. Missa num. 1.* Silvest. Suarez, Angelus, Azor, Gabriel, Alens. Viuald. & alij, quos citat, & sequitur Fagundez *præc. 1. lib. 3. cap. 13. num. 1. & 2.* Lugo *disp. 20. num. 48.* Philibertus *tract. 3. par. 3. cap. 9. num. 2.* Machado *lib. 4. par. 1. tract. 11. dictum. 1. num. 2.* Legatur Valerus, *Verb. Missa differ. 2.*

QVÆSTIO XVI.

An Liceat in necessitate, extra Ecclesiam in quouis loco decenti celebrare?

RESPONDEO: Licere: dummodo celebretur cum ara consecrata, seu Altari portatili. Quia sic habetur *in cap. Sicut. de cõsecratione dist. 1.* Necessitas autẽ erit, si dum aliqui peregrinantur diù Missa carere coguntur; quando Ecclesia est diruta, aut populum non capit; potest enim tunc Altare iuxta Ecclesiam collocari, ne sacro careant. Deinde in castris pro militibus, in littore pro nautis, & nauigantibus, vt festo die Missam audiant. Sic Enriq. Sa, Hurt. Lugo, & alij. Legantur Suarez *disp. 81. sect. 4.* Villalob. *tr. 8. diff. 23. n. 5.* Machado *num. 3.* & Valerus *loc. cit.*

QVÆSTIO XVII.

An Religiosi, ex vi suorum priuilegiorum possint, etiam absque sufficienti causa, celebrare extra Ecclesiam?

NEGANT Nauar. *cap. 25. num. 82.* Suarez *disp. 81. sect. 3. in fine.* Et Fagundez *præc. 1. lib. 3. cap. 14. num. 16.* Qui pro hac parte citat Tabienam, *V. Missa,*

§. 7.

§. 7. & Enriquez *lib. 9. cap. 27. num. 2. fine.* Sed certe non bene. Nam Enriquez *loc. cit.* oppositum per hæc verba dicit. Regulares habent priuilegium celebrandi in Altari Viatico, etiam in castris. Sic ille, qui pro se citat Tabienâ. Verum est, quod in marg. *lit. S.* videtur aliqualiter inclinare in sententiam Nauarri asserentis huius modi priuilegium sublatum esse per Trident. *sess. 22.* & ideo illo vti, iam non licere.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse. Quia ita fuit concessum à Sixto IV. aliquibus Religiosis, Bulla 33. & à Iulio II. Bulla 20. Et loquêdo de Prædicatoribus, & Minoribus habetur in *cap. in his. de priuil.* Sed sic est, quod hæc priuilegia non sunt reuocata per Tridentinum *loc. cit.* saltem quandiu Episcopus non contradicit, vt satis probabiliter docent Salas, & Rodriguez, quos citat, & sequitur Lugo *disp. 20. num. 52.* Ioan. Præpositus *in 3. part. quæst. 83. art. 3. num. 151.* quem citat, & sequitur Diana *4. part. tract. 4. resol. 106.* Ioan. de Cruce *in Epito. lib. 2. cap. 5. dub. 7.* per totum. Ioan. Valerus *V. Missa diff. 2. num. 1.* Ergo Religiosi extra Ecclesiam vbique, etiam in domibus sæcularibus, possunt Missas celebrare. Sic dicti DD. & Philibertus *tract. 3. part. 3. cap. 5. num. 12.*

QVÆSTIO XVIII.

An In mari, vel flumine possit aliquando celebrari?

NEGANT Nauar. D. Anton. Armill. Sot. Palud. Turrecremat. quos refert, & sequitur Enriquez *lib. 2. c. 27. n. 3.* Gabr. Sil uest. & Angel. quos refert, & sequitur Vazquez *disp. 232. cap. 3. nu. 4.* Suarez *disp. 81. sect. 3.* Ægid. *ad quæst. 83. art. 3. dub. 1. num. 226.* Bonac. *disp. 4. quæst. vlt. punct. 9. num. 11.* Gauant. *in Rubr. Miss. sal. par. 1. tit. 20. pag. mihi 78.*

Sed probabilius Respondeo: Posse, quando moraliter non imminet periculum effusionis sanguinis. Primo. Quia nullo in re speciali id prohibetur. Secundo. Quia quoties fieri honeste potest, satisfaciendum est grauissimis præceptis audiendi in festis Missam; accipiendi Eucharistiam in Paschate, & Viaticum in mortis articulo: Sed sic est, quod multoties potest in mari celebrari Missa honeste, & reuerenter, & absque periculo effusionis sanguinis, vt late, & optime probant Granados *tract. 14 disp. 13. à num. 2.* Lugo *disp. 20 sect. 4.* per totam, & Fagundez *præc. 1. lib. 3 c. 10. num. 15.* Ergo. Sic tenent ipsi Doctores, & apud illos, Durandus Franciscanus, Scortia, & Vualterus. Imo pro nostra sententia, sic explicata, adducit Lugo Diuum Antoninũ, Siluestrum, Armillam, Paludanum, Graffium, Emanuelem Sa, Maiorem, & Enricum, quibus addere possumus Hurtadum *disp. 4. diff. 6.* Layman *cap. 5. nu. 6.* & Philibertum *tract. 3. part. 3. cap. 9. fine.* Machado *loc. cit. num. 6.* & alios.

QVÆSTIO XIX.

An Liceat hodie deferre Sacram Eucharistiam in nauigijs, aut trirremibus?

NEGARE Videtur Enriquez *lib. 9. cap. 27. num. 3.* licet obscure. Negabunt tamen clare, Doctores primæ sententiæ quæstionis præcedentis.

Sed Probabilius Respondeo: Licere. Dummodo locus decens, & separatus Sacræ Eucharistiæ designetur, quia id minus difficultatis, quam celebrare habet: Sic Granados *loc. cit. fine nu. 7.* Et certe olim nauigantes Sacram Eucharistiam secum deferre consueuisse, refert D. Ambrosius, & Meraphrastr. relati ab Enrico *loc. cit.*

DISPV-

DISPVTATIO SEPTIMA.

De Altari, Vasis, ac Vestibus, quibus celebranda est Missa.

QVÆSTIO PRIMA.

An Sit peccatum mortale celebrare absque Altari, seu Ara?

NEGATIVAM sententiam docere Victoriam *num.* 98. affirmat Victorellus in notis ad Emmanuelem Sa, *V. Altare in fine* per hæc verba. Victoria *num.* 98. si absit scandalum, & contemptus, id per negligentiam omittere mortale peccatum non putat. Sic Victorellus. Sed Victoria non id affirmat modo, quo à Victorello explicatur; ait enim sic: De alijs ritibus; si aliquid intermittatur non ex malitia, sed ex negligentia quacumque non existimetur mortale. Vnde si quis piam celebrans obliuiscatur Manipuli, vel non aduertat, se sine ara celebrare, nõ timeat peccatum mortale. Sic Victoria. Et sic Sotus *dist.* 13. *ar.* 3. *fine* sic dicens. At tamen quia omnia sunt de iure positiuo sola negligentia, si absit scientia, & contemptus, non erit peccatum mortale: non enim tenetur explorare Sacerdos: Vtrum vasa sint consecrata, vel vtrum linteola sint ex lino, an ex alia simili materia, & an subtus ara lapidea lateat. Sic Sotus.

Sed certissime Respondeo: Esse. Quia est contra præceptum graue habitum *in cap. Altari de consecratione dist.* 1. Sic Nauar. *cap.* 25. *n.* 83. Moure. 3. *par. cap.* 5. §. 11. Enriquez *libr.* 9. *capit.* 25. *numer.* 1. Suarez *disp.* 81. *sect.* 5. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 1. & omnes.

QVÆSTIO II.

Quotuplex est Altare?

RESPONDEO: Quod duplex. Vnum fixum, & alterum portatile, seu mobile, quod Ara nuncupatur. Primum consecratur, vt ibi permaneat, & ideo non nisi super mensam, & completam structuram consecratur, & ita totum consecratum Altare: ideſt, totus lapis superior Altaris, qui capit totum Altare. Vnde in qualibet parte illius potest sacrificari. Secundum autem, nempe Altare mobile, seu portatile solum continet paruum lapidem, seu aram affixam tabulæ, vel capsulæ ligneæ, & hoc optime potest moueri ab vno loco in alium. Sic omnes Doctores.

QVÆSTIO III.

An Altare fixum amittat consecrationem motione, aut fractione ipsius?

NEGAT Sa, *V. Altare in prima sua edi tione* per hæc verba. Altare multis modis amittere consecrationem vulgo traditur: Ego quandiu illud formam suam retinet, non puto amitti consecrationem, vlla, aut fractione, aut motione. Sic ille. Cui satisfauet Fauius *in suo seruc. tract.* 2. 2. *partis ac sacrificio Missæ fol. mihi* 385. Sic dicens. Quidquid sit, non mea solum, sed doctissimorum huius Academiæ Parisiensis Theologorum sententia, altaria fixa, inconsulto Episcopo, non posse absque sacrilegio moueri; quod si aliquando mota, aut mutata de loco in locum, aut etiam in odium fidei ab ipsis hæreticis (vt passim factum est) euersa, si postea erecta, super illis pluries celebrata fuerit Missa, absque scrupulo quis poterit in eis celebrare Missam, alias semper augeremur scrupulis, vtrum remanserint altaria, nec ne? & maxime vbi hæresis sæuierit. Sic Fabius.

Sed certissime Respondeo: Amittere consecrationem, tam per enormen fractionem mensæ, quam per remotionem ipsius à pedibus, vel vase, cui affixa est. Sic Sa, correctus ex Mag. Sacri Palatij *loc. cit.* Suarez *disput.* 81. *sect.* 5. Granad. Fagundez, Lugo, & alij communiter. Vazquez *disput.* 233. *capit.* 2. Hurtado *disp.* 4. *diff.* 8.

QVÆSTIO IV.

An Altare portatile amittat conſecrationem, ſi ſeparetur à capſula lignea, cui includitur?

AFFIRMANT Azorius *lib.* 10. *capit.* 27. *quæſt.* 12. Granados *tract.* 14. *diſp.* 12. *num.* 2. Lublinus *V. Altare, nu.* 9. Paludanus, & Angel apud Hurtadum.

Sed probabilius Reſpondeo: Non amittere. Quia illa lignea capſula nullomodo componit cum lapide altare, cum non ſit capax conſecrationis; eo quod non ſit lapis: ſolum enim eſt ad ornatum, vel cuſtodiam lapidis, ne rumpatur. Sic Suarez *loc. cit. ſect.* 5. Silueſt. Vazquez, Layman, Hurtado, & Lugo *loc. cit.* Philibertus *tr.* 3. *part.* 3. *cap.* 12. *num.* 2.

QVÆSTIO V.

An Altare portatile poſſit fieri ex duobus lapidibus ad modum libri colligatis, quorum vnus capiat calicem, alter Hoſtiam?

RESPONDEO: Negatiue, niſi forte ex ſpeciali diſpenſatione Papæ. Quia conſuetudine receptum eſt, ex vno fieri lapide ad denotandam vnam in Chriſto perſonam. Sic Silueſter *V. Altare, quæſt.* 3. Vazquez *diſp.* 233. *num.* 16. Bonacina *quæſt. vltima cit. punct.* 9. *num.* 11. Hurtado, Lugo, Fagundez, Ægidius, & alij *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO VI.

An, Vt rata ſit conſecratio Altaris, ſit neceſſarium quod in eo Reliquiæ Sanctorum ponantur?

AFFIRMANT Guillelmus Durand. *lib.* 1. *capit.* 7. *numer.* 23. Azor *loc. cit. quæſt.* 8. Silueſt. & Scortia apud Hurtadum, Lublinus *V. Altare num.* 5. Scrutin. Sacerdot. *tract.* 2. 2. *partis pag. mihi* 385. Armilla *V. Altare numer.* 7. & apud ipſum D. Anton. & probabile ſatis reputat P. Ledeſma, ſtatim citandus.

Sed longe probabilius Reſpondeo: Non eſſe ſimpliciter neceſſarium. Quia praxis, & vſus docent, conſecrari abſque Reliquijs altaria: nec in deffectum Reliquiarum poteſt apponi aliqua particula Hoſtiæ conſecratæ, vt inepte exiſtimarunt Guillelmus Durandus *loc. cit.* & Ioan. Andreas *in cap. Placuit de conſecrat. diſt.* 1. Sic docent Sotus *diſt.* 13. *quæſt.* 2. *art.* 3. Suarez *diſp.* 81. *ſect.* 5. Vazquez *diſp.* 233. Ægidius *num.* 241. Hurtado *diſp.* 4. *diff.* 8. P. Ledeſma *capit.* 20. *de Euchariſtia.* Granados *tract.* 14. *diſp.* 12. *numer.* 2. Zerola 1. *part. praxis Epiſcop. V. Altare pag. mihi* 63. & apud ipſum Selua, Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 6. 7, & 8. Lugo *diſp.* 20. *num.* 75. Victorellus *in notis.* ad Emmanuel. Sa, *V. Altare.* Valerus, *verb. Miſſa differ.* 2. *fine.*

QVÆSTIO VII.

An Altare neceſſario debeat eſſe lapideum, & conſecratum ab Epiſcopo?

RESPONDEO: Quod ſic. Vnde ſolus Papa poteſt diſpenſare, vt ara fiat, & conſecretur ex argento, ferro, aut alia materia, & conſecretur à ſimplici Sacerdote. Nam de iure ad ſolos Epiſcopos ſpectat. Sic Sotus *loc. cit.* Enriquez *lib.* 9. *capit.* 28. *numer.* 1. Lugo, Fagundez, & alij *loc. cit.* & Philibertus *tract.* 3. *part.* 3. *capit.* 12. *numer.* 1. & 2. & communis.

QVÆSTIO VIII.

An ſit mortale celebrare in Ara, notabiliter fracta?

RESPONDEO: Quod ſic. Quia per notabilem fracturam amittitur conſecratio, vt ſupra eſt habitum *quæſt.* 3. ea autem ara dicitur notabiliter fracta, quæ in reſiduo non poteſt calicem, & Hoſtiam capere: quod adhuc non ita intelligitur, vt totus pes calicis, & tota patena debeant eſſe ſuper partem lapidis, ſed tanta pars vtriuſque, vt ſufficiat ad ſuſtentanda illa, ne cadant. Sic Fagundez, Lugo, & alij *loc. cit.*

QVÆS-

QVÆSTIO IX.

An Particulæ consecratæ debeant apponi super Aram consecratam, non solum, quando consecrantur, verum etiam, post earum consecrationem?

NEGAT praxis, & vsus aliquorum Sacerdotum, qui (vt refert Lugo) statim post consecrationem solent præbere vas, cum formulis consecratis, alteri Sacerdoti, vt eas in alio altari populo distribuat.

Sed certissime Respondeo: Debere apponi, & esse supra aram non solum dum consecrantur, verum etiam post earum consecrationem vsque ad communionem Saterdotis (nisi forte grauis contigat alicuius infirmi communicandi necessitas) Ratio est. Primo. Quia ara non tam requiritur ad sustentandam Hostiam tempore consecrationis, quam tempore præcedenti, & sequenti. Secundo. Quia non solum Hostia magna, sed etiam aliæ particulæ sunt victima illius sacrificij, cum non minus offerantur, quam Hostia maior: ergo omnes oblationes, & benedictiones sequentes æquè spectant ad illas. Tertio. Quia non congruit, nec decet, vt alius participet prius de sacrificio, quam ipse Sacerdos, qui est principaliter offerens. Sic Lugo *disp.* 20. *num.* 69. Quem sequitur Diana *part.* 5. *tract.* 13. *resol.* 72.

QVÆSTIO X.

An Altare debeat operiri tribus mappis, seu tobaleis præter corporale?

NEGANT Suarez *disp.* 81. *sect.* 6. Vazquez *disp.* 233. *cap.* 3. & Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 10. Asserentes sufficere opperiri duabus. Sic etiam Sa, *V. Missa num.* 7. Vbi sic ait. Præter corporalia adhibenda lintea duo, quamquam vnum sufficiat, si sit duplicatum. Sic Moure 3 *part. cap.* 5. §. 11. *num.* 7. & Ludouicus *quæst.* 11. *art.* 13. *dub.* 1. *pag.* 261. & Philibertus *cap.* 12. *cit. num.* 3. Machado *tract.* 11. *citato, docum.* 3. *num.* 1.

Sed certissime Respondeo: Debere necessario operiri tribus mappis, duabus brevioribus, quibus cooperiatur tota ara, & alia longiori, qua tota mensa altaris cooperiatur. Sic colligitur expresse *ex capit. Si per negligentiam* de consecratione *dist.* 2. & habetur in Missali reformato Clementis VIII. §. 20. *de præparatione Altaris*, vbi sic dicitur. Hoc altare opperiatur tribus mappis, seu tobaleis mundis ab Episcopo, vel alio habente potestatem, benedictis; Superiori saltem oblonga, quæ vsque ad terram pertingat, duabus alijs brevioribus, aut vna duplicata. Sic ibi. Et sic Gauantus *par.* 1. *titu.* 20. *pag. mihi* 73. Lugo *disp.* 20. *num.* 76. Hurtado *disput.* 4. *diffic.* 9.

QVÆSTIO XI.

An Prædictæ mappæ debeant necessario esse benedictæ?

NEGANT Suarez *disp.* 81. *sect.* 6. Quia neq; aliquo (inquit) iure cauetur, neque consuetudine obseruatur. Fagundez *loc. cit. num.* 10. Sa, *loc. cit.* & ibi Victorellus. Moure *loc. cit. num.* 9. & Ludouicus *loc. cit. conc.* 3.

Sed certissime Respondeo: Debere esse benedictas, nisi aliud necessitas cogat; vt si aliæ non haberentur, quia tunc sufficerent mappæ, aut tobaliæ laicorum, quibus deinde ipsi vti possent, cum non essent ad cultum Diuinum deputatæ, sed pro necessitate assumptæ. Prima pars huius responsionis constat ex verbis rubricæ citatis; & illam simul cum secunda docent Siluester *V. Benedictio quæst.* 5. & *V. Corporale num.* 1. Azor *lib.* 10. *cap.* 28. *quæst.* 8. Gauantus, Lugo, & Hurtado *loc. cit.*

QVÆSTIO XII.

An Corporale debeat necessario esse ex lino?

NEGANT aliqui apud Margaritam confessor. *fol.* 267. docentes posse fieri ex eo, quod dicitur Algodon, vel ex simile, quod & ipse probabile reputat. Negat etiam ex parte Azorius *lib.* 10. *capit.* 28. *quæst.* 8. quatenus concedit posse fieri ex cannabe. Nec reprobat Gabantus *part.* 2. *tit.* 1. *pag. mihi* 85.

Sed certissime Respondeo: Debere necessario esse ex lino albo, & benedicto, & ita intextus, vt nihil alterius materiæ in medio eius misceatur. Sic habetur expresse *in capit. Consulto de Consecratione dist.* 1. & *in Missali Rubr.* 1. *de præparatione Sacerdotis*, vbi sic dicitur. Corporale plicatum, quod ex lino tantum

esse debet, nec serico, vel auro in medio intextum, sed totum album, & ab Episcopo, vel alio habente facultatem simul cũ palla benedictum. Sic ibi, & sic Suarez, Fagundez, Lugo Hurtado, & alij *loc. cit.* Qui omnes fatentur esse peccatum mortale celebrare absque huiusmodi corporali lineo, & benedicto.

QVÆSTIO XIII.

An Saltem parua palla, qua calix operitur, & Hispane, Hijuela appellatur, possit esse serica, vel aurea?

AFFIRMANT Sotus *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 3. & Ludouicus *quæst.* 11. *art.* 3. *diff.* 2. *pag.* 262. Quia existimant, non esse de essentia ornamentorum Altaris. Quam sententiam non esse improbabilem, vt existimat Vazquez; docent Marcus de los Huertos *quæst.* 14. cum Ledesma *cap.* 20. & Rodriguez apud Hurtadum *disp.* 4. *diff.* 9.

Sed certissime Respondeo: Non posse, sed necessario debere esse ex lino (saltem quoad partẽ inferiorẽ, seu interiorẽ.) Quia est pars corporalis, cũ eandẽ benedictionẽ habeat, vt constat ex Rubrica citata. Sic Suar. Vazq. Enriq. & Layman, quos sequitur Hurtado *loc cit.* Lugo, Marcus, & Ledesma *loc. cit*, & Fagundez statim citandus *num.* 31. & communis.

QVÆSTIO XIV.

An Purificatorium, quo tegitur calix, debeat esse ex obligatione benedictũ?

AFFIRMAT Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 30. per hæc verba. De sanguineis, seu purificatorijs idem dicendum est, quod de corporalibus, debent etiã esse alba, linea, & benedicta, & nõ possunt esse serica, & peccatum est læthale celebrare sine purificatorio benedicto. Sic Stephanus, & sic etiam Layman *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 12.

Sed longe probabilius Respondeo. Non debere ex obligatione esse benedictum. (Licet debeat necessario esse ex albo lino, vt in hoc bene Fagundez cum communi.) Quia nec in Ritualibus inuenitur benedictio propria illius, sicuti neque veli, neque Bursæ, corporalis, vt docet Gauantus *p.* 2. *tit.* 1. *lit.* I. *pag.* 84. & tenent Suarez *disp.* 81. *sect.* 8. *Ver. Quarto.* Lugo, & Hurtado *loc. cit.*

QVÆSTIO XV.

An Sit mortale celebrare cum vnica tantum tobalia, & corporalibus?

RESPONDENT Suarez *disp.* 81. *sect.* 6. *Ver. Secundo*, & Fagund. *loc. cit.* c. 23. *n.* 13. fortasis non esse mortale, si in necessitate, & sine scandalo, aut contẽptu fiat.

Sed resolutorie Respondeo: Tantum esse veniale; mortale vero, sine vlla tobalea, cum solis corporalibus. Quia celebrare primo modo, leuis; secundo vero, maxima esset irreuerentia. Sic S. Thom. *q.* 83. *ar.* 3. *ad* 8. Rodrig. & Tolet. quos citat, & sequitur Moure *loc. cit. n.* 11. Siluest. Tabiena, Caiet. Nauar. Sot. & alij apud Fagund. *loc. cit.*

QVÆSTIO XVI.

An Prælati nostræ Religionis, & aliarum, possint benedicere corporalia, & alia sacra ornamenta tam suorum Monasteriorum, quam vndecumque sint?

NEGANT Gauantus *in Rubr. Miss. tom.* 1. *p.* 4. *tit.* 19. *n.* 21. *& in nonaeditione* 22. referens duas Sacræ Congregationis declarationes, & Diana *p.* 3. *tr.* 2. *de dubijs regul. resol.* 40. Vnde male citatur hic author à Philiberto, statim citando, pro sententia contraria.

Sed probabilius Respõdeo, Posse. Quia sic concessit Innocenti. VIII. Abbatibus Cistercien. vt refert Tamburinus *tom.* 1. *de iure Abbatum disp.* 22. *q.* 2. *n.* 2. & Iulius II. Priori Generali Canonicorum sancti Saluatoris; in quibus priuilegijs per nouam, & amplissimam concessionem SS. D. Vrbani VIII. nos communicamus. Sic docent Peremus, Rodriguez, & Miranda apud Dianam *loc. cit.* quibus adde Suarium *tom.* 4. *de Religio. tr.* 1. *lib.* 2. *c.* 30. *fine.* Tamburinum *loc. cit.* Vbi docet prædictum decretum Sacræ Congregationis procedere secluſa consuetudine, & vsu dictorum priuilegiorum. Philibertum *tr.* 3. *part.* 3. *cass.* 12. *num.* 3. Vbi ait, dictam declarationem non esse præceptiuam: nec constare de priuilegij reuocatione.

QVÆS-

QVÆSTIO XVII.

An Sit peccatum mortale celebrare absque lumine?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia est contra graue præceptum posſitum *in cap. vlt. de celebrat. Missarum.* Et sic docent Nauarrus *cap.* 25. *à num.* 83. Suarez *disp.* 81. *sect.* 6. Palud. Durand. Sotus, & omnes Doctores, vt ait Petrus Ledesma *cap.* 20. *de Euchar. concl.* 7.

QVÆSTIO XVIII.

An Sit peccatum celebrare cum vnico lumine, seu candela?

AFFIRMANT Nuñus, quem refert, & sequi videtur Diana 2. *part. tract.* 14. *resol.* 45. asserens esse veniale celebrare sic, etiam in casu necessitatis, his fauet Philibertus *tract.* 3. *part.* 3. *capit.* 12. *numer.* 4.

Negant tamen Graſſius *capit.* 42. *numer.* 1. Suarez *disp.* 81. *sect.* 6. §. *Tertio.* Petrus Ledesma *loc. cit.* Moure *part.* 3. *cap.* 5. §. 12. *num.* 13. Ludouicus *loc. cit. diff.* 5. *pag.* 262. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 18. Hurtado *disp.* 4. *diff.* 9. Machado *loc. cit.* dicens esse communem sententiam. Et alij existimantes nullum esse peccatum sic celebrare etiam extra casum necessitatis.

Sed ego probabilius Respondeo: Esse quidem veniale celebrare cum vnico lumine, si id fiat absque necessitate. Quia rubr. 20. Missalis reformati duas exigit candelas. Sic Azor *lib.* 10. *cap.* 28. *quæst.* 5. Gauantus *part.* 1. *tit.* 20. *lit.* Y. & alij.

QVÆSTIO XIX.

An Sit peccatum mortale celebrare cum vno lumine olei, vel adipis in casu necessitatis?

AFFIRMAT Enriquez *lib.* 9. *capit.* 26. *numer.* 3. & *capit.* 29. *numer.* 7. docens esse mortale celebrare absque candela cerea. Citat etiam pro hac sententia Diana *loc. cit.* Ricium *part.* 3. *decis.* 213. *numer.* 1. Reginaldum *lib.* 29. *cap.* 9. *nu.* 196. Stephanum Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *capit.* 23. *numer.* 17. Suarium *disp.* 81. *sect.* 6. Antonium Moure, Fernandez *part.* 3. *cap.* 5. §. 13. *num.* 12. Villalobos *part.* 1, *tract.* 8. *diff.* 26. *num.* 4. Vazquez *disp.* 233. *cap.* 3. *n.* 26. & Molinesium *tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 12. *num.* 57. Sed omnes fere male. Quia ad minus Suarez, Fagundez, Moure, Vazquez, Reginaldus, & Villalobos, quos ego vidi, oppositum ex parte docent, vt statim dicam.

Negant vero per oppositum Zanardus, Nuñus, Pitigia. Graſſius, Azorius, & Homobonus, quos citat, & sequitur Diana *loc. cit. & resol.* 67. Quibus adde Gauantum 1. *part. tit.* 20. *lit.* Y. *pag. mihi* 76. Layman, & Bonacinam, quos citat, & sequitur Hurtado *diff.* 9. *citata*, Toletum *lib.* 2. *cap.* 2. Machado *loc. cit. numer.* 2. (Qui etiam citat male, quos male Diana citat.) Et alios asserentes nullomodo esse peccatum in casu necessitatis celebrare cum lumine ex oleo, aut candela ex seuo, aut ex adipe confecta.

Sed media via probabilius Respondeo: Sic. Celebrare adhuc in casu necessitatis cum candela ex adipe, vel seuo, semper erit mortale; secus vero cum lumine, aut lucerna ex oleo. Sic Suarez, Vazquez, Moure, Fagundez, Reginaldo, & Villalobos in eisdem locis ab ipso Diana pro oppoſita sententia citatis. Marcus de los Huertos *de sacrificio Missæ quæst.* 15. *fol. mihi* 181. Petr. Ledesma *loc. cit.* Ludouicus *quæst.* 11. *artic.* 13. *diff.* 4. *pag.* 262. & fauet Philibertus *loc. cit. num.* 4. *pag.* 448.

QVÆSTIO XX.

An, Si in cepto sacro lumẽ extinguatur, nec aliud commode inueniatur, possit saltem in eo casu Sacerdos Missam sine in lumine continuare, & perficere?

RESPONDET Fagundez *loc. cit. capit.* 22. *num.* 19. Posse quidem, ac debere continuare Missam sine lumine, si lumen defficiat, & extinguatur post consecrationẽ; secus vero si extinguatur ante consecrationẽ, quia tunc existimat, relinquendam esse Missam, etiam si instaret præceptum audiendi sacrum, aut necesse esset consecrare ad dandum Viaticum moribundo.

Ego tamen probabiliter Respondeo: Non solum posse Sacerdotem Missam

continuare, lumen si extinguatur post consectationem; verum etiam si extinguatur, aut deficiat post offertorium (licet, & ante consecrationē) cū iam sint oblata ea, quæ consecranda sunt; imo durum videtur relinquere Missam, iam quocunque modo incæptam in ea necessitate in qua aliquis moribundus extremo Viatico indigeat, vt non obscure indicare videtur Lugo *disp.* 20. *num.* 77.

QVÆSTIO XXI.

An Sit peccatum mortale, sacrum facere absque Missali? Saltem continente, Canonem?

RESPONDEO: Esse regulariter loquendo: quamuis Sacerdos Missam teneat memoriter. Sic communiter omnes Doctores. Nauar. *cap.* 25. *nu.* 84. Sotus *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 4. Enriquez *lib.* 9. *cap.* 26. *n.* 4. Suarez *disp.* 81. *sect.* 6. Hurtado *disp.* 4. *diff.* 9. Lublinus *Verb. Missa num.* 6. Petrus Ledesma *loc. cit. concl.* 8. & alij.

QVÆSTIO XXII.

An Saltem, sit mortale celebrare sine Missali in casu, quo illud deest, & Sacerdos firmiter teneat memoria Missam totam, nullumque timeat periculum obliuionis?

AFFIRMANT adhuc Nauar. Sot. Enriquez, Tabiena, Siluest. & Azor, & alij, quos citat, & sequitur Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 23. Qui etiam citat pro se Suarium. Male tamen, cum hanc quæstionem indecisam relinquat, per hæc verba. An vero in aliquo casu, vbi liber deest, & Sacerdos esset ita instructus, & de sua memoria confidens, vt moraliter non dubitaret, posse se omnia integre dicere sine libro, an inquam in eo casu esset peccatum id facere, aliorum iudicio relinquo: ná ego propter multorū authoritatē licētiá dare, non audeo, & aliūde sufficienter rationē peccati nō inuenio. Sic Suar. Citat etiam pro hac parte Diana *tract.* 14. *cit. resol.* 46. Reginaldum *lib.* 29. *n.* 197. Filliucium *tract.* 8. *cap.* 5. *nu.* 127. & Vazquium *disp.* 233. *cap.* 3. *num.* 26. & Hurt. *diff.* 9. Sed nullus horū expresse loquitur in casu nostræ quæstionis, præter Vazquez, & Filliucium, qui tamen oppositum docent; præcipue Filliucius per hæc verba. *Excusari posset in necessitate Missam dicens sine Missali, & moraliter confidens de sua memoria. Sic ille.*

Sed probabilius Respondeo: Nullomodo esse mortale celebrare in dicto casu absque Missali, si scandalum absit. Sic Layman *tract.* 5. *capit.* 6. *numer.* 17. Villalobos *tract.* 8. *diff.* 26. *numer.* 5. Ledesma *capit.* 20. *concl.* 8. Diana *loc. cit.* Lugo *disput.* 20. *numer.* 78. Vazquez *loc. cit.* Moure 3. *part. capit.* 5. §. 12. *num.* 14. Marcos de los Huertos *quæst.* 15. *fol.* 183. Filliucius *loc. cit.* Ludouicus de S. Ioan. *quæst.* 11. *art.* 14. *dub.* 1. *concl.* 2. *pag.* 263. Machado *docum.* 7. *cit num.* 3. (Qui etiam citat male Vazquium pro opposita sententia.) Et Philibertus *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 12. *num.* 6. Qui nec veniale esse insinuat.

QVÆSTIO XXIII.

An Sit peccatum mortale, Missam sine Cruce in Altari posita celebrare?

AFFIRMANT aliqui, apud Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *capit.* 21. *numer.* 32.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Nullomodo esse mortale: sed ad summum veniale, si commode Crux haberi possit. Sic Suarez, Vazquez, Fagundez, Hurtado, Layman, Lugo, Diana, Homobonus *loc. cit.* & Gauantus 1. *p. tit.* 20. *lit. V.* Reginaldus, & Huertos *loc. cit.* & Philibertus *tract.* 3. *part.* 3. *capit.* 12. Villalobos *tract.* 8. *diff.* 26. *numer.* 6. Petrus Ledesma *loc. cit.* Machado *loc. cit. num.* 4. & communis.

QVÆSTIO XXIV.

An Calix, & Patena necessario debeant esse ex auro, vel argento, saltem iuxta Rubricas Missalis?

AFFIRMANT Hurtado *disput.* 4. *diff.* 10. & Lugo *disput.* 20. *numer.* 90.

Sed probabilius longe Respondeo: Etiā posse esse ex stanno. Quia sic habetur in Rubrica 10. de defectibus in ministe-

rio

rio ipso occurrentibus per hæc verba. Si non adhic Calix cum Patena conueniens, cuius cuppa debet esse aurea, vel argẽtea, vel stannea, non ærea, vel vitrea. Sic ibi. Et sic antea, Concil Rhemense *Can. 6. relatum in cap. vt Calix de Consecratione dist. 1.* & tenent Fagundez *præc. 1. lib. 3. cap. 21. num. 11.* Moure *3. par. cap. 5. §. 11. num. 1.* Layman *tract. 5. cap. 6. num. 8.* Guantus *par. 2 titul. 1. lit. F.* Sa *Ver. Missa num. 8.* Ioan de Cruce *de sacrific. Missæ. quæst. 3. dub. 3. concl. 2.* & Suarez *disp. 81. sect. 7.* Philibertus *tract. 3. par. 3. cap. 13. num. 1.* Petrus Ledesma *de Euchar. cap. 21. concl. 2.*

QVÆSTIO XXV.

An Etiam Calix, & Patena, licite ex plumbo confici possint?

AFFIRMANT Astensis *lib. 4.* & alij, apud Siluestrum *Ver. Calix num. 1.* & etiam Sa *Ver. Missa nu. 8.* per hæc verba. Calicem, & Patenam, oportet, saltem ex stanno esse, aut plumbo. Sic ille. Ratio eorum est. Quia existimant plumbum esse eiusdem rationis cum stanno.

Sed longe probabilius Respondeo: Nõ posse. Quia longe probabilius est, plumbum non esse stannum. Sic Suarez *disp. 81 sect. 7.* Siluest. *loc. cit.* Scortia, quem citat, & sequitur Layman *loc. cit. num. 12.* Lublinus *Ver. Calix*, & Fagundez *loc. cit. num. 10.* & Ioan de Cruce *quæst. 3. de Sacrificio Missæ dub 3. concl. 2.* Vbi dicit esse mortale celebrare cum Calice plumbeo. Ludouicus *loc. citato, art. 15. diff. 3.* Philibertus, & Ledes. *loc. cit.*

QVÆSTIO XXVI.

An Saltem, licite possit fieri calix ex ære, seu cupro in aurato?

NEGANT Suarez, Siluest. Layman, Hurtado, Moure, Philibertus: & alij communiter *locis citatis*, loquendo de Cuppa calicis, de qua est præcipua quæstio.

Sed probabiliter Respondeo. Posse licite. Quia sic praxis. Sic Fagundez *loc. cit.* Qui, & fateatur, se vidisse fratres Diui Antonij, familiæ Franciscanæ vti calicibus ex mero ære, metallo vè confectis, sed inauratis ad euitandam æruginis contractionem, & periculum vomitus. Et Lugo *disp 20. num 90* Vbi sic ait. Sunt enim in Ecclesijs ad communem vsum sacrificij plerique calices ex are toti, seu cupro in aurato, Italice *Rame*, Hispane, *Cobre*: & ex his Romæ sunt innumeri, & plures patenæ, & stanno autem nullus reperitur, quã praxim, nescio quomodo nostri Recentiores non aduerterint, qui quotidie in ijs vasis sacrificabant. Sic Lugo.

QVÆSTIO XXVII.

An Saltem pes calicis possit fieri ex plumbo, ferro, aut alia quacumque decenti materia, dummodo cuppa illius, sit aurea, vel argentea, vel stannea?

NEGATIVAM sententiam esse satis probabilem indicat Suarez *disp. 81. sect 7.* & illam expresse tenent Ludouicus *q. 13. ar. 15. diff. 4. pag 264.* Petrus Ledesma *cap. 21. & concl. 2.* dicens, id esse certum.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse. Quia id clare habetur in Rubrica. 1. Missalis de præparatione Sacerdotis, & 10. defectibus occurrentibus, verbis supracitatis, & ita docent Suarez, Hurtado & Layman *locis cit.* Enriquez *lib. 9. cap. 28. numer. 2.* Et Ægidius, & Vazquez, quos citat, & sequitur Granados *tract. 14 de Euchar. disp. 12. num. 3.*

QVÆSTIO XXVIII.

An Cuppa calicis, & superior pars patenæ, debeat sub graui obligatione esse deaurata?

NEGAT Granados loco nuper citato; & apud ipsum, sapientissimi PP. Didacus, & Christophorus Ruiz.

Sed probabilius Respondeo: Debere esse deurata, sub obligatione graui, sinon sint ex argento. (secus alias). Quia tunc eam inaurationem omittere, non leuis irreuerentia videtur. Sic minuat Lugo *disp. 20. num. 90.* Et fauent Rubricæ Missalis citatæ, vbi clare præscribitur, vt cuppa Calicis, & superior pars patenæ sint deauratæ.

QVÆSTIO XXIX.

An Calices, & Patenæ debeant neceſſario conſecrari ab Epiſcopo?

RESPONDEO: Debere ab Epiſcopo, vel ab alio quouis Sacerdote ex commiſſione, & priuilegio Summi Pontificis. Sic Siluester, Enriquez, Suarez, Tabiena, & alij, quos citat, & ſequitur Fagundez *loc. cit. num.* 14. & eſt omnium communis.

QVÆSTIO XXX.

An Huiuſmodi priuilegium conſecrandi calices defacto conceſſum ſit aliquibus Sacerdotibus?

AFFIRMANT Suarez *diſp.* 81. *ſect.* 7. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *nu.* 14. & Hurtado *diſp.* 4. *diff.* 10. conceſſum ſcilicet fuiſſe ſolis Præbiteris Societatis Ieſu degentibus in remotiſsimis partibus.

Sed longe probabilius, immo certiſsime Reſpondeo: Non ſolum Sacerdotibus è Societate Ieſu, verum etiam Abbatibus Benedictinorum, & Ciſtercienſium nec non, & alijs Prælatis Regularium, & Sacerdotibus Ordinis Minorum proficiſcentibus ad Indios conceſſum fuiſſe priuilegiũ huiuſmodi conſecrandi Calices ſuorum ſaltem Monaſteriorum. Sic Ioan. de la Cruz *in Epit. lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 9. Marcus de los Huertos *quæſt.* 14. *de Sacrific. Miſſæ.* Layman *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 12. Qui citat Emmanuelem Sa *Ver. Calix*, & Rodriguez, quorum primus nil dicit, aut notat circa iſtud priuilegium, ſed ſuus additionator Victorellus.

QVÆSTIO XXXI.

An Sacerdos poſsit celebrare in Patena, & Calice nondum conſecrato, ſi ailus Sacerdos bona fide cum ipſis Miſſam ante conſecrationem celebraſſet?

AFFIRMAT Diana 2. *par. tract.* 14. *de Celebratione Miſſæ reſol.* 69. Quia prima, inquit, celebratione à Sacerdote bona fide facta, iam conſecrata remanſerunt: Ergo non indigent alia noua conſecratione. Conſequentiam probat ex doctrina, quam tradunt Caſtro *lib.* 2. *de lege pœnali cap. vlt.* Auila *de Cenſ. par.* 5. *diſp.* 7. *dub.* 3. *con.* 1. & Sa *Ver. Eccleſia, num.* 19. Vbi docent Eccleſiam pollutam non egere noua conſecratione, ſi in ea (ſaltem bona fide) quis celebrauit: Ergo neque calix (& idem iudicat de Corporalibus, & alijs veſtibus ſacris) indigebit noua conſecratione poſtquã in illo celebratum eſt. Sic docet Diana *loc. cit.* & etiam 5. *par. tract.* 13. *reſol.* 60. & *par.* 6. *reſol.* 28. & penes illum, Franciſcus de Nigro in addit. ad Ruiz *p.* 6. *animaduer* 8. *n.* 4. & Cœleſtinus *in Compend. Theologiæ Moralis tract.* 8. *cap.* 5. *quæſt.* 9.

Sed longe probabilius, imo certiſsime Reſpondeo: Non poſſe. Tum, quia falſum eſt Eccleſiam pollutam manere reconciliatam, ex eo, quod in eo celebretur, ſiue bona fide, ſiue mala, vt optime probat Fagun. cũ alis ſtatim citãdis: Ergo neq; ea calix, aut patena conſecrata ex eo, quod in eis celebratum fuerit. Tum quia (vt bene Lugo) etiam ſi admittatur doctrina Caſtri, & aliorum Doctorum adhuc non infertur in noſtro caſu, quod intenditur, ſed eius oppoſitum. Nam illi DD. licet dicant, Eccleſiam ſemel conſecratam poſſe reconciliari per ſacrificium bona (ſaltem) fide in ea oblatum; non dicunt tamen Eccleſiam nondum conſecratam per ſacrificium in ea, bona fide oblatum, manere conſecratam; alioquin omnia Oratoria eſſent conſecrata poſtquam in eis celebratur: Ergo licet admitteretur, quod calix ſemel rietè cõſecratꝰ, ſi pollueretur, poſſet reconciliari per ſacrificiũ in eo bona fide oblatum, non deberet concedi, quod calix non conſecratus ea ratione fieret conſecratus: plus enim requiritur ad conſecrationem inducendam in materiã profanam, quam ad purgandam materiam iam ſemel conſecratam. Sic Lugo *diſp.* 20. *num.* 62. & 92. & ante illum Layman *tract* 5. *cap.* 5. *num.* 13. *Ver. addendum quarto.* Qui, & dicit, nanc noſtram ſententiam omnes Doctores ſupponere præcipue Nauarrum *lib.* 3. *conſil.* 1. *de Conſecrat. Eccleſiæ*, & Azorum *lib.* 10. *cap.* 26. *quæſt.* 13. Tenent tamen illam expreſſe Fagundez *præc.* 3. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 15. & alij apud ipſum. Phuibertus *tr.* 3. *par.* 3. *c.* 13. *n.* 3.

(*.*)

QVÆS-

QVÆSTIO XXXII.

An Sit mortale celebrare in Calice, & Patena, notabiliter fracta?

RESPONDEO: Quod sic. Quia perditur consecratio per notabilem fracturam. Tunc autem dicetur Patena notabiliter fracta, quando hostiam capere non potuerit; & Calix etiam, quando in eo sanguis Christi commode consecrari non possit. Sic S. Thomas *3. par. quæst. 83. art. 3. ad 6.* & cum eo omnes Doctores.

QVÆSTIO XXXIII.

An Calix perdat consecrationem suam, per solam separationem pedis à cuppa?

AFFIRMANT absolute Palud. *dist. 13. quæst. 2. art. 5. concl. 2.* Diuus Anton. *3. par. tit. 13. §. 5.* Siluester, & Tabiena *Ver. Calix. §. 2.* Tam loquendo de Calice, habente pedem fixum, cuius partes nō possunt, nisi per fractionem separari; quam loquēdo de Calice tornatili, cuius partes, propter opus tornatile, absque noua artificis industria, à quolibet homine separari, & coniungi facile possunt.

Sed longe probabilius Respondeo: Sic. Calix tornatilis nullo modo perdet suam consecrationem, per separationem pedis à cuppa. Secus uero dicendum de Calice, non tornatili, aut non habente pedem amobilem. Sic Suarez *disp. 81. sect. 7.* Vazquez, Armilla, Ægidius, Reginald. & Layman, quos citat, & sequitur Hurtado *disp. 4. diff. 10.* Fagundez *præc. 1. lib. 3. cap. 21.* num. 17. Lugo *disp. 20. num. 93.* Sa *Ver. Calix.* Enriquez *lib. 9. cap. 28. num. 2.* Petrus Ledesma *cap. 21. de Euchar. post 3. concl.*

QVÆSTIO XXXIV.

An Calix amittat suam consecrationem quando de nouo iterum inauratur?

AFFIRMANT Suarez *disp. 81. sect. 7.* Vazq. *disp. 233. cap. 4. nu. 32* Siluest. & Angel. apud ipsum. Pitigianus, & Molfesius, Petrus Ledesma, Scortia, Hurtado, & Bartholomæus ab Angelis, quos citat Diana *2. par. tract. 15. & 1.* Miscel. *resol. 3.* Reginal. *lib. 29. cap. 9. nu. 199.* Bonac. *disp. 4. quæst. vlt. par. 9. num. 18.* Fagundez *cap. 21. cit. num. 24.* Sa *corrector. Ver. Calix.* Enriquez *lib. 9. cap. 28. num. 2.* Moure *3. par. cap. 5. §. 11. num. 6.* dicens esse sententiam omnium. Gauantus *par. 2. tit. 1. lit. H.* Ludouicus *quæst. 11. art. 15. diff. 8. pag. 265.* Philibertus *tract. 3. par. 3. cap. 13. num. 4.* Petrus Ledesma *loco cit.*

sed aque probabiliter Respondeo: Non amittere. Quia per illam inaurationem nouam, ille non est alius calix moraliter à præcedenti: at hic iam semel consecratus fuit: Ergo adhuc manet consecratus: Ergo non est necesse consecrare illam nouam superficiem, sicut neque in Ecclesia, quæ de nouo dealbatur, oportet de nouo consecrare superficiem nouam. Sic Ægid. *quæst. 83. ar. 3. dub. 3. num. 246.* Layman *tract. 5. cap. 6. num. 7.* Diana *loc. cit.* Lugo *disp. 20. num. 95.* & Guillelmus, Durandus, apud Hurtadum, *loc. cit.* Sic etiam Sa *in prima edit. Ver. Calix.*

QVÆSTIO XXXV.

An Pixis, seu custodia, in qua corpus Christi asseruatur benedici, aut consecrari debeat?

NEGANT Paludanus, Tabiena, Siluest. Sot. Nunus, Azor, Enriquez, & Vazquez, quos citat, & sequitur Diana *2. par. tract. 1.* Miscel. *resol. 2.* Ægid, Layman, Suarez, & Bonac. apud Hurtadum, Fagundez *præc. 1. lib. 3. cap. 22. num. 14.* Marcus de los Huertos *quæst. 15. folio mihi 174.*

Sed probabilius Respondeo: Debere benedici benedictione simplici, & sine vnctione. Primò. Quia sic expresse præscribitur in Missali reformato, Rubrica. 2. de ritu seruando in celebratione Missæ. Secundò. Quia calix, & Patena ideo benedicuntur, quia tangunt Eucharistiam: Ergo, & pixis, in qua seruatur, benedici debet. Sic S. Tho. *quæst. 83. ar. 4.* Suarez *loc. cit.* dicens, hoc esse securius, & consulendum. Vnde non bene citatur pro opposita sententia. Sic etiam Reginaldus *lib. 29. cap. 9. num. 201.* Petrus de Ledesma *cap. 21. post 3. concl.* Hurtado *disp. 4. diff. 10.* Guillelmus, Durandus *lib. 10. cap. 16.* Scortia *lib. 4. cap. 29.* Gauantus *par. 2. tit. 2. num. 3. lit. P.* Et tenent etiam, ex parte, Granados *tract. 14. de Euchar. disp.*

diſp.12.num.6. Lugo *diſp. 20.num.96.* Cruz *quæſt.3 de Sacrificio Miſſæ, dub.3.* & apud ipſum Rodriguez, Philibertus *tr. 3 par.3.cap.13. num.7.* Qui tamen male citat Gauantum pro oppoſita parte.

QVÆSTIO XXXVI.

An Sit neceſſarium, vt intra pyxidem, in qua Sacramentum ſeruatur, ſit aliquis linteus benedictus, benedictione Corporalis?

AFFIRMAT Petrus Ledeſma *cap.21. cit.* per hæc verba: Dentro de eſte vaſo, y caxa donde ſe pone el Sacramento, ſe debe poner algun lienzo limpio, y aſſeado, para que eſte el Sacramento decentemente, y que tenga manera de Corporal. Y ſeria muy bien echo, que el tal paño, ô lienzo, eſtubieſſe conſagrado, y bendito con la conſagracion, y bendicion del Pontifical. Ita ille. Et Vazquez *diſp.233.cap. 4.num.36.* dicens, hoc eſſe neceſſarium ex conſuetudine. Fauet huic ſententiæ Suarez *diſp.81.ſect.7.fine.* Vbi ſic ait. Poteſt intra huiuſmodi Pyxidem poni corpus Chriſti in alio vaſculo ex linteo aliquo cõfecto, quod maxime fieri deceret, quando pyxis non eſſet argentea, &c. Sic ille. Nec diſſentit Granados *loc.cit. num.6.*

Sed longe probabilius Reſpondeo: Nullo modo eſſe neceſſarium, imo nec ita decere, cum amylum, quo linum illud imbuitur generare poſsit, & ſoleat, animalia quædam minuta in Pyxide, vt bene Gauantus *par.2. tit.2. num.3. lit.P.* melius ergo erit, vt vas auro liniatur interius, vt ſic facilius Sacerdos dignoſcere, & colligere fragmenta poſsit. Sic Hurt. Diana, & Lugo *locis citatis*, dicentes conſuetudinem, quam affert Vazquez eſſe in contrarium,

QVÆSTIO XXXVII.

An Saltem Pyxis debeat collocari, & ſeruari ſuper aram, aut lapidem conſecratum?

AFFIRMANT Vazquez *loc.cit.num. 36.* Per hæc verba. Tum etiam Pyxis collocari debet ſuper lapidem conſecratum, qui ſit altare viaticum, ſicut etiam in ipſa celebratione: id quod conſuetudine etiam ſeruari ab omnibus video. Sic Vazquez.

Sed probabilius Reſpondeo: Non debere ſaltem ex obligatione, cum neque ex iure, neque ex conſuetudine, cum hæc non ſit vniuerſalis, probari poſsit: Reponenda ergo ſolum debet ſuper Corporale, quia hoc conſuetudine ſeruatur. Sic Hurtado, & Lugo *locis cit.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An Veſtes ſacræ Sacerdotales ſint tantum ſex, videlicet, Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola (ſeu Orarium) Planeta, ſeu Caſula?

NEGAT ex parte Fabius *in ſuo ſtruc. Sacerdot. tract.2. par.2. pagin. mihi* 380. doncẽs eſſe ſeptẽ, ſuperpelicium videlicet, & alias ſex enumeratas.

Sed certiſsime Reſpondeo: Tantũ eſſe ſex enumeratas; his enim tantum Sacerdos indui debet in celebratione Miſſæ. Quę omnes, & ſingulæ illarum, benedictione ad diuinum cultum deputari debent. Sic docent omnes Doctores, ſpeciatim Suarez *diſp.82.ſect.3.* Enriquez *lib.9.cap.26. num.4.* Fagund. *præc.1.lib.3.cap.23.* & tandem ipſe Fabius.

QVÆSTIO XXXIX.

An Sit mortale celebrare ſine aliqua ex his quinque veſtibus ſacris; Amictu videlicet, Alba, Manipulo, Stola, & Caſula; aut cum aliqua ex illis non benedicta?

NEGAT Cano, apud Enriquez *lib.9. cap.29.num.5. in Gloſa lit.Z.* Qui, & dicit eſſe probabile: Verba Enriquez ſunt hæc. Cano in lect. negat eſſe mortale vti Manipulo non benedicto, preſertim ex cauſa, quando non habetur alius; quia eſt materia leuis (vt de cingulo dicetur) quod eſt probabile, & tamen Doctores cõmuniter damnant peccati mort. Sic Enriquez. Quem abſolute pro hac parte, citat, & ſequitur Machado *tract.11. citato, document.4.numer.3.* Pro qua, etiam citat alios, ſed non ita bene.

Sed certiſsime Reſpondeo: Eſſe mortale, ſi hoc fiat ſaltem extra caſum neceſsitatis. Nam omnes Doctores conueniũt, quinque veſtimenta modo enumerata, eſſe

nece-

necessaria necessitate præcepti Ecclesiastici ad hoc sacrificium celebrandum. Sic Nuñus, Vazquez, & Hurtado, & Bonac. quos citat, & sequitur Diana 2. *par. tract.* 14. *resol.* 68. Nauar. Suarez, Palud. Silueit. Soto, quos citat, & sequitur Fagundez *præc.* 3. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 15. Granado *tract.* 14. *disp.* 12. *num.* 7. & Vazquez *disp.* 233. *cap.* 4. Petrus de Ledesma *de Euchar. cap.* 21. *concl.* 4. & 5.

QVÆSTIO XL.

An Etiam sit mortale, celebrare sine aliqua veste ex quinque numeratis, vel cum aliqua ex illis non benedicta, vt absque Stola, vel Manipulo &c. ob uitandum mortis periculum?

AFFIRMAT etiam Caietanus 1. 2. *quæst* 96. *ar.* 4. Quem refert Enriquez *lib.* 9. *cap.* 29. *num.* 5. *in Marg. lit. C.* & sequitur Petrus de Ledesma *cap.* 21. *post.* 5. *concl. pag. mihi* 121.

Sed probabilius longè Respondeo: Nõ esse mortale tunc absque Stola, aut Manipulo, &c. celebrare. Quia maioris momenti, est conseruatio vitæ, quam obseruatio dicti præcepti Ecclesiastici in eo casu; secus omnino esset dicendum, si inijceretur metus mortis in contemptum fidei, aut Christianæ Religionis; quia tunc grauissimum peccatum esset ob tèperare. Sic Nauarr. Suarez, Enriquez, Soto, Layman, Fagundez, & alij *locis citatis*, & est communis.

QVÆSTIO XLI.

An Liceat etiam celebrare sine omnibus vestibus sacris, solo vestitu communi, & profano, si aliter mortem quis vitare nequeat?

NEGAT Caiet. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 4. quẽ citat, & sequitur Nauar. *in manuali cap.* 25. *nu.* 84. & Clarius *lib.* 3. *consil.* 3. *de celebrat. Missarum* D. Anton. & Palud. quos citat, & sequitur Enriquez *loco citato* Suarez *disp.* 82. *sect.* 3. §. 2. dicendum est, Fagundez *præc.* 3. *lib.* 3. *cap.* 23. *nu.* 19. Marcus de los Huertos *quæst.* 15 *pag.* 180. & Petrus de Ledesma *cap.* 21. *concl.* 5. *diff.* 2.

Sed æque probabiliter Respondeo: Etiam licere, si sine fidei contemptu ob vitandam mortem celebret. Sic Sa *Ver. Missa num.* 13. Layman *tract.* 15. *cap.* 6. *num.* 17. Soto, Vazquez, & Medina, quos refert, & sequitur Hurtado *disp.* 4, *diff.* 11.

QVÆSTIO XLII.

An Rursus in casu necessitatis, v. g. ne in die festo plebs sine Sacro audeat, possit Sacerdos celebrare absq; aliquo ornamento ex prædictis, vel cum aliquo, non benedicto?

AFFIRMATIVAM sententiam tenere Suarium *disp.* 82. *sect.* 3 *dub.* 1. *in fine*; Petrum de Ledesma *cap.* 21. *de Euchar. concl.* 5. *diff.* 3. Ægidium *quæst.* 83. *ar.* 3. *dub.* 3. *num.* 250. Filiucium *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 149. & Ioannem de Cruce *de Sacrif. Missæ, quæst.* 3. *dub.* 4. *concl.* 2. dicunt Diana *tract.* 14. *cit. resol.* 57. & Philibertus *tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 14. *num.* 4. *pag.* 450.

Sed certe ex his omnibus Authoribus solum Filliucius, & Cruz id asseuerantèr affirmant. Nam Suarez, & Ledesma tantum dicunt viris grauibus non videri mortale in casu necessitatis celebrare sine Stola, vel Manipulo; Ægidius vero solum hoc affirmat de cingulo, & non sine timore. Ait enim sic: Nollem condemnare eum, qui quando alias die celebri totus populus deberet carere Sacro, celebraret sine cingulo benedicto. Quo casu ait Nauarrus *cap.* 25. *num.* 84. Licere vti Stola pro cingulo, & Manipulo pro Stola. Sic Ægidius: Insinuant tamen clare esse probabilem hanc sententiam Lugo *disp.* 20. *num.* 98. & Granad. *loc. cit. num.* 7. tenetque ex parte Layman *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 17. *Vers. Secundo*, & expresse Ludouicus de S. Iuan *quæst.* 11. *ar.* 16. *diff.* 3. *pag.* 268.

Sed longe probabilius Respondeo: Nõ posse licite celebrare, (etiã in dicto casu) omisso vno, aut altero ex quinq; prædictis ornamẽtis. Quia nec ritè, nec decẽter celebraret; & ita in eo casu cessaret obligatio legis de sacro faciendo, vel audiendo. Sic Enriquez, & Ægid. *locis citatis*, quatenus hoc solum concedunt, posse, loquendo de omissione Cinguli, de quo infra. Layman ex parte *loc. cit.* & expresse P. Marcus de los Huertos *quæst.* 15. *fol. mihi* 179. Philibert. *loc. cit. num.* 5. & apud ipsum D. Anton. Nauar. Sot. Victor. & Homobonus.

QVÆS-

QVÆSTIO XLIII.

An Sit peccatum mortale celebrare sine Cingulo benedicto, extra casum necessitatis?

NEGANT Enriquez *lib 9. cap. 29. nu. 5. & in marg. lit. B.* Palud. *in 4. dist. 13. quæst. 2. ar. 5.* Ricardo *quæst. 4. ar. 3.* Scoto *quæst. 2.* Silvest. *Ver. Missa. 1. num 2.* Sa, *eo. Ver. num. 10.* Fagund. *præc. 1. lib. 3. cap. 23. nu. 12.* quos omnes citat. & sequitur Diana *2. par. tract. 14. resol. 68.* dicens cum illis, tantum esse veniale celebrare sine necessitate, cum cingulo nõ benedicto. Quia est (inquit) materia leuis, & indumentum in se minus considerabile, quam quodcumque aliud, imo indumentum non est, sed indumentorum ligatura. Sic ille, & Moure *3. par. cap. 5. §. 13. n. 2.* Philiber. *tract. 3. par. 3. cap. 14 num. 2.* Et fauet Lugo *dist. 20. num. 102.* dicens, hoc non esse improbabile. Et tenet Machado *docum. 4. cit. num. 3.*

Sed longe probabilius Respõdeo: Esse mortale celebrare absque Cingulo benedicto, saltem extra casum necessitatis. Quia omissio huius sacræ vestis, non est quid leue, vt optime probat Vazq. *d. 233. cap. 4. n. 37.* Qui item, non ligaturam indumentorum esse (vt falso dicit Diana) sed verum, & sacrum indumentum ex Innocent. III. probat *num. 39.* & ita sentiũt Nauar. *cap. 25. num. 84.* Suarez, Filliuc. Molfesius, Nuñus, Villalobos, & Ioan. de la Cruz, vt refert Diana. Ægid. *loco cit. num. 250. conc. 2.* Granad. *loc. citato, num. 7.* Hurtad. *disp. 4. diff. 11.* Marcus de los Huertos *quæst. 15. fol. 179.* Gauantus *2. par. tit. 1. num. 2. lit. T.* Ludouicus *quæst. 11. ar. 16. diff. 4.* Petrus de Ledesma *cap. 21. con. 5. diff. 4.*

QVÆSTIO XLIV.

An Saltem celebrare cum Cingulo non benedicto, ex causa iusta, sit peccatum, saltem veniale?

NEGAT Diana *loc. cit.* per hæc verba: Nota tamen quod celebrare cum Cingulo non benedicto ex iusta causa, non erit neque peccatum veniale. Iusta vero causa erit necessitas audiendi, vel celebrandi Missam ex præcepto alicuius festiuitatis; feruor magnæ deuotionis; necessitas superandi tentationes aliquas, & si Sacerdotes pauperes habeant stipem pro celebrando Sacro. Sic Diana, & sic etiam ante illum, Fagundez (eisdemmet fere verbis) *loc. cit. num. 12.* & post illos, Philibertus *loc. cit.*

Alij tamen, esse adminus veniale, affirmant, dum solum, non esse mortale docẽt. Ita Ledesma, & Cruz *locis citat.*

Ego vero probabilius, & consequenter Respondeo: Esse peccatum mortale, ob rationem supra assignatam (posset tamen, in eo casu, Sacerdos vti, absque vllo peccato Stola pro Cingulo, sicut posset deficiẽte Stola, vti Manipulo pro illa, aut è contra, vt communiter docent Doctores cũ Diana *resol. 57*) Sic sentiri debent Vazquez, Hurtado, Nauar. & alij Doctores nuper quæst. præcedenti citati.

QVÆSTIO XLV.

Quomodo, & Quando perdatur benedictio harum vestium?

RESPONDEO: Quod quando ita destruuntur, & minuuntur, vt amittant figuram, & aptæ non sint ad suum vsum absq; nouo artificio, v. g. quando manicæ assutæ separatur ab Alba, tunc vere perditur benedictio, & ita etiam, si postea assuantur, iterum benedici debet; Secus esset, si manicæ essent globulis, vel funiculis connexæ, ita, vt facile possent separari, & connecti; quia tunc non perderetur benedictio. Sic Lugo *disp. 20. num. 93. & 99.* Fagundez *loc. cit. num. 9.* Enriq. *loco cit. num. 5.* Hurtado, & Diana *locis citatis*, & communis.

QVÆSTIO XLVI.

An, Si Cingulum rumpatur, & vtraq; pars sufficiat ad cingendum, vtraque retineat benedictionem?

RESPONDEO: Vtramque retinere, & ita singulæ partes possunt deseruire celebrationi Missæ. Sic Lugo *loc. cit.* per hæc verba. Si Cingulum rumpatur, ita vt vna, vel singulæ partes sufficiant ad suum vsum, retineant benedictionem, & potest deseruire, vel illa sola pars, quæ sufficit, vel vtraque iterum per nodum connexa; quia etiã si altera non sufficeret, & seorsum non retineat benedictionem, adiuncta tamen alteri

teri maiori ab ea participat benedictionē. Sic ille. Et sic Diana *tr.14.cit. resol 57.* & communis.

QVÆSTIO XLVII.

An, Si Cingulum ita rumpatur, vt neutra pars per se sufficiat ad cingendum, possit Cingulum sic fractum necti, & absque noua benedictione, vsurpari?

AFFIRMAT Diana *2.par.tract.14.de Celebrat. Missæ resol.57. & tract. 15.resol. 4.* adducens pro se Ægidium *q.83.ar.3.dub.3.num.250. & nu. 251.* Emanuelem Sa *Ver. Missa, num. 12.* & Ioannem de Cruce *quæst. 3. de sacrific. Missæ, dub.4.conc.2.* Molteſium, Suariū, & Scortiam. Rurſus eandem ſententiam iterum docet *par. 5.tract.13.resol.92.* Vbi nouiter, pro ſe refert Cœleſtinum, & Marchantium.

Sed probabilius Reſpondeo: Non poſſe. Quia in tali caſu, vere Cingulum benedictionem amiſit. Sic Suarez *diſp.82.ſect. 2.infine.* per hæc verba. Ita in preſenti docent Palud *diſt.13. quæſt.2. & 24. quæſt.3.* Silueſt. ſupra cum Gloſa dicto capite: *quod in dubijs*; qui etiam addūnt; ſi Cingulum omnino frangatur, ita vt neutra eius pars per ſe ſufficiat ad cingēdum, amittere benedictionem, & ideo nō poſſe in vſum venire, etiā ſi reficiatur: ſecus vero eſſet ſi poſt ruptionē altera pars eſt ſufficiens, nā in illa manet benedictio, ſicut ſupra dictum eſt de altari; Si vero antequam omnino diuidatur, reficiatur, vel etiam aliquo modo connectatur, ſufficiet ad vſum, quia non dum forman amiſit, nec benedictionem. Sic Suarez, & ſic etiā Ægid. *num 251.* per hæc verba (quæ ipſemet Diana refert *reſol. 4. cit.*) nota 1. His veſtes deſinere eſſe benedictas, ſi ita frangantur, vt ſint ineptæ ad ſuum vſum: vt ſi Cingulū ita frangatur, vt neutra pars ſufficiat ad cingendum Sacerdotem; ſecus ſi longior pars adhuc ſufficeret: aliqui tamen putant, etiam in prima fractione licere partibus ſimul nexis vti. Ita Eman. Sa *Ver. Missa num.12.* Sic Ægidius: Male ergo vtrumq; Doctorē citat Diana. Tenent etiam noſtram ſententiam Pitigian. *diſt.13. quæſt. 2.ar.4,* Bonac. *diſp. 4. quæſt. vltima punct.9.* Reginaldus *lib. 29.capit.6.ſect.3.num.r.160.* Hrtado *diſp.4.diff.11.* Lugo *diſp. 20.num.100* Victorellus in noctis ad Eman. Sa *loc. cit.* Tannerus *to.4.diſp.5.q.10.dub.3.nu.3.*

QVÆSTIO XLVIII.

An Peccet mortaliter Sacerdos, qui nudis omnino pedibus, Missam celebrat?

AFFIRMANT Silueſt. *Ver. Missa. 1.q. 2.dicto 1.* (quem & refert, & non impugnat Vazquez *diſp.233.cap. 4.num. 39.*) Scotus (non Sotus, vt male Ludouicus, & Gauantus) *diſt.13 quæſt. 2.* & Ricard. *quæſt.4.ar.3* Quibus latis ſatis ſauet Enriquez *lib.9.cap.26.num.5 in fine.* Et tenet expreſſe Filliucius *tract.5.cap 5 numer.151.* Vbi ſit art. Dico primo. Nudis pedibus non licet ſacrificare ex conſuetudine indicante præceptum, quod adeſſe ſentit Silueſt. Scotus, & Ricard. ex Suarez vbi ſupra. Sic ille. Et dicit probabile ſatis. Philibertus *4.tract. cap. 8. num. 4. pag.466.*

Sed longe probabilius Reſpondeo: Solum peccare venialiter. Quia de hac re nullum eſt ius ſcriptum, præpter quam *in Rubr.1.Missalis de Præparat. Sacerdotis celebraturi n.2.* Vbi hoc ſolū ad maiorem honeſtatem, & decentiam præſcribi, affirmant Suarez, *diſp.82.ſect. 3.* & Gauant. *p.2.tit.1.n.2.lit.X.* Sic ergo ipſi, & P. de Ledeſma *cap.21.concl.6.* Ludouicus, *q.11.ar.17.diff.1.pag.269.* Bonac. *diſp.4.q.vlt.pun.9.n.28.* Toletus *lib.2. cap.2.n.9.* Sa *V. Missa.nu. 15.* Huertos *q.15 fol.183.* Lugo *diſp.20.n.102* Layman *tract.5.c.6.n.15.* addens, nec veniale eſſe, celebrare ſine calceis, aut ſandalijs, ſi neceſsitas iſtud poſtulet, & ſcandalum ceſſet; & id ipſum docet Philibertus *tr. 3.p.3.c.14.n.3.pag.449.* Citat etiam Bonacina pro hac parte Ægidium *q.83.art. 3.dub.3.n.251.* Vazquium, & Enriquez *lo.cit.* Qui vel oppoſitum docent, vel non loquuntur ex ſententia propria.

QVÆSTIO XLIX.

An Sacerdos licite poſsit celebrare capite cooperato (ſine diſpenſatione Superioris) ſi infirmitas, vel alia iuſta cauſa manifeſta id exigat?

AFFIRMANT poſſe in eo caſu, etiam abſque diſpenſatione ſic celebrare, Enriquez *lib.9 c.26.n.3.fine,* per hæc verba. Ex cauſa tamē morbi, aut caluitiei, licet operto capite celebrare. Sic ibi, & etiā *in*

marg.lit. Q. Fagund. *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 33. Vbi ſic ait. Certum eſt licitum eſſe ex cauſa rationabili, vt v. c. hyeme, propter nimiam ſenectutem Caluitiũ, aut debilitatem capitis, pileo celebrare, dummodo, ſi poſt, Sacerdos pileum abijciat, dum hoſtiam, & calicem eleuat; quia tunc non temere præſumit ita celebrare, ſed neceſsitate compulſus id efficit. Ita Enriquez *lib.* 9. *cap.* 26. *num.* 3. (*non* 4.) *ad marg.lit.* Q. Angel *Ver. Miſſa.* §. 8. Silueſt. *Miſſa.* 1. §. 2. Fumus §. 7. Tabiena § 17. Nauar. *conſ.* 4. *lib.* 3. *tit.* 41. *de celebrat. Miſſa.* Zerola *in prax. Epiſc. Ver. Miſſa.* 2. *par.* §. *Decimo primo*; Si vero cauſa ſit dubia, tunc de licentia Epiſcopi cooperto capite ſacrificare poterit iuxta Zerolam allegatum, & iuxta Nauarrum. Sic Fagundez, Layman *lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 16. (*non* 9.) ita loquens. Notant Doctores Epiſcopum, vel Ordinis Prælatum ob cauſam: v. g. infirmitatis licentiã dare poſſe ſacrificandi capite operto amictu, vel pileolo, præſertim vſque ad conſecrationẽ, ſicuti videre eſt apud Azorium *cap.* 28. *quæſt.* 16. Sa *Ver. Miſſa nu.* 17. Suarez *cit. ſect.* 3. Scortiam *in lib.* 3. *cap.* 4. Imo ſi cauſa ita celebrandi manifeſta ſit, non eſſe opus Epiſcopi diſpenſatione docet Nauar *lib.* 3. *conſil.* 7. *de celibrat. Miſſæ edit.* 2. Silueſt. & Enriq. dum modo ſcandalum ceſſet, ſi videlicet, in loco priuato ſacrificetur, vel ſi cauſa ita celebrandi, ob ſenectutem ſacrificantis, loci frigus, &c. omnibus præſentibus manifeſta ſit. Sic Layman. Male ergo citat omnes tres dictos Doctores Diana *tract.* 14. *citat reſol.* 58. pro oppoſita ſententia. Tenent etiam Rodriguez *cap.* 244. *concl.* 13. & Vazquez *diſp.* 233. *cap.* 4 *num.* 38 Hurtado *diſp.* 4. *diff.* 11. *infine.* & alij.

Alij vero licet negent, id licere abſque licẽtia ſuperioris, negãt tamen eſſe mort. operto capite, etiam abſque iuſta cauſa celebrare, dummodo abſit ſcandalum, & contemptus. Sic Petrus de Ledeſma *cap.* 21. *concl.* 7. Villalobos, quos citat, & ex parte, ſequitur Diana *loc. cit.* Lugo, & Huertos *locis cit.*

Sed probabilius Reſpondeo: Sic. Mortale eſt celebrare operto capite, abſq; iuſta cauſa, & diſpenſatione. Quia expreſſe præcipitur in capite. *Nullus Epiſcopus. de cõſecr. diſt.* 1. vt nullus Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus ad Miſſarũ ſolemnia velato capite accedat: Veniale vero ad minus (etiam ex rationabili cauſa) abſque diſpenſatione. Sic ex parte Scotia, Turrecremata, Azorius, quos citat, & ſequitur Granados *tractatu* 14. *diſputat.* 12. *numer.* 8. Et colligitur ex Miſſali de defectibus *titul.* 10. *num.* 1. Sic etiam Ludouicus *quæſt.* 11. *ar.* 17. *dub.* 2. *pag.* 269 Philibertus *tract.* 3 *par.* 3. *cap.* 4. *num.* 9 & indicat Gauantus *loc. cit.* Quidquid dicat Philibertus.

QVÆSTIO L.

An Prædictam licentiam dicendi operto capite Miſſam, poſsint concedere Epiſcopi, ſeu Prælati cum Regularibus?

AFFIRMANT Zerola, Fagundez, Layman, Ludouicus, Ledeſma, Diana, & alij communiter.

Sed nunc iam certiſsime Reſpondeo: Non poſſe. Quia reſeruatum eſt Summo Pontifici concedere prædictam licẽtiam, vt affirmat Gauantus *in Rubrica Miſſalis tom.* 1. *par.* 2. *tit.* 2. *lit. F.* referens quandam declarationem Cardinalium 2. Iannuarij. 1590. & 31. Iannuarij. 1626. etquæ tandem in Miſſali reformato Sanctiſsimi D. N. Vrbani VIII. omnibus obſeruandæ proponitur, vt tandem notant Diana, & Lugo.

QVÆSTIO LI.

An Sit neceſſarium, vt Sacerdos Miſſam celebret, quibus ſaltem Miniſtris præſentibus?

RESPONDEO: Quod non. Quia licet olim ex antiquiſsimo Canone: *Hoc quoque. de Conſecrat. diſt.* 2. nullus Sacerdos celebrare poterat, niſi duobus ptę ſentibus; nunc tamen, vno præſente poſſe, omnes fatentur. Conſuetudine namque contraria, abrogatum eſt illud decretum.

QVÆSTIO LII.

An Licitum ſit Sacerdoti, ſine Miniſtro ſe ſolo ſacrificare?

AFFIRMARE videntur Gloſa *in cano. cit. Verſ. Ipſe tertius*, & Nauarrus *conſil.* 6. *de corpore vitiatis*, quos citat, & ſequi-

sequitur Zerola *in prax. Episc. 2. p. Ver. Mis. §. Tertio.* Palude, (apud Sotũ & Azorium) *dist. 13. quæst. 2.* & Sa, *in prima editione Ver. Missa num. 18.* Fauet satis Layman *tract. 5. cap. 6. num. 13.* sic loquẽs. Porro in quibusdam locis apud nos, consuetudo viget, quæ ab Episcopis toleratur; ideoque damnari non potest, vt Sacerdotes præsertim in pagis, sine Ministro respondente, celebrent. Sic ipse.

Sed, longe omnino probabilius, Respõdeo: Non esse licitum, saltem absque necessitate: Quia absolute prohibitum est iure Ecclesiastico, Sacerdotibus se solis ministrare, vt late probant Suarez *disp. 87. sect. 2. concl. 2.* & Fagundez *præc. 1. lib. 3. cap. 21. num. 4.* Qui & benigne exponit Nauar. & Zerolã. Suar. *loc. cit.* Sot. *dist. 13. ar. 5. ad 12.* Azor. *lib. 10. cap. 29. quæst. 3.* Ledesma *cap. 27. concl. 1. diff. 1.* & Ludouicus *quæst. 11. a. 25. diff. 2.* Qui melius citant Paludanum pro hac sententia, & est communis.

QVÆSTIO LIII.

An Saltem liceat Sacerdoti celebrare sine Ministro, ex graui, aut iusta causa v. g. ad dandum Viaticum?

NEGANT adhuc, Hurtado *disp. 4. diff. 12.* & Vazquez *3. par. quæst. 83. ar. 5 num. 43* Quod probabile reputant Ledesma, & Ludouicus.

Sed probabilius longe Respondeo: Licere. Quia fortius est præceptum diuinum, quam huiusmodi Ecclesiasticum. Sic Suarez *disp. 87. sect. 1.* Sot. Ledesma, & Ludouicus *locis cit.* Ioannes de Cruce *q. 3. de Missa dub. 5. concl. 2.* Moure *3. par. cap. 5. §. 4. num. 9.* Bonac. *disp. 4. quæst. vltima punct. 9. nu. 32.* Ægid. *quæst. 83. ar. 5. num. 265.* Huertos *quæst. 15.* Villalobos, & Fagundez, quos citat, & sequitur Machado *lib. 4. par. 1. tract. 11. docum. 5. num. 2.*

QVÆSTIO LIV.

An Etiam liceat Sacerdoti celebrare sine ministro, ne careat ipse, aut populus Missa in die festo?

NEGANT, & à fortiori, Vazquez, & Hurtado *locis cit.* Moure *loc. cit. nu. 8.* Bonac. *loc. cit. num. 33.* Barthol. ab Angelo (apud Dianam *tract. 14. citato resol. 43*) *Dialogo 5. §. 401.* Lublinus *Ver Missa num. 4.* Et reputãt probabile Ledesma, & Ludouicus.

Sed probabilius Respondeo: Etiam licere. Sic Sot. Nauar. Zerola, Fagundez, & Diana *locis cit.* Azor *lib. 10. cap. 29. quæst. 3.* Villalobos *tract. 5. diff. 34.* Ledesma, & Ludouicus, & Huertos *locis citatis*, Lugo *disp. 20. num. 103.* Ioannes de Cruce *quæst. 3. de Missa dub. 5. concl. 2.* Gauant. *2. p. tit. 2. lit. B.* Philiber. *tr. 3. par. 3. cap. 15.* Et apud ipsum, Graffius, Rodriguez, Suarez, Squilantes, Syluius, & Hontobon. Machado *loc. cit. n. 3.* & alij.

QVÆSTIO LV.

An Minister, qui Sacerdoti respondet, necessario debeat esse mas?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia sic habetur *in cap. 1. de Cohabit. Clericorum* dum dicitur. Nulla fæmina ad altare præsumat accedere, aut Præsbytero ministrare. Et docent omnes DD.

QVÆSTIO LVI.

An Saltem, in casu necessitatis possit Sacerdos fæminam ad ministerium non solum mediatum, verum etiam immediatum admittere?

AFFIRMAT Nuñus *quæst. 83. ar. 6. dub. 1.* docens, quod casu, quo non sit vir, vel ille non possit ministrare, tunc possit, imo & debeat fæmina respondere, & immediate ministrare. (hoc est porrigere vrceolos, &c.) Et Sacerdotem sic celebrãtem non peccare mortaliter, putat Syluius *3. par. quæst. 83. ar. 5. ad 12.*

Negant vero alij, putantes; Nec in eo casu licere Sacerdoti fæminam ad ministerium mediatum, siue immediatum admittere, hoc est, vt ad ipsum altare respondeat, vt vrceolos porrigat. &c. Ita Vazquez *3. par. q. 83. ar. 5.* & Lublinus *loc. cit.* Qui maxime miratur Suarium concedentem, posse fæminas, remotè respondere Sacerdoti; & non miratur suum Nuñum affirmãtem, adhuc immediate, & proxime posse Sacerdoti ministrare. Fortè illũ nõ vidit.

Sed ego, media via, probabilius Respondeo: Posse quidem illam admittere ad ministerium mediatum, seu remotũ, hoc est, vt sibi ex loco remoto

reſpondeat, non vero ad miniſterium immediatum, ſeu proximum, hoc eſt, vt ſibi adminiſtret vrceolos, &c. Quia id, & ſolũ, eſt prohibitum *in dicto cap.* 1. Sic expreſſe Hurtado, Layman, Lugo, Suarez, & Fagundez *locis citat.* Villalobos, Moure, Molfeſ., Pitigian. Squillante, Zanardus, Homobonus, & Ioannes de Cruce, quos citat, & ſequitur Diana 2. *par. tract.* 14. *reſol* 45. Quibus adde Philiber. *tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 15. *fine.*

QVÆSTIO LVII.

An Sacerdos, dum ſacris veſtibus ſe induit ad ſacrificandum, teneatur ſub mortale, recitare orationes in Miſſali poſitas?

AFFIRMANT Nauar. *in manu cap.* 25. *num.* 83. *& conſil.* 3. *de celebrat. Miſſa*, Syluius *q.* 83. *art.* 6. & Azorius *lib.* 10. *cap.* 29. *quæſt.* 5.

Sed probabilius Reſpondeo: Non teneri ſub mortali, ſed ſub veniali ad ſũmũ. Quia illa non eſt materia præcepti, ſed inſtructionis. Sic Caiet. *Ver. Hora can. cap* 2. Zerola 2. *par. Ver. Miſſa* §. *Octauo.* Suarez *diſp.* 82. Homobonus, Vega, Pitigianus, Moure, & Scortia, quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit. reſol.* 41. Bonac. *diſp.* 4. *quæſt. vlt. pun.* 9. *num.* 31. Enriq. *loc. cit. cap.* 24. *fine* Layman *cap.* 6. *citato num.* 12. Lugo *diſp.* 20. *num.* 106. Granados *tract.* 14. *diſp.* 14. *num.* 2. & Fagundez *præc.* 1. *lib* 3. *cap.* 21. *nu.* 9. addens, nec peccatum eſſe veniale, ſi loco illarum precum, aliæ à Sacerdote dicantur, vt Pſalmus. Miſerere. &c.

QVÆSTIO LVIII.

An Sacerdos, qui in Miſſa, voluntarie omittit Gloriam, vel Credo, aut vnã, aut alteram commemorationem, vel Collectam, peccet mortaliter?

DVBITAT Nuñus *quæſt.* 83. *ar.* 4. *dub.* 2. *ad* 3. & videtur affirmare Sylueſter *Ver. Miſſa* 1. *quæſt.* 3. §. 4. Vbi ſic ait. Si Sacerdos de his, quæ ſunt dicenda, aliquid notabile ſcienter omittit, peccat mortaliter, ſecundum omnes Doctores; quod intellige, ſi omittat ſcienter, quando in loco ſuo ea, dicere poterat, ſecus, ſi iam locum pertranſiuit notabiliter, ita quod ſine nota replicare non poſſet, vt quia iam dixit orationem, & recolit de Gloria in excelſis omiſſa. Sic ille.

Sed abſolute Reſpondeo: Non peccare, niſi venialiter. Quia materia eſt leuis. Sic Suarez *diſp.* 83. *ſect.* 3. (addens, nec venialiter peccare, ſi ex aliqua vrgente cauſa, hæc ſine irreuerentia omittat) Filliucius *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 155. Diana *loc. cit. reſol.* 49. Lugo *diſp.* 20. *num.* 107 Granad. *loc. cit.* Philibert *tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 6. *fine.*

QVÆSTIO LIX.

An Siquis, obliuione naturali, omittat Gloriam, Credo, cõmemorationem, & eiuſmodi, & recordetur in progreſſu Miſſa, teneatur repetere, quæ omiſit?

RESPONDENT Suarez *diſp.* 83 *ſect.* 3. Leſdeſma *cap.* 24. & Ludouicus *q.* 11. *de Euchar. art.* 23. *diff.* 7. Non eſſe neceſſarium, regulariter loquendo, illa repetere.

Sed ego abſolute Reſpondeo: Non ſolũ non teneri repetere illa, verum nec poſſe. Quia diſſonum potius eſſet, & ſcãdaloſum. Sic Sylueſter *loc. citat.* §. 4. & 5. (Vnde, non ita bene citatur à Ludouico pro ſe.) Ioan. de Cruce ſtatim citandus, & Gauant. *in Rubr. Miſſal. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 16. Qui, loquendo de commen oratione omiſſa, hæc ait. Commemorationẽ autem de Sancto debet addere inter orationes ſecretas, & poſt Communionem licet inter collectas eam omiſerit, ſi oppoꝛtune recordetur; inter vltimas non dicerem, ſi neque inter ſecretas dixiſſem, ſed in ſacriſtia, poſt depoſitas veſtes, ſupplerem omiſſa. Sic ille.

QVÆSTIO LX.

An Sacerdos ſolemniter celebrans peccet, ſi non recitat Epiſtolam, & Euangelium poſtea à Subdiacono, & Diacono canendum?

NEGANT Vega *tom.* 2. *cap.* 41. *caſu.* 7. Rodriguez, Ledeſma *loc. cit.* Ludouicus *q.* 11. *ar.* 23. *diff.* 8. & Villalob. *par.* 1. *tr.* 8. *diff.* 31. *n.* 4. Diana *tr.* 14. *cit. reſ.* 41. & Nauarrus. *de orat. Miſcel.* 78. & *in manu. cap.* 10. *n.* 34. Vnde male citatur

tur à Ledesma, Ludouicus, & Villalobos pro opposita parte, Sa *in* 1. *editione Ver. Missa num.* 52. Cruz *quæst.* 4. *de Missa, dub.* 1. *concl.* 4.

Sed probabilius Respondeo: Peccare saltem venialiter: Quia sic præcipitur in rubricis Missæ solemnis. Sic Moure 3. *par cap.* 5. §. 12. *num.* 15. Sa, *correctus loc. cit. num.* 51. Lugo *disp.* 20. *num.* 107.

QVÆSTIO LXI.

An Sit mortale, omittere minimam partem Canonis, v. g. vnũ, aut alterum verbum, aut nomen alicuius Sancti, aut id, quod in oratione Communicantes, *vel* Hanc igitur oblationẽ, *interponi solet festis Natiuitatis, Resurrectionis, & Penthecostes?*

AFFIRMANT aliqui, apud Suarez *disp.* 83 *sect.* 3. & apud Petrum de Ledesma *cap.* 24. *concl.* 4.

Sed probabilius Respondeo: Solum esse veniale. Quia leuis est materia. Sic Suarez *loc. cit.* Granados *tract.* 14. *disp.* 14. *num.* 3. Filiuc. *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 155. & Diana *tract.* 14. *cit. resol.* 59. Ioan. de Cruce *quæst.* 4. *de Missa dub.* 1. *conc.* 2. & 3. Ledesma *loc. cit.* Ludouic. *loc. cit. diff.* 6. *pag.* 281.

QVÆSTIO LXII.

An Sit mortale, omittere orationes, quæ pro gratiarum actione in Missali præscribuntur; Trium puerorũ, videlicet?

AFFIRMABVNT consequenter Nauar. Syluius, & Azor *locis supra cit.*

Sed consequenter probabilius Respondeo: Non esse mortale, sed veniale ad summum. Quia nullum est verbum in Missali, quod grauem obligationem importet. Sic Granad. *tract.* 14. *disp.* 14. *fine*, dicens, ita se audiuisse à doctissimo Thoma Sanchez. Zerola 2. *pa. Ver. Missa* §. 8. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 9.

QVÆSTIO LXIII.

An, Qui in festo duplici, vel Dominica, dicit Missam votiuam, vel de Requiem, peccet mortaliter?

AFFIRMANT Angel. *Ver. Missa num.* 33. & Barthol. ab Angel. *in examen. Confess. dial.* 5. §. 466. apud Dianam *tract.* 14. *de celebrat. Missæ resol.* 30.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare mortaliter. Quia non est de hac re, sub tanto onere, præceptum. Sic Suarez, Zanardus, Llamas, Miranda, Hurtado & Villalobos, quos citat, & sequitur Diana *loc. cit.* Lugo *disp.* 20. *num.* 105. Granad. *loc. cit. num.* 5. *pag.* 1079. Ludouicus *loc. cit ar.* 24. *diff.* 1. *pag.* 283.

QVÆSTIO LXIV.

An Saltem peccet venialiter?

NEGANT adhuc, Suarez, Granados, & Hurtado.

Sed probabilius Respondeo: Peccare venialiter, si absque iusta causa id faciat. Quia expresse contrarium præcipitur in Missali. Sic innuũt alij Authores, præcipue Gauant. 1. *par tit.* 5. *num.* 2. *fine.*

QVÆSTIO LXV.

An Sacerdos, qui ex stipendio, aut fundatione tenetur celebrare certam Missam, v. g. de Sanctissima Trinitate, de B. Virgine, vel de Requiem; possit loco earum, dicere Missam, quæ in tali die præscribitur in Missali?

NEGANT absolute posse, Nauar. *cap.* 25. *num.* 134. & Zerola 1. *par. Ver. Missa* §. *ad tertium.* Quia (inquiunt) Missa debet celebrari, eodem loco, tempore, & Sancto, prout petitur, alias non satisfaceret intentioni petentis, excepta feria sexta Maioris hebdomadæ, & Sabbato Sancto. Sic Zerola.

Negant etiam posse dicere Missam occurrentem, iuxta præscriptionem Missalis cum limitatione tamen, nempe, nisi alias in illa die incidat solemnitas alicuius Sancti duplicis, vel semiduplicis, & Sacerdos afficiatur maiori deuotione in Missa de dicto Sancto. Diana *tract.* 14. *cit. resol.* 31. Qui citat pro sua sententia Hurtadum *diff.* 12. Fagundez *præcept.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 6. Gauantum *in Rubrica Missalis tom.* 1. *par.* 3. *tit.* 13. *num.* 20. & 21. Pereinum *in Priuileg. Minimorum tom.* 1. *const.* 5. Leonis X. Siluium 3. *par. quæst.* 7. *art.* 9. *ad* 5. Azorium *lib.* 10. *cap.* 32. *quæst.* 5. Sa *Ver. Missa numero* 48. & alios.

Sed ego, æque probabiliter, absolute Respondeo: Posse dicere Missam quancumque occurrentem in Missali præscriptam, etiamsi Aduentus sit, vel alterius feriæ minoris, si maiori cum deuotione celebret Sacerdos has, quã alias Missas: Quia sic melius fieri, & plus, proprer deuotion ẽ celebrantis, & intercessionem Sancti, cuius Missa celebratur, satisfieri docent D. Thom. *in 4. dist. 45. quæst. 2. ar. 3. quæst. 1. ad 5.* & Gabr. *lect. 57. lit. F.* & ex illis Hynojosa *in suo direct. Ver. Missa pag. mihi 343.* addens, idem dicendum esse, etiam si Sacerdos promisisset dicere Missam de Requiem, aut de B. Virgine, &c. Quia promissio debet cedere in bonum eius, cui promittitur: Ergo sufficienter redditur, dicendo Missam in quam deuotius fertur celebraturus, cum plus detur ei de deuotione Sacerdotis. Nam supposito, quod sacrificium idem est in quacumque Missa, & Sacerdos deuotius fertur dicendo, illam manifestum est, quod emolumentum est maius. Sic etiam Suarez *disp 83. sect. 3.* Petrus de Ledesma *cap. 24. concl. 6. dicto. 2. in fine.* Gauant. *3. part. tit. 12. num. 20* Granad *tract. 14. disp. 14. num. 5.* Villalobos *tract. 8. diff. 91. num. 9.* Ioannes de Cruce *quæst. 4. de Missa dub. 2. concl. 2*, per hæc verba. An vero Sacerdos particularis possit pro vna Missa petita, dicere aliam? ad hoc sit 2. *concl.* optime satisfit dicẽdo Missam diei, tum, quia sic conformis Regulæ Missalis; tum, quia æque prodest vna Missa ac alia. Ita Ledesma *cap. 24.* Silvest. *Ver Miss. 1.* & iuxta D. Thom. *in 4. dist 45. quæst 2. ar. 3. quæst 1. ad 5.* Et saluberrimum consilium est ita facere, imo ait Angel. *Ver. Miss.* Non excusatur à peccato, qui in festis solemnibus omittit Missam diei. Sic Cruz, Et sic Fraxinellus decisione speciali de hac re (quam affert Gauant. in calce *1. tom.*) §. 1. *& sequent.* Ludouicus *q. 11 ar. 23. diff. 10. pag. 282.*

QVÆSTIO LXVI.

An Rursus Sacerdos, qui ex voto tenetur celebrare tali die Missam de Requiem, aut de B. Virgine, possit dicere Missam diei?

NEGABVNT Autores supra citati, nisi alias, in illa die incidat solemnitas alicuius Sancti.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse etiam, maxime si Sacerdos sentiat maiori deuotione se ferri in Missam diei. Tũ ob rationes dictas; tum quia in melius commutat votum. Sic Hinojosa *loc. cit.* Qui bene addit, idem dicendum esse, sit talis Missa particularis esset ex voto promissa á petente, & de hoc aduerteret Sacerdoti, quia Sacerdos quando dicit, se celebraturum illam Missam petitam, non acceptat dicere illam ex voto, neque onus voti super se ponit, imo etiam si cum huiusmodi onere acceptaret, adhuc licite posset, cum in melius votum commutaret.

QVÆSTIO LXVII.

An Denique Sacerdos, qui ex stipendio accepto, expresse Missam de Requiem, aut de B. Virgine, promisit, possit Missam celebrare diei?

NEGAT Fraxinellus (apud Gauantum *loc. cit.*) §. 8. docens; tenere implere promissionem sub peccato mortali. Et negant apud ipsum, Sum. Angel. Ricar. Valentia, Aragon. & Scortia, & etiam Bonac. *disp. 4. quæst. vlt. pun. 7. §. 3. nu. 4.* & alij apud ipsum. Negant etiam Nauar. *de rest. tit. lib. 2. cap. 2. n. 48.* & Diana *3. par. tr. 4. resol. 62.* docentes, teneri implere promissionẽ, sub veniali, tamẽ tantũ peccato.

Sed æque probabiliter Respondeo: Adhuc posse, si Sacerdos maiori deuotione afficiatur in dicenda Missa de die, quam de Requiem. Quia (vt supra est habitum) promissio in bonum eius, cui promittitur, debet cedere: sed sic est, quod in maius bonũ illius cedit, quando Sacerdos, maiori cũ deuotione celebrat: Ergo. Sic Hinojosa *loc. cit.*

QVÆSTIO LXVIII.

An Sacerdos, qui ex stipendio accepto, aut alias, obligatus est dicere Missas Sancti Gregorij; teneatur illas, sine interruptione, & omnes de Requiẽ dicere?

NEGANT vtrumque Diana *tract. 14. de Celebrat. Missarum resol. 32* & Bonac. & apud ipsos, Beia, Fraxinel. & Posseu.

Sed æque probabiliter Respõdeo: Quod licet non teneatur omnes Missas, ritu proprio defunctorum celebrare, cũ saltem in Dominicis intercurrentibus prohibeatur, tenebitur tamen, sine interruptione, illas celebrare, ita vt nullus omnino prætermittatur dies, quo Sacrificium, siue ab eodẽ Sacerdote, siue ab altero, pro absolutione animæ

animæ defuncti non offeratur. Sic Gauantus 1.*part.tit.*5.*num.*3 *fine*.

QVÆSTIO LXIX.

An Sacerdos licite possit dicere Missam Assumptionis, Natiuitatis Beatæ Virginis, extra diem dictarum festiuitatum, quando à laicis exigitur?

NEGAT Megalius *resol.Var.tom.*2.*resol.*187. (apud Dianam 4.*part.tr.*4.*resol.*39.) asserens, esse mortale prædictas Missas, extra suos proprios dies, celebrare, quod probabile reputat Diana.

Negat etiam Diana *loc. cit.* hoc licere, quia existimat esse veniale. Citatque pro hac parte Gauantum 2.*tom.*4.*part.tit.*17.*num* 8. & alios. Sed certe Diana contrarium docuit 3.*part.tract.*6.*resol.*101.(vt bene vidit Megalius) quidquid ex dictis a se *resol.*102. se defendere intentet 4.*p.lo.cit.* Sed quidquid sit de hoc.

Probabilius Respondeo: Licite posse (licet non ita deceat) dummodo immutentur verba, diem festum, in commemorationem, vel memoriam: & verbum, Nauitas, in Memoriam. Sic Gauant. *loc. cit.* Si legatur attente. Nam solum dicit, quod tunc in casu nostræ quæstionis posset dici Missa votiua de Beata Virgine, ex quinque votiuis, pro diuersitate temporum accomodatis, cum intentione ad honorem Assumptionis, vel Natiuitatis, &c. Quia contrarium dedecet. Sic ille, & ego, & omnes. Tenet etiam nostram sententiam Alcozer *in cærem. tract.* 1. *Glossa* 4. & pro illa citat Diana 3.*part. loc. cit.* Hurtadũ *disp.*4.*diff.* 12. & Castaldum in praxi cærem.*lib.*2.*sect.*6.*cap.* 4.*num.*1. Sed re vera, nec Hurtado docet expresse id, quod in titulo quæritur.

QVÆSTIO LXX.

An Sacerdos obligatus ad celebrandum in Altari priuilegiato pro animabus Purgatorij satisfaciat celebrando alibi cum calculo v.g. D. Caroli, liberanti animam è Purgatorio?

NEGAT Gauantus *tom.*1.3.*part.tit.*12.*num.*4. per hæc verba. Qui tenetur celebrare in Altari priuilegiato pro defunctis, & alibi celebrat cum numismate v.g. S. Caroli, quo animam liberare potest a Purgatorio peccat mortaliter; tum quia non seruat pactum, tum quia tutius est priuilegium Altaris, quam numismatis, de quo dubitari potest, an sit benedictum. Sic ille. Faxinellus *de obligatione Sacerdotis sect.* 4.*concl.*4.§ 9.*num.* 1. Bonacina *disp.*4.*quæst.vlt.punct.*7.§. 4. *num.* 5. Diana 2.*part.tr.*14.*resol.*29. & alij. Affirmat vero, Megalius *to.*2.*resol.* 187. *num.* 20. Quia in tali casu (inquit) sufficienter per æquipollens Sacerdos satisfacit obligationi.

Sed clarius Respondeo: Satisfacere quidem, quãdo ille, qui petit Missam, nullum Altare particulare determinauit; secus si postulasset, vt in hoc, vel illo Altari priuilegiato celebraretur, vel quia suum est Altare, vel quia voluit, illud honorari, & colli. Sic Diana 4 *part.tract.*4.*resol.*40. (iam sibi contrarius) & *part.*6.*tr.*6.*resol.*12. & penes ipsum, Antonius Ruteus. & Philibertus *tract.* 3.*part.*2.*cap.*24. *num.*8. & alij.

TRACTATVS NONVS DE MAGNO MATRIMONII SACRAMENTO.



TRACTANT de Sacramento matrimonij Theologi cum Magistro *in 4. dist. 26. vsque ad 42.* Vbi D. Thom. *& in addit. quæst 41. vsque 68.* Scot. Sot. Palaicos, Martin. de Ledesma *2. par. 4. quæst. 43.* Barthol. de Ledesma *in sum. tit. de matrim.* Petrus de Ledesma *tract. de matrim. & in sum. 1. par. tit. de matrim.* Petrus Soto *tit. de matrim.* Valentia *tom. 4. disp. 10.* Vazquez *ad finem tom. 4.* Enriquez *in sum. lib. 11.* Bellarminus *tom. 2. lib. vnico de matrim.* Zerola *in praxi Episcop. verb. sponsalia, & verbo. Matrimonium.* Gutierrez *lib. 3. quæst. canon.* &(qui vnus pro omnibus posset sufficere) Thomas Sanchez, tomis tribus, ita late; & luculenter, vt nulla difficultas superesse videatur, cui quis aliquâ lucem adferre possit, vt ingenuè fatetur Ægidius. Post illum nihilominus scripserunt, ipsemet Ægidius *à disput. 21.* Doctissimus Basilius Legionensis. *de matrim. tom. vnico.* Bonacina *tract. de matrim.* Rebellus *tom. de obligatio. iustitiæ.* Ochagauia *tom. vnico de sacram. tract. de matrim.* Reginaldus *tom. 2. suæ praxis à lib. 31.* Layman *tom. 2. Theologiæ moralis tr. 10.* Filliucius *tom. 1. tract. 10.* Hurtado *de Sacram. tract. de matrim.* Villalobos, Ludouicus de S. Iuan, Machado, & alij. Canonistæ etiam *in 4. decret. & in 6. tit. de spons. sal.* vbi Abbas, Innoc. Felinus, Couarruu. *in epitome lib. 4.* per quinque capita. Nauar. *cap. 22. à num. 25.* & alij. Sumistæ, Angel. Siluester, Caiet. Tabiena, Armilla, *Verbo, sponsalia, & ver. Matrimonium.* Cathecis. Rom. *pag. 376.* & Trident. *sess. 24. &c.*

DISPVTATIO PRIMA.

De Sponsalium Essentia, & Obligatione.

QVÆSTIO PRIMA

An Sponsalia, ab spondendo sint dicta?

RESPONDEO: Affirmatiue. Deriuatur enim hoc nomen, sponsalia, à verbo, spondeo, quod significat sponte, & libere promittere. Tum, quia sponsalium contractus requirit liberam matrimonij futuri promissionem. Tum etiam, quia antiquitus mos erat, vt puellam is, sub cuius cura & potestate erat, sponderet alteri vxorem dare.

dare. Sic *ex l. 2. & 3 ff de ſpõſalib. & l. ſponſio de verb ſignific.* docent Sanch. *tom. 1. de matrim. lib. 1. diſp.* 1. Baſilius *lib. 12. de matrim. cap. 1.* Ochagau. *tr. 1. de matrim. quæſt. 1.* & omnes.

QVÆSTIO II.

Quot modis ſponſalium vox, deſumatur?

RESPONDEO: Quod multis. Primo enim deſumitur, pro promiſsione futuri matrimonij: & hæc acceptio eſt proprior. Secundo, deſumitur, pro matrimonio cõtracto de præſenti, non tamen conſũmato. Et tertio tandem, pro muneribus, quæ à ſponſis ſponſæ dantur; quæ alio nomine, Arræ, dicuntur. Sic Sanchez *diſp. 1. nu. 1.* Baſilius *cap. 1. num. 2.* Ochagau. *quæſt. 1. num. 2.* Layman *tract. 10. cap. 1. num. 1.* & omnes communiter.

QVÆSTIO III.

An Sponſalia de futuro, ſic recte definiãtur; Sunt futurarum nuptiarum promiſsio.

AFFIRMANT, *ex capit. Noſtrates. 30. quæſt. 5.* Angel. *verb. ſponſalia*, initio, Armilla *eod. verb. num. 1.* Victoria *de matrim. num. mihi 160.* Enriquez *lib. 11. cap. 13. num. 1.* Sanchez *lib. 1. diſp. 1. num 7.* Filliuc. *tract. 10. numer. 232.* Ochagauia *quæſt. 1. numer. 4.* Machado *tom. 1. lib. 3 part. 1. tract. 6. docum. 1. num. 2.* & alij.

Sed Reſpondeo dicendum, quod ſic clarius definiantur: *Sponſalia ſunt mutuæ promiſsiones viri, & fœminæ de contrahendo matrimonio.* Vel *Sunt futurarum nuptiarum mutua, vel reciproca promiſsio.* Vel tèdem; *Sunt mutua promiſsio futuri matrimonij, ſigno aliquo ſenſibili expreſſa.* Sic ex D. Thom. *in 4. d. 27. quæſt. 1. ar. 1. & in addit. quæſt. 43. ar. 1.* docent Sotus *diſt. 27. quæſt. 2. art. 1. concl. 1.* Nauar. *cap. 22 num. 1. 25.* Vinald. *cap. 1. de matrim. num. 3. & 4.* Tolet. *lib. 7 cap. 20.* Valentia *diſput. 10. quæſt. 2. punct. 1.* Baſilius *lib. 12. capit. 1. num. 4.* Hurtado *de matrim. diſſ. 1.* Bonac. *quæſt. 1. punct. 1. num. 1.* Layman *tr. 10. cap. 1. num. 1.* Moure *3. part. exam. Theolog. Moral. capit. 17. §. 1. num. 2.* Ludouic. de S. Iuan *quæſt. 1. de matrim. art. 8. dub. 1.* & alij.

QVÆSTIO IIII.

An Ad rationem, & eſſentiam ſponſalium, requiratur promiſsio mutua ſponſi, & ſponſæ?

NEGAT (apud Petrum Ledeſmam, infra citandum) Palud. *in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 1.* exiſtimans, ad rationem ſponſaliorum de futuro, non requiri mutuam promiſsionem, & acceptationem; ſed ſufficere, nudum conſenſum.

Sed certiſsime Reſpondeo: Requiri. Primo: Quia ſic clare colligitur ex definitione à nobis, aſsignata. Secundo. Quia promiſsio matrimonij, eſt contractus oneroſus, & natura ſua, vltro, citroque obligatorius; veluti, iſti: facio, vt facias: do, vt des: ergo requirit promiſsionem vtriuſque ſponſi. Sic Petrus Ledeſma *de matrim. quæſt. 43. art. 1. diff. 1. pag. mihi, 97.* Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 5. numer 1.* Baſilius *loc cit. & cap. 3. num. 2.* Becanus *in ſum. de matrim. cap. 4. q. 3. p g. mihi 893.* Ochagau. *quæſt. 3. num. 1.* Baſſe. *Verb ſponſalia. 1. num 5.* Machado *loc. cit. num. 5.* Ægid. *diſp. 21 dub. 2. num. 9.* & alij.

QVÆSTIO V.

An Promiſsio mera interna, facta homini, matrimonij futuri, obligat ad illud contrahendum?

AFFIRMANT, obligare, iure naturali, Palacios *lib. 5. de contract. capit. 11.* Ledeſma *2. part. 4. quæſt. 18. art. 1. dub. 13.* Mendoza *lib. 1. de pactis cap. 4. num. 8.* & Molina *tom. 2. de iuſtitia diſp. 266.* quos refert Sanchez *lib. 1. diſp. 3. num. 4.* & dicit, eſſe ſatis probabilem.

Sed probabilius longe Reſpondeo. Talem promiſsionem, nullam obligationem ad matrimonium contrahendum inducere, non ſolum ſtando iuri humano (in quo omnes conueniunt) verum etiam iuri naturali ſtando. Quia modus connaturalis inter homines, ad ſe inuicem obligandos, eſt per verba, nutus, vel per alia ſigna externa; nam per hæc, notificat quis ſuam voluntatem alteri, vt eam accepret, vel repudiet: ergo promiſsio mera interna nequit

obliga-

obligare. Sic D. Thom. 2, 2 *q.* 88. *ar.* 1. & *in* 4. *dist.* 38 *q.* 1. *a.* 1. *q.* 1. Sot. *lib.* 3. *de iust. quæst.* 5. *art.* 3. *post* 2. *concluſ.* Cordu. *ſum. quæſt.* 133. Aragon 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 3. Enriquez *lib.* 13. *cap.* 17. *num.* 5. Rodriguez *tom.* 1. *ſum. cap.* 95. Abulenſ. Lopez, Angles, & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez *loc. cit. num.* 5. Quibus addi poſſunt Baſilius *lib.* 12. *cap.* 1. *numer.* 4. Vazquez *diſp.* 4. *num.* 34. Hurtado *diſp.* 1. *diff.* 7. Ochagauia *quæſt.* 2. *num.* 3. Filliuc. *tract.* 10. *num.* 234. Moure *loc. cit. num.* 3. & 4. Ægid. *diſp.* 21. *num.* 17. & *diſp.* 22. *nu.* 34. Bonacina *quæſt.* 1. *pun.* 1. *num.* 7. Becan. *quæſt.* 2. Villalobos *tr.* 12. *diff.* 1. *num.* 3. Machado *tom.* 1. *lib.* 3. *par.* 1. *tract.* 6. *docum.* 1. *num.* 4. & communis.

QVÆSTIO VI.

An Promiſsio matrimonij facta abſenti, obliget ante abſentis acceptationem, nemine pro eo ſtipulante, ſeu acceptante?

AFFIRMANT D. Anton. 3. *part. tit.* 1. *cap.* 18. Tabiena *Ver. ſponſalia. q.* 3. *num.* 2. & Armilla *num.* 3. penes Sanchez, vbi infra.

Sed, longe multo probabilius, Reſpondeo: Non obligare ante acceptationē. Quia probabilius longe eſt, nullam promiſsionem gratuitā obligare, regulariter loquendo, ante acceptationem ſui: nam habet hanc tacitam conditionem; ſi alter acceptauerit. Vnde, quæcumque promiſsio matrimonij, etiam infanti facta, poteſt ante acceptationem reuocari; quia anteā non obligat. Sic Sanchez *lib.* 1. *diſput.* 6. Baſilius *lib.* 12. *cap.* 4. *numer.* 2. 4. & 9. & Vazquez *diſp.* 4. *num.* 33. & 42. Qui ambo dicunt, nullum ex Authoribus, quos pro oppoſita ſententia, citat Sanchez, in ea eſſe ſententia. Ægidius *diſp.* 22. *num.* 39. Hurtado *diſput.* 1. *diff.* 3. Bonacina *quæſt.* 1. *punct.* 1. *numer.* 6. Ochagauia *quæſt.* 3. Villalobos *tract.* 12. *diff.* 1. *nu.* 8. & communis.

QVÆSTIO VII.

An Ad valorem ſponſalium, ſufficiat acceptatio promiſsionis alterius, ſine noua repromiſsione?

AFFIRMANT Palud. *in* 4. *d.* 27. *q.* 1. *n.* 4. *ar.* 1. D. Anton. 3. *p. tit.* 1. *cap.* 18. Roſella *verb ſponſalia. num.* 1. Silueſt. *eo. verb principio.* Tabiena, Armilla, Angel. & Nauar. quos refert, & ſequitur Baſilius *lib.* 12. *cap.* 4. *num.* 5. & 10. Vazquez *diſp.* 4. Enriquez *lib.* 11. *capit.* 13. *num.* 2. Vbi ſic ait: Qui promiſsionem ſponſæ acceptat, cenſetur virtualiter repromittere.

Sed probabilius Reſpondeo: Non ſufficere ad valorem ſponſalium. Quia acceptatio, ſeu admiſsio promiſsionis matrimonij, nullomodo eſt oblatio fidei propriæ, ſed acceptio alienæ: ergo acceptans promiſsionem matrimonij, nec formaliter, nec virtualiter cenſetur repromittere. Sic Sot. *diſt.* 27. *quæſt.* 2. *ar.* 1. Ludou. Lopez *tom.* 2. *vbi de matrim. capit.* 36. & Petr. Ledeſma *de matrim quæſt.* 13. *artic.* 1. *dub* 1. quos citat, & ſequitur Sanchez *lib.* 1 *diſp.* 5. *num.* 5 Bonacina *loc. cit. num.* 7. Filliuc. *num.* 235. Ochagauia *quæſt.* 2. *num.* 3. Hurtado *diſp.* 1. *diff.* 4. Becanus *cap.* 43. *quæſt.* 3. Villalobos *loc. cit. num.* 8. Machado *loc. cit. num.* 6. & alij.

QVÆSTIO VIII.

An, Saltem ille, qui promiſsit matrimonium, maneat obligatus ad contrahendum, in caſu, quo alius, ſolùm acceptet promiſsionem, & non repromittat?

AFFIRMANT, manere obligatum caſu, quo promittens gratis, & liberaliter in memoriam alicuius beneficij accepti, promiſerit: Negant vero manere, ſi non gratis, ſed cum onere, vt altera pars etiā repromittat, promiſsit. D. Anton & Armilla *locis nuper citatis.* Nauar. *cap.* 22. *nu.* 25. Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 5. *d. num.* 12. Filliuc. *num.* 235. Hurtado *diſp.* 1. *diff.* 5. Ochagauia *quæſt.* 3. *numer.* 5. Bonacina *quæſt.* 1. *punct.* 1. *num.* 7. & 8. Becanus *loc. cit. quæſt.* 3. *numer.* 5. Villalobos *loc. cit. num.* 7.

Sed æque probabiliter Reſpondeo: In neutro caſu manere obligatum. Quia nunquam poteſt eſſe promiſsio matrimonij, etiam liberalis, & gratuita, ſine conditione repromiſsionis, vt late, & docte, probat Baſilius *lib.* 12. *cap.* 4. *num.* 2. ex Vazquio *diſp.* 4. *de matrim. cap.* 3. Ergo. Sic hi doctiſsimi viri. Et Veracruz *in append. ad ſpecul. dub.* 9. Et Diana 3. *part tract.* 4. *reſol.* 244. dicit vtramque ſententiam

eſſe

esse probabilem,& tutam in praxi. Imo & Becanus *loc.cit.* ait, hanc nostram sententiam vsitatiorem esse in praxi, & foro externo.

QVÆSTIO IX.

An Possit determinare tempus, quo expectare repromissionem alterius partis debeat, qui matrimonium promisit.

RESPONDEO: Minime posse: sed id in arbitrium prudentis relinquendum esse; considerata qualitate personæ, quæ est repromissura, an videlicet, sit in loco distanti, an in multis negotijs implicata, &c. Sic Sotus *dist.* 27. *quæst.* 2. *art.* 1. & Ochagauia *quæst.* 3. *num.* 7. Qui bene aduertit, eum, qui diù differret repromissionem v.g. per annum, cum facile potuisset repromittere, vere censeri contempsisse promissionem: & ita promittentem, sibi omnino liberum reliquisse.

QVÆSTIO X.

An Promissio matrimonij facta infanti, requirat acceptationem ab ipso, vt obliget ad contrahendum?

NEGANT Siluest. *Verb Sponsalia. quæst.* 2. *fine*. Armilla, *eod. verb. numer.* 4. Tabiena *quæst.* 4. Rodriguez *capit.* 245. *num.* 7, Ochagauia *quæst.* 4 *num.* 1. Villalobos *tract.* 12. *diff.* 1. *num.* 9. & Sanchez per hæc verba: Si maior septennio promittat matrimonium infanti, non requiritur acceptatio. Vnde promittens resilire nequit, sed tenetur expectare donec infans ad septennium perueniat, & si tunc noluerit, manet promittens liber; si verò voluerit, tenetur seruare fidem. Sic Sanchez *disp.* 6. *num.* 15. & 27.

Sed probabilius Respondeo: Requirere acceptationem, ad hoc, vt promissio obliget. Quia (vt supra est habitum) nulla promissio, ante acceptationem, obligat. Sic Vazquez *disp.* 4 *de matrim. cap.* 4. *num.* 48, Basilius *lib.* 12. *cap.* 4. *num.* 7. dicens, non solum falsam, sed ridiculam esse sententiam contrariam. Ægidius *disput.* 22. *num.* 36. Hurtado *disp.* 1. *diff.* 3. per hæc verba: Vnde, quæcumque promissio, etiã matrimonij, quamuis infanti facta, potest ante acceptationem reuocari; quia ante eam, non obligat. Aliter esset dicendum (addit Basil *loc.cit*) si promissio facta esset parentibus infantis, aut tutoribus, & illi acceptassent: tunc enim, licet non obligaret, quia talis promissio sponsalitia esset; obligaret tamen, ratione alterius promissionis interuenientis cũ Patribus, aut tutoribus infantis Sic ille Et sic etiã Diana 3. *par. tr.* 4. *resol.* 244. ex Basilio. Quamuis eum firmiter, vt par erat, non sequatur.

QVÆSTIO XI.

An Promissio matrimonij absenti facta, aliquo tamen, nomine absenti acceptante, sed absque speciali mandato; ita obliget, vt reuocari minime possit?

AFFIRMANT Glossa, *in cap. vbi non est. Verb. Nihil.* 30. *quæst.* 2. Alex. *de Neuo, in cap. si ut. de sponsal. b. num.* 15. & alij apud Sanchez *lib.* 1. *disp.* 7. *num.* 30. & *disp.* 6. *num* 23. Iuxta quam sententiam, nequit promittens, adhuc ante absentis acceptationem, resilere.

Sed probabilius Respondeo: Posse dictam promissionem, ante absentis acceptationem, & repromissionem (quæ vicissim prieri promittenti nota sit) reuocari. Quia non obstante dicta stipulatione, seu acceptatione, liberum est promittenti retrocedere, donec mutua obligatio nota sit sibi. Ante obligationem namque vtriusque partis, nullus perficitur contractus, onerosus præcipuè. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 31. Ochagauia *quæst.* 4. *nu.* 7. & 9. Filliuc. *num.* 237 Becanus *loc. cit. num.* 7. *pag. mihi* 900. & alij.

QVÆSTIO XII.

An Promissio matrimonij facta fœminæ pauperi, intentione pauertatem eius subleuandi, requirat, ad valorem eius, acceptationem?

NEGANT Molina *tom.* 2. *de iust. tract.* 2 *disp.* 263. & alij plures, quos refert Tiraquel. *de priuileg. piæ causæ priuileg.* 115. *num.* 1.

Sed probabilius Respondeo: Requirere acceptationem. Quia hæc, a iure naturæ requiritur, vt supra, quæst. 5. est habitum. Sic Sanchez *lib.* 1. *disp.* 6. *num.* 16. & 25. & *disp.* 7. *num.* 38 & penes ipsum, Tiraquel. *loc. cit.* Couarr. Gutierrez. Anton. Gomez,

Gomez, Rodriguez, & alij. Ochagauia *quæst.4.num.1.* Ægid. *disp.22.num.39.* Filliuc. *num.237.* Hurtado *disput. 1. diff.3.*

QVÆSTIO XIII.

An, Si quis verè promittat alteri matrimonium, positiue tamen nolendo se obligare ad illud, contrahat vere sponsalia?

NEGANT sponsalia vera contrahere, Nauar. *cap.12. num.38.* Enriquez *lib.11.cap.13.num.2.* Siluest. Armilla, Angel. Tabiena, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *lib.1. disp.9 num.5.* Molina *tom.2. de iust. tract.2. disp.352. nu.4* Bonacina *quæst.1. punct.1. nu.5* Becanus *quæst.6. num.3.* Ægid. *disp.21. num.7.* Layman *tract.10. capit.2. numer.10.* Ochagauia *q.6. nu.2.* Villalobos *tract. 12. diff.2. num.1.* Machado *lib.3 par.1. tract.6. docum.2. num.3.* & Diana *3. par. tract.4. resol 205.* quatenus ait, hanc sententiam esse probabilissimam, & in praxi tutam.

Sed, æque, saltem, probabiliter Respondeo: Vere sponsalia contrahere, & obligatum manere, aut ex iustitia, & fidelitate simul, aut saltem ex fidelitate. Quia effectus naturalis promissionis est obligatio: hæc ergo necessario sequitur promissionem, etiam si promittens nolit. Sic Petrus Ledesma *de matrim, q.43. art.1. dub.2.* Vazquez *disp.6. de matrim. cap.3.* Basilius *lib.2. de matrim. cap.4. & lib.12. cap.2. numer.7.* Luysius Turrianus *2.2. disp.64. dub.15* Hurtado *disput.1. diff. 10* Et in simili, loquendo de voto, Sotus *lib.7. de iust. q.1. art.2.* Aragon, *2.2. q. 88. art.1.* & Rodriguez *2. tom. Summæ cap.92. num.7.* Sic etiam Ludouic. de S. Iuan *quæst.1. de matrim. ar.8. diff.4. pag.854.*

QVÆSTIO XIV.

An Etiam, verè sponsalia contrahat, qui matrimonium promisit, omnino fictè; hoc est, non solum animo non implendi, & non se obligandi, sed etiam, non promittendi?

NEGANT, & à fortiori, Doctores, pro prima sententia quæstione antecedenti adducti, præcipuè Sanchez, Ægid. Becanus, & Ochagauia. Et ex adductis pro nostra Ludouicus de S. Iuan *loc. cit. diff.3.*

Sed, probabiliter æquæ, Respondeo: Etiam contrahere sponsalia, manereque obligatum ad contrahendum, saltem ex fidelitate Quia promissio exterior, & verbalis, est vera promissio respectu hominis: ergo valida ad illum obligandum. Antecedens latè probant Basilius *lib.12. cap.2. à num.1*, Vazquez *disp.6. cap.2. à num.13.* & Hurtado *disp.1. diff.11.* Sic docent prædicti Doctores.

QVÆSTIO XV.

An, Qui, specificæ promissionis matrimonij, virginem decepit, & violauit, teneatur eam ducere?

NEGANT D. Anton. *3. par. tit.1. cap.3.* & Barthol. de Ledesma *de matrim. dub.19.* existimantes, satisfacere, constituendo ei dotem sufficientem ad supplendum defectum violationis.

Sed probabilius Respondeo: Teneri eam ducere; siue ratione promissionis, vt quidam volunt; siue, ratione damni illati, vt alij. Ratio est. Quia, qui sic matrimoninm promisit, quamuis ficte, & solum verbis, verè promisit, sub conditione defborationis, quæ postea impleta fuit: ergo tenetur stare promissis; quia promissio, etiam sine animo se obligandi, obligationem, iure naturali, inducit, vt ex dictis constat. Sic Basilius *lib.12. cap.2. num.14.* Vazquez *disp.6.* Hurtado *disput.1. diff.12.* Villalobos *tract.12. diff.3. nu.3.* & quoad substantiam, sic etiam Sanchez *lib.1. disp.10. num.3.* & communis.

QVÆSTIO XVI.

An, Qui, ficta promissione matrimonij, virginem violauit, teneatur eam ducere, casu, quo ille sit notabiliter disparnobilitate, diuitijs, aut potentia?

NEGANT teneri, casu, quo virgini notæ fuisset disparitas promittentis, eo quod facile potuisset aduertere deceptionem viri, Sanchez *lib.1 disp.10. num.5. & 7.* & penes illum. Siluest. Angel. Tabiena, Nauar. Cordu. Enriquez, & alij plures Bonac. *q.1 punct.2. num.7.* Lessius *lib.2. cap.10. dub.3.* Molina *tom.4. disp.206.* Villalobos *tract.12 diff.3. num.3.*

Sed

Sed probabilius Respondeo: Teneri ad huc eam ducere, nisi alias, nobilis actus promissor, non dedisset aliquod signum exterius, quo indicaret, se cum dolo promittere, ex quo signo virgo sufficienter conjecerit dolum subesse promissioni; aut etiam, nisi alias, ipsa virgo cognoscens inæqualitatem, re vera intellexerit dolose promitti coniugium. Sic Basilius *lib. 12. cap. 2. à numer. 15.* Vazquez (male citatus à Bonacina pro se) *disp. 6. capit. 6.* & Hurtado *disp. 1. diff. 12.* per hæc verba. Addimus quando virgo, ex excessu nobilitatis, aut diuitiarum promittentis, tantum verbaliter, aut aliunde coniecit dictam fictionem promissionis, tunc sic ficte promittentem ad nihil teneri ex iustitia, neque ex fidelitate: & idem est quando prudenter timuit deceptionem. Et in primis, non tenetur ex fidelitate, quia tunc quamuis vir intenderit decipere, vere non decepit: fidelitas autem solum obligat, ne decipiatur promissarius. Deinde, non tenetur ex iustitia, quia virgo, non est defiorata iniuste; quia non deceptione. Quod si virgo non coniecit, aut saltem, prudenter non timuit deceptionem, sed simplici animo credidit, vir a nulla ex dictis obligationibus excusatur, quamuis virgo cognoscat excessum nobilitatis, & diuitiarum, & quodcumque aliud, ex quo conijci potuit deceptio, vt contra Sanchium, & alios, indicat Vazquez *num. 47.* Quia tunc verè decepta est à viro. Sic hic per doctus, & amicus Pater.

QVÆSTIO XVII.

An, Promissio matrimonij facta alteri, cum semiplena aduertentia, inducat obligationem adimplendi illam?

Respondeo: Negatiue. Quia sponsalia obligant ad mortale, vt infra late dicemus: ergo petunt aduertentiam, & deliberationem, ad mortale saltem, requisitam. Quæ tunc censetur talis, quando intellectus, sine vllo errore, aut ignorantia aprehendit rem, & sufficienter aduertit, sit nè bona, vel mala; quod totum deficit in semiplena aduertentia, & deliberatione. Sic Sanchez *disp. 8. num. 2. & 5.* Becanus *quæst. 5. à numer. 2.* Basilius *lib. 4. cap. 1.* Sic dicens: Hæc statuatur à nobis, tanquam certa, & generalis regula. Ea deliberatio, siue ea libertas, cum ea consideratione necessaria est ad contractum matrimonij, & ad sponsalia, quæ necessaria est ad peccatum mortale.

QVÆSTIO XVIII.

An Promissio matrimonij facta alteri, calore iracundiæ; censeatur sufficienter deliberata, & obliget?

Negant omnes Doctores, qui docent, contractus calore iræcundiæ initos non esse ratos, vt Bartol. Iason, Ludou. Roman. Tiraquel. & Felinus. Nec non, & alij, qui affirmant, iuramentum, & votum, calore iracundiæ facta, non obligare: vt Host ēi. Abbas, Anton. Ricard. Quos omnes citat Sanchez *lib. 1. disput. 8. numer. 4.*

Sed probabilius longe, sic sub distinctione Respondeo: Si iracundia, vel animi perturbatio, est tanta, vt priuet hominem vsu rationis, impediatque aduertentiam requisitam ad mortale, tunc promissio matrimonij, in tali statu facta, nec erit valida, nec obligatoria. Si vero, non sit tanta, vt de facto, dictam aduertentiam non impediat, aliter est dicendum. Sic Nauar. *cap. 18. num. 7. & cap. 12. num. 24. & 26.* Siluest. & Tabiena cum alijs triginta Authoribus, quos refert, & sequitur Sanchez *disp. 8. num. 5.* Ochagauia *quæst. 5.* Becanus *quæst. 5. num. 4.* Hurtado *disp. 1. diff. 8.* & Basilius *lib. 4. de matrim. cap. 1. numer. 2.*

QVÆSTIO XXIX.

An Surdus simul, & Mutus à natura, possit valide sponsalia contrahere?

Negant Anchar. Baldus, Iason, Flaminius, Angel. Fulgos. & Ludou. de Roma, & Bollus, apud Sanchez *lib. 1. disput. 8. num. 12.*

Sed probabilius Respondeo: Posse Surdum, simul, ac Mutum, si intellectum ita perspicacem habeat, vt signis edoceri possit vim sponsalium, valide illa contrahere. Primo. Quia sic habetur, *in cap. Cum apud. de sponsalib.* Secundo. Quia isti, secundum omnes Doctores, possunt confiteri, & absolui: ergo & sponsalia celebrare. Tertio. Quia hæc, apud nos, est praxis. Sic Hostiens. Ioa. Andr. Anton. Cardin. & alij plures, quos refert, & sequitur Sanchez,

loc.cit. Ochagauia *quæst.* 5. *n.* 3. Villalob. *tract.* 12. *diff.* 4. *num.* 1. Machado *lib.* 3. *par.* 1. *tract.* 6. *docum.* 6. *num.* 1. & Diana *par.* 5. *tract.* 6. *resol.* 9.

QVÆSTIO XX.

An Etiam, possit contrahere sponsalia, qui simul est mutus, & surdus, ac cæcus?

AFFIRMANT adhuc, Hostiens. Ioan. Andr. Anton. Card. Panorm. Alex. de Neuo. Enric. Angel. Tabiena, Greg. Lopez, & Brunel, apud Sanchez *lo.cit. n.* 13. Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non posse: etiam casu, quo hæc mala, nõ à natura habeat, sed casu, nisi alias, antequam in hæc incideret, nosset vim sponsalium. Ratio est. Quia cæcus non potest doceri per signa, quid sint sponsalia, vel matrimonium. Sic Anchar. Alex. Carrer. Quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit.* Idem docentes de illo, qui tantum est Surdus, & cecus. Ochagau. *quæst.* 5. *numer.* 2.

QVÆSTIO XXI.

An, Qui semper insani, vel mente capti sunt, possint contrahere sponsalia?

RESPONDEO: Negatiue. Sic enim definitur *in cap. Dilectus. de sponsal.* & docent communiter omnes Doctores. Legantur Sanchez *lib.* 1. *disp.* 8. *num.* 15. & Basilius *lib.* 4. *de matrim. cap.* 1. & *lib.* 12. *cap.* 5.

QVÆSTIO XXII.

An Saltem, insani, seu amentes, qui dilucida interualla habent, possint, eo tempore, quo illis gaudent, sponsalia. & matrimonium, valide, & licite contrahere?

AFFIRMANT valide, sed non licite posse contrahere D. Bonau. *in* 4. *d.* 34. *art.* 3. *q.* 1. Petrus Ledesma *de matrim. q.* 58. *ar.* 4. *dub.* 2. *ad* 2. Villalob. *tract.* 12. *diff.* 4. *nu.* 2. & alij.

Sed æque probabiliter Respondeo: Non solum valide, sed & licite posse contrahere, si contrahentes, per alias coniunctas personas, prolis educationi satis consulant. Prima pars est constans, apud omnes. Et patet: Quia tempore, quo amentes dilucidis gaudent interuallis, vere vsum rationis participant. Secunda vero pars, probatur. Quia cum illa modo ratione, nil iniuriæ irrogatur matrimonio. Sic Sotus *d.* 34 *quæst. vnic. art.* 3. *concl.* 1. Sanchez *lib.* 1 *disp.* 8. *num.* 16. & 18. Machado *lib.* 3. *par.* 1. *tract.* 6. *docum.* 6. *numer.* 3. & 5.

QVÆSTIO XXIII.

An Si amens, & ebrius, tempore furæ mentis habeant voluntatem expressam contrahendi sponsalia, eamque postea, tempore dementiæ, aut ebrietatis exequantur, valide contrahant?

AFFIRMANT aliqui, quos, suppresso nomine, refert Beccanus *cap.* 43. *q.* 5. *num.* 5.

Sed certè Respondeo: Nullo modo valide contrahere. Quia illa prolatio verborum, in ebrietate habita, per quam expressit voluntatem, & consensum sponsalium, habitum ante ebrietatem, nullo modo est actio humana, cum non coniũgatur, modo humano, cum voluntate præcedenti: ergo per illam nequit fieri contractus. Sic Vazquez *disp.* 5. *de matrim. cap.* 3. & ex illo, Basilius *lib.* 4. *cap.* 1. *numer.* 16. Sanchez *disp.* 8. *num* 20. Ochagauia *quæst.* 5. Beca nus *loc. cit.* Hurtado *disp.* 1. *diff.* 9. & communis.

QVÆSTIO XXIV.

An Maior vsus rationis requiratur ad contrahenda sponsalia, quam ad peccandum lethaliter?

AFFIRMANT Enriquez *lib.* 11. *cap.* 13. *num.* 9. Gutierrez *cap.* 2 *numer.* 12. Petr. Ledesma *quæst.* 43. *art.* 2. Rebell. 2. *par. lib.* 4. *quæst.* 5. *num.* 1. Quos omnes pro hac parte citat, & sequitur Bonacina *quæst.* 1. *de matrim. punct.* 4. *num.* 4. Machado *loc. cit. docum.* 3. *numer.* 5. Quia, inquiunt, ad peccatum mortale sufficit consensus, & aduertentia mali præsentis: ad sponsalia verò requiritur cognitio futurorum; cum sponsalia sint promissio futuri matrimonij: at sic est, quod ad prouidentiam futurorum maior vsus rationis requi-

requiritur, quam ad consensum alicuius actus præsentis; ergo.

Sed probabilius Respondeo: Non requiri maiorem vsum rationis ad contrahenda sponsalia, quam ad peccandum lethaliter. Quia, si ea futurorum prouidentia, quam postulant citati Authores, esset necessaria ad contrahenda sponsalia, incautè à iure statutum esset tempus septem annorum ad ea incunda, cum in ea tenerrima ætate, ad huc præsentium, non habeat puer prouidentiam. Sic Sanchez *lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 16. Basilius *lib.* 4. *cap.* 1. Ægid. *disp.* 21. *num.* 13. & 49. Lessius *de iust. cap.* 40. *num.* 20. Becanus *cap.* 43 *quæst.* 5. *num.* 2. Villalob. *tract.* 12. *diff.* 4. *num.* 6. & Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 273. & alij.

QVÆSTIO XXV.

An ad valide contrahenda sponsalia requiratur septennium completum?

Respondeo: Affirmatiue. Quia sic habetur in cap. literas. cap. Accessit. Et in cap. Ad dissoluendum *de desponsat. impuber. in I sponsalibus, ff. de desponsat. & alibi.* Et tenent omnes Theologi, & Canonistæ. Legantur D. Thom. *in* 4. *d.* 27. *quæst.* 2. *art.* 2. & *in addit. quæst.* 43. *art.* 2. Sanchez *lib.* 1. *disp.* 16. *num.* 2. Basilius *lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 3. & alij plures, quos affert per doctus D. Didacus de Narbona *lib. de ætate ad human. actus requisita. anno* 7. *quæst.* 19. *à numer.* 3. *pag.* 95.

QVÆSTIO XXVI.

An Septennium ad sponsalia requisitum debeat necessario esse omnino metaphysice completum; vel sat sit moraliter?

Affirmant, sufficere moraliter esse completum, (etiam casu, quo non constet malitiam supplere ætatem, de quo infra) quia quod parum distat à re, nihil distare videtur; teste Arist. 2. *phisic.* Vnde, iuxta hanc sententiam, valida erunt sponsalia, non solum, si duo, vel tres deficiant dies, vt aiunt Gutierrez *de matrim. cap.* 22. *numer.* 6. Ioan. Andræas, Henricus, & Vega, penes Sanchez *numer.* 4. sed etiam, si octo, decem, vel quindecim, vt docent Sotus *d.* 27. *quæst.* 2. *art.* 2. *ad* 3. Victoria *de matrim. num.* 284. Vinald. *de sponsal. cap.* 2. *in* 5. *edit. num.* 4. Rodriguez *tom.* 1. *sum. c.* 9. *nihil* 244. Reben. *par.* 2. *lib.* 4 *quæst.* 5. *const.* 2. *num.* 2. Veracruz 1. *part. specul. artic.* 16. Ludouicus de S. Ioan *quæst.* 1. *de matrim. artic.* 9. *dub.* 1. *pag.* 861. Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 274. & *par.* 5. *tract.* 5. *resol.* 16. D. Didacus Narbona *loc. cit. in summario quæstionis.* Qui & *num.* 6. citat pro hac parte Ægidium, & Basilium. Sed male, vt infra. Et Zerola 1. *par. praxis. verb.* sponsalia, addit, sufficere esse inchoatum septennium, per hæc verba: Sponsalia, vt possint contrahi requiritur ætas septem annorum, vel sufficit inchoasse. Ita ille.

Sed probabilius Respondeo: Necessario debere esse omnino metaphysice, & mathematice completum. Quia, vna sola die deficiente, non diceretur septennium adhuc esse completum, sed incœptum. Sic Sanchez *lib.* 1. *disp.* 16. *num.* 4. Basilius *lib.* 12. *cap.* 5. *n.* 3. Ægid. *disp.* 21. *n.* 51. Hurtado *disp.* 1. *diff.* 14. Reginald. *lib.* 31. *n.* 248. Enriq. *lib.* 11. *cap.* 13. *num.* 9. (Vnde male citatur a Bonacina pro contraria sententia) Bonac. *q.* 1. *pun.* 4. *n.* 3. Ochagau. *c.* 8. *nu.* 1. Machado, ni fallor, *lib.* 3. *p.* 1. *tr.* 6 *docum.* 3. *nu.* 2. Sic etiam Narbona *loc. cit. in corpore quæstionis. num.* 7. Vbi etiam citat, & bene, Basilium, pro hac parte.

QVÆSTIO XXVII.

An Sufficiat ad valorem sponsalium, quod vltima dies septennij sit incœpta?

Negat Hurt. *disp.* 1. *diff.* 14. *n.* 60. Vbi sic ait: Id vero, quod ait Basilius, nempe sufficere vltimum diem septennij esse incœptum, falsum est; quia quo vsque completus sit, non est septennium mathematice completum, nec in indiuisibili consistens. Ita Hurtado.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere. Quia dies incœptus pro completo reputatur. Sic Basilius *lib.* 12. *de matr. cap.* 5. *num.* 3. Sic dicens. Requiritur autem completum septennium, quando non constat malitia ætatem suppleri. Itaque non habet hic locum illa vulgaris regula: *Parum pro nihilo reputatur.* Exigit enim ius completum septennium. Sufficiet tamen dies vltimus incœptus fauore matrimonij, sicut diximus supra *lib.* 9. de bimestri

spatio ad deliberandum dato. Sic Basilius. Et optime, si idem dixisset loquendo de ætate requisita ad matrimonium: contrarium enim affirmauit, vt infra tract. de matr. videbimus. Sic ante ipsum Sanchez *disp. 16. numer. 4.* & penes ipsum Alex. de Neuo, & Couarru. Enriquez *lib. 11. cap. 13. num. 9.* Ægid. *disp. 21. num. 51.* & alij penes Dianam *3. part. tract. 4. resol. 274.* & *5. part. tract. 5. resol. 17.*

QVÆSTIO XXVIII.

An Valeant sponsalia ante septennium, si malitia suppleat ætatem, hoc est, si ante septennium, vsus rationis contrahentibus adsit?

NEGANT Abbas, Angel. Rossella, & alij Canonistæ, quos refert Sanchez *disput. 16. num 8.* Ricard. Durand. & Argentina, penes Dianam, *loc. cit.* Hurtado *disput. 1. diff. 14.* Qui ait, sic tenuisse Vazquium. Et nouissime D. Didacus de Narbona *loc. cit. num. 8.*

Sed probabilius Respondeo: Valere, supplente malitia ætatem. Quia in matrimonio supplet ætatem malitia; vt habetur, *in cap. de illis. de desponsat. impub.* Ergo etiam supplebit in sponsalibus, quæ sunt quædam matrimonij inchoatio. Sic D. Thom. *in 4. dist. 27. quæst. 2. art. 2. ad 7.* D. Anton. *3. part. tit. 1. cap. 18.* Enriquez *cap. 9. cit.* Sanchez *num. 9.* & penes ipsum, plusquam 36. Doctores. Quibus addi possunt, Ægid. *disp. 21. num. 51.* Rebell. *lib. 4. quæst. 5.* Basilius *lib. 12. cap. 5. num. 3.* Becanus *quæst. 8. num. 9.* Bonac. *quæst. 1. punct. 4. num. 2.* Ochagau. *q. 8. num. 2.* Diana *3. part. loc. cit.* & *resol. 277.* Layman *tract. 10. cap. 1. num. 16.* Filliuc. *tr. 10. n. 258.* Ludou. *loc. cit. diff. 1.* Villalobos *diff. 4. cit. num. 6.* Lublinus *verb. sponsalia numer. 1.* Zerola *loc. cit. pag. 642.* Machado *lib. 3. par. 1. tract. 6. docum. 3.* & communis.

QVÆSTIO XXIX.

An Peccent mortaliter, qui, absque legitima causa, & Episcopi licentia, sponsalia ante septennium contrahunt?

AFFIRMANT Nauar. *in sum. capit. 22. num. 31.* Enriquez *lib. 11. cap. 13. num. 13.* Syluius *3. part. quæst. 43. art. 2.* Rebell. *lib. 4. quæst. 5. nu. 4.* Bonac. *quæst. 1. punct. 4. num. 6.* Siluest. *verb. matrimonium 5. quæst 6. fine.* Et penes ipsum, Palud: Petrus Ledesma *de matrim. quæst. 43. art. 2. dub. 3.* & alij.

Sed probabilius Respondeo: Minime peccare mortaliter; imo nec venialiter. Primo. Quia nullo iure prohibetur. Secundo. Quia, vel contrahunt, malitia supplente ætatem; vel non supplente; si primo modo, sponsalia sunt valida: si secundò, minime: & sic erunt expertes culpæ, cum nullam iniuriam alicui Sacramento inferant, cum sponsalia Sacramentum non sint: ergo. Sic Sanchez *lib. 1. disp. 17. numer. 4.* Basilius *lib. 12. capit. 5. num. 4.* Ægid. *disp. 21. numer. 53.* Filiuc. *numer. 259.* Villalobos *tract. 12. diff. 4. nu. 7.* Hurtado *disp. 1. diff. 14.* Ochagauia *quæst. 8. numer. 3.* Becanus *quæst. 8. numer. 12.* Lublinus *loc. cit.* Ludouicus de S. Iuan, *quæst. 1. de matrim. artic. 9. dub. 1. fine. pag. 861.* quamuis pagina sequenti, *diff. 2. conclus. 1. 2.* & *3.* sibi contrarius, contrarium dicat. Machado *loc. cit. docum. 3. num. 6. pag. 580.* Diana *3. part. tract. 4. resol. 275.* D. Didacus Narbona *loc. cit. numer. 11.* & *12.* Barbosa, & alij penes ipsum.

QVÆSTIO XXX.

An Saltem, sit mortale contrahere matrimonium, ante legitimam ætatem?

NEGAT adhuc Sanchez *loc. cit. num. 6.* (Quem sequi videtur Diana *3. part. tract. 4. resol. 276.*) Quia existimat, non dari expressum textum id prohibentem.

Sed probabilius Respondeo: Esse mortale: nisi alias ex vrgentissima causa, vt boni pacis, & cum licentia Episcopi, ante prædictã ætatem contrahatur. Quia probabilius est, id seuere, & expresse esse prohibitum *in cap. Non est, de desponsat. impuber.* Sic Basilius *lib. 7. capit. 65. numer. 3.* Enriquez *lib. 11. capit. 13. numer 13.* Ægidius *disp. 21. numer. 54.* Bonacina *quæst. 1. punct. 4. numer. 7.* Rebell. *lib. 3. quæst. 16.* & *lib. 4. quæst. 5.* Filliuc. *numer. 259.* Hurtado *disput. 1. diff. 14.* & *disp. 22. diff. 12.* Villalobos *tract. 14. diff. 22. num. 8.* Narbona *loc. cit.* & alij.

QVÆS-

QVÆSTIO XXXI.

An Si, etiam per miraculum, accelerentur in pueris, longe ante septennium, vsus rationis, possint valide sponsalia contrahere?

NEGANT quam plures Doctores, censentes, vna cum vsu rationis, exigi ætatem septennio proximam: Nec sufficere vsum rationis antea habitum. Ita vterque Ledesma, Victoria, Vega, Veracruz, Silueſt. Tabiena, Gutierrez, & alij, quos refert Sanchez *lib.* 1. *disp.* 16. *num.* 13. Inter quos est Enriquez *lib.* 11. *cap.* 13. *nu.* 9. Vbi ita ait: Infans quamuis per miraculum haberet perfectum rationis vsum, non est idoneus sponsalibus, pro quibus iura requirunt, id, quod septennium dici possit, quod arbitrio prudētis relinquendum est. Et de quodam quinquenni puero ait B. Gregorius, raptum de patris vlnis à diabolo, ob blasphemiam mortalem, qui tamen, non esset aptus sponsalibus. Sic ille. Et Ludou. *loc. cit. pag.* 802. *concl.* 3. *diff.* 1.

Sed probabilius Respondeo: Valide posse contrahere sponsalia, longe etiam ante septennium, si, siue via ordinaria, siue miraculosa, vsus rationis pueris accelerētur. Quia, eo solum requirit ius ad sponsalia septennium, quod in ea ætate præsumat ius, vsum rationis pueris aduenire ergo in quacumque ætate, ante sententiam, siue sit in sexto ætatis anno, siue in quinquennio, siue in quadrennio valebunt sponsalia ab eis contracta. Sic Alex. de Neuo. Anton. Gabr. & alij, quos affert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num* 14. Basilius *lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 3. per hæc verba: Id quod verum est, siue prope septennium vsus rationis illuxerit, siue multo ante septennium: solum enim requiritur vsus rationis. Sic ille. Et Diana 3. *part. tract.* 4. *resol.* 274. & alij.

QVÆSTIO XXXII.

An Valida sint sponsalia clandestina, id est, quæ fiunt, sine Parocho, & testibus?

NEGANT Albornoz, Matienzo, & alij nonnulli, quos refert Sanchez *lib.* 1. *disp.* 12. *num.* 1.

Sed certissime Respondeo: Valida esse, Quia spōsalia clādestina nullo iure irritātur. Si enim aliquo irritarentur, maxime esset decreto Trident. *sess.* 24. *c.* 1. *de matrim.* at hic non irritatur, nisi matrimonium clandestinum, vt declarauit Sacr. Congregatio Card. apud Rebellum *lib.* 4. *quæst.* 5. *num.* 49 per hæc verba: Decretum Tridentini, quo statuit, vt matrimonium fiat coram Parocho, & alijs testibus, non habet locum in sponsalibus: Ergo. Sic Sanchez *loc. cit.* & penes ipsum, plusquam viginti Doctores. Quibus addi possunt Basilius *lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 6. Becanus *quæst.* 7. *num.* 2. Ochagau. *tract.* 1. *quæst.* 7. *num.* 3. Hurtado *disp.* 1. *diff.* 16. Filliuc. *tract.* 10. *num.* 253. Binsfeld. *in Enchirid. Theol. part.* 1. *cap.* 17. §. 8. Ægid. *disp.* 21. *num.* 20. & alij.

QVÆSTIO XXXIII.

An Saltem, sit peccatum, sponsalia etiam contrahere?

AFFIRMANT Palud. *in* 4. *dist.* 28. *q.* 1. *ar.* 2. Silueſt. *matrim.* 6. *q.* 7. Tabiena *verb. sponsalia. q.* 1. *nu.* 2. Armilla *eod. verb. n.* 14. Caiet. *in sum. eod. ver.* & alij. Ex quibus, Caiet. & Armilla, dicunt esse mortale.

Sed probabilius Respondeo: Nec dum esse veniale. Quia nullo iure id est prohibitum. Sic Sanchez *lib.* 1. *disp.* 13. *nu.* 2. & penes ipsum, Veracruz, Ludouic. Lopez, Salcedo, & Petr. de Ledesma. Quibus addi possunt Basilius, Ægidius, Becan. Ochagau. Hurtado, & Filliuc. & denique, quædam declaratio Cardin. apud Rebellum *loc. cit. num.* 56.

QVÆSTIO XXXIV.

An Detur aliqua forma pro sponsalibus contrahendis?

RESPONDEO: Negatiue. Sic omnes Doctores. Qui bene hic notant: ad sponsalia, seu matrimonium contrahenda, non esse necessaria, expressa, & formaliter, verba, sed sufficere, quodcumque signum externum sufficiens ad exprimendum consensum contrahentium. Ex quo colligitur, quod sponsalia, & matrimonium sufficienter contrahi possint, non tantum verbis, sed etiam, scriptura,

tura, & nutibus, &c. Legantur Sanchez *diſp.* 18. & 19. Ægid. *diſput.* 21. *dub.* 3. Hurtado *diſp.* 1. *diff.* 13. & alij.

QVÆSTIO XXXV.

An, His, verbis: Nullam aliam ducam, niſi te, *fiant ſponſalia. Et iſtis*: Nullam aliam duco, niſi te, *matrimonium*?

AFFIRMANT Palud. *in* 4. *d.* 27. *q.* 1. Adrianus *q.* 2. *de matrim. dub.* 12. Palacios *diſt.* 27. *q.* 1. Angel. *matrim.* 2. *num.* 12. Siluest. *eod. verb. q.* 10. *dicto* 4. & alij.

Negant vero è contra, Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 19. *num.* 5. Nauar. *cap.* 22. *num.* 25. Gutierrez *quæſt. can. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 13. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 13. *num.* 4. Pedraz, Rodrig. Vega, & alij, penes Sanchez. Ægid. *diſp.* 21. *num.* 29.

Sed probabilius, media via, Reſpondeo dicendum, quod licet, ſecundis verbis, fiat matrimonium; minime vero, primis, fieri ſponſalia. Ratio eſt. Quia hæc verba: *Nullam aliam duco niſi te*: Efficiunt ſenſum exceptiuum affirmatiuum; ita vt ſit idem, ac dicere: *Nullam aliam duco, ſed te.* Hæc vero verba: *Nullam aliam ducam, niſi te.* Efficiunt tantum ſenſum conditionatum, & non exceptiuum. Ita vt ſenſus illorum ſit: *Si aliquam ducturus ſum, te ducam.* Quibus verbis, ſolum contrahitur obligatio ducendi illam, ſub conditione, ſi aliquam ducturus ſum. Sic Hurtado *diſp.* 1. *diff.* 13. *nu.* 56. & ante illum, Baſilius, late, & bene, *lib.* 2. *de matrim. c.* 10. Vi-to in *de matrim. num.* 251. Petr. de Ledeſma *de matrim. quæſt.* 45. *artic.* 3. *dub* 1. Filliuc *tract.* 10. *part.* 1. *cap.* 7. *num.* 242. Villalobos *tract.* 12. *diff.* 5. *numer.* 5. & penes ipſum, S. Thom. Sotus, & alij.

QVÆSTIO XXXVI.

An Quando, verbis de præſenti, quibus contrahitur matrimonium, adiuntur alia de futuro; *vt*, Accipio te in meam in craſtinum, ſeu, ex craſtino, *contrahatur matrimonium*?

AFFIRMANT Ægidius *diſp.* 21. *num.* 37. & Martinus de Ledeſma (non Bartholomæus vt citat Hurtado) 2. *p.* 4. *quæſt.* 47. *art.* 3. Quos affert, & ſequitur Hurtado *diſp.* 1. *diff.* 13. *num.* 51.

Sed probabilius Reſpondeo: Non contrahi matrimonium, ſed ſponſalia. Quia illa verba, ratione additi, ſolum efficiunt conſenſum de futuro. Sic Sanchez *diſp.* 18. *num.* 11, Baſilius *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 1.

QVÆSTIO XXXVII.

An Per hæc verba: Ex nunc habebo te in meam: vel ex nunc prouidebo tibi ſicut vxori: Ex nunc eris mea vxor: *vere matrimonium, quod ſit Sacramentum, contrahatur*?

NEGANT aliqui, quos ſuppreſſo nomine, refert Petr. Ledeſma *quæſt.* 45. *art.* 3. *dub.* 2 *fine* docentes, in dicto caſu contrahi verum matrimonium; non tamen Sacramentum.

Sed certiſsime Reſpondeo: Et verum matrimonium contrahi; cum per dicta verba, conſenſus de præſenti exprimatur: & verum Sacramentum perfici: cum in lege Euangelica, nullius Matrimonij ſit contractus, qui non ſit Sacramentum. Sic conſtat ex cap. *Si quis diuinis.* 30. *q.* 5. *ex cap. ex parte. de ſponſalib.* & docent omnes DD. apud Sanchez *loc. cit. num.* 14. Baſilium *num.* 1. *cit.* Bonacinam *nu.* 18. & alios.

QVÆSTIO XXXVIII.

An Per prædicta verba de futuro, dempto addito de præſenti; *vt* Eris mea vxor. Habebo te in meam, &c. *etiam contrahatur matrimonium*?

AFFIRMANT Angel. *matrim.* 2. *nu.* 9. & 12. Siluest. *eod. verb. quæſt.* 9. & 10. Rodriguez *in ſum. cap.* 216. *num.* 6. Ludouic. Lopez 2. *part. vbi de matrim. c.* 36. & alij pluſquã 26. DD. apud Sanch. *diſp.* 18. *n.* 16. Quibus ego addo Baſilium *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 3.

Sed probabilius Reſpondeo: Non contrahere matrimonium, ſed tantum ſponſalia. Quia probabilius eſt, dicta verba non ſignificare conſenſum de præſenti: Nam quamuis ſtatim obligationem inducant, non tamen obligant ad illam ſtatim exequendam: ergo per dicta verba, non contrahitur matrimonium. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 18. Petr. Ledeſma *quæſt.* 45. *ar.* 3. *dub.* 2. Barthol. de Ledeſma *de matrimon. dub.* 9. Palud. *in* 4. *d.* 27. *q.* 2. *ar.* 4.

Enri-

Enriquez *lib.* 11. *cap.* 11. *num.* 6. & alij, quod tenet Doctores penes Sanchez. Quibus addi possunt Ægid. Bonac. & Hurtado *loc. cit.* & Rebell. *de sponsal. quæst.* 3. *num.* 50.

QVÆSTIO XXXIX.

An Per hæc verba: Volo tecum contrahere; te ducere: te habere in vxorem: *fiat Matrimonium, aut saltem, sponsalia?*

AFFIRMANT fieri Matrimonium Cardin. *in cap. & literis. de sponsa.* Basilius *loc. cit. num.* 8. *pag. mihi* 111. & alij, penes ipsum.

Alij vero è contra asserunt, illis verbis, si iam fieri sponsalia, nõ matrimonium. Ita Sanchez *disp.* 18. *nu.* 25. & penes illum, Gutierrez *lib.* 1. *Can. q. cap.* 21. *num* 26 & Couarr. 4. *decret.* 2. *par. cap.* 4. §. 1. *nu.* 4. & alij.

Alij tandem censent, nec fieri matrimonium, nec sponsalia. Ita Aitent. *lib.* 3. *Sum. tit. de matrim. quæst.* 7. *Sum. Confess. lib.* 4. *tract.* 2. *quæst.* 4. Rebell. *lib.* 4. *q.* 3. Ægid. *disp.* 21. *num.* 26. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Prædicta verba esse æquiuoca; ac proinde, & posse pro voluntate contrahentium fieri matrimonium; aut sponsalia; aut nihil. Si enim proferens prædicta verba velit significare consensum de præsenti, & alter id intelligat, & è contra, fiet matrimonium: si vero velit alteri offerre fidem matrimonij, & alter id intelligat, & è contra fient sponsalia. Et tandem, si velit solum significare simplex desiderium postea contrahendi, nihil fiet. Sic Hurtado *disp.* 1. *diff.* 13. Per cuius dicendi modum, facile in concordiam venient alij adducti.

QVÆSTIO XL.

An Matrimonium inter puberes clam contractum (quod est irritum ex Trident.) habeat vim sponsalium, saltem, si iuramento firmetur?

AFFIRMANT Enriquez *lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 4. *Vbi in marg. lit. N. ait:* Ita declarasse Congreg. Card. *nu.* 81. ad Archiepiscopum Valentinum. Corduba *in sum. q.* 52. Bartholom. de Ledesma *de matrim. dub.* 18. *fol.* 1284. Ortiz *in sum. cap.* 16. *de matrim. fine.* Vega *lib.* 6. *sua sum. casu* 120. Vera Cruz *in 2. part. dub.* 9. Quos omnes refert pro hac parte Sanchez, vbi infra *num.* 2. Ægid. *disp.* 21 *num.* 47. Ochagau. *tract.* 1. *de matrim. quæst.* 10. *num.* 6. & Layman *tract.* 10. *cap.* 1. *num.* 17. & 18.

Sed probabilius Respondeo: Nullo modo habere vim sponsalium. Quia Trident. *sess.* 24. *de refor. matrim. c.* 1. Omnino redditur inhabiles ad sic contrahendum, decernitque talem contractum inter puberes esse irritum, & nullum: ergo nec, vt sponsalia valet. Sic Sanchez *lib.* 1. *disp.* 20. *num.* 3. & penes ipsum, Nauar. *lib.* 4. *consil. in* 1. *edit. tit de sponsal. consil.* 1. *nu.* 3. *in* 2. *tit. de cland. desponsa. consil.* 3. *num.* 3. Gutierrez *de Iuram. 1. par. cap.* 51. *à num.* 58. Azebedo *lib.* 5. *recop. tit.* 1. *l.* 1. *à num.* 32. Arbornoz *in arte contractus lect.* 4. *tit.* 8. Spino *spec testam. glosa* 15. *num.* 78. Palac. *in* 4. *dist.* 28. *quæst vltima, infine* Petrus de Ledesma *de matrim. quæst.* 45. *art.* 5 *punc.* 2. *post.* 4. *dub.* Rodrig. *tom.* 1. *sum. cap.* 220. *num.* 1. & etiam Vega *lib.* 6. *sum. casu* 104. & 122. (Sed hic author, a sibi contrarius est, aut male à Sanchez putatur hac sententia referri.) His addi potuit Rebellus *lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 7. *pag. mihi* 263. Qui tamen male citatur à Barbosa *in Triden. sess.* 24. *cap.* 1. *num.* 55. Cum expresse nostram sententiam tueatur, solumquè affirmet, matrimoniũ clandestinum contractum inter puberem, & impuberem, inducere in sponsalia, quod quid diuersum est, vt statim dicemus. Sic etiam Bonac. *quæst.* 2. *pun.* 8. *nu.* 48. & 49. & 50. Hurtado *disp.* 5. *diff.* 2. Villalobos *tract.* 12. *diff.* 8. Vbi pro hac sententia affert, ex Farinacio, declarationem Card. per hæc verba: *Matrimoniũ contractum coram testibus, sed sine Parocho, vel alio Sacerdote de eius licentia, post Concil. Trident. non solum est nullum, sed neque vim habet sponsaliũ, à deo, quod contrahentes, ad denuo contrahendum compelli non possunt.* Sic refert Villalobos. Addens: quod declaratio Cardin. quam pro se refert Enriquez, non sit certa, sicuti est hæc.

QVÆSTIO XLI.

An Saltem in dicto casu, inducat obligationem sponsalium, si puberes matrimonium clandestinum contrahentes, animum habuerint obligandi se eo modo, quo possent?

AFFIRMANT, & à fortiori, omnes Doctores pro oppositâ sententia citati. Et ex citatis pro nostra, Pet. Ledesma *de matrim. quæst. 45. art. 2. punct. 2. concl. 3.* & Rodrigez *tom. 1. sum. cap. 220. numer. 1.*

Sed adhuc probabilius Respondeo: Minime in tali casu obligare, aut habere vim sponsalium. Quia contractus externus prædictus, omnino est nullus, vt omnes fatentur: at intentio interna se obligandi, non habet ad hoc vim, nisi externo actu validò significetur: Ergo. Sic Sanchez *loco cit. num. 6.* Beccanus *loc. cit. num. 3.* & alij.

QVÆSTIO XLII.

An Matrimonium, siue clam, siue publice contractum, inter impuberes, vel inter puberem, & impuberem, habeat vim sponsalium, quando malitia non supplet ætatem?

NEGARVNT absolute non nullij apud Couarr. *4. decret. 1. par, cap. 3. num. 3.* existimantes, talem contractū nec esse matrimonium, nec sponsalia. Negant secundò, & alij Neotherici apud Sanchez *disp. 21. nu. 5.* Et fauet Petrus Ledesma, quatenus ait, in foro conscientiæ, nisi dicti habuerint expressam se obligandi intentionem, meliori modo, quo poterant, nec esse matrimonium, nec sponsalia. Addit adhuc Becanus *loc. cit. nu. 6. & 7.* Quod etiam si contrahentes habeant intentionem contrahendi sponsalia, sit probabile, minime contrahere illa in foro conscientiæ, per verba de præsenti.

Sed probabilius Respondeo: Dictum matrimonium habere vim sponsalium, iuris interpretatione. Quia sic habetur *in cap. fin. de sponsal. & cap. vnico. §. Idem quoque. eod. tit. in 6.* Vbi expresse definitur, quod matrimonium per verba de præsenti, per puberem, & impuberem contractum clandestinè, resoluitur in sponsalia de futuro: Ergo eodem modo se habebit matrimonium inter impuberes. Sic Nauar. *in sum. cap. 22. num. 57. & lib. 4. consil. de sponsal. impub. consil. 2. alias, 1.* Vbi optime explicat habere nostram responsionem locum, etiam in foro conscientiæ. Victoria, Sotus, Ledesma, Enriquez, quos, & alios viginti & tres Doctores, citat, & sequitur Sanchez *loc. cit.* Quibus addi possunt, Becanus, Ochagau. Hurtado, Rebellus, & Bonac. *loc. cit.* Basil. *lib. 12. cap. 5. num. 4.*

QVÆSTIO XLIII.

An Sola subarratio annulli, sit sufficiens signum sponsalium, etiam si nulla interueniant verba?

AFFIRMAT absolute Lublinus *Verb. sponsalia num. 5.* His verbis: Sponsalia, non vno, sed varijs modis contrahuntur, vt putà, re, verbis, litteris, & consensu. *Re* contrahuntur, per nudam subarrationem, vel annulli missionem &c. Sic ille ex Dianele venatorio.

Sed clarius sic Respondeo: Si consuetudo loci sit, vt annuli traditio significet sponsalia, vel matrimonium, vere præsumitur talia, iuxta loci consuetudinem. Si autem verba vnius præcesserint, tunc immissio annuli, & receptio, operatur verbum expressum, & consensum alterius. Vnde si verbum matrimonij præcesserit (vti: *Ego te accipio in meam,*) operatur matrimonium, si vero sponsalium, sponsalia. Quia tacens consentit, ipso facto, dum annullum recipit. Sic Becan. *quæst. 11.* Sanchez *disp. 22.* & alij.

QVÆSTIO LXIV.

An teneatur quis sponsalia adimplere sub culpa lethali?

NEGANT Abbas *in cap. requisit. de spō sal. in 6.* Et quidam alij apud Sanch. *disp. 27. num. 1.* Quorum sententiam dicit probabilem Machado *loc. cit. docum. 4. num. 1. pag. 581.* Fauetque Enriquez *de excommunicat. cap. 17.* asserens, promissionem matrimonij gratuitam, & non mutuam, non obligari sub mort. Molina *tom. 2. disp. 262.* & Hurtado *disp. 1. diff. 6.* dicentes, promissionem matrimonij, aliquando obligare posse sub veniali, aliquando vero sub mortali, iuxta intentionem promittentis.

Sed

Sed longe probabilius Respondeo: Teneri sub culpa lethali ad implenda sponsalia; hoc est, ad præstandum de præsenti coniugalem consensum, promissum per sponsalia. (nisi alias iusta excusset causa) Quia omnes contractus obligant ex iustitia: Sed sponsaliorum mutua, & reciproca obligatio, vere est contractus; & alias in materia graui: Ergo. Sic Diu. Thom. *in 4. dist. 27. quæst. 2. ar. 1. ad 2.* Palud: *ibid. quæst. 1. ar. 2.* Sotus *ar. 5.* Sanchez *lib. 1. disp. 27. num. 2.* Cum alijs tribus, & triginta Doctoribus. Quibus addi possunt, Becanus *quæst. 14.* Bonac. *quæst. 1. punct. 2. num. 2.* Basilius *lib. 12. cap. 2. num. 12. & cap. 6. num. 1.* Reginald. *lib. 31. num. 250.* Nauar. *cap. 18. num. 6.* Vazquez *disp. 3. cap. 2. & disp. 5. num. 13.* Ægid. *disp. 22. dub. 1.* Ochag. *quæst. 13. nu. 3.* Filliuc. *tr. 10. n. 260.* Lublinus *Verb. sponsalia, num. 6.* Machado *lo. cit.* dicens, id esse commune.

QVÆSTIO XLV.

An Qui, nullo termino præfixo, sponsalia contraxit, teneatur, à mom.nto contractus, ea adimplere?

AFFIRMANT Teneri; nisi in casu, quo alter et adimpletionem differre ex causa petat; Barthol. de Ledesma *de matrim. dub. 13.* Basilius *lib. 12. cap. 6. num. 1.* Et alij, penes Sanchez *Vbi infra numer. 1.* Quibus tauet Diana, mox citandus.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri: Sed posse expectare, quoad vsque ille, cui promissio facta est, eam, vt adimpleat, petat. Quia id est generale in omni debito contracto, nullo præfixo solutionis tempore, vt constat. *ex L. Debitores præsentes C. de pig.* Sic Hurtado *disp. 1. diff. 17.* per hæc verba: Supponimus, sponsalia, absque termino præfixo facta, implenda esse, quando alteruter ex sponsis petat (si tunc commode fieri possit) quod generale est omnibus contractibus. Et idem est, quando facta sunt, præfixo aliquo termino, eo impleto. Quod si neuter petat, differri potest impletio, nisi aliquis eorũ, ex timore aliquo, adhuc reuerentiali, aut ex obliuione, non petat, quia si ob timorem, vel obliuionem, non petit, ei sunt implenda: quia tunc non differt liberaliter solutionem sibi debiti. Sic Hurtado. Et ante illum, Sanchez *lib. 1. disp 28. nu. 2.* & penes ipsum, Nauar. Metina, Armilla, Silvest. & alij. Ægid. *disp. 22. dub. 1. num. 2.* Ochag. *quæst. 13. num. 2.* Villalobos *tract. 12. diff 9 num. 2.* Machado *loc. cit. doc. 4 num. 2.* Et dicit probabile Diana *3. par. tract. 4. resol. 245.*

QVÆSTIO XLVI.

An Per censuras compellendus sit adimplere sponsalia contracta, qui citra legitimam causam, ea adimplere recusat?

NEGANT Angel. *Ver. Sponsalia num. 42.* Armilla *num. 7.* & penes ipsum, Panormit. Angles, *in suis floribus 1. par. de essentia matrim. ar. 4. diff. 4.* Rodrig. *tom. 1. cap. 244. num. 1.* & Germonius, penes Sanchez *disp. 29. num. 2.* Citat etiã Machado pro hac parte (quam, ni fallor, sequitur) Basilium (sed munus bene) Sotũ, & Vegam. Qui omnes asserunt, nullo modo esse cogendum fidem seruare, sed solum monendum, & si monitis, non acquieuerit, relinquendum.

Affirmant verò alij, cogendum esse, casu vero solum, quo sponsalia iuramento confirmauit. Ita Præpositus, Tabiena. Minchaca, & alij penes Sanchez *num. 3.*

Sed probabilius, absolute Respondeo: Posse, & debere compelli per censuras, aut per carcerem, vt adimpleat sponsalia contracta: nisi alias, iudex prudenter conijciat, ex inuitis nuptijs, grauia mala, & scandala oriunda. Sic Sanchez *lib. 1. disp 29. num. 4.* Nauar. *lib. 4. consil. 2. de sponsal. impub.* Enriquez *lib. 11. cap. 13. num. 4.* Ledesma *de matrim. quæst. 43. ar. 1. dub. 3.* Villalob *tract. 12. diff. 19. num. 3.* Quibus adhæret Basil. *lib. 12. cap 6. num. 2.* Vbi sic ait: Si is, qui sponsalia contraxit adimplere nolit, monendus prius per iudicem est, & si adhuc renuat (non *negat*, vt legit Diana) per censuram compellendus est. *capit. ex litteris, de sponsalib. Et post panea.* Illud tamen addendum est, iuxta Seraphinum *decis. 1113* Iudicem compellere debere per cẽsuras, cõpulsione moderata, non præcisa si pertinax sit pars in resistendo, *cap. requisiuit. de sponsal.* Imo, & quando prudenter iudicatur frustra ferri excommunicationem ab illa abstinendum docet idẽ Seraphin. *decis. 1258.* Sic Basilius. Et ex illo, & Villalobos, Diana *3. par tr 4. resol.*

reſol. 206. Layman *tract.* 10. *cap.* 1. *num* 4. Ægid. *diſp.* 22. *à num.* 8. Hurtado *diſp.* 1. *diff.* 17 Ludouicus de S. Ioan *quæſt.* 1. *art.* 8. *diff.* 7 *pag.* 855. & alij.

QVÆSTIO XLVII.

An Teneatur ſtare promiſsioni Matrimonij, qui dubius eſt, an illud promiſſerit?

AFFIRMANT Rebell. 2. *par. lib.* 4. *q.* 3. *num.* 9. Gutierrez *de matrim. cap.* 3. *num.* 16. & alij.

Sed probabilius Reſpondeo: Non teneri. Quia in dubio melior eſt conditio poſsidentis. Sic Enriquez *lib.* 11. *cap.* 11 Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 9. & 18. Bonac. *q.* 1. *punct.* 2. *num.* 12. Villalob. *tract.* 12. *diff.* 2. *num.* 2. Secus tamen dicendum eſt de illo, qui dubius eſt, an promiſſerit animo ſe obligandi, vt tenent dicti Doctores, & Baſilius *lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 13. Nam ex dictis conſtat, teneri, quãuis certus eſſet, defuiſſe animum.

QVÆSTIO XLVIII.

An Valida ſint ſponſalia, ex metu graui contracta, ſaltem, ſi iuramentum accedat?

AFFIRMANT Enriquez *lib.* 11. *cap.* 9. *num.* 6. Petrus de Ledeſma *quæſt.* 47 *dub.* 3. *circa* 3. *argumentum.* Ægid. *diſp.* 18. *num.* 7. Hurtado *diſp.* 1. *diff.* 15. & alij.

Sed probabilius Reſpondeo: Talia ſponſalia non eſſe valida, etiam ſi iurata ſint. Quia hoc, ob bonum coniugij, vt ex perfecta libertate nuptiæ fiant, expreſſe deciditur, *in cap. ex literis, de ſponſ. impub.* Sic Alexan. de Neuo *ibi*, *num.* 5. Sotus *diſt.* 41. *quæſt. vnica art.* 2. Rodriguez *tom.* 1. *cap.* 231. *num.* 4. & *cap.* 244. *nu.* 4. & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez *lib.* 4. *de matrim. diſp.* 19. *num.* 3. Barboſa *in collect. tom.* 2. *lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 11. Lublinus. *Verb. ſponſalia num.* 11. ex Azorio *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *quæſt.* 7. Diana 3. *par. tract.* 4. *reſol.* 278. & alij.

QVÆSTIO XLIX.

An Quando parentes contrahunt ſponſalia profilijs præſentibus, & tacentibus, nec oſtendentibus aliquod conſenſus ſignum, ſit eorum taciturnitas ſufficiens ſignum conſenſus?

NEGANT eſſe ſufficiens ſignũ, niſi cum taciturnitate ſimul, filij porrigant dexteram, aut oſtendant aliquod aliud ſignum, Supplem. *diſt.* 27. *quæſt.* 1. *art.* 2. *concl.* 4. Angel *verb. Matrimon.* 2. *num* 5. & alij Recent. apud Enriquez *lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 6. *in Gloſſ. lit. O.*

Sed, longe probabilius, Reſpõdeo: Sufficere ſolam taciturnitatem ad valorem filiorum ſponſalium. Quia hæc ſola in illis, eſt ſufficiens ſignum conſenſus interni. Sic habetur *in cap. Vnico, de ſponſal. impub.* §. *Filij. in* 6. & docent Enriquez *loc. cit.* Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 23. *num.* 2. Nauar. *cap.* 22. *num.* 58. Dicens, eſſe omnium. Baſilius *lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 2. Becanus *quæſt.* 12. Ochagau. *tract.* 1. *quæſt.* 12. Layman *tr.* 10. *par.* 1. *cap.* 1. *nu.* 13. Ægid. *diſp.* 21. *num.* 36. Bonac. *quæſt.* 1. *punct.* 1. *num.* 11. Gutierrez *cap.* 13. *de matrim.* & alij communiter, præcipue ſtatim citandi. Qui id etiam habere locum, loquendo de tutoribus, curatoribus, alijſque perſonis, quæ curam pupillorum, aut minorum gerunt, contra Gutierrez, optime affirmant.

QVÆSTIO L.

An Iddem dicendum de alijs extraneis contrahentibus pro alijs præſentibus, & tacentibus; an videlicet, ſuffiat etiam horum taciturnitas?

AFFIRMANT etiam, Ioannes, Imola, Geminianus, & alij, quos affert, & ſequitur Baſilius *lib.* 2. *de matrim. cap.* 14. *à num.* 4. & ante ipſum, Enriquez *lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 6. *iuncto commento, lit. P.* Barthol. & Petrus de Ledeſma, Rodrig. Viuald. Vega, & alij, quos citat Sanchez. Vbi *infra num.* 6. Citat etiam Diana, mox citandus, pro hac parte, Hurtadum *diſp.* 1. *diff.* 13. Sed male. Quia expreſſe ſolum id concedit Parentibus, aut illis, qui locum parentum curam gerunt.

Sed probabilius Reſpõdeo: Negatiue. Quia ſolum eſt conceſſum parentibus, tam-

tanquam quoddam ſpeciale priuilegium *in cap. vnico. citat.* habito; vt pro filijs præſentibus, & tacentibus, valide contrahant: ergo hoc denegandum eſt alijs perſonis. Et ita, ſi alij à Parentibus reſpondeant pro præſentibus tacentibus, neceſſarium erit aliud ſignum externum exprimens internum horum conſenſum. Sic Sánchez *lib.* 1. *diſp.* 23. *num.* 7. & penes ipſum, pluſquam viginti Doctores. Quibus addi poſſunt, Rebell. *lib.* 2. *de matrim. quæſt.* 10. *ſect.* 1. *num.* 9. Ochag. *quæſt.* 12 Diana 3. *par. tract.* 4. *reſol.* 270. & penes illum, Molinus, & Barboſa. Becanus *quæſt.* 12. *num.* 5. Gutierrez *de matrim. cap.* 13. *nu.* 2. Ægid. & Bonac. *loc. citatis*, & alij.

QVÆSTIO LI.

An Quando Parentes pro Filijs abſentibus contrahunt ſponſalia, ſufficiat ad eorum valorem, ſi poſtea id per aliquem tertium, agnouerint, taceant, & non reclament?

AFFIRMANT Sotus *in* 4. *diſt.* 27. *quæſt.* 2. *ar.* 1. *ad* 1. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 13. *num.* 1. Victoria *num.* 267. Barthol. de Ledeſma *de matrim. dub.* 11. *concl.* 3. Pet. de Ledeſma *quæſt.* 43. *art.* 2. *dub. vlt. concl.* 2. Rodrig. *cap.* 234. *num.* 4. Ochagau. *quæſt.* 12. *nu.* 7. Hurtad. *diſp.* 1. *diff.* 13. Citat etiam Bonacina pro hac parte Ægidium, Sotum, Ledeſmam, Nauar. Quos nec approbat, nec reprobat.

Sed probabilius Reſpondeo; Non ſufficere. Sed neceſſario debere, vt valida ſint, ratificari à filijs, ſiue tacitè, ſiue expreſſe, aliquo ſigno ſufficienti. Sic colligitur *ex cap. vnico. cit.* & docent Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 23. *num.* 17. Corduba *in ſum. q.* 193. Vega *lib.* 6. *caſu* 31. penes Sanchez. Baſilius *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 14. Becanus *quæſt.* 12. *num.* 7. Ægidius *diſp.* 21. *num.* 39. Diana 3. *par. tract.* 4. *reſol.* 271.

QVÆSTIO LII.

An In ſponſalibus valide, & licite apponi poſſit pœna per ſoluenda ab eo, qui, abſque iuſta cauſa, à contractu ſponſalitio reſilit?

NEGANT Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 30. *à num.* 2. dicens, eſſe ſententiam omnium Gutierrez *de matrim. cap.* 27. Couar. 4. *decret.* 2. *par. cap.* 3. § 7. & alij, pénes ipſos. Quibus addi poſſunt Becanus *quæſt.* 16. Hurtado *diſp.* 1. *diff.* 18. Ochagauia *quæſt.* 16. Filliuc *num.* 263. & alij, docentes, pœnam dictam adiectam contractui ſponſalium, eſſe omnino illicitam, & irritam. Ideoquè, qui illam violat, nec in foro interno, nec externo, teneri eam ſoluere: Quia ita, inquiunt, habetur *in cap Gemma, de ſponſal. & in leg. Titia ff. de verb. obligat.*

Sed probabilius Reſpondeo: Valide, & licite poſſe in ſponſalibus apponi pœnam ſoluendam ab iniuſtè reſilientè; ita ut in vtroque foro ſoluere illam teneatur, qui abſque iuſta cauſa, à contractu ſponſalitio diſcedit. Sic Baſil. *lib.* 12. *cap.* 19. *à num.* 8. Qui optimè probat, noſtram reſponſionem, nec eſſe contra ius Canonicum, nec contra ciuile. Quia prædicta iura tantum contendunt, adiectionem pœnæ oppoſitæ illi, qui ex iuſta cauſa, à contractu diſcedit, iniquam, illicitam, irritamque eſſe, etiam ſi iuramento firmata fuerit. Sic etiã Suarez *tom.* 2. *de Religio. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 5. Ægid. *diſp.* 22. *dub.* 5. *concl.* 2. *n.* 29. Vazq. *epuſ. de teſtam. cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 28. Quatenus affirmant, nullum eſſe peccatum in adiectione pœnæ contra iniuſtè reſilientem. Imo Molina *tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 151. *num.* 22. Leſius *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 56. aſſerunt, iuramentum de hac pœna ſoluenda valere; & ideo reſilientem à contractu, abſque iuſta cauſa, teneri ſoluere pœnam, ex pacto reſilienti impoſitam, ſi iuramento confirmetur. Sed hi Authores, non loquuntur conſequenter. Quia ſi adiectio pœnæ in ſponſalibus eſt illicita, & peccatum, vt fatentur ipſi, non recte dicunt, confirmari, & validam reddi per iuramentũ: cum iuramentũ non poſsit eſſe vinculũ iniquitatis: & obligari per iuramẽtum adſolutionẽ prohibitam, iniquum eſt. Debebant ergo conſequenter dicere cum Sanchez, & alijs (& ſatis probabiliter) reſilientem, etiam iniuſtè, non teneri ſoluere pœnam, ex pacto reſilienti impoſitam, etiam ſi iuramento ſit firmata. Tenent etiam nobiſcum Diana 3 *par. tract.* 4. *reſ.* 211. & Layman *tr.* 10. *p.* 1. *cap.* 8. *n.* 8.

QVÆSTIO LIII.

An Valeat pactum in contractu sponsalitio adiectum, vt vir teneatur habitare in aliquo loco pre determinato tempore?

NEGANT Dinus *in l. Titio centum ff. de conditio. & demonst.* & Bartol. Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Valere. Quia nihil ad illius valorem obstat. Sic Innoc. Hostiens, & alij, quos citat, & sequitur Basilius *lib. 12. capit. 20. num. 1.* & à fortiori Sanchez, & alij, mox citandi.

QVÆSTIO LIV.

An Etiam valeat pactum appositum de perpetuo manendo in aliqua Ciuitate, vel Oppido?

NEGANT, penes Sancez *lib. 1. disp. 40 num. 1.* Alexand. de Neuo, Couarr. Salcedo, Ant. Gomez, Azebedo, Ludou. Lopez. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Valere etiam. Quia pactum huiusmodi, nulla lege prohibetur; imo potius esse licitum, constat *ex L. cum scimus. C. de Agricolis, & Censitis. ex L. 89. tit. 1. par. 3. ibi:* Otro, si prometiô por si, y por sus hijos, de morar en tal heredamiento para siempre jamas. Valebit ergo obligatio ad habitandum perpetuô in aliquo loco. Sic Nauarrus *capite 14. numero 20.* Rodriguez *cap. 15. numer. 2.* Pedraza, Capua, & alij, vsque ad triginta, & septem Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *loco citato numer. 2.* Inter quos, vnus est Ludouicus Lopez citatus ab eodem pro opposita parte. Basilius *lib. 12. capite 20. numero 1.* & alij.

QVÆSTIO LV.

An Deinde, valeat etiam pactum, quod in sponsalibus apponi solet, vt vir teneatur habitare perpetuò in domicilio vxoris? Nec possit aliò domicilium transferre?

NEGANT, & à fortiori, Doctores nuper pro prima sententia adducti; eo quod putent repugnare libertati Matrimonij.

Sed probabilius Respondeo: Adhuc valere. Primô. Quia vnusquisque potest in traditione suæ rei, quodlibet interponere pactum. *L. 1. C. de pactis*: Ergo, & mulier in traditione sui per matrimonium. Secundo. Quia hoc pactum, non est contra bonos mores, nec repugnat libertati coniugij, vt late, & docte probat Basilius *lo. cit. num. 8.* Ergo erit validum. Sic ipse, & alij Doctores pro nostra sententia nuper adducti. Qui tamen bene notant, intelligendam esse, nisi alias, noua non emergat iusta causa oppidi, aut domicilij mutandi; vt grauis infirmitas, capitales inimicitiæ, & huiusmodi, quia tûc, etiam si pactum esset iuramento firmatum, licebit viro resilire, & à tali loco recedere, & mulier tenebit eum sequi.

QVÆSTIO LVI.

An, Si vir, non obstante pacto, absque noua superuenienti causa, oppidum, aut domicilium mutet, teneatur vxor illum sequi?

AFFIRMANT Authores nuper pro prima sententia relati. Quia lex diuina, inquiunt, astringens vxorem ad sequendum virum, fortior est quocumque pacto.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri. Quia lex diuina, in dicto casu, non ligat. Sic Nauar. Angel. Siluest. Armilla, Pedraz, Rodriguez, & alij quos refert, & sequitur Sanchez *disp 40. n. 6.* Ochag. *quæst. 17. numer. 3.*

DISPV-

DISPVTATIO SECVNDA

De Causis, quibus sponsalia dissoluuntur.

QVÆSTIO PRIMA.

An Sponsalia dissoluantur per solum ingressum Religionis, professione non secuta?

NEGANT Durand. *in* 4. *dist.* 27. *q.* 3. *ar.* 3. Palud. *q.* 1. *ar.* 3. *casu.* 5. Couar. 1. *par. de matrim. c.* 5. *n.* 11. *&* 15. Armilla, Veracruz, Viguerius, quos, & alios vsq; ad tredecim Doctores, citat Sanch. *lib.* 1. *disp.* 42. *n.* 1. Quibus addo Ochag. *tract.* 1. *de matrim. quæst.* 18. *num.* 3.

Sed probabilius Respondeo: Dissolui per solum ingressum Religionis, ante professionem. Et ita, qui in sæculo manet, omnino est solutus à fide priorum sponsaliũ, & ideo potest aliud matrimonium contrahere. Ratio est. Quia, eo ipso, quod quis Religionem ingreditur, satis declarat, se sponsalibus renuntiare. Sic Nauar. *cap.* 22. *n.* 26. per hæc verba: Secundo, per alterius Religionem ingressum *d. c. expublico. & c. veniens. Qui Cler. vel vouentes*, & cum alio potest alter sponsalia contrahere, etiam antequam professionem faciat, Sic meus Nauar. (Male ergo citatur à Basilio, & Diana, mox citandi, pro prima sententia) Siluest. *Ver. spons.* q. 10 *casu* 2. Petrus Ledesma *q.* 43. *ar.* 3. *dub.* 2. Barthol. de Ledesma *dub.* 13. *casu.* 1. Enriq. *lib.* 11. *cap.* 14. *n.* 3. Viuald. Corduba. Quos, & alios, vsque ad octemdecim Authores refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 2. Quibus addi possunt Basilius *lib.* 12. *c.* 10. *nu.* 4. Tolet. *in sum. lib.* 7. *c.* 21. Becanus *q.* 21. *n.* 3. Valentia *q.* 2. *de matrim. pun.* 3. Bonac. *quæst.* 1. *pun.* 5. *n.* 2. Moure 3. *par. cap.* 17. §. 1. *nu.* 20. Hurtado *disp.* 2. *diff.* 6. Ioan. de Cruce *de matrim. quæst.* 2. *concl.* 1. Filliuc. *tract.* 10. *num.* 281. Machado *lib.* 3. *par.* 1. *tr.* 7. *docum.* 8. *n.* 2. Et esse probabilem vtrãque sententiam affirmat Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 207. & tenet nouissime Luysius *in sum. par.* 2. *tap.* 90. *dub.* 4. & 5.

(..)

QVÆSTIO II.

An In præcedenti casu, dissoluantur sponsalia ex parte vtriusque; hoc est, non tantum ex parte manentis in sæculo, sed etiam ex parte Nouitij.

AFFIRMANT dissolui ex parte vtriusque, quando sponsus bona fide religionem ingreditur: secus enim, si dolose, & animo illum exeundi, Sanchez, Nauar. Siluest. Tolet. Bonac. Becanus, & alij, ferè omnes D D. à Sanchez sup. citati, & Machado *loc. cit.*

Sed probabilius Respondeo: Nõ dissolui, ante professionem, ex parte vtriusque; sed tantu ex parte illius, qui in sæculo remanet. Quia, quãuis ingrediens Religionem cedat iuri suo; non tamen manens in sæculo. Qua propter solum manens in sæculo, manet omnino liber ad contrahendũ aliud matrimonium, & sponsalia. Et ideo, si ille, qui ingressus est Religionem, ante professionem redeat ad sæculum, tenetur stare prioribus sponsalibus, nisi sponsa alteri nupserit, aut causam, ea soluendi, dederit. Sic Enriq. *lib.* 11. *c.* 14. *n.* 3. Pet. Ledesma *q.* 43. *ar* 3. *dub.* 2. Rodrig. 1. *to. in.* 2. *edit. c.* 245. Ægid. *disp.* 23. *dub.* 3. Basil. Filliuc. Hurt. Ioa. de Cruce *locis cit.* Basseu. *Ver. spons.* 3. *n.* 10. Villalob. *tr.* 12. *diff.* 12. *n.* 5. Rebell. *lib.* 4. *de matrim. q.* 8. *sect.* 6. & in hanc inclinat Moure *loc. cit.* & alij. Quamuis secus esset dicendum, casu, quo vterq; Religionẽ ingrederetur, in quo bene Sanchez, quia tunc vterque haberet rationẽ resiliendi ab sponsalibus; sicut si vterque in lepram incideret, vt docet Basil. *loc. cit. num.* 7. *pag. mihi* 1001.

QVÆSTIO III.

An Sponsalia cum iuramento contracta dissoluantur etiam, per ingressum Religionis; an vero, qui iurauit teneatur prius matrimonium contrahere?

NEGANT dissolui, & ideo affirmant teneri illũ, qui iurauit, prius matrimoniũ inire, Nauarrus, Scot. Ricard. Ledesma, Maiolus, Angles, & Vega, quos citat,

Sanchez *disp.* 43. *num.* 2. Quibus addi possunt Molina *tom.* 1. *disp.* 149. Rebellus *loc. cit. concl.* 2.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri illum, qui cum iuramento contraxit prius quam Religionem ingrediatur, matrimonium contrahere; nisi alias aliquod damnum deueniret sponsæ, quod, nisi contracto matrimonio, non posset sufficienter reparari. Quia in tali casu, ex præcepto teneretur sponsam admonere, aut quod remittat sponsalia, vel si non vult remittere, quod contrahat matrimonium. Sic Sanchez *loc. cit. num* 3. Cum vno, & triginta Doctoribus; Quorum præcipui sunt, Caiet. Sotus, Corduba, Enriq. Pet. Ledesma, Rodriguez, Lopez. Quibus addi possunt Basilius *lib.* 12. *cap.* 10. *num.* 13. Filliuc. *num.* 281. Bonac. *q.* 1. *pun.* 5. *num.* 4. Becanus *quæst.* 21. *fine* Ochag. *tract.* 1. *q.* 18. *nu.* 6. Ægid. *disp.* 23. *dub.* 2. Hurt. *disp.* 2. *diff.* 5. Ioan. de Cruce *loc. cit.* Lublinus *Ver. Sponsalia, num.* 18. Diana 3. *p. tract.* 4. *resol.* 207. Luysius *in sum. par.* 2. *cap.* 90. *dub.* 6.

QVÆSTIO IV.

An Qui, post sponsalia iurata, emisit castitatis, aut Religionis votum, possit licite matrimonium contrahere, animo ingrediendi religionem ante consummationem?

AFFIRMANT Caiet. *in sum. Ver. Matrim. cap.* 1. Angles 2. *par. q.* 11. *de impedim. matrim. ar.* 3. *dub.* 1. Pet. Ledesma, *q.* 53. *de matrim. ar.* 1. *dub.* 1. Angel. Scot. & alij, quos affert Sanchez *lib.* 1. *disp.* 43. *num.* 6.

Sed probabilius Respondeo: Non posse licite, sed peccare mortaliter. Quia sic cõtrahens exponit se manifesto periculo mutandi animũ, & violare votũ. Verũ est, quod in aliquo euentu, licitum esset habenti votum Castitatis, aut Religionis, inire matrimonium, animo firmo ingrediendi religionem, ante consummationẽ matrimonij; veluti si ex illo non contrahendo esset metus notabilis amittendi famam, honorem, vel vitam; aut si aliter non posset, religionem ingredi, eo quod includus detineretur in cubiculo, aut carere &c. Sic Nauar. *in sum. cap.* 16. *n.* 30. Enriq. *lib.* 12. *c.* 2. *n.* 8. Soto *dist.* 38. *q.* 2. *ar.* 1. Pet. Soto *sect.* 14. *de matrim. fine.* Et alij, vique ad viginti Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. n.* 7. Quibus addi possunt Basilius *lib.* 12. *c.* 12. *n.* 2. Ochag. *q.* 18. *n.* 8. Filliuc. *n.* 282. Reginald. *nu.* 258. & 259. Bonac. *q.* 1. *pun.* 5. *num.* 12. Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 281.

QVÆSTIO V.

An, Qui prius votum Religionis, aut Castitatis emisit, & postea, fide data de matrimonio contrahendo, Virginem defloravit, teneatur ad matrimoniũ, vel potius ad votum?

AFFIRMANT inprimis, teneri illum ad implendũ potius votum Religionis, aut castitatis, quam ad ineundum, Nauar. *lib.* 4. *consil. in* 1. *edit. tit. de sponsal. consil.* 21. *in* 2. *tit. Qui clerici, vel voventes consil.* 1. Rodriguez *tom.* 1. *sum. cap.* 208. *num.* 11. Viuald. 3. *par. cap.* 14. *nu.* 64. Ochag. *tr.* 1. *q.* 18. *n.* 12. & Hurtado *disp.* 1. *diff.* 21.

Sed probabilius Respondeo: Teneri potius ad matrimonium, cum dicta fœmina contrahendum, & consummandum, si ipsa, votũ à viro emissum, ignorauit. Quia fortior est obligatio iustitiæ, quam obligatio voti. Sic Sanch. *lib.* 1. *disp.* 45. *n.* 3. & penes ipsum, graues, & docti Magistri Salmanticenses, & Societatis Iesu. Vazq. *apud c. de restit. cap.* 3. §. *dub.* 6. *nu.* 20. Azor 3. *par. c.* 5. *diff. vlti.* Reginald. *lib.* 25. *n.* 95. & *lib.* 31. *n.* 158. Rebell. *lib.* 4. *q.* 8. *sect.* 7. Lessius *lib.* 2. *c.* 10. *dub.* 4. Ægid. *disp.* 23. *n.* 34. Bonac. *q.* 1. *pun.* 5. *n.* 7. Filliuc. *n.* 284. Lublinus *Ver. sponsalia n.* 19. Diana 3. *par. tr.* 4. *resol.* 203. Machado *loc. cit. docum.* 8. *n.* 5. & docti. Basilius *lib.* 6. *cap.* 12. *nu.* 10. Qui tamen *num.* 9. affirmauerat, probabile esse teneri predictum in proposito casu matrimonium contrahere, sed ante consummationem, debere ad religionem transire. Quia sic potest, inquit, commode vtique obligationi satisfacere. Iustitię contrahendo; voto autẽ, transeundo ad religionem.

QVÆSTIO VI.

An Sponsalia dissoluantur voto simplici castitatis superuenienti?

NEGANT Nauar. *cap.* 22. *nu.* 27. *alias* 25. Palud. Corduba, Viuald. Ludo. Lopez,

Lopez, & alij, vsque ad viginti Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 1. disp. 46. num. 9.* Quibus addi possunt Toletus *l. b. 7. cap. 21.* Ægidius *disp. 23. num. 25.* Hurtado *disp. 2. diff. 3.* Reginald. *lib. 31. n. 259.* Rebell. *de sponsal. q. 8. sect. 2. n. 47.* Filliuc. *tract. 10. nu. 286.* Valentia *quæst. 2. pun. 5.* Becanus *q. 22. n. 3.* Villalob. *tract. 12. diff. 12. num. 9.* Layman *tract. 10. 1. p. r. cap. 2. num. 6.* Machado *lib. 3. par. 1. tract. 7. docum. 9. num. 6.* & penes ipsum, Basseus.

Sed probabilius Respondeo: Verè dissolui. Quia (vt inquit Basilius) vel illud votum castitatis, emissum post sponsalia, est validum, vel non. Hoc secundum, dici non potest, exeo quod constat ex textu (videlicet, *ex cap. veniens. Qui Clerici vel vouentes*) & exeo quod fatetur idem Thom. Sanchez, vouentem, obligatum manere ad non petendum, & peccare contrahendo matrimonium. Si ergo validum est votum, non possunt sponsalia consistere, quia incompossibilis est obligatio absoluta voti, cum obligatione sponsalium. Sic Basilius *ib. 12. ca. 12 num. 4.* (Quem sequitur Diana, & refert eius, licet non ita fideliter, verba.) *3. par. tr. 4. resol. 208.* Pet. Ledesma *de matrim. quæst. 43. ar. 3. dub. 3.* Rodriguez *to. 2 cap. 245.* Quos, & alios, vsque septendecim Doctores refert pro hac parte Sanchez *loc. cit. nu. 7.* Quibus addi possunt Azorius *com. 1. lib. 11. cap. 21. q. 10.* Suarez *lib. 2. de voto. cap. 4. num. 13.* Vazq. *opusc. de restit. cap 3. §. 2. dub. 6. n. 17.* Bonac. *q. 1. pun. 5. nu. 13.* Ochagau *tract. 1. q. 19. nu. 5.* Ioan. de Cruce *loc. cit.* Lublinus *Verb. sponsal. num. 2. & 10.* Moure *loc. cit. Ver. Quarta causa.* Luysius *loc. cit. dub. 1.*

QVÆSTIO VII.

An Saltem, peccet, qui post sponsalia, votum castitatis emittit?

AFFIRMAT ex Doctoribus primæ sententiæ, nuper relatæ Siluester *Ver. Sponsalia num. 7.* Ludou. Lopez *de matrim. cap. 38.* nec non Corduba *in sum. q. 136.* & Vegi *lib. 9. casu 41.* Qui dicunt esse mortale, Affirmat etiam Sanchez *loc. cit. num. 10.*

Sed probabilius Respondeo: Non peccare. Sic Basilius *lib. 12. cap. 12. num. 4.* Qui id bene probat. *ex cap. Veniens. Qui clerici, vel vouentes.* Ochag. *tr. 1. q. 19. num. 5.* & alij infra citandi.

QVÆSTIO VIII.

An Sponsalia dissoluantur per votum subsequens suscipiendi Ordines Sacros?

NEGANT Sanchez *lib. 1. disp. 47. num. 3.* & penes ipsum Palud. Maiolus, & Lud. Lopez. Quibus addi possunt Ægid. *disp. 23. dub. 3.* Hurtado *disp. 2. diff. 4.* Reginald. *lib. 31. n. 160.* Becanus *q. 23.* Filliuc. *n. 287.* Machado *loc. cit. docum. 9. n. 2.* Basseus *sponsalia 3. num. 9.* Villalob. *tract. 12. diff. 12. num. 10.*

Sed probabilius Respondeo Dirimi, ac dissolui. Quia sponsalia vere dissoluuntur per subsequens votum castitatis, vt supra est habitum: at hic est, quod in maioribus Ordinibus includitur votum, & solemne, castitatis, vt supra *tr. 6. disp. 13. q. 1.* est habitum: Ergo. Sic Nauar. *cap. 22. num. 25. casu 10.* Siluest. *Ver. sponsalia, num. 7.* Sotus *de Iust. q. 1. ar. 3.* Corduba *q. 136. par. 4. opin. 5.* Enriquez *lib. 11. cap. 14. num. 4.* Vega *lib. 6. casu 41.* Basil. *lib. 12. cap. 12. num. 3.* Ochag. *loc. cit. num. 6.* Bonac. *loc. cit. num 20.* Gutierr. *cap. 26. num. 2.* Azor, & Lublinus *loc. cit.* Diana *3. par. tract. 4. resol. 208.* Luysius *in sum. 2. par. cap. 90. dub. 7.*

QVÆSTIO IX.

An Saltem peccet, qui post sponsalia, votum suscipiendi Sacros Ordines emittit?

AFFIRMAT Rebellus *lib. 4. de sponsal. q. 8 sect. 5. n. 3.* Dicens. Sic Ordinatus lethaliter peccare. Citatque pro sua parte Palud. *in 4. dist. 27. quæst. 1. ar. 3.* Anton. *3. par tit. 2. cap. 18. §. 2.* & Gabriel *dist. 27. in supplem q. 2. ar. 3.* & Syluest. *Ver. Sponsalia.* Ita etiam Sanchez *lib. 1. disp. 47. num. 3.*

Sed probabilius Respondeo. Non peccare. Quia, vt ita tum dicam, non est peccatum, sed omnino licitum, assumere, post sponsalia, Ordinem sacrum: Ergo neque erit peccatum, illum assumendi votum emittere. Sic Basilius *lib. 12. cap. 11. num. 3. & cap. 12. num. 3.* Azor, & Diana *loc. cit.*

QVÆSTIO X.

An Saltem peccet, qui poſt ſponſalia, Ordines ſacros ſuſcipit?

AFFIRMANT Sanchez, Rebellus, & alij Doctores, nuper, per ipſos, citati.

Sed probabilius Reſpondeo: Nullo modo peccare. Quia quando contrahuntur ſponſalia, ſemper intelligitur, hæc tacita conditio; niſi perfectior ſtatus eligatur: at ſtatus clericalis perfectior eſt omnino matrimoniali ſtatu, vt omnes concedunt: ergo. Sic Nauar. *cap.* 22. *num.* 25. Sotus *diſt* 27. *q.* 1. *ar.* 5. Baſil. Ochagau. Bonac. & Diana *loc. cit.*

QVÆSTIO XI.

An Dirimantur ſponſalia, Voto Religionis ſubſequenti?

RESPONDEO: Dirimi. Quia licitum eſt vnicuique, etiam poſt matrimonium ratum, non conſumatum, ad Religionem tranſire: ergo, & licitũ erit ei, id ipſum vouere. Et confirmari poteſt ratione, quæſt. præcedenti adducta. Sic communis ſententia apud Baſil *lib.* 12. *cap.* 12. *nu.* 2. Qui bene addit, ex vi huius voti, non aliter dirimi ſponſalia, quam per ingreſſum religionis dirimuntur. Quare cum per ingreſſum religionis, non omnino dirimantur vſque ad profeſsionem: Ita neque per votum, niſi re ipſa ingrediatur, & profiteatur. Exquo colligitur, quod ſi adimplens votum ingrederetur bona fide, & poſtea non profiteretur, non eſſent diſſoluta ſponſalia quoad ipſum, ſed teneri implere, ſi velit, qui in ſæculo remanſit. Sic ille. Et nos ſupra *q.* 2. Hurtado *diſp.* 2. *diff.* 6. Rebellus *q.* 3. *cit. ſect.* 7. *num.* 46. & omnes communiter.

QVÆSTIO XII.

An, Qui, contractis ſponſalibus, caſtitatem vouit, ſed poſtea voti diſpenſationem obtinuit, teneatur ſtare ſponſalibus contractis?

AFFIRMANT Rebell. 2. *par. lib.* 4. (non S. vt inueni, apud Bonacinam) *quæſt.* 8. *ſect.* 7. *num.* 49. per hæc verba: Si tamẽ ſpõſus à ſuo voto religionis, vel caſtitatis diſpenſationem obtineret, præterita ſponſalium obligatio, ſponſa cedere nolẽte, quoad eum ſuã vim reuiuiſceret. Ita ille.

Sed probabilius longe Reſpondeo: Nõ teneri ſtare ſponſalibus contractis. Quia hæc omnino ſoluta erant, eorumque obligatio penitus extincta per votum ſubſequens caſtitatis, vt ſupra eſt habitum: Sed ſic eſt, quod obligatio ſemel extincta, non reuiuiſcit, *Et reg. Iuris. Non firmatur, &c*: Ergo. Quod idem omnino dicendũ eſt, de illo, qui prius facto voto caſtitatis, contraxit ſponſalia, & poſtea voti diſpenſationem obtinuit; hic enim non tenebitur ſtare ſponſalibus, vt potè omnino inualidis, cum eſſent contra votum caſtitatis, & de re, ſuppoſito voto, illicita. Sic Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 50. *num.* 6. Bonac. *q.* 1. *punct.* 5. *num.* 16. & alij.

QVÆSTIO XIII.

An Sponſalia diſſoluantur, propoſito permanendi in ſtatu cælibatus; aut, quod idem eſt, propoſito obſeruandi continentiam in ſæculo, ſine vllo voto?

AFFIRMATIVAM partem videtur ſuadere exemplum S. Alexij, qui tantũ per ſuſceptionem ſtatus continentiæ in ſæculo, ſolutus manſit ab ſponſalium vinculo.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non diſſolui. Quia licet propoſitum cæiibatus ſit melioris boni; at tamen, non inducit ſtatũ, ideo nõ ſufficit ad ſoluenda ſponſalia. Nec obſtat exẽplũ S. Alexij: quia id, quod fecit, ex particulari Spiritus Sãcti inſtinctu fecit. Sic Ægid *diſp.* 23. *n.* 6. Baſil. *lib.* 12. *cap.* 11. *num.* 3. & eſt ſententia omnium.

QVÆSTIO XIV.

An Sponſalia diſſoluantur, per matrimonium cum alia valide contractum?

RESPONDEO: Diſolui. Quia matrimonij vinculum, fortius eſt quam ſponſalium. Sic habetur *in cap.* Si inter. de ſpõſalib. & & docent omnes. Qui addunt ſecus dicendum in caſu, quo irritum eſſet matrimonium. Nam tunc, non diſſolueretur ſponſalia reſpectu illius, qui cum alia matrimonium contraxit, ſed ſolùm reſpectu innocentis, quia is vere eſſet liber ab obligatione ſponſalium, eo quod alter recęſſerat a contractu ſponſalitio cũ ea inito. Legantur Sanchez *diſp.* 48. Baſilius *lib.* 12. *cap.* 13. Becan. *q.* 24. & alij.

QVÆS-

QVÆSTIO XV.

An Etiam, ipsemet qui contraxit sponsalia cum vna, & cum alia valide matrimonium celebrauit; maneat liber a primis sponsalibus contractis?

AFFIRMANT, manere liberum, itaut, si matrimonium post contractum dissoluatur, vel morte vxoris, aut ingressu in religionem, nullo modo teneatur stare primis sponsalibus, D. Bonau. *in 3. dist 39. art. 3. q. 2.* Enriquez *lib. 11. cap. 13. nu. 3. & cap. 14. num. 2.* Rodriguez c. 245. *num.* 8. Quos, & alios vsque decem Doctores refert, & sequitur Sanchez *lib. 1. disp. 48. 3.* Quibus addi possunt Bonac. *quæst. 1. pun. 5. n 18.* Gutierrez *cap. 27. n. 3.* Becanus *q. 24. num. 3.* Filliuc. *tr. 10. num. 272.* Villalob. *tr. 12. diff. 12. n. 11.* Machado *lib. 3. par. 1. tract. 7. doc. 7. n. 2.* & Moure *loc. cit. Ver. Quinta causa.* cum hanc sententiam in vltimo loco refe rat, & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non manere liberum, sed teneri, soluto matrimonio, ad priorē sponsam ducendā. Quia probabilius est, obligationem priorum sponsalium, casu, quo innocens expectet, non extingui, sed suspēdi, vt late, & docte probat Basilius; ergo matrimonio dissoluto, priora sponsalia debent impleri. Sic Adrian. *in 4. q. 2. de matrim. ad 2. fine.* Vega *lib. 6. sum. casu 125.* Pet. de Ledesma *de matr. q. 43. ar. 3. dub. 2. ad 2.* Ægid, *disp. 23. n 32.* Basilius *lib. 12. cap. 13. à n. 4.* Hurtado *disp. 2. diff. 7.* Diana *3. par. tr. 4. resol. 209.*

QVÆSTIO XVI.

An Priora sponsalia dissoluantur per posteriora, casu, quo hæc sint iuramento firmata?

AFFIRMANT Innoc. & Abbas antiquus penes Sanchez *lib. 1. disp. 50. num. 1.* existimantes, seruandum esse posterius promissum, & priori aliter satisfaciendū. Quorum sententiam, Imola *in cap. veniens. de Iure Iurando.* dixit, posse sustineri: & Becanus *cap. 43. quæst. 25. nu. 3.* innuit esse probabilem.

Sed, vt certum mihi Respondeo: Nō dissolui; sed semper prævalere priora sponsalia. Quia iuramentum illud, fuit illicitum, vtpotè, contra fidem datā primæ spōsæ: ergo nullo modo obligat. Quod tamē intelligendū est, nisi alias, subsit iusta causa discedendi à primis sponsalibus, quia tunc licita est secunda promissio, & ideo obseruanda, etiam non iurata. Sic Sanch. *lo. cit. n. 2.* Qui pro hac parte refert plusquam triginta DD. Quibus addi possunt Basil. *lib. 12. c. 14. n. 2.* Becan. *lo. cit.* Bonac. *q. 1. pun. 5. n. 10.* Hurt. *disp. 2. diff 8* Ochag. *q. 20. num. 3.* Luysius de Torres *in sum. 2. p. cap. 90. dub. 9.*

QVÆSTIO XVII.

An, Si in præcedenti casu, priora sponsalia, ex causa aliqua cessent, seruanda sint secunda sponsalia?

AFFIRMANT Couar. *in 4. decret. 1. p. c. 4. § 1. n. 10.* Rebell. *lib. 4. q. 8 sect. 8. concl. 1.* & Hurtado *loc. cit.*

Sed probabilius Respondeo: Non esse necessario seruanda secunda sponsalia. Quia si nulla fuit (vt habitū est) posterior obligatio (nō *prior*, vt in aduertenter, nō emēdato Typographi errore, transcripsit, ex Basilio, Diana) nō est quid conualescat. Nam quod à principio validum non est, tractu temporis minime conualescit. *Ex reg. Iuris: Non firmatur. in 6. L. Quod ab initio ff de eodem.* Sic Sanchez *disp. 50 cit. n. 6.* Basil, *loc. cit.* Ægid. *disp. 22. dub. 6. conc. 8.* Ochag. *lo. cit.* & Diana *3. par. tr. 4. resol. 210. fine.*

QVÆSTIO XVIII.

An Priora sponsalia dissoluantur per posteriora, copula subsecuta cum posteriori sponsa, sub spe Matrimonij?

NEGANT dissolui, nisi casu, quo secunda fœmina cognita, notabile damnū pateretur, Sanchez *lib. 1. disp. 46. nu. 5.* & penes ipsum, Sotus, Nauar. Enriq. & alij vsque octo DD. Quibus addi possunt, Hurtad. *disp. 2. diff. 8.* Becan. *q. 25. cit. nu 2.* Ochag *q. 20. n. 2.* Gutier. *c. 27. n. 7.* Bonac. *lo. cit. n. 7. & 9.* Filliuc *n. 273.* Villalob. *tr, 12. diff 12. n. 12.* & Machado *loc. cit. dosum. 7. num 4.*

Sed probabilius Respondeo: Dissolui priora sponsalia: & ita cogendū esse sponsum ad ducendā secundā. Quia per copulā illam (ait Basilius) animo maritali factā spe futuri coniugij, fit anticipata quædam traditio quæ iure antiquo, præsūptione iuris, & de iure, induceret matrimoniū. Ergo videtur sufficiēs post Tridentinū ad priora sponsalia dissoluēda. Exemplū appositissi-

mum est in contr. et venditionis', inquo secunda venditio, secuta traditione, licet fiat cum pacto vendentis, & cū iniuria prioris emptoris prævalet, iuxta leges Regias, & Ciuiles *L. quoties* 15. *C. de rei Vendic.* Nec vero negamus compensari debere priori sponsæ iniuriam, iuxta naturā rei. Sic Basilius. Cuius hæc est ratio: nam illa, quam adducit Diana, non Basilij, vt ipse putat, sed Rebellij est. Sic ergo Basilius *lib.* 12. *cap.* 14. *num.* 4. Rebell. *lib.* 4. *q.* 8. *sect.* 4. *num.* 56. Ægid. *disp.* 23. *dub.* 4 *concl.* 4. & antea Maior *in* 4. *dist.* 27. *q.* 5. Palacios *dist.* 28. *disp.* 1. *fol.* 628. *col.* 1. & post omnes Diana 3. *par. tract.* 4 *resol.* 210.

QVÆSTIO XIX.

An Sponsalia puberum, solum mutuo eorum consensu, licite ad minus dissolui possint?

NEGANT Hugo *in cap.* 2. *de sponsal.* Glossa ibidem. *Ver. Tolerari.* Ioan. Andreas. & Lancelot; quos, pro hac parte refert Sanchez *lib.* 1. *disp.* 52. *num.* 1.

Sed certissime Respondeo: Posse valide; vt supponitur *in dict. cap.* 2. *cit.* Et licite: quia nullo iure prohibetur. Sic S. Thom. *in* 4. *dist.* 27. *q.* 2. *ar.* 3. *ad* 5. Quē cum alijs quadraginta, & plus, Doctoribus, citat, & sequitur Sanch. *lib.* 1. *a.* 52. *n.* 2. & 6. Quibus addi possunt Basil. *lib.* 12. *c.* 9. *n.* 1. Hur. *d.* 2. *diff.* 1. Rebel. *lib.* 4. *q.* 8 *sect.* 1. *n.* 1. Qui bene addit, quod quāuis interdum sine scandalo mortali, aut veniali, dissolutio fieri nequeat, hoc tamen non proueniat ex natura distractus, sed ratione circunstantiarum. Diana 3. *par. tr.* 4. *resol.* 222. & omnes.

QVÆSTIO XX.

An Etiam dicta sponsalia possint mutuo consensu dissolui, casu, quo firmata sint iuramento præstito in fauorem partis?

NEGABVNT, afortiori, Doctores pro prima sententia supra relati.

Sed Respondeo, tamquam certum. Dissolui posse. Quia, cum materia iuramenti, inquam cadit, sit promissio matrimonij homini facta, remittente illo promissionem, cessabit obligatio iuramenti. Sic omnes Doctores, pro nostra sententia nuper adducti.

QVÆSTIO XXI.

An Item dissolui mutuo consensu possint, casu, quo sponsalia sint firmata, iuramento principaliter præstito in honorem Dei?

NEGANT posse in hoc casu dissolui, Rossella *Verb. sponsalia num.* 8. Angel. *ibi. num.* 20. Siluest, *q.* 10. *casu* 1. Sotus *lib.* 7. *de iust. quæst.* 1. *art.* 9. *ad* 2. & alij, penes Sanchez *lib.* 1. *disp.* 52. *nu.* 7. Qui, & dicit esse probabile.

Sed probabilius Respondeo: Adhuc in hoc casu, posse dissolui Quia, vt nuper diximus, consensu, & remissione partis cessat materia iuramenti. Et quamuis huiusmodi iuramentum sit Deo præstitum, ipse tamen Deus recipit illud in vtilitatem partis: Ergo optime poterit pars, cui debetur, remittere; sicut alia debita condonare. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 8. & penes ipsum, Nauarrus, Enriquez, Viuald. & alij. Hurtado *disp.* 2. *diff.* 1. Rebell. *loc. cit. num.* 3. & præcipue Villalobos *tract.* 12. *diff.* 12. *num.* 1. Sic dicens. Loqual es verdad, aunque fuesse echa la promessa por piedad (como si vno prometiesse à vna muger pobre por via de limosna, de casarse con ella) que lo mismo es en otros casos: porque aunque vno jure de dar limosna à tal persona, sino la quiere, no tiene obligacion à darsela. Sic ille.

QVÆSTIO XXII.

An, Si quis iuret, se aliquam fœminam pauperem indeterminate, ducturum, necessario teneatur aliquam pauperem ducere?

AFFIRMANT Anton. Cucus, & alij; quos, suppresso nomine, refert Rebell. *lib.* 4. *quæst.* 8 *sect.* 1. *num.* 4.

Sed probabilius longe Respondeo: Nō teneri (saltem regulariter loquendo) ducere vxorem: Sed posse licite in cœlibatu permanere. Quia iuramentum Deo absolute factum, & nō certæ personæ, habet rationem, & obligationē voti: at votū debet esse de meliori bono, & meliusbonū est cœlibatus, quā matrimonium (vt definit Trident. *sess.* 24) Ergo. Dixi, regulariter loquendo, non teneri vxorē ducere. Quia

si

si inspectis circunstantijs, melius esset isti homini nubere, quam vri, iuxta consilium Pauli 1. Cor. 7. tunc aliqui censent, obligare iuramentum de ducenda vxore. Sic Molina *tom. 1. de iust. tract 2. disp. 149. num. 10.* Rebell. *loc. cit.* Basilius *lib. 12. cap. 9. num. 2.* & alij.

QVÆSTIO XXIII.

An, Ex hypotesi saltem, quod prædictus vouens, aliquam fœminam ducturus sit; teneatur ducere pauperem fœminam, quam ducere, licet indeterminate, vouit, seu iurauit?

AFFIRMAT Rebellius *numer. 4. cit.* Quia gratius est, inquit, Deo, cæteris paribus, inopem propter Deum, quam diuitem, ducere.

Sed, adhuc probabilius, Respondeo: Non teneri. Quia si iuramentum, aut votum, de bono impeditiuo boni maioris est nullum, vt ipsemet Rebell. nuper concessit: non tenebitur certe, ducere pauperem, ex vi talis iuramenti, cum nulla fuerit eius obligatio. Sic Basilius *loc. cit.*

QVÆSTIO XXIIII.

An Sponsalia Impuberum, possint etiam, mutuo eorum consensu, ante adeptam pubertatem, dissolui?

AFFIRMAT Enriquez *lib. 11. cap. 14. num. 7.* his verbis: Si vterque, aut alter etiam, cum pleno rationis vsu contraxit ante septennium, & cum primum ad debitam iuris ætatem peruenit, reclamat, etiam absque causa, soluuntur: ante ætatem tamen resilire non potest hic puer, nisi ex consensu vtriusque. Ita ille.

Sed certissime Respondeo: Non posse dissolui, adhuc ex consensu vtriusque, quamdiù impuberes sunt: bene tamen, si consensus vtriusque, post cuiuslibet pubertatem, accedat. Quia sic habetur expresse *in cap. De illis. & in cap. A nobis. de desponsat. impuber.* Et ratio prioris responsionis partis est; Ne propter fragilitatem, & inconstantiam ætatis, sæpe mutantes consilium, sæpe resiliant, & sæpe sponsalia contrahant. Ratio verò posterioris est; ne cogantur approbare, quod in tenera fecerunt ætate. Sic omnes DD. apud Sanchez *lib. 1. disp. 51. num. 6. & 7.* (Qui bene notat. idem antea sensisse. Enriquez *cap. 14. num. 6. initio. & incom. lit. Z.*) & apud Basilium *lib. 12. cap. 9. num. 3.*

QVÆSTIO XXV.

An, Si duo Impuberes sponsalia contrahant, possit quilibet eorum, qui prius pubes factus est, statim resilire, non expectata alterius pubertate?

NEGANT Glossa, *in d. cap. De illis. V. cum sponsalia.* Cardin. *ibid.* Quos sequitur Naldus *ver. sponsalia. num. 2.* Et esse probabile inuit Becan. *quæst. 26. numer. 2.*

Sed, longe multo probabilius, Respondeo; Posse. Quia nullo iure requiritur, vt prius pubes factus expectet pubertatem alterius. Imo contrarium videtur decidi *in d. cap. De illis. vers. si vero.* Sic Glossa, sibi contraria, *loc. cit. Verb. Minoris.* Sanchez *disp. 51. num. 9.* & penes ipsum, Vega, Viuald. Armilla, & alij vsque septemdecim Authores. Quibus addi possunt, Basilius *lib. 12. cap. 9. num. 3.* Becan. *loc. cit.* Ægidius *disp. 23. num. 6.* Hurtado *disp. 2. diff. 2.* Gutierrez *de matrim. capit. 29. num. 2.* Barbosa *in collectan. tom. 2. tit. 2. cap. 7. num. 7.* Diana *3. par. tract. 4. resol. 282.* Bonacina *quæst. 1. punct. 6. numer. 1.* Machado *lib. 3. part. 1. tract. 7. docum. 1. num. 3.* & communis.

QVÆSTIO XXVI.

An, In dicto casu, qui pubes factus est, possit quandocumque voluerit, ab sponsalibus resilire?

RESPONDEO: Non posse quandocumque; sed debere, si velit resilire, statim ac adeptus fuit pubertatem, alioquin postea non poterit. Quia ex quo statim non contradixit, visus est tacite consentire. Statim autem intelligitur, triduo post pubertatem adeptam, vel circiter. Quia in iure, dicitur incontinenti aliquid fieri, quod intra triduum fit. Vt late probat Sanchez. Sic idem *lib. 1. disp. 51.* Et penes ipsum, Nauar. Angel. Siluest. & alij vsque tredecim DD. Quibus addi possunt, Ægid. Becan. & Hurtado *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO XXVII.

An Sponsalia impuberum iuramento firmata, ita firmentur; vt neutri liceat, adhuc pubertate adepta, resilire?

NEGANT licere, nec posse, à dictis sponsalibus resilire Enriquez, Viuald. Couarru. & alij vsque octo Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *disp.* 51. *num.* 22. Quibus addi possunt Ægidius, & Becanus *loc. cit.* Filliuc. *tract.* 10. *num.* 279. Rebellus, *lib.* 4. *q.* 8. *sect.* 8. Reginald. *lib.* 31. *n.* 251. Bonacina *quæst.* 1. *punct.* 6. *num.* 4. Ocagauia *quæst.* 21. *nu.* 6. Hurtado *disp.* 2. *diff.* 2. (Qui male citat pro contraria sentētia Enriquez; forte voluit citare Henricum mox citandum) Villalob. *tract.* 12 *diff.* 12. *num.* 27. & Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 283.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Posse, saltem valide; imo &, regulariter, licite. Quia iuramentum sequitur naturam promissionis, cui adiungitur: at sic est, quod sponsalia impuberum dissoluuntur, iure communi, altero eorum, pubertate adepta, reclamante. Ergo idem est dicendum, quamuis iuramentum accedat. Patet consequentia: nam sponsalia impuberum eiusdem naturæ, & rationis manent, etiamsi iuramentum eis accedat. Sic. D. Anton. *cap. De illis: de sponsal. impub. num.* 5. ibi Cardin. *nu.* 2. Henricus *num.* 9. Palud. *in* 4. *d.* 27. *quæst.* 1. *art.* 3. Basilius *lib.* 12. *cap.* 9. *nu.* 8. cui adhæsit Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 246. per hæc verba: Ita Pontius, qui multas alias rationes adducit aduersus Sanchez. Et hæc opinio videtur mihi satis probabilis. Vnde impuberes possunt à sponsalibus resilire post annos pubertatis; licet sponsalia iuramento firmauerint. Sic ille. Et bene: quamuis male postea sit sibi contrarius, lo. cit. pro contraria sententia. Machado *lib.* 3. *part.* 1. *tract.* 7. *docum.* 1. *num.* 5. Qui tamen male citat Thomam Sanchez pro hac parte.

QVÆSTIO XXVIII.

An Si pubes contrahat, cum impubere puella, sponsalia; possit ab his, saltem de consensu illius, resilire?

RESPONDEO; Non posse: sed debere necessariò expectare donec puella pubescat, & perueniat ad duodecimum annum; Et si tunc noluerit ipsa contrahere; poterit vterque à præfatis sponsalibus resilire: Si autem voluerit; tenebitur ipse pubes cum dicta puella contrahere. Quia sic habetur *in capit. De illis. cit. vers. Mulier. de sponsal. impub.* Et sic tenent Nauar. *lib.* 4. *consil. tit. de desponsat. mihi cons.* 1. Sanchez *disp.* 51. *num.* 10. & penes ipsum, viginti duo Doctores. Quibus addi possunt Basilius, Hurtado, Becanus, Ochagauia *loc. citatis* Filliuc. *tom.* 1. *tr.* 10. *num.* 279. Machado *loc. cit. docum.* 1. *num.* 4. & communis.

QVÆSTIO XXIX.

An Sponsalia dissoluantur, elapso termino, & tempore, eis præfixo?

AFFIRMANT dissolui semper ex parte Innocentis, aut, quod idem est, ex parte eius, per quem non stetit; Cardin. Alex. de Neuo. D. Thom. *in* 4. *d.* 27. *quæst.* 2. *art.* 3. *ad* 2 Nauar. *cap.* 22. *num.* 27. *casu* 7. Petr. Ledesma *quæst.* 43. *art.* 3. Sot. *d.* 27. *quæst.* 2. *art.* 5. *casu* 5. & alij quindecim Doctores, penes Sanchez *disp.* 53. *numer.* 4. inter quos, expressius, & absolutius, Enriquez *lib.* 11. *cap.* 14. *num.* 5. per hæc verba: Si sub pacto temporis determinati facta sunt sponsalia; vt intra annum teneatur contrahere matrimonium, nec impleat conditionem, soluuntur sponsalia, etiam iurata. Ita ille. His addi possunt Ludou. de S. Iuan *quæst.* 1. *art.* 9. *diff.* 8. *dub.* 1. *pag.* 868. & Machado *loc. cit. docum.* 2. *num.* 2.

Sed probabilius (aut forte clarius dum taxat) cum distinctione sic Respondeo: Si in sponsalibus præfixus est terminus ad limitandam, & finiendam obligationem; tunc, elapso termino, vel tempore, expirat, & cessat obligatio sponsalium, ex parte illius, per quem non stetit, quo minus impleretur promissio; & si per vtrumq; stetit, expirabit obligatio vtrinque. Si vero terminus præfixus est, solum ad sollicitandum obligationis effectum; tunc elapso termino, nulla ex parte cessabit obligatio sponsalium. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 5. & penes ipsum, quatuordecim Doctores. Quibus addi possunt Basilius *lib.* 12. *cap.* 16. *num.* 2. Ochagauia *quæst.* 22. Vbi in hoc sensu explicat D. Thomam. Bonac. *quæst.* 1. *punct.* 6. *num.* 6. Ægidius *disp.* 23. *nu.* 46. Rebell. *lib.* 4. *quæst.* 8. *nu.* 20.

Regi-

Reginald. *lib.* 32. *num.* 261. Becanus *q.* 29. *nu.* 4. & Hurtado *diſp.* 2. *diff.* 9. Moure 3. *par. exam. cap.* 17. §. 1. *verſ.* Nona cauſa.

QVÆSTIO XXX.

An Diſſoluantur ſponſalia, ex parte derelicti, ob abſentiam alterius ſponſi, inſcio altero?

RESPONDEO; Diſſolui, etiamſi ſponſalia, confirmata ſint iuramento. Quia ſic habetur *in cap. De illis. de ſponſal.* Cuius deciſionis ea eſt ratio. Quoniam per diſceſſum intelligitur ſponſus iuo iuri, ex parte ſua, renuntiare: Ergo poteſt alter ſponſus, eam renuntiationem acceptando, cum alio matrimonium inire. Sic Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 54. *num.* 6. & Baſilius *lib.* 12. *cap.* 15. *num.* 1. Qui bene notant, hanc deciſionem, non eſſe intelligendam de quacumq; abſentia, niſi de abſentia in longinquum; itaut, non ſit ſpes de proximo illius reditu. Quia ſi ſponſus eſſet in loco propinquo; aut aliò ſe contulit ob ægritudinem, aut mortem parentum; aut alterius negotij gerendi gratia; tunc expectandus eſſet, ſi veriſimilis ſit ſpes de proximo illius reditu; vel requirēdū, vt intra certum tempus contrahat matrimonium. Sic etiam Villalob. *tom.* 1. *tract.* 12. *diff.* 12. Machado *loc. cit. docum.* 2. *à numer.* 4. & alij.

QVÆSTIO XXXI.

An Diſſoluantur ſponſalia, ſaltim iurata, ſi alter ex ſponſis, ſponte fornicationem commiſſerit?

RESPONDEO: Diſſolui, ex parte Innocentis. Sic enim deciditur *in c. Quemadmodum. de iure iurando.* Et conſtat. Quia fornicatio diſſoluit matrimonium quoad torum; ergo multo melius diſſoluet ſponſalia; ex parte tamen; ſolius innocentis; vnde ſi iſte vellet contrahere, alter teneretur. Sic Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 55. *à numer.* 1. Baſilius *lib.* 12. *cap.* 17. *numer.* 3. & alij Qui, quantum ad hoc, nullam conſtituunt differentiam inter fornicationem commiſſam à viro, & à fœmina; nam, quoad hoc, paris conditionis ſunt.

QVÆSTIO XXXII.

An Diſſoluantur ſponſalia, ex parte viri, quando ſponſa, per vim omnino, cognita fuit?

NEGANT Tabiena *V. ſponſalia. q.* 9 *num.* 10. *caſu* 6. Armilla *num.* 12. & apud Bonacinam, Couarru. 4. *decret.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 3. Quibus adhæret Ludou. de S. Iuan *quæſt.* 1. *ar.* 9. *diff.* 7. *pag.* 868. Sibi ſtatim contrarius. Quia ſponſa, inquiunt, in tali caſu eſt inculpabilis, nec cenſetur fregiſſe fidem, nec in futurum ſuſpecta redditur infidelitatis.

Sed longe multo probabilius Reſpondeo: Diſſolui. Quia, quamuis factum illud, ſine culpa ſponſæ acciderit; & nulla ex eo, poſsit ſuſpicio infidelitatis generari in poſterum; nihilominus tamen, ex communi hominum ſenſu, notabilis eſt facta mutatio, & probroſum iudicatur ducere fœminam, vi ſtupratam ab alio Sic Nauar. *cap.* 22. *num* 27. Sotus, vtque Ledeſma, Enriquez, quos, & alios decem & octo Doctores, affert, & ſequitur Sanchez *diſput.* 55. *num.* 7. Qui etiam (cui magis credo) citat Couarruuiam, loco eodem à Bonacina pro oppoſito citato. His addi poſſunt Baſilius *loc. cit.* Becanus *quæſt.* 30. *num.* 3. Bonac. *quæſt.* 1. *punct.* 8. *num.* 3. Ochagauia *quæſt.* 23. *numer.* 1. Hurtado *diſp.* 2. *diff.* 11. Machado *docum.* 4. *cit. num.* 5. & penes ipſum, Barboſa. Villalobos *tract.* 12. *diff.* 12. *num.* 23. Moure *loc. cit. verſ. Sexta cauſa.* Luyſius *in ſumma cap.* 90. *dub.* 14.

QVÆSTIO XXXIII.

An Etiam diſſoluantur ex parte fœminæ, quando vir per vim fornicationem patitur?

AFFIRMANT etiam Gloſſa *in capit. Si quippe.* 27. *quæſt.* 2. & apud Bonacinam, *loc. cit.* Couarru. *loc. cit. num.* 3. Idemque videtur docere Nauar. *cap.* 22. *num.* 27. *verſ.* 9. Quatenus indiſtincte docet, ſponſalia diſſolui, ob alterius fornicationem violentam.

Sed, longe multo probabilius, Reſpondeo: Non diſſolui. Quia in tali euentu vir, non ſolum culpa vacat, ſed nullam iniuriam, aut infamiam refundit in fœminam, vt ex communi hominum opinione conſtat,

constat. Sic omnes Doctores pro vtraque sententia nuper citati.

QVÆSTIO XXXIV.

An, Si vterque sponsus, post sponsalia fornicetur, nulli eorum liceat ab sponsalibus resilire?

AFFIRMANT, nulli eorum licere, in eo casu resilire, Palud. *in* 4. *dist.* 27. *q.* 1. *art.* 3. Bonac. *quæst.* 1. *punct.* 8. *num.* 6. & Ochagauia *quæst.* 23. *num.* 1. per hæc verba: Imo si vterque fornicetur, quia delicta compensantur, non possunt dissolui.

Sed probabilius Respondeo: In dicto casu, solum sponsum resilire posse. Quia in fornicatione post sponsalia, non datur compensationi locus, cum longè grauior sit iniuria viri, quam fœminæ: ergo licet sponsus resilire possit, non tamen sponsa, nisi sponsus consentiat. Sic Enriq. *lib.* 11. *cap.* 14 *num.* 6. dicens, esse communem sententiam Sanchez *disp.* 55. *num.* 9. Basilius *lib.* 12. *cap.* 17. *num.* 3. Ægid. *disp.* 23. *num.* 63. Reginald, *lib.* 31. *nu* 262. Gutierrez *de matrim. cap.* 31. *nu.* 4. Laymann *tract.* 10. *cap.* 2. *num.* 12. Becan. *quæst.* 30 *fine.* Filliuc. *tract.* 10. *nu.* 288. Hurtado *disp.* 2. *diff.* 11. Diana 3. *part. tract.* 4. *resol.* 284. Luysius *loc. cit. dub.* 16. & alij.

QVÆSTIO XXXV.

An Sponsus resilire possit ab sponsalibus, quando sponsa permittit se ab alio impudice tangi?

RESPONDEO: Posse. Primo. Quia in re graui frangit notabiliter sponsalium fidem. Secundo. Quia interuenit magna mutatio, cedensque in magnum dedecus viri. Sic Sanchez *disp.* 55. *num.* 5. Bonac. *loc. cit. num.* 2. Hurtado *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO XXXVI.

An, Etiam sponsa possit resilire ab sponsalibus, quando sponsus similes actus efficeret, aut pateretur ab alia?

NEGANT Sanchez, Bonac. & Machado *loc. cit.* Reginald. *lib.* 21. *num.* 262. Diana 3. *part. tract.* 4. *resol.* 283. & alij. Quia (inquiunt) id sponsæ non est dedecus, nec est mutatio alicuius momenti.

Sed æquæ probabiliter Respondeo; Etiam sponsam posse resilire. Quia etiam vir frangit fidem, & legem sponsalium. Sic Ochagauia, *quæst.* 23. *numer.* 3. Quem sequitur Hurtado *disp.* 2. *diff.* 11. *num.* 42 Fauentque Ægidius *disp.* 23. *numer.* 56 & Layman *tract.* 10. *cap.* 2. *num.* 11. quatenus docent, nostram sententiam esse veram, in casu, quo huiusmodi tactus, & oscula essent frequentes, ita vt indicarent animum sponsi esse valde propensum in aliam, vt merito posset timeri, quod ipse, minus sponsam esset amaturus, aut fidem seruaturus.

QVÆSTIO XXXVII.

An Sponsalia, per fornicationem spirituale, nempe per hæresim, aut Apostasiam, dissoluantur?

RESPONDEO: Dissolui, & necessario, Quia in eo casu, tenetur sponsus resilire. Quia contrahere cum hæretico esset mortale. Sic Sanchez Bonac. & alij. Et est omnium Doctorum.

QVÆSTIO XXXVIII.

An dissoluantur sponsalia ex superueniente impedimento affinitatis, vel cognationis legalis?

RESPONDEO: Dissolui. Quia iam non potest inter illos consistere matrimonium (ob impedimentum dirimens superueniens) absque dispensatione, quam non tenetur innocens acceptare, etiamsi ei liberaliter offeratur. Imo aliqui addunt, sufficere ad spõsalia soluenda, rumorem esse de impedimentis. Sic Sanchez *lib.* 1. *disp.* 56. Basilius *lib.* 12. *capit.* 17. *num.* 1. Rebell. *lib.* 4. *sect.* 8. *quæst.* 8. Tolet. *lib.* 7. *cap.* 21. Hurtado *disp.* 2. *diff.* 12. Moure *loc. cit. ver. Octaua causa*, & omnes.

QVÆSTIO XXXIX.

An Is, cuius culpa contractum fuit impedimetum, teneatur eius dispensationem procurare, innocente id exigente?

AFFIRMANT Petr. Ledesma *quæst.* 43. *art.* 3. *causa* 3. & Ochagauia *q.* 23. *num.*

num. 3. absolute teneri. Sanchez verô *loc. cit. num.* 4 Ægid *disp.* 23. *dub* 5. etiam, non absolute, concedunt, sed solum casu, quo vir fœminam deflorauit; vel ipsa notabilem famæ iacturam patiatur, nisi ducatur in vxorem, aut tandem (si hæc cessent) possit facile dispensatio impetrari: secus verô, inquiunt, quando hæc non concurrunt; & alias dispensatio, magnis expensis, & mora magna egent.

Sed probabilius, aut forte solum clarius, Respondeo: Teneri ad procurandam dispensationē, quando dans causam eius aduertebat impedimentū contrahi) dummodo, hoc queat facere, absque magnis sumptibus, aut absque alio graui incommodo, nisi alias id esset necessarium ad satisfaciendum alicui damno famæ) si autem non aduertebat impedimentum contrahi, dico non teneri: quia tunc, non damnificauit libere. Sic Hurtado *disp.* 2. *diff.* 12. *num.* 46

QVÆSTIO XL.

An, Si sponsa, tempore sponsalium, esset pulcherrima; dissoluerentur sponsalia, illa notabiliter deformi effecta?

NEGANT Couar. 4. *decret.* 1. *par. cap.* 5. *num.* 6. Alex. Carter *l.* 1 *de sponsal. cap.* 15. Matienzo, & Ludou. Lopez, apud Sanchez *lib.* 1. *disp.* 57. *num.* 4 Quibus addo Gutierrez *de matrim. cap.* 32. *num.* 5.

Sed probabilius Respondeo: Dissolui ex parte viri. Quia res non permanent in eodem statu, sed ita mutatę ex parte sponsæ, quæ si præcessissent, illam fortè non duxisset. Sic Innoc. *in cap. Quemadmodum, de iure iurand.* D Thom. *in* 4 *d.* 27. *q.* 2. *art.* 3. *ad* 3. Sot. *ibi. q* 2. *art.* 5. *casu* 9. Nauar. *cap.* 22 *num.* 27 Sanchez *loc. cit.* Basilius *lib.* 12. *cap.* 17. *num.* 5. Filliuc. *num.* 289 Bonac *q.* 1. *pun.* 8. *num.* 10. Hurt. *disp.* 2. *diff* 13 *numer.* 49. Moure *loc. cit. vers. Duodecima causa.* Binsfeld. *in Enchirid. par.* 1. *cap.* 17. §. 9. Villalob. *diff.* 12. *cit. num.* 18. Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 285. Machado *lib.* 3. *par.* 1. *tract.* 7. *doc.* 5. *num.* 4. Lublinus *verb. sponsalia, n.* 2. & alij. Qui bene notant; dissolui etiam ex parte sponsæ ob notabilem deformitatem superuenientem sponso, propter eamdem rationem: quamuis ad id maior deformitas requiratur in sponso, quam in sponsa.

QVÆSTIO XLI.

An Dissoluantur sponsalia, propter morbum contagiosum, paralysim, lepram, morbum Gallicum, & huiusmodi alteri sponso superuenientem?

RESPONDEO: Dissolui sponsalia, etiam iuramento firmata. Quia sic deciditur *in d. c. Quemadmodum.* Vbi huius decissionis reditur ratio: Quia, videlicet, iuramentum intelligitur, rebus in eodem statu permanentibus Propter quam rationem, idem dicendum est, de qualibet alia fœditate notabili superuenienti alteri spōso, vt oculorum, aurium, vel nasi amissione. Idem sic superueniat aliqua alia turpitudo, vt oris grauæolentia, debilitas ex morbo habituali, & huiusmodi. Idem, & afortiori, si superueniat infamia, ob furtum, aut simile flagitium. Sic D. Thom. *in* 4. *d.* 27. *quæst.* 2. *art.* 3. *ad* 3 Nauarr. *cap.* 22. *num.* 27. *casu* 8. Sanchez *disp.* 57 *à num.* 1 Basil. *loc. cit. num.* 4. Becanus *quæst.* 31. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 14. *num.* 6. Petrus Ledesma *quæst.* 43. *art.* 3. *causa* 5. Bonac. Hurtado, Lublinus, Machado, & alij *loc. cit.*

QVÆSTIO XLII.

An Dissoluantur sponsalia, propter amissionem vnius oculi, alteri sponso superuenientem?

NEGAT Palud. *in* 4. *d.* 27. *quæst.* 1. *art.* 3. *casu* 7. eo quod *in d cap. Quemadmodum.* dicitur, sponsalia, oculorum amissione, dissolui: ergo textus vtriusque oculi amissionem requirit.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo. Dissolui, vnius oculi amissione. Quia textus, non facit vim in amissione vtriusque oculi: sed in notabili deformitate, & mutatione, quæ satis est, coclitē fieri. Sic Sanchez *disp.* 57. *n.* 3. & penes ipsum, D. Anton. Nauar, Petr. Ledesma & alij. Basilius *lib* 12. *cap.* 17. *num.* 4. & penes ipsum, Rebell. Canissius, & Tolet. Sic etiam Moure *loc. cit. Vers. Duodecima causa.* Luysius *cap.* 90. *dub.* 21. & alij. Qui recte notant, in his, & similibus casibus, tantum dissolui sponsalia, ex parte illius, qui illæsus est.

QVÆS-

QVÆSTIO XLIII.

An Dissoluantur sponsalia, propter notabilem morum asperitatem; seu sæuitiam alterius, denuò cognitam; vel propter capitales inimicitias, inter sponsos ortas?

RESPONDEO: Dissolui. Quia est noua causa, & notabilis mutatio sup eueniens, itavt sufficiens sit ad diuortium: ergo à fortiori, ad dissoluenda sponsalia. Sic Sanchez *lib.* 1. *disp.* 58. per totam, & penes ipsum Nauar. Enriquez, Palud. vterque Ledesma, Vega & alij plures. Basilius *lib.* 12. 2. *capit.* 17. *à numer.* 6. & penes ipsum, Toletus, Canisius, & Ægid. Qui idem dicendum putant, si in aliquo sponso, sit morum facta mutatio, itavt, post sponsalia appareat illum valde deditum esse vitijs: aut si timeantur scandala ob contradictionem parentum, aut consanguineorum. Lublinus *loc. cit.* Villalob. *num.* 16. & Machado *num.* 6.

QVÆSTIO XLIV.

An Dissoluantur sponsalia, quando ob paupertatem superuenientem sponsæ, nequit ipsa, dotem promissam implere?

NEGANT Bald. *cap. Quemadmodum cit. num.* 8. & ibi. Alex. de Neuo, *numer.* 16. apud Sanchez, infra.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Dissolui ex parte sponsi, etiansi sponsalia sint iurata. Quia ipsa fuerunt celebrata, sub conditione dotis: ergo, deficiente hac conditione, adhuc absque sponsæ culpa, non tenetur sponsus eam ducere. Sic vterque Ledesma, Barth. & Petr. Sotus, Rodrig. Vega, & alij, quos affert, & sequitur Sanchez *lib.* 1. *disp.* 59. *num.* 2. Quibus addi possunt Basilius *lib.* 12. *cap.* 17. *num* 8. Ægid *disp.* 23. *num.* 69. Rebell. *lib* 4. *quæst* 8. *sect.* 8 *num.* 2. Ochagau. *quæst.* 23. *num.* 7. Bonac. *quæst.* 1. *punct.* 8 *num.* 11. Becanus *quæst.* 31. Hurtado *disp.* 2. *diff.* 14. Filliuc. *num.* 292. Ludou. de S. Iuan *quæst.* 1. *art.* 9. *dub.* 2. *pag.* 868. Machado *lib.* 3. *part.* 1. *tract.* 7. *docum.* 6. *num.* 1. Villalobos *num.* 19. & communis.

QVÆSTIO XLV.

An Etiam, dissoluantur sponsalia; ob paupertatem superuenientem sponsæ; casu, quo nulla fuerit facta promissio dotis?

NEGANT, & à fortiori, Bald. & Alex. Quibus adiungi, in casu præsenti, possunt, Couar 4. *decreti.* 1. *par. cap.* 5. *numer.* 5. Palud. *d.* 27 *quæst.* 1. *art.* 2. *num.* 14. Ludou. Lopez 2. *part. de matr. cap.* 38. Rodriguez *cap.* 245. Quos, & alios, vsque quatuor decim Doctores, refert pro hac parte Sanchez *loc. cit. numer.* 3. inter quos refert Alexandrum de Neuo, *eod. numer.* 6. quo pro prima sententia, quæst. antecedenti citauerat. Vnde, aut Alex. est contrarius sibi; aut male à Sanchez citatur.

Sed probabilius Respondeo: Posse etiam dissolui ex parte sponsi. Quia interuenit notabilissima mutatio, & quæ à principio existens, etiam virum prudentem ab sponsalibus retraheret. Sic Nauar. *cap.* 22. *num.* 27. Enriquez *lib.* 11. *capit.* 14. *num.* 6. Angel. *V. sponsalia num.* 33. Vbi Siluest. *quæst.* 10. *casu* 9. Sanchez *loc. cit. num.* 4. Basilius *loc. cit. nu.* 8. Rebell. *lib.* 4. *quæst.* 8. *sect.* 8. *num.* 69. Ægidius *numer.* 69. Tolet *lib.* 7. *cap.* 21. Villalobos *tract.* 12, *diff.* 12. *numer.* 19. Becanus, Filliucius & Hurtado *loc. cit.* Machado *loc. cit. docum.* 6. *num.* 2. Diana 3. *part. tract.* 4. *resol.* 286.

QVÆSTIO XLVI.

An, Dissoluantur sponsalia; casu, quo vterque sponsus pauperior, post sponsalia fiat?

NEGAT Bonac. *quæst.* 1. *de matr. punct.* 8. *num.* 14. Quia paupertas, inquit, vnius, compensatur cum paupertate alterius.

Sed probabilius Respondeo: Dissolui. Quia per vtriusque inopiam, nó præuisam, redditur multo difficilius onus futuri matrimonij, quam per alterius dumtaxat: ergo, si per sponsæ superuenientem paupertatem, potest sponsus recedere, vt nuper est habitum, à fortiori per vtriusque poterit. Vnde, cum in hoc euentu, verè non sit, quo onera matrimonij subire possint, non datur locus compensationi. Sic Rebell. *lib.*

lib. 4. *q.* 8. *n.* 70. Basilius *lib.* 12. *c.* 17. *n.* 8. & alij.

QVÆSTIO XLVII.

An Sponsalia dissoluantur, quando alter sponsus notabiliter ditior fit, altero in eodem statu permanente?

NEGANT Sanchez *disp.* 59. *cit. n.* 7. Cui Diana 3. *p. tr.* 4. *res.* 286. adiungit Ægid. *disp.* 23. *n.* 69. Gutier. *de matrim. c.* 33. *nu.* 4 & Reginald *lib.* 31. *c.* 36. *nu.* 363. quos ipse sequitur. Quibꝰ ego adhuc addo Bonacinam *q.* 1. *pun.* 8. *num.* 13. qui eosdem citat Authores.

Sed, æque probabiliter, Respõdeo: Dissolui ex parte illius, qui factus est ditior (nisi, ad summum, alias matrimoniũ vtrique esset vtile.) Quia illius status notabiliter fit dignior. Sic expresse Ochagau. *q.* 23. *n.* 7. Et expressius, & absolutius, Hurtado. *disp.* 2. *diff.* 14. *n.* 52. per hæc verba: Obseruant Sancius, & Ægidius quod, quãuis alteri ex sponsis ingentissima diuitiarũ copia superueniat, altero in eodẽ statu permanente, non possunt dissolui sponsalia: quod nos difficile existimamus, quia dicta mutatio est ita notabilis, vt ex se efficiat impletionem notabiliter grauiorem facto ditiori, & quæ à principio existens, etiam prudentem ab sponsalibus retraheret. Sic Doctus Pater.

QVÆSTIO XLVIII.

An Iurans, se aliquam ducturum, nulla dotis promissione præmissa, teneatur ipsam ducere, si cum ipsa diues sit, nullam et dotem assignare velit?

AFFIRMANT teneri, casu, quo vir diues sit, & onera matrimonij sustinere possit, Couar. 4. *dec.* 1. *p. c.* 5. *n.* 5. Ludou. Lopez 2. *p. instruct. de matr. c.* 36. & 38. Rodrig. 1. *to. c.* 97. *n.* 8. Barbosa, Cucus, & Matienzo apud Sanch. *lib.* 1. *disp.* 60. *n.* 1.

Sed probabilius Respondeo: Non, dicto in casu teneri. Quia, licet matrimonium constare possit, sine dote, non tamen est decens, vt dote priuetur. Sic Sanchez *lo. cit. n.* 2. Gutier. *de iuram.* 1. *p. c.* 37. *n.* 3. & *de matr. c.* 33. *n.* 5. Palud. *in* 4. *dist.* 28. *q.* 1. *ar.* 2. *conc.* 4. Bonac. *q.* 1. *pun.* 8. *n.* 11. Filliuc. *tr.* 10. *n.* 292. & Diana 3. *p. tr.* 4. *res.* 286. *fin.* Quamuis, ne à suo deuiet more, solum dicat, vtramque sententiam, se reputare probabilem.

QVÆSTIO XLIX.

An Causæ, sufficientes ad dissoluenda sponsalia, dum post ipsa accidunt, sint etiam sufficientes, si sponsalibus præcedant; dummodo fuerint probabiliter ignoratæ?

AFFIRMAT Palud. *dist.* 27. *q.* 1. *art.* 3. *n.* 33. & 34. & idem problematice defendit Supplement. Gabriel. *ea. dist. q.* 2. *art.* 3. *dub.* 4. & 5.

Sed, longe multò probabilius, Respondeo: Etiam esse sufficientes. Ideoque lepra, morbus Gallicus, aut alius contagiosus; (de quibus supra est habitum) & fornicatio, (de qua specialiter statim) non solum, quando sponsalibus superueniunt, illa dissoluunt; sed etiam, quando præcedunt, dummodo dicta mala, probabiliter ignorata fuerint ab altero sponso; ná alias sibi imputare debet. Ratio est. Quia est insignis facta mutatio, cum contrahens denuò inueniat notabile vitium, antea ignoratum: at sic est, quod, rebus notabiliter mutatis, non obligat promissio, *ex cap. Quemadmodum cit*: ergo. Sic Bart. & Petr. de Ledes, Sot. Viguer. Enriq. & Lopez, quos refert, & sequitur Sanch. *lib.* 1. *disp.* 63. *nu.* 2. Basilius *lib.* 12. *c.* 18. *n.* 1. Seraphin. *dec. sf.* 1113. *n.* 9. Becanus *q.* 32. Hurtado *disp.* 2. *diff.* 15. Lessius, Rebellus, Ægid. Reginald. quos citat, & sequitur Bonac. *q.* 1. *pun.* 8. *n.* 16. & Diana 3. *par. tr.* 4. *resol.* 287. & communis.

QVÆSTIO L.

An Sponsus teneatur stare sponsalibus, celebratis cum ea, quæ putabatur virgo, & postea cognoscitur esse ab alio defl[o]rata?

AFFIRMANT Palud. & Supplem. Gabriel. *loc. cit.* Nauar. *lib.* 4. *consil. in 2. edit. tit. de aiuertijs consil.* 2. *nu.* 1. & apud ipsum, Panorm. & alij.

Sed longe probabilius Respondeo: Nõ teneri stare sponsalibus. Quia causa hæc, denuò cognita, graue mutationẽ facit; cũ iniurioſum sit viro, fœminã corruptã ducere. Idemq; dicendũ est, casu, quo sponsus putaret esse virginem, & postea esse viduam agnouerit. Sic Sanchez *lo. cit. n.* 3. & pene ipsum, viginti Doctores; inter quos est Doctiss. Nauar *in man. cap.* 22. *num.* 27. Vbi sic ait: Nono (*intelligo, dissoluuntur*

ſponſalia)per ſuperuenientem fornicationem,&c. Dixi, ſuperuenientem, quia per præcedentem, non ſunt diſſoluenda, niſi tempore contractus ignoraretur, & ante matrimonium contractum noſceretur, ſecundum omnes. Sic Ven. ſenex. Et cum hac diſtinctione intelligendus eſt, dum contrarium affirmat *loc. cit.* pro contraria ſententia, ne ſibi tantus Doctor contradicat. Sic etiam Baſilius *lo. cit. n.* 2. & Bonac. *lo. cit. n.* 17. Qui idem dicendum, aſſerit, de fœmina, quæ putabatur diues, cum re vera, non eſſet.

QVÆSTIO LI.

An Sponſus, qui nouerat ſponſam viduam, ſeu corruptam, eſſe; poſsit, ob fornicationem præcedentem ſibi incognitam, ab ſponſalibus reſilire?

NEGANT Hugo, D. Anton. Silueſt. Enriquez, & alij, vſq; tredecim Doctores, quos pro hac parte, affert Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 63. *num.* 4.

Sed probabilius Reſpondeo: Poſſe. Quia etiam hic, adeſt notabilis mutatio, quæ virum prudentem à principio ab ſponſalibus contrahendis retraheret. Verum tamen eſt: quod ſi ſponſus, ante contractum ſponſalium, nouerat ſuam ſponſam impudicam fuiſſe, & infamem, ob fornicationes antea commiſſas, nequeat ſponſalia diſſoluere, quãuis poſtea detegat alias fornicationes, etiam præuias, ſibi ignotas, quæ paulo plus eius honorem denigrant: Quia hæc mutatio non eſt notabilis. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 5. & penes ipſum, Nauar. Philiarcus, & Molina. Ochagauia *q.* 23. *n.* 10. & 11.

QVÆSTIO LII.

An, Etiam ſponſa, ob fornicationem ſponſi præcedentem ignoratam, poſsit ſimiliter ab ſponſalibus reſilire?

AFFIRMARE videtur Nauar. *c.* 22. *nu.* 27. per verba ſupra relata, cum indiſtincte loquatur. Sed abſolute negant Sanchez *lo. cit. n.* 9. & Baſil. *lib.* 12. *c.* 18. *n.* 2.

Sed probabilius, media via, ſic Reſpondeo. Licet ob vnã, aut alterã fornicationẽ ſponſi præcedentem ignoratam, non poſsit ſponſa ab ſponſalibus reſilire; cũ ex hoc leuis redundet in ſponſam iniuria; poteſt tamen ob fornicationem ſæpe iteratam, quia ex hoc & non leuis redundat in ſponſam iniuria, & maghã ſuſpitionem præbet, eum non obſeruaturũ fidem in matrimonio. Sic Ochag. *q.* 23. *n.* 10. Filliuc. *tr.* 10. 1. *p. c.* 8. *n.* 296. Qui pro hac parte citat Molinam *to.* 2. *de iuſt. tr.* 2. *diſp.* 272. & Thomã Saneh. *n.* 9. *citato*. Sed non bene. Quia Molina, ſolum loquitur de præcedenti fornicatione ſponſæ: & Sanchez abſolute, & abſque diſtinctione id negat. Sic etiã Moure 3. *d. exam. c.* 17. §. 1. *n.* 20. *verſ. In hac vero cauſa.*

QVÆSTIO LIII.

An, Si quis, eo animo contraxit ſponſalia, vt re vera contraheret, etiam ſi ſciret prædictos defectus; poſsit poſtea ſponſalia diſſoluere?

RESPONDEO; Negatiue. Quia in hoc caſu, nõ dedit dolus cauſam contractui ſponſaliũ: Nec comparatione prædicti animi aliqua mutatio facta eſt, quando eiuſmodi defectus deteguntur. Sic Sãchez *lib.* 1, *diſp.* 65. *n.* 2. Baſilius *lib.* 12. *c.* 18. *n.* 4. Hurt. *diſp.* 2. *diff.* 15. *n.* 55. Bonac. *q.* 1. *pun.* 8, *n.* 19. Ægid. *diſp.* 23. *n.* 60. & alij.

QVÆSTIO LIV.

An, Si poſt cognitionem defectus ſufficientis ad diſſolutionem ſponſaliam, ſponſi ſe mutuo cognoſcant, poſsint poſtea reſilire?

RESPONDEO: Non poſſe. Quia eo acceſſu, vtpotè facto ſpe futuri matrimonij, ſatis oſtenditur vnumquemque iniuriæ priori renuntiare, & cedere iuri reſiliendi, & conſenſum habitum contrahendi, confirmare. Sic Sanchez *diſp.* 66. *n.* 2. Baſilius *loc. cit.* Hurt. *diſp.* 2. *diff.* 16. Ægid. *diſp.* 23. *dub.* 10. *n.* 75. & penes ipſum, Lopez, & communis.

QVÆSTIO LV.

An Laborans occulto aliquo defectu, alteri non per nitioſo, teneatur alteri parti volenti ſecum ſponſalia contrahere, aperire talem defectum?

AFFIRMAT tenere, caſu, quo defectus notabilis ſit; vt ſi mulier ſit corrupta, aut

aut ignobilis, aut pauper, cum tamen, virgo, nobilis, vel dives existimetur, Ochagauia *quæst. 23. num. 25.*

Sed probabilius Respondeo. Non teneri talem defectum manifestare, sed posse licite sponsalia, aut matrimonium contrahere, cum eo, qui talem defectum ignorat. Quia si hoc esset illicitū, & peccatum, maxime, quia, sic contrahens, faceret contra iustitiam, at nullomodo contra illam facit; vt optime probat Hurtado *disput. 2. diff. 17.* ergo. Sic ipse. Secutus Sanchium *disput. 68.* Ægidium *disput. 23. dub. 12.* & Filliucium *capit. 9.* Quibus addi, vnus pro mille, potest, Basilius, scilicet, *capit. 18. numer. 6.* Vbi sic ait: Neque enim cogendus est contrahens, hæc omnia manifestare, ex prudenti hominum iudicio; sed sibi imputet, qui contraxit, si non non diligenter inquisiuit. Sic ille.

QVÆSTIO LVI.

An saltem, casu, quo defectus occultus, quo contrahens laborat, sit alteri grauiter pernitiosus, vt morbus Gallicus, vel lepra; teneatur talem defectum illi manifestare?

AFFIRMAT, & à fortiori, Ochagauia *loc. cit.* & ante ipsum, Ægidius *dub. 12. cit. numer. 96.* Vbi sic ait: Patienti defectum tertij generis (*intelligo, ex nuper assignatis*) non licet cum huius ignaro contrahere, nisi hic similes defectus pateretur. Quia ita contrahens alteri innocenti adferret pernitiem, quod simpliciter malum est. Quare credo, talem teneri parti ignaræ, ideoque paratę contrahere, aut nuptias recusiare, aut defectū aperire. Sic ille. Et ex illo, Basilius *lib. 12. cap. 18. num. 5. & 6.* Ex vtroque, Diana *3. part. tract. 4. resol. 287.*

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Non teneri adhuc, talé defectum manifestare, sed posse licite cum ignaro talis defectus contrahere. Quia in hoc, nulla reperitur iniustitia; sed simulatio defectus, quem non tenetur aperire. Ex quo fit, quod corrupta concedens vsuram sui corporis, non solum, iam coniugi; sed etiam alteri promittenti sibi nuptias, possit licitè defectum corruptionis, aliquo artificio occultare; quia tunc, non tam fingit, se esse virginem, quam simulat corruptionem. Deinde, si interrogata, an sit corrupta? neget, restringendo, mentaliter sub intelligendo, *in communi existimatione*; aut, *ad dicendum tibi*, non peccat; quia non tenetur ad interrogationem tam diuam, vnuoce respondere. Imo si interrogata, an sit virgo, affirmatiue respondeat, mentaliter sub intelligendo, *in communi existimatione*, non peccabit, saltem mortaliter, ob eamdem rationem. Sic Hurtado *disp. 2. diff. 17.* Et ante illum, Sanchez *disp. 68. num. 7.* & Filliuc. *cap. 9.*

QVÆSTIO LVII.

An, Sponsa, quæ, defectum aliquem, ex præassignatis, patitur; possit alterum sponsum, ignarum illius defectus, ad matrimonium contrahendum cogere?

NEGANT absolute Nauar. *capit. 22. numer. 23.* Couar. *4. decret. 2. part. capit. 7. numer. 4.* Armilla *ver. adulterium num. 4. & 8.* Angel. *ibi numer. 3.* Basilius *loc cit. numer. 7.* & Villalobos *tract. 12. diff. 14. num. 3.*

Affirmant vero, Ægidius, Ochagauia *loc. cit.* & alij, casu duntaxat, quo defectus sint occulti, & non pernitiosi alteri: secus vero, inquiunt, si grauiter pernitiosi sint.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Posse cogere, semper quod possit licite, iuxta nuper dicta, cum ignaro quorumcumque defectuum, matrimonium contrahere. Sic Hurtado *loc. cit.* per hæc verba: Communiter Doctores existimant, posse cogere. Et merito; quia quamuis ignarus defectus habeat ius dissoluendi sponsalia ex parte sui; tamen ea non dissolvit ex eo, quod nolit contrahere cum eo, qui laborat defectu; quia quamuis eo ipso, quod non vult contrahere dissoluat sponsalia ex parte alterius, quia eo ipso cedit iuri suo, & obligationi alterius, non tamen aufert sibi obligationem, qua obligatus est laboranti defectu; ac proinde laborans defectu potest alterum ignarum defectus cogere, seu compellere, vt secum contrahat matrimonium, vt satisfaciat obligationi, quam adhuc retinet contrahendi. Sic ille. Qui pro se citat Sanchium, Ægidium, Filliucium, & Ochagauiam. Sed ex his Ægid. & Ochagauia, non absolute id, vt vidimus, affirmant. Legatur Sanchez *d. 68.*

QVÆSTIO LVIII.

An Possit resilire ab sponsalibus, qui dubitat, an tempore Sponsalium, ita eo animo esset affectus, vt haberet voluntatem contrahendi, etiam si præscisset tales defectus?

RESPONDEO: Dicendum: Quod si defectus nouè cognitus est grauis, optime poterit resilire, quia præsumitur, non habuisse animum se obligandi: secus vero dicendum, si defectus leuis sit, Vnde, si quis celebrauit sponsalia cum ea, quæ credebatur diues, aut virgo, cum esset pauper, aut defiorata, bene potest resilire ab sponsalibus, si postea dubitet, an tempore sponsalium, ita esset animo affectus, vt eam sibi despondisset, si cognouisset, illam esse pauperem, aut defloratam. Sic Sanchez *disput. 65. num. 4.* Nauar. *cap. 18. numer. 7.* Bonac. *quæst. 1. punct. 8. num. vltimo*, & alij.

QVÆSTIO LIX.

An, Quando adest sufficiens causa ad dissolutionem sponsalium, necessaria sit iudicis authoritas ad ea dissoluenda?

AFFIRMAT Innoc. *in cap. De illis. de desponsat. impuber.* apud Sanchez vbi infra.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Dicendum. Quod quando sponsalia ipso iure dirimuntur, vel manifesta est causa dissoluendi; veluti quando alter sponsus, aut religionem ingreditur, aut matrimonium de præsenti celebrat, aut initiatur Ordine Sacro, nullomodo est necessaria iudicis auctoritas ad eorum dissolutionem; vt expresse docent D. Thom. *in 4. dist. 27. quæst. 2. art. 3.* D. Anton. Viguerius, & alij plures, apud Sanchez (ex quibus quidam addunt, iddem dicendum, quando sponsalia sunt clandestina.) Quando verò causa dissolutionis est dubia; aut aliàs, ex dissolutione sponsalium oriretur scandalum, tunc necessaria erit iudicis authoritas ad ea dissoluenda. Sic Sanchez *lib. 1. disput. 69. à num. 3.* Basilius *libr. 12. cap. 18. num. 8.* Nauar. *capit. 21. numer. 28.* Rebell. *lib. 4. q. 8 sect. 9.* Ochagau. *q. 23. n. 16.* Bonac. *q. 1. pun. 10. n. 5. & 9.* Hurt. *disp. 2. dis. 18.* & alij penes ipsos.

QVÆSTIO LX.

An, Quando ex aliqua sufficienti causa dissoluuntur sponsalia, iuramento firmata, sit necessarium petere relaxationem iuramenti?

AFFIRMANT Sotus *in 4. dist. 27. quæst. 2. art. 3. ad 1.* Viguerius *lib. institut. cap. 16. §. 7.* & Ludou. Lopez *2. par. cap. 36. de matrim.*

Sed longe multo probabilius Respondeo: Negatiue. Quia, euanescente matrimonij promissione, obligationem iuramenti euanescere necessum est. Sic Sanchez *disp. 67. num. 2.* Basil. *loc. cit.* Bonacina *punct. 10. cit. num. 6.* Gutierrez *de matrim. cap. 35.*

QVÆSTIO LXI.

An, Quando sponsus causam dissolutionis sponsalium probare non potest, nisi detegendo vitium sponsæ, possit illud in iudicio detegere?

RESPONDEO: Posse, dummodo, prius, perse, vel parentes, vel viros pios, sponsam admoneat, vt desistat, & resiliat, vt sic infamiam euitet; & ipsa nolit desistere. Quia, in tali casu, fas erit sponso ad tribunal iudicis deferre, cum iure illo vtatur, & alias vllo alio modo defendere se possit. Sic Sanchez *disp. 70. numer. 2.* Basilius, Rebell. & Ochagau. *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO LXII.

An Iudex, cuius authoritate sunt dissoluenda sponsalia, debeat esse Ordinarius, vel Delegatus?

RESPONDEO: Debere necessariò esse Ecclesiasticum, Ordinarium, vel Delegatum, vt Episcopum, vel Delegatum eius. Quia hæc est materia spiritualis: & ideo non pertinet ad laicum; nec ad Parochum, cum hic, non habeat iurisdictionem in foro externo. Sic Sanchez *disp. 69. num. 10* Bonacina *punct. 10. num. 8.* Reginald *lib. 31. num. 268.* & alij. Et hæc de sponsalibus; nam ea, quæ desiderare hic potes, *1. part. tract. 5. disp. 8 §. 2.* tractata reperies.

DISPV-

DISPVTATIO TERTIA.

De Essentia, & Quidditate Matrimonij.

QVAESTIO PRIMA.

Quot vocibus, seu nominibus, matrimonium vocari solet?

RESPONDEO: Quod, quatuor: nempe, Matrimonium, Nuptiæ, Connubium, & Coniugium. *Matrimonium*, dicitur, quia mulier nubit, vt mater efficiatur. *Nuptiæ, & Connubium* à nubendo, eo quod velamine tegantur coniuges, cum benedictionem accipiunt. Et tandem *Coniugium*, quia duos sub eodem iugo perpetuo coniungit. Sic Sanchez *lib. 1. de matrim. in proœmio.* Basilius *lib. 1. de matrim. 1. an. 3.* & penes ipsos, alij.

QVÆSTIO II.

Qua Ratione, matrimonium, vt est contractus naturalis, seu, vt est officium naturæ, definiatur?

RESPONDEO: Quod cum multa reperiãtur in matrimonio, nempe, & contractus ipse; & mutua coniugis obligatio, vinculum indissolubile, potestas ad vtendum coniugis corpore; & vsus talis potestatis, ideo varie à varijs Doctoribus matrimonium definitur. Alij namque dicunt, matrimonium esse, *duarum personarum legitimum consensum*. Alij, *legitimam societatem inter virum, & fœminam, in qua de pari consensu semetipsum debet alteri*. Alij, *viri fœminæque coniunctio, maritalis, inter legitimas personas vitam indissolubilem retinens*. Alij denique, & melius, *Matrimonium est coniunctio maris, & fœminæ inter legitimas personas vitam indissolubilẽ retinens*. Sic Alex. III. *in cap. illud quoque de præsumpt. & c. 2. 27. q. 2.* & habetur *l. 1. ff. de ritu nuptiar. & §. 1. instit. de patr. potest.* Legantur Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 1.* & Basilius *lib. 1. cap. 2.* & alij penes ipsum.

QVÆSTIO III.

An Matrimonium, vt est contractus naturalis, solo naturæ iure sit institutum?

NEGANT in primis quidam Doctores, docentes, institutum esse à Deo non immediate, sed mediante Adamo, quando ex diuina inspiratione protulit illa verba Genes. 2. *Hoc nũc os ex ossibus meis*. Ita Magist. *in 4. d. 26. c. 1* Bassolis, Palud. Mayron. Couarr. & alij, quos referunt Sanchez *disp. 4. n. 2.* Vazq. *disp. 1. de matr. cap. 2. num. 6.* & Basilius *cap. 3. nu. 2.*

Negant deinde alij existimantes, huiusmodi contractum institutum fuisse immediate ab ipsomet Deo; vel illis verbis: *Genes. 1. crescite, & multiplicamini*. vt volunt Silvest. Almain. Sotus; & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *nu. 3.* vel in ipsa Euæ creatione; vt sentiunt Hugo de S. Victore. Caiet. Veracruz, Rebellus, & alij penes Basilium *loc. cit. num. 1.* Quibus adnæret nouissime Petr. Cornejo *tom. 2. in 3 par. disp. 1. de matrim. ub. 8.*

Negant tandem alij putantes, iure non solum naturali, sed etiam diuino posse iuo institutum contractum matrimonij fuisse. Ita Scot. Gabr. Ricard. & alij penes Basilium *loc. cit. num 3.*

Sed probabilius Respondeo: Matrimonium (vt contractus quidam naturalis est) solum esse institutum iure naturæ: celebratum vero in Paradyso, illis verbis Adami *Hoc nũc os ex ossibus meis*. Nam illis verbis, consensum expressit, sine quo matrimonium constare non potest; & ideo verisimile est, alijs verbis similibus, Euam respondisse, quibus etiam suum consensum Adamo indicaret. Sic Basilius *loc. cit. à num 4.* & penes ipsum, Vazquez, Petrus Ledesma, Valentia, & alij.

QVÆSTIO IIII.

An Extiterit præceptum de contrahendo matrimoniũ; & quale illud fuerit?

NEGAVIT Medina *lib. 4. de Sacrorum hominum continentia controu. 2.*

Sed certissime Respondeo: Extitisse. Vel diuinum positiuum, contentum illis verbis Genes. 1. *crescite, & multiplicamini*: vt sentiunt Gregor. de Valentia *disput. 10. quæst. 1. pun. 4.* Ægidius *disp. 15. dub. 1. concl. 5.* Ricard. Durand. Scot. & alij penes Basilium, infra. Vel solum naturale

turale, ab ipsamet ratione naturali ortum, vt optime probat Basilius *capit.* 4. *num.* 2. Sic ipse, & penes illum, Vazquez *disp.* 1. *de matrim. cap.* 3. Petr. Ledesma *quæst.* 41. *art.* 2. *dub. circa 6 principale.* Viguerius, Palud. & alij. Vel tandem, diuinum, & naturale simul, vt putat Becanus *cap.* 44. *de matrim. quæst.* 3. Bebell. *lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 3. & alij.

QVÆSTIO V.

An, Nunc etiam extet huiusmodi de contrahendo matrimonio præceptum?

NEGANT D. Bonau. *in* 4. *d.* 26. *art.* 1. *quæst.* 3. Ricard. *ibi. art.* 3. *quæst.* 3. Alex. de Neuo. *rubri. de sponsalib. numer.* 20. Castro *contrahares. Verb. virginitas*, existimantes; vel reuocatum fuisse ante diluuium, vel in lege Euangelica à Christo Domino, cum non posset consistere cum virginitate, quam ipse consulit. Matth. 19.

Affirmant verò è contra hæretici nostri temporis, volentes, adhuc extare, eoque præcepto singulos obligari; adeo abhorrent vitam cœlibem. Sed horum error damnatus fuit in Concil. Florent. in litteris vnionis, & in Trident. *sess.* 24. *can.* 9. & 10. Quare hoc omisso errore.

Alij, media via, defendunt, extare quidem nunc, dictum præceptum, sed non obligare singulos, sed tantum communitatem. Ita Durand. Scot. Sotus, Palud. & alij, vsque duodecim Doctores, quos refert, & sequitur Sanchez *lib.* 2. *disp.* 3. *numer.* 4. Ettius *in* 4. *d.* 26. § 2.

Sed probabilius Respondeo 1. Extare nunc dictum præceptum, nec reuocatum fuisse: quia præcepta naturalia non extinguuntur necessitate, licet pro tunc non obligent, vt constat in præcepto eleemosynæ: cessauit ergo obligatio præcepti de contrahendo matrimonio, cum hoc solum obliget cum ea circunstantia, si adsit necessitas propagandi genus humanum, qualis initio mundi, & post diluuium fuit, quæ cum cessauerit, cessauit etiã obligatio præcepti, ita vt nec communitatem, nec Principes, vt contrahere compellant subditos obligat. Sic Basil. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 8. Cornejo *disp.* 1. *de matr. dub.* 9. *in fine* & alij.

QVÆSTIO VI.

An, Peculiari lege, teneantur aliqui homines matrimonium contrahere?

RESPONDEO; Affirmatiue. Nam primo, tenentur matrimonium contrahere, illi, qui consilium continentiæ perpetuæ capere non possunt. Hi namque, dum tales sunt, & quatenus tales, pro remedio suæ incontinentiæ coniugium amplecti debent. Secundò etiam tenẽtur matrimonium inire Reges, ac Principes, eorumque filij, in casu, quo matrimonium sit causa conseruandæ pacis, aut religionis in regno; veluti, si ex cœlibatu Principis periculum esset, ne post eius mortem, regni successio ad hæreticos, aut infideles transiret, aut magnorum in republica motuum causam præberet. Sic Estius *in* 4. *d.* 26. § 2. *fine.*

QVÆSTIO VII.

An, Deficientibus hominibus, demptis Religiosis, tenerentur isti matrimonium contrahere?

AFFIRMANT Sanchez *lib.* 2. *disp.* 3. *numer.* 5. & penes ipsum, Sotus. Angles. Viuald. & alij quatuor Doctores. Reginald. & Villalob. quos refert, & sequitur Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 289. Quibus addi possunt, Filliuc. *tract.* 10. *num.* 8. & Bonac. *quæst.* 2. *punct.* 3. *num.* 3.

Negant è contrà Basilius *loc. cit. num.* 11. & apud ipsum, Ricard. Durand. Vazquez. & Petr. Ledesma. Quibus adiungi possunt, Enriquez *lib.* 11. *de matrim. cap.* 1. & Rebell. *lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 4. Quia existimant, in eo casu, iam finem mundi instare, & sic, non esse necessarium, matrimonium à Religiosis contrahi, vt per illos genus restauraretur humanum.

Sed clarius sic Respondeo: Si finis mundi certo instaret, certoquè constaret, velle Deum mundum perire, nullomodo tenerentur Religiosi, nec alij, si darentur homines, ad matrimonium iniendum; quia inaniter conarentur ad eius conseruationem. Si verò, de interitu mundi esset dubium, nec de decreto Dei constaret, etiam Religiosi tenerentur nubere, vt quantum in eis esset, occurrerent morti mundi. Sic conciliantur Authores vtriusq; sententiæ.

Verum est, vt notat cum Sanchez, & Reginaldo; Diana, posse etiam nunc occurrere casum, in quo aliquis religiosus (licet

(licet non ratione præcepti matrimonij) ad iniendum matrimonium teneretur, vt si sequerentur seditiones, & bella, nisi Principis filius vxorem duceret, iuxta dicta. *quæst.* 6.

QVÆSTIO VIII.

An Matrimonium in lege naturæ, & veteri fuerit Sacramentum?

AFFIRMANT Alex. Alens. *par.* 4. *quæst.* 1. *mem.* 2. *ar.* 1. Albett. Phigius *contro.* 10. Castro *lib.* 11. *contrahares. Ver. Nuptiæ, hæresi.* 3. Petrus Soto *lect.* 2. *de matrim.* Catherinus *opusc. de matrim. quæst.* 3. 4. & 5.

Sed certissime Respondeo: Non fuisse Sacramentum (saltem propriè loquendo) sed solum contractum naturalem. Sic colligitur expresse ex Trident. *sess.* 24. *cap. vnico, & can.* 1. Vbi expresse damnatur, qui dixerit, matrimonium non esse Sacramentum à Christo institutum; aut non esse nouæ legis Sacramentum; Ergo anteà non erat Sacramentum. Sic Sotus *in* 4. *dist.* 26. *quæst.* 2. *ar.* 1. & 2. Ledesma 2. 4. *q.* 44. *ar.* 2. Bellarm. *lib.* 1. *de matrim. cap.* 5. & Basilius *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1 Qui dicunt oppositam sententiã non esse tutam. Enriq. & Pet. Ledesma, quos citat, & sequitur Sanch. *lib.* 2. *disp.* 7. Hurt. *disp.* 3. *diff.* 20. & alij.

DISPVTAIO QVARTA.

De Quidditate, & Institutione Matrimonij, vt Sacramentum est.

QVÆSTIO PRIMA

Quonamodo, Matrimonium, vt Sacramentum est, definiatur?

RESPONDEO: Sic ab aliquibus definiri: *Est signum efficax diuinæ gratiæ ad Christianam procreationem in maritali, & dissoluibili contractu viri, & fœminæ naturali diuinitus institutum.* Ita Valentia *tom.* 4. *disp.* 10. *quæst* 1. *pun.* 1. Ab alijs verò, sic: *Est sensibile signum gratiæ, quo inter se vir, & mulier perpetuo coniunguntur.* Ita Maior *in* 4. *dist.* 26. *quæst.* 1. Rebell. *lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 5. Ab alijs tandem, & aptius, sic: *Est contractus viri, & fœminæ legitimus, quo mutua corporum potestas traditur, gratiæ spiritualis colatiuus.* Sic Basilius *lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 10. ex Tolet. *lib.* 7. *cap.* 5.

QVÆSTIO II.

An Matrimonium fidelium in lege nouæ, sit verè, & propriè Sacramentum?

NEGARVNT quidam hæretici, quos refert Bellarmin. *lib. de matrim. cap.* 1. Et ex Catholicis etiam negarunt Durandus *in* 4. *dist.* 26. *quæst.* 3. Glossa *in cap. fin. de sent. excom. in* 6. *Ver. Sacramentis.* & Magister *in* 4. *dist.* 2. vt refert Sanchez *lib.* 2. *disp.* 10. *num.* 1. Quibus addi possunt Gaufred. Hostens. & alij apud Maiorem *in* 4. *dist.* 26. *quæst.* 1. Guillelmus Peraldus *in summ. vitior.* & Iacob. de Vitriaco *lib. Occidentalis historiæ cap.* 36. Existimantes, Matrimonium nec esse propriè, & vniuocè Sacramentum, nec gratiam conferre. His fauet Petr. Soto *lect.* 2. *de matrim.* Quatenus dixit, suo tempore fuisse probabile, Sacramento Matrimonij non conferri gratiã gratum facientẽ.

Sed certissime de fide Respondeo: Esse verum, & proprium Sacramentum gratiam conferens. Sic definitur in Trident. *sess.* 7. *can.* 7. & *sess.* 24. *cap. vnico, & can.* 1. & multo anteà (quidquid dicat cũ Soto *dist* 26. *q.* 2. *ar.* 3. Sanchez *loc. cit. num.* 2.) In Concil. Constantiensi, & Florent. vt optime, ex Valentia, & Vazquio, probat Basilius *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. Sic tenent omnes Catholici. Legantur citati; & à nobis adducti 1. *par. tr.* 1. *disp.* 1. *quæst.* 3. & Cornejo *tract.* 6. *de matrim. dub.* 5. Vbi bene probat, hoc Sacramentum esse vnicum, & simplex.

QVÆSTIO III.

An Matrimonium institutum fuerit à Christo Sacramentum, illis verbis: Quos Deus coniuxit homo non separet Math. 19.

NEGAT in primis Guido *in Enchir. tr. 1. cap. 1.* existimans (sed improbabiliter) institutum fuisse à Christo in primo instanti suæ Incarnationis. Negat deinde Viguerius *lib. institut. cap. 16. §. 7. vers. 1.* & indicat Cyrillus Alexan. *lib. 2 in Ioan. cap. 22.* putans, esse institutum in nuptijs Galileæ, quibus Christus inter fuit. Negat tandem Basilius *lib. 1. cap. 6. num. 2.* Quatenus docet, incertum esse, quo tempore fuerit à Christo institutum, licet sit certum abipso institutum esse.

Sed probabilius Respondeo. Matrimonium approbatum fuisse à Christo Domino Ioan. 2. institutum vero, vel eleuatum ad rationem Sacramenti, illis verbis: *Quod Deus coniuxit &c.* Ratio est. Quia de fide est, quod Christus Dominus eleuauerit matrimonium in Sacramentum: at nullibi, ita probabiliter apparet, quam, eo tempore, quo ex professo sermonem habuit de matrimonio: Ergo. Sic vterque Sotus, Enriquez, Viuald. Palac. Vera Cruz, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 2 disp. 4. num. 5.* Quibus addi possunt Rebell. *lib. 2. quæst. 3. nu. 9.* Aureol. *in 4. dist. 29. quæst. vnica.* Cornejo *disp. 1. de matrim. dub. 8.* Basseus *Verb Matrim. 1. num. 5* Villalob. *tract. 12. diff. 5. num. 2* Machado *lib. 3. par. 1. tract. 8. docum. 2. num. 4.*

QVÆSTIO IV.

An Matrimonium infidelium sit Sacramentum?

AFFIRMANT Adrianus *in 4. quæst. 1. de Matrim. §. Ad rationes fol. mihi* 390. & Guillelmus Estius *in 4. dist. 26. §. 6.* Et nonnulli alij, apud ipsum.

Sed certissimo Respondeo: Non esse Sacramentum, sed solum verum contractum obligantem illos. Prima pars constat. Quia, cum infideles careant baptismo, qui est ianua omnium Sacramentum, incapaces sunt huius, & alterius cuius vis Sacramenti. Sic Vazquez *disp. 2. de matrim. cap. 10. num. 11.* Sanchez *lib. 2. disp. 8. num 2.* Basilius *lib. 1. cap. 6. num. 4.* dicens, esse communem omnium fere Doctorum sententiam. Secunda vero pars etiã est certa. Quia infideles celebrando talẽ contractum non peccant, cũ sit ordinatus in propagationem naturæ, & in remedium concupiscentiæ: Ergo, vt quid licitum eos obligat. Sic Bonac. *quæst. 2. punct. 2. num. 2.* & omnes.

QVÆSTIO V.

An Saltem, Matrimonium fidelis cum infideli contractũ ex Pontificis dispensatione, sit, ex aliqua parte, Sacramentum?

AFFIRMANT esse Sacramentum ex parte fidelis, Sot. *in 4. dist. 26. q. 2. art. 3.* Catharinus *opusc. de matrim. quæst. 1.* Echius *hom. 73. de Sacram.* Bonac *q. 2. de matrim. punct 2. num. 3.* Qui tamen male citat Vazquium pro hac parte. Sicut Hurtadus, vbi infra, Rebellum *lib. 3. quæst. 9.* Nam ille, oppositum expresse docet; hic autem, nil ibi de hoc puncto.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Nulla ex parte esse Sacramentum. Quia in hoc casu, altera pars est incapax Sacramenti: sed sic est, quod hoc Sacramentum est vnicum in duobus, sicut est in ambobus vnicus, & integer cõtractus: Ergo si in vno nequit esse Sacramentum, nec in alio. Sic Angles 1. *par. de matrim. quæst. 12. art. 1. dub. 1.* Enriquez *lib. 11. cap. 2. fine. & lib. 12. cap. 13. num. 3.* Sanchez *lib. 2 disp. 8. num. 2.* Vazquez *disp. 2. de matrim. cap. 4. num. 20. & cap. 10. n. 113.* Ægidius *disp. 24. num. 24.* Reginald. *lib. 31 nu. 2.* Gutierrez, & Petr. de Ledesma, penes Bonacinam *loc. cit.* Basilius *lib. 1. cap. 6, num. 7.* Hurtado *disp. 3. diff. 18.* Becanus *de matrim. cap. 44. quæst. 4. num. 8.* Cornejo *loc. cit. & dub. vltimo. pag. 881.* Ochagau. *tract. 2. quæst. 2. nu. 2. & 22. fine.*

QVÆSTIO VI.

An Matrimonium infidelium casu, quo vterque baptizetur, fiat Sacramentũ?

AFFIRMANT Sanchez *lib. 2. disp. 9. num. 5.* & penes ipsum, Palud. Deza, Argentina, Veracruz, Vega, & alij existimantes, fieri Sacramentum, & conferre gra-

gratiam ſtatim in ipſo baptiſmo, etiamſi non accedat nouus conſenſus.

Affirmant etiam alij docentes, matrimonium infidelium, fieri quidem Sacramentum, & conferre gratiam, non tamen quando illi baptizantur, ſed quando poſt baptiſmum, habent nouum conſenſum, vel antiquum, per aliqua ſigna, veluti per verba, nutus, vel copulam approbant. Ita Capreol. & Palud. *in 4. diſt. 26.* Bellarm. *lib. 1. de matrim. cap. 5. & 15.* Pet. Ledeſma *de matrim. q. 59. art. 2. dub. 3.* Rebellus *lib. 2. quæſt. 6. num. 2.* Bonac. *quæſt 2. punct. 2. num. 5.* Villalob. *tract. 13. diff. 5. nu. 2.* Laym *tr. 10. cap. 3. nu. 6* & alij.

Sed probabilius Reſpondeo: Nunquã fieri Sacramentum. Nam in primis, non poteſt fieri Sacramentum, quando infideles ſuſcipiunt actu baptiſmum, vt exiſtimarunt anthores primæ ſententiæ. Quia cum baptiſmus habile ſubiectum reddat, prius tempore ſuſcipi debet ab infidelibus, vt habiles ſint ad hoc, & ad alia Sacramenta ſuſcipienda.

Secundo, quod nec poſsit fieri Sacramentum poſt baptiſmum, quando habetur nobus conſenſus, aut renouatur antiquus, conſtat etiam. Quia nequit dari Sacramentum matrimonij, abſque materia, & forma, vt patet: at hæc nequeunt dari poſt baptiſmum: Ergo. Minor probatur: Quia materia, & forma Matrimonij Sacramenti, eſt primus contractus, vel prima traditio poteſtatis in corpus coniugum: ſed poſt baptiſmum, non datur primus contractus, nec prima traditio, ſed ad ſummũ renouatio, aut approbatio eorum: ergo. Maior, in qua poteſt eſſe difficultas, probatur: nam certum eſt, quod matrimonium, vtroque coniuge viuo, repeti non poteſt; non quia hoc Sacramentum ſit ex ſe interabile, cũ ex Trident. *ſeſſ 7. can. 9.* ſolũ Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo interabilia ſint; ergo ſolum ex defectu materiæ, vel formæ: Nam ſi ſufficeret pro materia, & forma continuatio, aprobatio, vel confirmatio primæ traditionis, non eſſet cur millies Sacramentum Matrimonij reiterari non poſſet. Quod certe, inconueniens videtur id concedi; quidquid aliter Thomæ Sanchez videatur, *lib. 2. diſp. 11. num. 31.* Sic Vazquez *tom. 2. in 3. par. diſp. 138. cap. 5. & tom. 4. diſp. 2. de matrim. cap. 10.* Ægid. *diſp. 24. dub. 2. num. 25.* Hurtado *diſp. 3. diff. 16.* Baſilius *lib. 1. cap. 9. num. 8. & 9.* Albiz *in manuſcriptis tract. de matrim. diſp. 2. dub. 2.* Cornejo *diſp. 1. de matrim. dub. vltimo.* Diana *3. par. tract. 4. reſol. 253 & reſol 255.*

QVÆSTIO VII.

An Inter fideles poſsit valide celebrari matrimonium, quod non ſit Sacrrmentum?

AFFIRMANT Vazquez *to. 3. in 3. par. diſp. 138.* Rebellus *lib. 2. quæſt. 5. conci. 1.* Baſilius *lib. 1. cap. 9. num. 3.* & apud ipſum, Scot. Baſolis, & Almain. Hurtado *diſp. 3. diff. 19.* Villalob. *tract. 13. diff. 6.* Diana *3. par. tract. 4. reſol. 255.* & alij, exiſtimantes, id accidere facile. Nam facile (inquiunt) poſt quis, quamuis non licite, contrahere matrimonium, ſine formali, vel virtuali intentione faciendi, quod facit Eccleſia, in quo caſu licet illud matrimoniũ nõ ſit Sacramentũ defectu intentionis, vt conſtat, eſt tamen validũ min ratione contractus, itaut contrahens nequeat alteri nubere.

Sed probabilius Reſpõdeo: Non poſſe. Quia Chriſtus Dominus inſtituit matrimonium fideliũ in Sacramentum. Ergo ex Chriſti inſtitutione, hæc duo ſunt inſeparabilia impoſsibile ergo erit inueniri, inter fideles, ratio matrimonij, ſine ratione Sacramenti. Sic Sanchez *lib. 2. diſp. 10. num. 6.* & penes ipſum, Suarez *tom. 1. de Sacram. quæſt. 64. ar. 10. diſp. 13. ſect. 2* & Petrus de Ledeſma *quæſt. 42. art. 1. dub. 7. in ſolut. ad 1. & 2.* Ægidius *diſp. 24. dub. 2. num. 22.* Layman *tract. 10. par. 2. cap. 2. num. 2.* Cornejo *diſp. 1. de matrim. dub. vlti. pag. 880.* Luyſius Turrianus *in ſum. par. 2. cap. 94. dub. 10.*

QVÆSTIO VIII.

An In Sacramento Matrimonij conferatur tanta gratia ſanctifiſians, quanta confertur in alijs?

AFFIRMAT, licet ſub dubio, Baſilius *lib. 1. cap. 6. num. 9.* ait enim, rẽ eſſe incertã: quia non conſtat certô, eſſe inæqualẽ gratiam, quæ ex opere operato confertur in Sacramentis.

Sed clarius, & probabilius, Reſpondeo: Non conferri tantã. Quia eſt minoris excellen-

cellentiæ, quam omnia alia Sacramenta: ergo minorem gratiam, ex opere operato causare, necessum est. Sic Palud. Maior. Petrus Sotus, Viguer & suplem. apud Basilium. Ludouicus de S. Iuan. *de matrim. quæst. 1. ar. 5. diff. 2. pag.* 841. & Cornejo *tract. de matrimon. disp. 1. dub. 5. pag.* 861.

QVÆSTIO IX.

Quænam sit materia, & forma Sacramenti Matrimonij?

RESPONDENT in primis quidam; Materiam esse verba, & actus contrahentium: Formam verò, illa verba *Genes. 2. & Matth. 19. Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ.* Nam his verbis, Deus sanctificauit matrimonium, & quotidie, vt Minister eius sanctificat: cum scriptura semper loquatur. Sic Catherinus *opus. de matrim. quæst. 1. §. Nos ergo.* Sed certe improbabiliter.

Secundò, alij respondent, Materiam esse consensum contrahentium; Formā verò, verba, seu signa exteriora. Ita Nauar. *cap. 22. nu. 20.* Valentia *disp. 10. quæst. 1. punct. 6.* Rebel. *lib. 2. quæst. 4. sect. 3. num. 12.* Tolet. *lib. 7. cap. 2.* Et apud Sanchez, vbi infra, Abbas, Præpositus, Alex. de Neuo, Humada, Capreol. & Deza. Vnde male refert Machado, horum Doctorum sententiam, dicens, eos affirmare: Que la materia consiste en las palabras; y la forma, en el consentimiento de los contrayentes.

Tertiò, alij sentiunt è contra, nempe, verba esse materiam; consensum verò mutuum, formam ita Maior *in distinct. in. 26. quæst. 2.*

Quartò, alij dicunt, Materiam, esse contrahentium; Formam verò, verba exprimentia consensum. Ita expresse Luysius Turrianus *in sua summ. par. 2. cap. 94. dub. 2.*

Quintò, alij putant, Materiam esse verba coniugis prius loquentis; Formam verò, verba loquentis posterius. Ita Ricard. *dist. 26. ar. 4. quæst. 1.* Victoria *num. 245.* Angel. *matrim. 1. num 2:* Astens. *lib. 8. tit. 7. art. 1. n. 2.* Enriq *lib. 11. c. 2 nu. 2.* Ledelma vterque Philiar. Viuald. & Vega, penes Sanchez *lib. 2. disp. 5. num. 5.*

Sextò, alij existimant, verba (aut alia signa) vtriusque coniugis, siue simul, siue diuerso tempore prolata, esse sibi mutuò materiam, & sibi mutuo formam. Nam verba vnius, inquiunt, cōparata cum verbis alterius, sunt materia, vt ab alijs determinantur; forma vero, vt determinant illa. Ita Sot. Bellarm. Suarez, Petrus Ledesma, Rodriguez, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 6.* Ægidius *disp. 24. num. 32. & 33.* & Villalob. *tract. 13. diff. 6. numero. 2.* quos affert, & sequitur Diana *3 par. tract. 4. resol. 251.* Becanus *quæst. 5. nu. 7.* Pessantius *quæst. 42. art. 1. disp. 2.* Basæus *Verbo Matrimonio num. 7.* & Machado *tom. 1. lib. 3. par. 1. tract. 8. docum. 2.*

Septimò tandem, alij, docent consensum mutuum, verba, & actus contrahentium, esse materiam; formam, verò illa verba Sacerdotis: *Ego vos coniungo in nomine Patris &c.* Ita Cano *lib. 8. de loc. cap. 5.* Guillelmus Estius *in 4. dist. 26. §. 11.* Syluius, mox citandus, & alij penes ipsos.

Sed, probabilius omnium, Respondeo: Materiam remotissimā huius Sacramentis, esse corpora contrahentium; remotā, eadem et corpora nulla lege impedita; proximam verò, traditionē mutuam ipsorum corporum: Formam vero, esse acceptationem mutuā illius traditionis, significatam per verba, aut alia signa externa. Sic tenet Basil. *lib. 1. cap. 7. num. 12.* Vbi, impugnatis alijs sententijs à nobis relatis, hanc docet his verbis: Verior igitur mihi videtur septima sententia, quæ docet vniuersè in omni contractu materiam esse res ipsas legitimas, ideſt, nulla lege impeditas, de quibus est contractus; formam vero, esse verba, aut signa externa legitima exprimentia consensum: vt in contractu emptionis, rem, quæ venditur; in matrimonionio, corpora coniugum: in donatione, rem, quæ donatur. *Huc vsque ille. Adde tu,* erit materia contractus: forma vero, verba, quibus consensus contrahentium exprimitur legitime; nam hæc, determinant rem, vt circa illam fiat contractus. Sic cum Basilio, tenent Palud. Pet. Soto, Couar. & Adrian. quos citat, & sequitur Vazquez *in 3. par. disp. 129. cap. 3. & disp. 148. cap. 7. & tom. 4. in 3. par. disp 2. cap. 5.* & Hurtado *disp. 3. diff. 21.*

D. Anton. Palac. Gerson, Comitolus, & alij, penes Basilium. Legatur.

QVÆS-

QVÆSTIO X.

An Contrahentes sint ministri conficientes Sacramentum Matrimonij.

NEGAT in primis Catherinus *loc. sup. cit.* docens; Ministrum esse ipsum Deum, vt nuper vidimus.

Negant deinde Canus *lib.* 8. *de loc. cap* 5, Guillel. Parisien. & Theologi Cõcilij Prouic. Colonien. & Estius *in* 4. *d.* 26. §. 10. *pag. mihi* 73. Vbi suam sententiã quin decim argumentis confirmat, & rursus §. 11. *pag.* 75. *& dist.* 29. §. 5. *in fine.* dicens, esse verisimam sententiam, Francis. cus Syluius *in* 3. *par. D. Thom. quæst.* 42. *art.* 1. *& in addit ad* §. 5. *Enchirid. Petri Binsfeldij contrarium docentis.* Vbi sic ait: Hæc ita sunt accipienda, vt secundum probabilem multis authoribus opinionẽ, minister Sacraméti Matrimonij, nõ alius fit, quã contrahentes, nec alia formã, quam ipsorum verba. Cæterum alijs, non minus probatis authoribus, merito videtur, quod huius Sacramenti, sicut aliorum, minister sit Sacerdos, eiusque verba, forma. Conferri possunt, quæ diximus *quæst.* 42. *ar* 1. *in suplem.* 3. *par. D. Thomæ.* Ita Syluius. Citat etiam Cornejo pro hac parte, vbi infra, Nauar. *consil.* 540. *num.* 47. *volum.* 4. Sed male profecto, nã pro opposita, & bene, citatur ab Enriquez (Vbi infra *in marg. lit. V.*) *in man.* c. 22. *n.* 69.

Sed, longe multo verius, longequè multo probabilius, Respondeo: Ministrum Sacramenti Matrimonij, nec esse ipsum Deũ; neq; Sacerdotẽ; sed ipsos met cõtrahentes. Quia hi dumtaxat efficiunt contractum, & non Deus (speciali aliquo modo) neque Sacerdos: sed sic est, quod in contractu solum consistit Sacramentum: ergo soli contrahentes efficiunt Sacramẽtum. Sic Sanchez *lib.* 2. *disp.* 6. *n.* 2. Basilius late, & bene, *lib.* 1. *cap.* 8. *à num.* 1. *vsque ad* 7. & penes illos, Vazquez *tom.* 4. *disp.* 3. *de matrim. cap.* 4. *num.* 41. Sotus *dist.* 26. *quæst.* 2. *ar.* 3. Bellarm. *lib.* 1. *de matrim. cap.* 6. 7. *&* 8. Suarez *tom.* 1. *de sacram. quæst.* 65. *disp.* 16. *sect.* 1. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 7. Rebell. *lib.* 2. *quæst.* 4. *sect.* 2. *num.* 6. Binsfeldius *loc. cit.* Cornejo *disp.* 1. *de matrim. dub.* 7. *pag.* 874. Hurtado *disp.* 3. *diff.* 22. Ochagauia *quæst.* 1. *num.* 12. Bonac. *q.* 2. *pun.* 4. *num.* 5. Becanus *q.* 6. *num.* 2. Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 254. Machado *tom.* 1 *lib.* 3. *par.* 1. *tr.* 8. *docum.* 3. Ægid. *disp.* 24. *n.* 34. Luysius *lo. cit. dub.* 3. *pag. mihi* 261. & alij. Ex quibus authoribus, alij oppositam sententiam, improbabilem, alij no ta dignã; alij, temeriam appellant. Ego ve rô, solum, longè minus probabilem cũ Nu ño *in* 3. *par. tom.* 1. *q.* 64. *ar.* 6. *diff.* 1. *con cl.* 2. & cum Docto Patre Albiz *tract. de matrim. disp.* 2. *dub.* 5. appello. Imo, & cum Sanchez, cũ ipse in summario disputationis citatæ, hãc nostram, & suam, sententiam, veriorem tantum appellet.

QVÆSTIO XI.

An Contrahentes in mortali, duo mortalia committant; alterum, suscipiendo; & alterum, administrando Sacramentum?

AFFIRMANT Nauar. *dist.* 6. *de pœnit. cap.* 1. §. *Sacerdos. num.* 10. Pet. Ledesma *de matrim q.* 42. *ad vltim.* (Quam uis oppositum doceat in summa.) Vazq. *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 136. *cap.* 3. *nu.* 38. Basilius *lib.* 1. *de matrim. cap.* 8. *num.* 11. Hurt. *disp.* 4. *de sacrament. ingen. diff.* 19. & Cornejo *disp.* 1. *dub.* 7. *pag.* 874.

Sed probabilius Respondeo: Non committere duo mortalia; sed vnicum tantũ; quatenus, scilicet, in mortali suscipiunt matrimonij Sacramentum; non quatenus administrant; eo quod; ad hoc munus non sint ministri consecrati. Iuxta dicta à nobis 1. *par. tract.* 1. *disp.* 4. *q.* 7. Sic Sanchez *lib.* 2. *de matrim. disp.* 6. *n.* 3. Filliuc. *tr.* 1. *cap.* 6. *n.* 87. Ægid. Layman, Sot. Villalob. Gutierrez, Heredia, Ioan. de Cruce, quos citat, & sequitur Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 199. Bonac. *quæst.* 1. *pun.* 4. *fine.* & Ludouicus de S. Iuan *de matrim. quæst.* 1. *ar.* 5. *diff.* 1. *pag. mihi* 840. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 7. *fine.* Petrus de Ledes. *in sum. tom.* 1. *cap.* 6. *de Sacram. ingen. dub.* 9. *& tract. de matrim. cap.* 2. *post.* 15. *concl. diff.* 2. & alij.

QVÆSTIO XII.

An Sacerdos assistens immortali, Matrimonio; peccet mortaliter?

NEGAT absolute Crousers *in Regulam S. Francisci cap.* 7. *lect.* 21. *fol.* 680. etiam dato, quod Sacerdos assistens, sit minister Sacramenti Matrimonij

nij; quia nouissime existimat, ministrantem Sacramenta scienter in mortali, nullo modò peccare mortaliter: quod id late probat, vt videre est apud Dianam *par. 6. tract 6. resol. 53.* Vbi illius opinionem, bene refutat, & reijcit, sicuti & nos antea *1. par. tract. 1. disp. 4. quæst. 8. & 9.*

Affirmant verò è contra, & certe consequenter, Canus, Estius, Siluyus, & alij, qui existimant, Sacerdotem esse ministrum consecratum, & deputatum, ad conficiendum Matrimonij Sacramentum. Quia certum est, ministrantem scienter Sacramenta in mortali peccare mortaliter. Sed. Nihilominus.

Longe verius, longeque probabilius, Respondeo: Nullo modo peccare mortaliter. Quia longe verius est, non esse ministrum Sacramenti matrimonij, vt *quæst. 10.* est habitum. Vnde fit, quod nec peccabit mortaliter, benedictionē nuptialem celebrans; cum hæc, non sit Sacramentum, sed Sacramentale. Sic Sanchez *disp. 6. cit. num. 4.* Enriq. Bonac. Ledesma *locis cit.* & communis.

QVÆSTIO XIII.

An Valide possit celebrari matrimonium inter absentes, per Procuratorem?

NEGAT posse valide celebrari, post Trident. Barthol. de Ledesma *de matrim. dub. 18. fol. 1286.* apud Sanchez.

Sed certissime Respondeo: Posse valide celebrari. Quia id constat, *ex cap. Honorantur. 32. quæst. 2. & cap. fin. de procur. in 6* (Quod nullo modo est correctum) & ex praxi totius Ecclesiæ, passim (etiam post Concilium) matrimonia per procuratores celebrantis. Sic Sanchez *lib. 2. disp. 11. num. 20.* & penes ipsum, Enriquez *lib. 11. cap. 2. num. 2.* & in Glossa *in. B.* Vbi oppositū dicit errorē. Petr. Ledesma *quæst. 42. ar. 1. diff. 7.* Nauarr. Molin, & alij. Basilius *lib. 1. cap. 10. num. 1.* dicens, id esse notum, nec aliqua probatione egere. Ochag. *tract. 2. quæst. 3. n. 2.* Luysius *2. par. sum. cap. 94. dub. 4. & 6.*

QVÆSTIO XIV.

An Etiam valide possit celebrari matrimonium inter absentes, per Epistolas?

NEGANT Bathol. de Ledesma *loc. cit.* Pet. de Ledesma *quæst. 45. ar. 3. dub vltimo.* & Rodrig. *cap. 216. nu. 1. & cap. 220. num. 3.* penes Sanchez *lib. 2. disp 12. num. 2.*

Sed longe probabilius Respōdeo: Etiā posse. Quia etiam per Epistolam, sicut per Procuratorem, potest quis proprium consensum coram Parocho, & testibus exprimere. Sic Sanchez *loc. cit. num. 3.* & apud ipsum, Nauar. Enriquez, Perez, Matiēzo, Molina, & Vega. Quibus addi possunt Ægid. *disp. 24. dub. 9.* Basilius, & Hurt. *loc. cit.* Bonac. *quæst. 2. punct. 5. num. 1.* Villalob, *tract. 13. diff. 9* Diana *3. par. tract. 4. resol. 250.* Machado *loc. cit. docum. 4. num. 4.* & alij, mox citandi.

QVÆSTIO XV.

An Matrimonium, sic inter absentes celebratum, valeat etiam in ratione Sacramenti?

NEGANT valere in ratione Sacramēti, licet concedant, valere in ratione contractus matrimonialis, Canus (non Catherin. vt bis citatur à Basilio, per errorē Typographi.) *lib. 8. de loc. cap. 5.* Estius *in 4. dist. 19. §. 5.* & Syluius *in 3. par.* D. Tho *quæst. 42. ar. 1.* Quia existimant (vt vidimus) verba Sacerdotis, tanquā ministri, esse necessaria ad essentiam matrimonij. Negant etiā Cajet. *opusc. de matrim. quæst. 1.* Bassolis *in 4. dist. 27. quæst. 1.* Victoria *num. 224.* Viguerius *instit. cap. 16. §. 7. Ver. 4.* Barth. de Ledes. Durand. Ouand. & alij, penes Sanch. *lib. 2. disp. 11. num. 26.* Quia in vniuersū existimant, nullū Sacramentū inter absentes conferri posse, eo quod verba requirantur pro forma. Citat etiā Machado pro hac parte Enricū Enriquez *lib. 11. cap. 2. num. 2.* Sed omnino male. Nā Enriquez expresse oppositū tenet, & ita firmiter, vt hanc falsam appellet. Vnde.

Longe probababilius Respondeo: Valere tale matrimoniū, etiā in ratione Sacramenti. Primo. Quia matrimoniū per procuratorē, vel per Epistolas, contractū est validum,

validum, & legitimum in ratione contractus naturalis; vt supra est habitum: ergo etiam erit in ratione Sacramenti: quia Christus Dominus in nullo penitus mutauit naturam contractus matrimonij, sed solum euexit illam ad rationem Sacramenti.

Secundo. Quia in dicto contractu matrimonij, per procuratorem facto, datur vera materia, vera forma, & vera intentio ministri, hoc est, contrahentium, intendentium recipere Sacramentum: Ergo, & datur verum Sacramentum. Sic Nauar. *in cap. Fratres. de pœnit. dist. 5. num. 95.* Enriquez *loc. cit.* vterque Sotus, quos, & alios, vsque viginti Doctores refert, & sequitur Sanchez *disp. 11. cit. num. 27. & disp. 12. num. 4.* Basilius *lib. 1. cap. 10. n. 3.* Valentia *tom. 4. disp. 10. quæ. 1. pun. 6.* Ioa. de Cruce *de matrim. initio.* Villalob. *tract. 13. diff. 9. num. 3.* Ægid. *disp. 24. num. 23.* Bonac. *quæst. 2. pun. 5. n. 3.* Diana *3. par. tract. 4. resol. 250.* Cornejo *disp. 1. de matrim. dub. 5. pag. 864.* Machado *lib. 3 par. 1. tract. 8, docum. 4 num. 3.* Ochagau. *tract. 2. quæst. 3. nu. 7.* Luysius *loc. cit. dub. 8.* dicens, oppositum, nec esse probabile, nec tutum.

QVÆSTIO XVI.

Quot Conditiones requirantur, ad hoc, vt Procurator, nomine absentis, validum matrimonium ineat?

RESPONDEO: Quod. Quatuor. Prima est, quod habeat speciale mandatũ ad contrahendum matrimonium. Secunda, vt mandatum sit ad contrahendum cum certa, & determinata persona. Tertia, vt procurator per se ipsum id faciat; nec enim substituere potest, nisi expresse hoc in commissione habeatur. Quarta denique, vt tempore, quo celebratur contractus, nõ sit reuocata commissio, seu potestas; quia si reuocata sit, quamuis mere interne, & tacite, & quamuis talis reuocatio lateat procuratorem, & alterum coniugem, nihil fit, licet interuenerit iuramentum de non reuocando. Sic Sanchez *lib. 2. disp. 11. à num. 3. vsque ad 10.* Basilius *lib. 2. cap. 15.* quasi per totum Bonacina *quæst. 2. punct. 5.* & alij penes ipsos.

QVÆSTIO XVII.

An, Vt Matrimonium contractum per procuratorem valeat; necessè sit dari ei potestas, seu commissio coram Parocho, & testibus?

AFFIRMATIVAM sententiam esse probabilem, ex doctrina quam tradit Riminaldus *consil. 467. num. 78. & seq. volum. 4.* innuit Sanchez, mox citandus.

Sed certissime Respondeo: Id non esse necesse, sed sat esse, vt procurator, nomine absentis, matrimonium coram Parocho, & testibus ineat. Quia ex Trident. *sess. 24. cap. 1.* solum requiritur, quod ipsemet contractus matrimonialis celebretur coram Parocho, & testibus: Sed commissio, seu mandatum contrahendi, non est ipsemet matrimonij contractus: ergo. Sic Sanchez *lib. 2. disp. 11. nu. 23.* Diana, & Machado *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO XVIII.

An Valeat matrimonium initum per procuratorem excedentem fines, mandati, seu commissionis?

RESPONDEO: Non valere. Quia tunc agit Procurator, sine potestate. Vnde, si detur mandatum contrahendi, certa dote constituta, & procurator contrahat, ea conditione non seruata, nihil agit. Sic Sanchez *loc. cit. num. 17. & 18.* & Basilius *lib. 2. cap. 15. num. 6.* Qui tamen bene notant; quod casu, quo in commissione dicatur: *Dotibi commissionem, & facultatem contrahendi matrimonium, seruata forma Tridentini,* & procurator cõtrahat, non præmissis denuntiationibus, non ideo excedat fines commissionis, & ideo valebit matrimonium. Legantur etiam Bonac. & Diana *loc. cit.* Luysius *in sum. par. 2. cap. 94. dub. 5.*

QVÆSTIO XIX.

An, In matrimonio inter absentes inito, Ministri sint ipsi contrahentes, & eorum verba, forma?

NEGANT Bassolis *in 4. d. 26. q. vnica ar. 2.* Scot. *ibi. q. vnica. §. de Minist. est aliud dubium.* Supplem. Gabriel. *ead. dist. 9. q. vnica ar. 1. in 2. notabili.* docẽtes, in dicto matrimonio ministrum, esse

procuratorem, & eius verba, forma. His videtur accedere Bonac. *quæst.* 2. *punct.* 5. *num.* 12 Cum solum neget, procuratorem esse ministrum consecratum ad hoc munus, aut ad ipsum pertinere ex officio ministrare hoc Sacramentum.

Sed longe probabilius Respondeo: Ipsos contrahentes esse, etiam indicto matrimonio, principales ministros efficientes, & recipientes Sacramentum; & verba eorum, quatenus per procuratorem innotescunt; vel (quod in iddem fere reddit) verba procuratoris, vt relata ad mandantem, esse veluti formam: & ipsummet procuratorem, quasi instrumentum ministri, per quem alius contrahit. Sic Basilius *lib.* 1. *cap.* 10. *num* 6. Sanchez *lib.* 2. *disp* 11. *num.* 28. Qui bene aduertit, verba procuratoris contrahentis matrimonium, hęc debere esse: *Talis te accipit in virum, vel vxorem, me mediante.* Vel *Recipio te in virum, vel vxorem, nomine talis personæ.* Sic Ille. *num.* 16. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 7. Pet. Ledesma *quæst.* 42. *ar.* 1. *diff.* 7 *fine*, & communis. Legantur etiam Bonac. & Hurtad. *loc cit.* Qui etiã notant, eisdemmet verbis, posse celebrare matrimonium per Epistolas, quibus celebratur in præsentia; vt, *Accipio te in meum coniugem.*

QVÆSTIO XX.

An Procurator existens in mortali, peccet mortaliter, contrahendo matrimonium nomine alterius?

AFFIRMATIVAM parte tenere possent, qui non nulla probabilitate affirmant Procuratorem esse ministrum Sacramenti matrimonij, vt Basolis, Scot, & alij, nuper citati. Imo, & deberent id asserere, iuxta sententiam Basilij *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 11. & *cap.* 10. *n.* 6. & aliorum, quos, supra *q.* 11. retulimus. Sed quia ibi, oppositum probabilius putauimus.

Nunc probabilius Respondeo: Non peccare mortaliter. Tum, quia probabilius longe est, procuratorem, non esse ministrũ huius Sacramenti, & dato, & nõ concesso, quod esset, non est ad hoc munus consecratum, vt nuper est habitum. Tum etiam, quia procurator nullum recipit Sacramentum: ergo nulla ex parte, esset reus lethalis, celebrando matrimonium in lethali. Sic tenent omnes Doctores, *q.* 11. pro nostra sententia addùcti. Legatur Cornejo *disp.* 1. *dub.* 5. *pag.* 866.

QVÆSTIO XXI.

An, Qui mandatum dedit, debeat esse in gratia, eo tempore, quo credit matrimonium celebrandum à Procuratore?

NEGANT teneri esse ingratia, casu, quo prorsus ignoret, quo tempore matrimonium celebrandum sit. Secus, aliàs, Sotus *in* 4. *dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 3. & Lopez 2. *par. instruct. de matrim. cap.* 35. *fol.* 1027.

Sed absolute Respondeo: Teneri esse ingratia, sub culpa mortali, toto tempore, quo probabiliter credit procuratorem celebraturum esse matrimonium. Quia tunc recipit Sacramentum, siue vigilet, siue dormiat, siue factus sit amens &c. Sic Sanch. *lib.* 2. *disp.* 6. *num.* 4 & *disp.* 11. *nu.* 30. Basilius *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. Enriquez, Gutierrez, Petrus Ledes. Rebell. & alij, apud ipsos, & apud Bonac. *quæst.* 2. *punct.* 5. *num.* 13. Cornejo *disp.* 1. *de matrim. dub.* 5. *num.* 3. & 4. & communis.

QVÆSTIO XXII.

An Procuratores vtriusque coniugis, debeant necessariò esse diuersi sexus?

RESPONDEO: Negatiue. Quia diuersitas sexsuum in procuratoribus, nullius est momenti, ad matrimonium contrahendum, cum hi tantum sint instrumentum ministrans verba, quibus matrimonium contrahitur. Quare duo viri, vel duæ fœminæ optime possunt esse contrahentium procuratores. Sic Sanchez *lib.* 2. *disp.* 11 *num.* 15. Petr. Ledesma *de matrim. q.* 42. *ar.* 1. *diff.* 7. Basilius *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 6. Et ex illo Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 250.

QVÆSTIO XXIII.

An Contrahentes per procuratorem, possint postea per se ipsos contrahere?

AFFIRMANT, non solum posse, sed optime facere contrahentes per procuratorem, si postmodum, iterum interse matrimoniũ ineant, vt postea fiat Sacramentum, quod anteà non fuerat, Caiet. & Pet. Ledesma

Ledesma apud Sanchez *disp.* 11. *num.* 26 & 31. vel, vt ipsemet Sanchez cum alijs vult, vt iterum fiat, & repetatur Sacramentum.

Sed probabilius, iuxta doctrinam superius traditam, Respondeo: Posse quidem in dicto casu, contrahentes iterum matrimoniũ contrahere, nõ adhoc, vt matrimonium, quod ad antea, solum habebat rationem contractus naturalis, sacramentũ fiat, vt dixerunt Caiet. & Ledesma, nam id non posse consistere constat ex dictis *quæst.* 7. Nec ad hoc, vt Sacramentũ Matrimonij reiteretur; cum hoc, non sit iterabile ex defectu materiæ, vt constat etiã ex dictis *q.* 6. Sed solum ad tollendos scrupulos, ne videlicet, prior consensus reuocatus fuerit, & consequenter matrimonium initum per procuratorem, inualidum. Addo, quod ad hoc licite faciendum, sufficit probabilitas oppositæ sententiæ (vt ait Ochagau. *loc. cit. num.* 7.), ne res incerta vllo modo maneat, si forte sententia contraria vera sit.

(*.*)

DISPVTATIO QVINTA.

De Indissolubilitate Matrimonij.

QVÆSTIO PRIMA.

An Matrimonium sit indissolubile?

NEGANT hæretici, arbitrantes, matrimonium pro coniugum arbitrio, absque vlla alia causa, dissolui posse, vt videre est apud Castrum. *de hæres. ver. Nuptiæ.*

Sed certissime defide Respondeo: Esse omnino indissolubile, & perpetuum. Sic enim definitur in Concil. Illiberritano *can.* 8. 9. & 10. Africano *can.* 79. Milenitano *can.* 17. Agathense *can.* 25. & nouissime in Trident. *sess.* 24. *cap. vnico in principio.* Et sic docent omnes Scholastici. Legatur, inter omnes, Basilius *lib.* 1. *cap.* 17. per totum.

QVÆSTIO II.

An Matrimonium, tam ratum, quam consummatum, sit ex iure naturali indissolubile?

NEGANT Medina *lib.* 5. *de cœlibatu cap.* 72. 88. & 89. Sanchez *lib.* 2. *disp.* 13. *num.* 7. & penes ipsum, sex & viginti Doctores, quos citat. (Quamuis Basilius dicat, non omnes, illam ita docere.) Quibus addo Ægidium *disp.* 26. *dub.* 2. & alios, docentes, solum esse matrimonium indissolubile ex iure diuino, aut Ecclesiastico.

Sed probabilius Respondeo: Non solum iure diuino; sed etiam iure naturali esse indissolubile. Prima pars constat ex verbis Christi Domini Matth. 19. *Quod Deus coniũxit homo non separet.* Secunda vero, etiam patet. Quia matrimonium ex se, & intentione naturæ ordinatur ad educationem prolis, non solum ad breue tempus: sed per totam vitam prolis: ergo matrimonium ex natura sua, debet durare vsque ad mortem. Sic Diu. Thoma 3. *contra gen. c.* 122. Scotus *dist.* 26. *quæst vnica.* Vazquez *disp.* 2. *de matrim. cap.* 7. Bellar. *lib.* 1. *de matrim. cap.* 12. Rebellus *lib.* 2. *quæst.* 15. *sect.* 1. Hurtado *disp.* 8. *diff.* 2. Basilius late, & optime *lib.* 1. *cap.* 12. & 13. Bonac. *quæst.* 2. *punct.* 11. *num.* 2. Becanus *cap.* 47. *q.* 1. Filliuc. *num.* 33. & alij.

QVÆSTIO III.

An Licite, & valide dissoluebatur matrimonium in lege veteri per libellum repudij?

NEGANT aliqui *in* 4. *dist.* 33. licitum id fuisse, sed solum permissum, vt impunè fieret ad maius malum vitandum. Iuxta quam sententiam, peccabant Iudæi dimitendo vxores, & vinculum matrimonij non dissoluebatur. Sic Magister, D. Bonauent. & alij.

Sed probabilius Respondeo licitũ fuisse Iudæis dimittere vxores, & dato libe-

bello repudij, vere dissoluebatur matrimonium, & consequenter poterant aliam vxorem ducere. Sic D. Thom. Scot. Durand. & Palud. *in* 4. *dist.* 33. Becanus *cap.* 47. *quæst* 2. Sanchez *lib.* 10. *disp.* 1. Basil. *lib.* 7. *cap.* 50. Hurtado. *disp.* 8. *diff.* 15. & alij.

QVÆSTIO IV.

An Quacumque de causa licuerit Iudæis vxorem dimittere?

AFFIRMAT Iosephus *lib.* 4. *cap.* 8. Ecó tra vero Tertulia. *lib.* 4. contra Marcion. putat, non licuisse, nisi propter adulterium.

Sed omnino Respondeo: Licuisse eis dimittere vxorem, ob quamcumque tem turpem, vt ob morbũ contagiosũ, vel ob aliud simile, quod matrimonij coniunctionem præcessisset, & forte etiam, ob alias causas matrimonio contrarias, etiamsi matrimonio superuenissent, vt si mulier venefica esset, & liberorum interfectrix. Sic Lyranus *in cap.* 24. *deuteronom.* & Becan. *to. cit.* & alij.

QVÆSTIO V.

An In lege Euangelica, etiam dissolui possit matrimonium consummatum?

AFFIRMANT omnes Græci docentes, posse dissolui, ob adulterium. Vnde re ipsa, in huius causa illud dissoluunt, & alia matrimonia ineundi coniugibus potestatem faciunt. His accesserunt Caiet. *in cap.* 19. Matth. & Catherin. *lib.* 5. *anno t. in Comment. Caiet.*

Sed certissime Respondeo: Minime dissolui posse. Vnde, nec ob adulterium alterius coniugis, nec ob hæresim, nec ob aliam causam dissolui potest; nec viuente alio coniuge, ad alias nuptias transire. Sic habetur in Trident. *sess.* 24. *can.* 5. & 7. & colligitur clare ex scriptura Marci 10. *vers.* 11. Lucæ 16. *vers.* 18. & *ad Roman.* 7. *Vers.* 2. Etcóstat ratione Quia matrimonium Christianorum est signum coniunctionis Christi cum Ecclesia, ad Ephes. 5. at hæc est indissolubilis: ergo & matrimonium. Sic omnes Theologi.

QVÆSTIO VI.

An Pontifex possit dissoluere matrimonium consummatum infidelium, postquam vterque ad fidem conuersus est?

AFFIRMANT Nauar. *lib.* 3. *consil. tit. de conuer. coniug. consil.* 3. *num.* 12. Sanchez *lib.* 2. *disp.* 17. *num.* 2. & Socinus 1. *volum. consil. consil.* 28.

Sed longe probabilius Respondeo: Non posse. Quia, iam, suscepto baptismo, matrimonium illud est ratum, & consummatum: & coniuges, re vera, facti sunt vna caro: ergo est indissolubile ex lege naturæ. Sic Vazquez *disp.* 2. *de matrim. cap.* 6. *num.* 58. Vbi oppositam sententiam, falsissimam appellat. Basilius *lib.* 9. *de matrim. cap.* 2. *à num.* 8. *vsque ad* 16. & alij.

QVÆSTIO VII.

An Matrimonium fidelium ratum, & non consummatum, dissolui possit authoritate Pontificis?

NEGANT D. Bona, Scotus, vterque Sotus, & alij, vique ad viginti notæ Doctores, quos pro hac parte, citat Sanchez *lib.* 2. *disp.* 14. *num.* 1. Quibus addi possunt Basilius *lib.* 9. *cap.* 3. *à num.* 3. *vsque ad* 19. Valentia *disp.* 10. *quæst.* 1. *pun.* 7. & Becanus *c.* 47. *q.* 4. *n.* 3. Quorũ fundamentum est. Quia matrimonium fidelium consummatum, nequit dissolui authoritate Pontificis, vt ômnes cõcedunt: at sic est, quod matrimonium ratum, non differt essentialiter à consummatô: ergo similiter non poterit dissolui, etiam authoritate Pontificis.

Affirmant nihilominus alij: & probant. Quia de facto, in dicto matrimonio rato, & non consummato, sæpe dispensarunt Pontifices, vt testantur. Additionator Nauarri *in Manu. cap.* 28. dicens, ter, vel quater, dispensasse Sanctissimum, ac eximium Theologum Pium V. Et Enriq. *lib.* 11. *cap.* 8. *num.* 11. *in Glossa lit. F.* affirmat Gregor. XIII. vna die cum posse vndecim dispensasse. Dicendum ergo est, matrimonium fidelium ratum, & non consummatum authoritate Pontificis dissolui. Sic tenent Caiet. Nauar. Enriquez quos, & alios, viq; quinquaginta, & quinq; Doctores refert, & sequitur Sanch. *lib.* 2 *disp.*

disp. 14 *n.* 2. Quibus addi possunt Vaz. quæz 1 2. *disp.* 165. *cap.* 7. Bonac. *q.* 2. *punct.* 11 *n.* 4. Rebell. *lib.* 2. *q.* 15. *nu.* 4. Ægid. *disp.* 26. *nu.* 33. Reginald. *lib.* 31. *n.* 38. Ochagau. *tr.* 2. *q.* 5. *n.* 2. Filliuc. *n.* 55. Hurtado *disp* 8. *diff.* 3. Valerus *Ver. dispensatio differ.* 6. Layman *tract.* 10. *par.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. dicens, hanc sententiam esse veram. Villalobos *tract.* 13. *diff.* 11. *num.* 2.

Ego vero, inter tot grauissimos, & doctissimos, pro vtraquè sententia, relatos Patres, Respondeo: Dicendum, quod prima sêtêtia sit probabilior in speculatione, hæc vero secunda, in praxi. Vtrumquè probant fundamenta vtriusque. Sic meo videri sentit expresse Cornejo *tract.* 6. *disp.* 6, *de matrim. dub.* 4. Vbi tenens secundam sententiam, simul ait, primâ esse probabilissimam, & suo iudicio, speculatiue probabiliorem. Imo, id, & nõ aliud, videtur velle Basilium, vt patet ex abipso præsuppositis. *loc. cit. nu.* 1. Legantur.

QVÆSTIO VIII.

An Papa, solum possit dispensare in matrimonio rato, causa Religionis ingressus?

AFFIRMAT, solum modo ob hanc causam posse, *Abbas cap. Ex parte, &c. Ex publico. de conuers. coniugat*: & alij, quos, tacito nomine, refert Sanchez *lib.* 2. *disp.* 16. *num.* 1.

Sed certissime Respondeo: Posse etiã ob alias iustas causas. Prima est, notabilis in qualitate disparitas. Secunda, grauis timor scandali futuri, ob formicationis, videlicet, timorem, aut rixas inter coniugatos, aut eorum consanguineos. Tertia est, Lepra, aut impotentia, alteri coniugato superueniens. Quarta, si aliter affirmet, se non habuisse animum contrahendi. Quinta causa est, vt vir efficiatur Episcopus. Sexta tandem; secundum aliquos, est mutuus coniugum cõsensus. Sed hanc causam non sufficere, nisi quando inter se, ita essent discordes coniuges, vt infælices timeantur exitus, melius sentiunt alij. Sic Sanchez *disp.* 16. *cit.* per totam cum alis Doctoribus. Villalob. *loc. cit. n.* 3. ex ipso Sanch. Ochag. *tract.* 2. *quæst.* 5. *numer.* 5.

QVÆSTIO IX.

An Matrimonium ratum, non consummatum; per professionem religionis, alterius coniugis dissoluatur?

NEGARVNT quidam, vt refert Glossa *cap.* 2. *de conuers. coniugat. Verb. remanere*. Quibus adhæserunt Henricus de Gandauo, Erasmus, Francii. Turrens. & Claud. apud Sanchez *lib.* 2. *disp.* 18. *nu.* 1. Et potest probari. Quia, ex D. Thoma *in* 4. *dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 3. *quæst.* 3. Si ambo coniuges, post matrimonium ratũ (imo, & consummatum) ingrediãtur religionem, & faciant professionem, non dissoluitur vinculum matrimonij inter eos: ergo minus dissoluetur, si dumtaxat alter cõiux Religionem ingrediatur, & profitea tur.

Sed certissime defide, Respondeo. Dissolui. Vnde coniux manens in sæculo, libere poterit ad alias nuptias transire. Sic definitur *in cap. desponsatam* 27. *quæst.* 2. *& in extrauag. Antiquæ. de voto.* & nouissime in Trident. *sess.* 24. *can.* 6. Et constat ex vsu Ecclesiæ, & Apostolorum traditione. Et sic tenent omnes Doctores. Vnde incaute Estius *in* 4. *dist.* 27. §. 4. *pag. mihi* 81. hanc nostram, & suam, sententiam, veriorem appellat; cum definita, vt verissima sit á Trident. vt ipsemet tatetur. Legantur Sanchez *dis.* 18. *&* 20. & Basilius *lib* 9. *cap.* 5. *num.* 1.

Ad fundamentum pro prima sententia adductum, aliqui, inter quos est Biescas, infra citandus, concedunt antecedens, & negant consequentiam. Et ratio differẽtiæ, ait Biescas, est: Quod Christus instituit, quod in eo casu, possit vouens dominium sui corporis, quod dedit fœminæ, auferre ab ea, & tradere religioni; & simul restituere fœminæ dominiũ sui corporis, quod acceperat ab ea, vt ita ipsa in sæculo manẽs possit contrahere matrimonium cũ alio viro: quia aliter, cum iniuria fœmina faceret solemnẽ Religionis professionẽ, relinquendo inhabilẽ, & obligatũ ad nõ cõtrahendũ matrimoniũ. At quando ambo coniuges faciunt professionẽ Religionis solẽnem, voluit Christus, quod non dissoluatur vinculũ matrimonij, cũ manere possit sine iniuria eorũ: & quod simul tradant dominium suorũ corporum Religioni ad seruiẽdum Deo in ea. Quare tunc coniuges habent mutuõ dominium suorum corporum,

nam vere manent coniuges, & simul tradunt idem dominium suorum corporum Religioni, ad seruiendum Deo. Ita Biescas *in Apologia pro doctrina D. Thom. quæst. 11. ar. 4. dub. 5. prop. 10. pag. 822* Et licet satis probabiliter id dictum sit: probabilius tamen respondeo, negando antecedens. Nam probabilius profecto est, dissolui etiam matrimonium ratum, quando vterque coniux Religionem profitetur, vt iam dicam.

QVÆSTIO X.

An Matrimonium ratum dissoluatur: etiam: quando vterque coniux communi consensu Religionem profitetur?

NEGAT D. Thom. *in 4. dist. 27. quæst. 1. ar. 3. q. 3. ad 3.* Palud. *ead. d. q. 3. art. 2. num. 11.* Palacios *ead. d. disp. 2.* Quos nouissime sequuntur Cornejo *disp 6. de matrim. dub. 2. Vers. Quæres tertio pag. 943.* & Biescas *loc. cit.* Et censent probabile Sanchez *lib. 2. disp. 20. n. 2.* Ledesma *2. par. ar. 4. q. 63. ar. 3.* Enriquez *lib. 11. cap. 8. n. 6.* & Macha. *lib. 3. par. 1. tract. 10. docum. 2. nu. 4. vt infra.* Iuxta quam sententiã, si alter coniux post professionem fornicetur, adulter erit; & dispensante Pontifice in professione, non poterit inire aliud matrimonium, nisi simul dispenset Pontifex in matrimonio rato, cuius contrarium in vtroque euentu dicendum est, si vinculum illud dissoluatur, vt notat Sanchez *loc. cit. nu. 1.*

Sed probabilius Respondeo: Etiam dissolui matrimonium. Quia probabilius est, hanc dissolutionem non prouenire ex renuntiatione proprij iuris; sed ex Christi priuilegio professioni concesso, eo quod mors spiritualis sit, vt statim dicam; Quæ ratio æquè militat, siue vterque, siue alter tantum profiteatur. Exquo patet ad fundamentum adductum à Ioan. Biescas pro sua sententia. Sic Sanchez, Ledesma, Enriquez, & Machado *loc. cit.* Hurt. *disp. 8. diff. 4. n. 15.* Ochag. *q. 5. cit. n. 6.*

QVÆSTIO XI.

Quo iure dissoluat professio matrimonium ratum, non consummatum?

RESPONDENT non nulli, quod iure Pontificio. Sic Michael de Medina *lib. 5. de contin. Sacr. homin. à cap. 87.* Vazq. *1. 2. disp. 165. cap. 7.* Lesius *cap 41. dub 8.* Ægidius *disp. 26. dub. 3. num. 37.* Hurtado *disp. 8. diff. 4. num. 17.* Ochagau. *quæst. 5. cit. num. 8.*

Alij respondent, quod illud dissoluat, suamet natura. Quia existimant, ex natura rei id professioni competere; eo quod ipsa mors ciuilis sit, aut spiritualis: ergo ex natura sua sufficiens ad dissoluendũ matrimonium ratum, non consummatũ, cum hoc tantum sit vinculum spirituale animorum. Ita Couarru. *2. par. cap. 7. §. 4.* Ledesma *2. par. 4. quæst. 55. art. 2.* Durandus, Bellarm. & alij vsque tredecim Doctores, quos affert Sanchez *lib. 2. disp. 19. num. 1.*

Sed probalius Respondeo: Professionem habere vim dissoluendi matrimoniũ ratum, ex iure Diuino positiuo, hoc est, ex Christi priuilegio. Probatur. Quia hæc vis non competit professioni ex natura rei, quia alias, non posset dici matrimonium ratum, ex natura rei indissolubile: nec competit iure Ecclesiastico, cum initium huius consuetudinis fuerit à principio nascentis Ecclesiæ: ergo solum potest ei competere ex iure Diuino positiuo. Sic optime, & late Basilius *lib. 9. cap. 5. à nu. 4.* Sanchez *lib. 2. disp. 19.* Scot. Victor. Vterque Sotus, Martinus, Bartho. & Petrus de Ledesma, & alij penes ipsum. Rebellus *par. 2. lib. 3. quæst. 4. sect. 2. à nu. 12.* Cornejo *loc. cit. Ver. Dico secundo* Machado *tract. 10. cit. docum. 24. nu. 4.* & alij recentiores.

QVÆSTIO XII.

An Etiam matrimonium consummatum, Religionis professione dissoluatur; aut authoritate Pontificis dissolui possit?

AFFIRMARVNT etiam dissolui per professionẽ solemnẽ non nulli apud Ettũ *in 4. d. 26. §. 6.* Quibus fauent Sõcin. Decius, Sigismũ. Gofred. Sylua nuptial. Ioa-

Andreas

Andreas, & alij Iuris periti, quos referunt Couar. 4. *decret. 2. par. c. 7. § 4. n. 15.* & Enriq. *lib. 11. cap. 2. nu. 3. in Gloss. lit. T.* asserentes; posse Pontificem dispensare in matrimonio consummato pro bono communi, & pace regni. Imo addit Enriquez, D. Antoninum *3. p. tit. 1. cap. 21. §. 3.* affirmare, Martinum V. & Eugenium IV. de facto dispensasse: sed dispensationes fuisse irritas. Sed certe, vt notat Sanchez, falso id imponit D. Antonino: cum solum de matrimonio rato loquatur.

Sed certissime omnino Respondeo: Nec professione dissolui; nec posse authoritate Pontificis. Prima pars constat. Quia Christus noluit hoc priuilegium professioni concedere respectu matrimonij consummati, eo quod significet indissolubilem vnionem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam: vt docet Apost. Rom. 7. & 1. Cor. 7. & Ephes. 5.

Secunda pars, etiam est constans. Quia matrimonium consummatum, omni iure est indissolubile: ergo nullomodo dissolui potest authoritate Pontificis. Sic tenent omnes Theologi. Sanchez *lib. 2. disp. 13 num. 11. & disp. 19. numer. 3.* Enriquez *loc. cit.* Couar. & alij *supr. citati.*

QVÆSTIO XIII.

An Matrimonium ratum dissoluatur per tria vota simplicia, emissa post biennium in societate Iesu, ab eius Scholasticis, & coadiutoribus etiam formatis?

AFFIRMAT etiam Basilius *lib. 9. capit. 6.* per totum. Quia prædicta vota constituunt statum religiosum vere, & substancialiter: ergo habent etiam vim soluendi matrimonium ratum.

Sed probabilius Respondeo: Non dissolui. Quia dicta vota sunt simplicia: at hæc non dirimunt matrimonium: ergo. Sic, ex societate Iesu, Enriquez *lib. 11. capit. 8. n. 7.* Vbi *in marg. lit. D.* ait id esse certum, ex praxi Ecclesiæ. Vazquez *1. 2. disp. 165. cap. 10* Sanchez *lib. 2. disp. 18. num. 6.* Filliuc. *num. 61.* Hurtado *disput. 8. diff. 5.* Sic etiam Cornejo *disput. 6. dub. 2. pag. 943.* dicens, id esse certum. Ochagauia *tr. 2. quæst. 5. numer. 6.*

QVÆSTIO XIV.

An Matrimonium ratum dissoluatur per professionem Ordinis Melitensis, siue Sancti Ioannis?

NEGANT Sarmiento *lib. de reddit. Eccles. part. 4. cap. 1. num. 13.* Medina *lib. 5. de contin. capit. 36.* & alij non nulli.

Sed certissime Respondeo: Dissolui. Quia professio horum vere est solemnis. Sic Sanchez *lib. 2. disp. 18. n. 3.* Basilius *lib. 9. cap. 7. num. 3.* dicens, sic declarasse Sac. Congregationem Cardin. Et ante ipsos, Nauar. *consil. 1. de conuers. coniugat.* Azor. *tom. 1. lib. 13. cap. 6. quæst. 4.* Ochagauia *tract. 2. quæst. 5. num. 6.* Filliuc. *num. 62.* Sancius *in select. disp. 49. num. 10.* Hurtado *disp. 8. diff. 6.* & communis.

QVÆSTIO XV.

An Etiam dissoluatur, per professionem militum Calatraua, Alcantara, & Sancti Iacobi?

RESPONDEO: Negatiue. Quia matrimonium antea contractum, optime potest stare cum professione eiusmodi religiosorum; cum tantum voueant, & promittant castitatem coniugalem. Sic Sanchez, Basilius, Hurtado, & alij communiter.

QVÆSTIO XVI.

An Matrimonium ratum dissoluatur, per vota Mantellatarum, (Hispanè, Beatas, ò Terceras) quæ collegialiter viuunt?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia dictæ Beatæ in communi viuunt, & solemniter profitentur, cum vota solemnia emittant sub regula approbata: ergo vim habent dirimendi matrimonium ratum, non consummatum. Sic Sanchez *num. 4.* Basilius *lib. 9. cap. 8. a num. 2.* Qui aiunt sic respondisse Paulum III. ideoque de hoc dubitari amplius non posse. Et propter eandem rationem, idem dicendum est de votis Mantellatarum S. Augustini, quæ collegialiter viuunt sub regimine Prælati, vt contra Rodriguez aduertunt Basil. & Hurtado.

QVÆSTIO XVII.

An Etiam dictum matrimonium dissoluatur, per vota Mantellatarum S. Augustini, S. Dominici, & S. Francisci, non viuentium collegialiter, sed in proprijs domibus?

NEGAT Sanchez *lib.* 2. *disp.* 8. *num.* 4. & penes ipsum, Sotus *dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 4. Victoria *num.* 256. Ledesma, & alij. Quia existimant, has Beatas, non profiteri solemniter, sed solum votis simplicibus, se ligare.

Affirmant vero, è contra, Basilius *loc. cit. nu.* 6. & Hurtado *loc. cit. numer.* 28. Quia existimant, dictas fœminas professionem solemnem emittere, essequè, quamuis in proprijs domibus, sub arbitrio, & regimine Prælati.

Ego vero probabiliorem iudico hanc secundam sententiam. Quia probabilius videtur, dictas Fœminas, substantialiter esse religiosas; vt ex Bonifacio VIII. Leone X. & ex constitutionibus sui Ordinis, probat Basilius *loc. cit.* Legatur.

QVÆSTIO XVIII.

An Matrimonium ratum dissoluatur per Ordinem Sacrum, aut Episcopatum?

RESPONDEO: Negatiue. Et quidem loquendo de Ordine Sacro, definitum est à Ioan. XXII. in Extrauag. *Antiquæ. de voto.* Loquendo vero de Episcopatu, etiam constat ex vsu perpetuo Ecclesiæ. Et quia non est aliquis textus, ex quo colligatur hoc priuilegium fuisse concessum Episcopatui, sicut religiõni. Sic omnes Doctores.

QVÆSTIO XIX.

Quantum Temporis concedatur coniugibus ad ingrediendum Religionem, ante consummationem matrimonij?

RESPONDEO: Quod spatiũ duorũ mensiũ, intra quod tẽpus, nõ tenetur consummare matrimonium, licet aliter petat. Sic habetur *in cap. ex publico de conuer. coniug.* Vbi sic dicitur: *Mandamus quatenus si prædictus vir eam carnaliter non cognouerit, & eadem ad religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficienti cautione, quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire intra duorum mensium spatium debeat; ipsum absoluas.* Hæc ibi. Et tenent omnes.

QVÆSTIO XX.

An Istud duorum mensium spatium assignetur à iure, vt sponsus Religionem ingrediens, teneatur, intra illud bimestre, profiteri?

AFFIRMANT Innoc. *in d. cap. ex publico*, & ibi Abbas. *num.* 11. Tabiena *verb. matrimonium 3. quæst. 3. numer.* 4. Nauar. *cap.* 16. *num.* 27. & alij. Quorum sententiam esse probabilem ait Sanchez *lib.* 2. *disp.* 24. *num.* 4.

Sed longe probabilius Respondeo: Solum assignari illud bimestre ad deliberandum de religionis ingressu; non, vt intra illud, sponsus profiteatur. Quia ad profitendum integer annus, adminus, requiritur, *iuxta cap. Ad apostolicam. de regularib.* & Trident. *sess.* 25. *de regular. capit.* 15. Sic Sanchez *loc. cit.* Basilius *lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 2. & penes illos, Sot. Palud. Hostiens. Barth. de Ledesma, Capua, D. Anton. & Armilla. Quibus addi possunt Hurtado *disp.* 8. *diff.* 8. *num.* 31. Ægid. *disp.* 26. *dub.* 4. Ochagau. *tract.* 2. *quæst.* 7. *num.* 6. Diana 4. *part. tract.* 4. *resol.* 233. Licet hic Author referens vtramque sententiam, nulli firmiter adhæreat. Machado *lib.* 3. *part.* 1. *tract.* 9. *ducum.* 2. *num.* 6. Imo & Nauar. *consil.* 1. *de conuers. coniugat.* Licet dubius, magis in hanc sententiam inclinat.

QVÆSTIO XXI.

An, Si sponsa duodennis transeat ad Religionem, teneatur sponsus expectare vsq; ad decimum sextum annum sponsæ, donec tunc profiteatur?

NEGANT Nauar. *cap.* 26. *num.* 27. (Licet *in consil.* 1. *cit.* in affirmatiuam sententiam magis inclinet) Doctor Vera-Maia, Solis, primarij Moderatores Salmanticens. apud Enriquez *lib.* 12. *capit.* 5. *num.* 8. *in Glossa lit. Y.* Existimantes, cogendam esse sponsam, intra bimestre præscriptum ad profitendum, quamuis nõ expleuerit ætatem 16. annorum, quia, inquiunt,

quiunt, caput illud, *ex publico cit.* non est correctum per Tridentinum *sess. 25. cap. 15. de Regularib.* Et id esse probabile, ait Sanchez *loc. cit. num 6.*

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Teneri sponsum expectare quadriennio. Quia sponsa nequit profiteri, vique ad decimum textum annum expletum, iuxta decretum Trident. *loc. cit.* Sic sentit Congreg. Cardin. Cuius declaratio extat apud Farinacium ad *sess. 25.* Trident. *cap. 15.* Quæ sic se habet: Mulier, si duodecim annis maior iintra duos menses ingrediatur monasterium, & habitum susceperit, & deinde expleto 16. anno, & elapso anno probationis professionem emittat, iuxta hoc decretum, interea vir expectet, donec annus probationis habeatur, & professio sit emissa. Hæc ibi. Ex quo constat tempus probationis abbreuiari non posse: & hos duos menses dari ad ingressum: & correctum esse per Tridentinum caput illud, *ex publico. & cap. Ad Apostolicam. de regular.* Sic Enriquez *lib. 12. cap. 5. numer. 8. cit.* Vbi *lit. F.* ait: sic fuisse pronuntiatum, & confirmatum in regia Valle Oleti Cancellaria in quadam lite. Sanchez *disp. 24. num. 7.* & penes ipsos, Barth. de Ledesma, Palac. Rodriguez, Vega, & alij. Basilius *lib. 9. cap. 9. à num. 2. & 3.* Vbi ex eadem Sacra Congregatione bene addit, idem dicendum esse, si sponsa ingrediatur in Religionem S. Francisci de Paula, in qua professio non fit ante annum decimum octauum; quod scilicet, non possit compelli, vt profiteatur decimo sexto anno completio, uxta Tridentini decretum. Quamuis, si de facto, anno 16. expleto, profiteatur, professio teneat.

QVÆSTIO XXII.

An Hoc tempus bimestre computari debeat à die benedictionis solemnis?

Respondeo: Minime: sed à die contracti cõiugij, seu matrimonij. Nam cum sæpe dictæ benedictiones per annum differantur, nec sit tempus necessariò præfixum, esset nimis durum, si toto eo tempore teneretur expectare coniux, & postea annum probationis. Numerandum est ergo, à die contractus. Sic Basilius *lib. 9. cap. 9. n. 4.* dicens, sic supponere omnes Doctores. Hurt. *disp. 8. diff. 8. nu. 29.* & antea, Sãch. *lib. 2. disp. 24. n. 21.* & alij.

QVÆSTIO XXIII.

An Hoc bimestre, ad deliberandum de religionis ingressu, concessum, continere debeat, ad minus, sexaginta dies?

Affirmant nonnulli. Alij negant: docentes, continere solum quinquaginta, & sex dies, ex quibus octo hebdomadæ consurgunt. Alij denique, id in arbitrium prudentis relinquunt, vt videre est apud Sanchez *loc. cit. num. 14.*

Sed probabilius Respondeo: Continere omnes, & solum illos dies, quos menses, qui tunc, iuxta temporis occasionem, vt in Kalendario occurrunt, continent. Ex quo fit, non posse determinate definiri quot dies, & non amplius, debeat bimestre continere; cum ex dictis constet, posse fieri, vt alicui plures dies, alteri pauciores contingat. Nam si v. g. quis matrimonium contraxit prima die Ianuarij, habebit solummodo quinquaginta, & nouem dies ad deliberandum de religionis ingressu, propter eos duos menses longiores. Sic Sanchez *loc. cit. num. 15. & 21.* Vbi aduertit, hanc resolutionem esse valde vtilem ad sciendum, quando coniuges negantes sibi debitum, peccent: & quando si sponsus cogat sponsam, non possit illa amplius religionem ingredi. Basilius *lib. 9. cap. 9. num. 5.* & communis.

QVÆSTIO XXIV.

An Istud bimestre, iure concessum, possit per iudicem coarctari, & prorogari?

Negat Glossa *in cap. antepen. d. 92. verb. Nec acquieuerit. Et in capit. Coniuges. 27. quæst. 2. verb. Prima.*

Sed certissime Respondeo: Posse iudicem, iusta de causa, licet non debeat facile ab eo bimestri discedere. Sic Sanchez *loc. cit. num. 11.* & penes ipsum, Silues. Tabiena, Nauar. & alij. Optime Basilius *loc. cit. num. 8. & 9.* Filliuc. *numer. 52.* Ochagauia *tract. 2. quæst. 7. nu. 7.* Hurtado *disp. 8. diff. 8. initio*, Villalobos *tract. 13. diff. 12. nu. 3.* & alij, qui id ex dicto cap. *Ex publico.* colligunt.

QVÆS-

QVÆSTIO XXV.

An Coniux, qui non intendit Religionem ingredi, teneatur intra bimestre reddere debitum alteri petenti?

AFFIRMAT Nauar. *cap. 16. num. 27.* Angles, Medina, Palac. & Ricard. penes Sanchez *lib. 2. disp. 24. numer. 24.* Ægid. *disp. 26. dub. 4.* Hurtado *diff. 8. cit.* & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri, donec bimistre transeat. Quia re vera hoc totum tempus conceditur coniugibus ad deliberandum de ingressu religionis. Nam quamuis neuter coniux hodie ingredi intendat, potest cras propositum in melius mutare. Sic D. Thom. D. Bonau. Palud. Sot. Enriquez, Victoria, quos, & alij vsque septemdecim Doctores refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 25.* Basilius *lib. 9. cap. 9. num. 7.* Filliuc, *num. 53.* & alij. Refert etiam Diana *4. part. tract. 4. resol. 233.* vtramque sententiam, vt probabilem, & nescio an vtramque sequatur.

QVÆSTIO XXVI.

An Si, transacto bimestri, matrimonium consummatum non sit, liceat cuilibet coniungi ad religionem transire, quantumcumque tempus sit elapsum?

RESPONDEO; Licere, quamuis plures anni elapsi sint à matrimonio inito. Quia licet grauiter peccaret negando debitum post dictum bimestre, etiàsi religionē ingredi intenderet, minime tamen amisit ius statim ingrediendi religionem, & assumendi statum perfectiorem, si nondum consummatum est matrimonium. Sic Sanchez *disp. 24. num. 26.* Basilius *cap. 9. numer. 7.* Ochagauia, Hurtado, Filliucius Villalob. & communis.

QVÆSTIO XXVII.

An, Qui ante matrimonium consummatum Religionem ingreditur, & intra annum nouitiatus, infraudem coniugis, varias mutat, possit compelli à Iudice, vt eligat Religionem, in qua, vel transacto probationis anno, profiteatur; vel ad coniugem redeat?

NEGATIVAM partem videtur definire. Sac. Congregatio Cardin. per hanc declarationem, quæ extat apud Farinacium *loc. cit.* Et sic se habet. *Quia Canones permittunt, vt quis postquam matrimonium religionem ingredi possit, quid fiat, si vnam religionem ingressu, de vna transeat ad aliam, aut plures, & ita tempus professionis differatur, an talis compelli possit ad tempus hoc breuiandum: maxime, cum iste transitus ex vna religione ad aliam fieri videatur infraudem eius, qui in sæculo remansit? Congregatio anno 1588. respondit; Non posse compelli.*

Sed tanquam certum Respondeo: Posse compelli. Quia alias cederet in damnum graue alterius sponsi remanentis in sæculo. Nec Sac. Congregatio censuit contrarium. Nam solum intendit, quod non possit compelli coniux, ad hoc, vt antequam expleat probationis annum, profiteatur. Sic Ricard. Palud. Palac, & D. Anton. Quos citat, & sequitur Sanchez *disp. 24. num. 9.* Basilius *lib. 9. cap. 9. numer. 10.* Enriquez *lib. 11. cap. 14. num. 3. & lib. 12. cap. 15. numer. 8 fine.* & communis.

QVÆSTIO XXVIII.

An Ad consummandum matrimonium, ita vt iam non sit locus transeundi ad Religionem, sufficiat penetratio vasis, absque seminis receptione?

AFFIRMANT Micha. de Medina *lib. 5. de contin. cap. 76.* Petrus Ledesma *de matrim. quæst. 61. artic. 1. pag. mihi 582.* Rodriguez *1. tom. summ. cap. 239. num. 1.* & alij, apud Sanchez *lib. 2. disput. 21, num. 4.*

Sed probabilius Respondeo: Non sufficere, sed necessariò requiri, vt semen virile vas sponsæ subintret. Quia re vera, minime efficiuntur vna caro, nisi per commixtionem seminum, aut seminis viri, & menstrui sanguinis fœminæ: vt colligitur *ex cap. lex. 27. quæst. 2.* Sic S. Thom. *in 4. d. 41. artic. 1. quæst. 2. ad 2.* D. Bonau. *q. 1.* Sot. *d. 27. q. 1. art. 1.* Enriquez *lib. 11. cap. 8. num 8. & cap. 15. numer. 13.* Quos, & alij, vsque ad duo & viginti Doctores citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 5.* Quibus addi possunt Basilius *lib. 9 cap. 10. num. 1.* Ægidius *loc. cit.* Ochagauia *tract. 2. quæst. 6. num. 2.* Fillic. *numer. 41.* Hurtado *disp. 8. diff. 9. nu. 35.*

Valerus

Valerus *verb matrim. differ.* 11. *fol. mihi* 191. Villalob. *tract.* 13. *diff.* 13. *numer.* 1.

QVÆSTIO XXIX.

An, Vt censeatur matrimonium consummatum, requiratur, vt etiam fœmina seminet?

AFFIRMANT, apud Sanchez, D. Thom. D. Bonau. Innoc. Hostiens. Hugo, & alij. Quibus addi possunt Lopezius 2. *part. instructor. cap.* 50. Hurtado *disput.* 8. *diff.* 9. & *disp.* 20 *diff.* 1. & Diana *par.* 4. *tract.* 2. *resol.* 43. Vbi sic ait: Sequitur primo, quod si viro seminante, mulier nō seminauerit, idque partibus constet, possint religionem ingredi. sitque probabile, quod per professionem soluatur matrimonium: atque adeō pars in sœculo relicta possit aliud matrimonium inire. Ita Diana, ibi. Sed *par.* 5. *tract.* 13. *resol.* 56. *opt* positam sententiam communiorem, & probabiliorem vocat: hanc vero probabilem. Vnde quidquid hic sentiat Author.

Probabilius certe Respondeo: Non requiri, sed sat esse, quod vir solus, intra vas fœminæ seminet, ad hoc, vt matrimonium censeatur consummatum. Nam ad hoc, non est attendendum, an semen mulieris sit necessarium ad generationem, (vt aliqui affirmant) aut non sit, (vt alij contendunt) sed solum ad seminationem eius, qui præcipuas partes in generatione habet. Sic Enriquez *lib.* 11. *cap.* 8. *num.* 8. Sot. Vega, quos, & alios, vsque quatuordecim, Doctores citat, & sequitur Sanchez, *lib.* 2. *disp.* 21. *num.* 10. Quibus addi possunt Basilius *lib.* 9. *cap.* 10. *numer.* 1. Vbi ait, oppositam sententiam nullam probabilitatem habere. Gutierrez *de matrim. cap.* 54. *num.* 22. & Villalob. *tract.* 13. *diff.* 13. *num.* 1.

QVÆSTIO XXX.

An, Etiam sufficiat, vt matrimonium dicatur consummatum, quod semen virile, siue arte aliqua, siue ope dœmonis, in vas sponsæ recipiatur, absque copula, aut vasis fœminei penetratione?

AFFIRMAT, vt certum Sanchez *loc. cit. num.* 2. & penes ipsum, D. Anton. Corduba, Sotus, Enriquez, & alij, vsque decem, Doctores. Quibus addi possunt, Filliu. *num.* 42. Hurtado *disp.* 8. *diff.* 9. & *disp.* 20. *diff.* 1. Villalob. *loc. cit.*

Sed probabilius Respondeo: Non sufficere. Sic Basilius *lib.* 9. *cap.* 10. *numer.* 1. per hæc verba: An autem sufficiat, si semen virile penetret fœminæ vas, siue arte, siue ope dœmonis, vt consummatum matrimonium dicatur, communis est opinio sufficere, quia sunt effecti vna caro, scilicet vnus filius in principio, & in semine. Sic cum communi sententia supponit, vt certum Thom. Sanchez *ibidem num.* 2. Quamuis mihi videatur res satis dubia, & multis scrupulis exposita, qui vix humano iudicio definiri possint. Vtrumque requiri rem ego, & coniunctionem, & seminationem intra vas, sed nec definio. Sic Basilius. Qui firmius, iddem docuerat *lib* 7. *cap.* 33. *num* 2. Huic doctissimo viro, addo ego alium (eiusdem Ordinis) in doctrina æqualem, Martinum Albiz, in manuscriptis *disp.* 17. *de matrim. dub.* 1. Vbi hæc habet verba: satis est, vt affinitas contrahatur, copula coacta, vt habetur *in d. cap. discretionem.* Satis etiam est habita cum dormienti, vt notat Couarr. *de matrim.* 2. *par. cap.* 6. §. 7. *num.* 2. oportet tamen, quod sit copula carnalis: vnde si semen alicuius viri, ope dœmonis, aut casu alio, deferatur in vterum fœmineum, non contrahitur affinitas: quia illi non sunt facti vna caro, nec sibi adhæserunt. Sic Albiz.

QVÆSTIO XXXI.

An Copula habita ante matrimonium, sit sufficiens ad hoc, vt matrimonium subsecutum dicatur consummatum?

AFFIRMANT Hipolitus *singul.* 500. & penes ipsum, Claudius, & Silua Nuptialis, & inclinat Baldus *in cap. licet. de translat. Episcop.*

Sed tanquam certum Respondeo: Non sufficere. Nam matrimonium debet consummari per matrimonialem copulam, non per fornicariam antecedentem; nam per hanc, non significatur benè, sicuti per illam, coniunctio indissolubilis, & immaculata Christi cum Ecclesia. Sic Sanchez *disp.* 21. *cit. num.* 13. Nauar. Enriquez, & alij, vsque quatuordecim Doctores, apud ipsum. Quibus addi possunt Basilius *loc. cit.* dicens, id esse certum. Ochagauia, Hurta-

Hurtado,& Villalobos *loc.cit.*& Ægidius *disp.26.num.53.*

QVÆSTIO XXXII.

An Copula per vim intra bimestre extorta, sit sufficiens, vt matrimonium dicatur consummatum, & sit prorsus indissolubile?

NEGANT Silvest. *verb.diuortium q.5.* Armilla *ibi.num.6.* Henric. & Ioan. Andreas, apud Sanchez *lib.2.disp.22.numer.3.* Existimantes, per talem copulam minime consummari matrimonium.

Sed longe multo verius,& probabilius Respondeo: Sufficere talem copulam ad consummandum matrimonium. Quia per talem copulam, licet vi extortam, efficiuntur coniuges vna caro; estque talis copula ad generationem sufficiens;& ex ea oritur affinitas, quæ non nascitur, nisi ex consummato matrimonio: ergo. Sic Victoria *numer.255.* Enriquez *lib.11.cap.8.num.10.* Sanchez *loc.cit.num.4.* & penes ipsum alij duodecim Doctores. Quibus addi possunt Basilius *lib.9 cap.10.num.2.* Hurtad. *disp.8.diff.9.* Ochagauia *tract.2.quæst.7.nu.2.* Layman *tract.10.part.3.cap.6.num.3.vers.IV.* Ægid. *loc.cit, dub.4.num.53.*

QVÆSTIO XXXIII.

An Saltem, liceat prædictæ sponsæ vim passæ, ad religionem transire?

AFFIRMANT Petr. de Ledesma *quæst.61.art.1.* Rodriguez *cap.239.num.2.* Sanchez *lib.2.disp.22.num.6.* & penes ipsum, viginti duo Doctores. Quibus addi possunt Ochagauia, Layman, & Hurtado *loc.cit.* Bonac. *quæst.3.punct.4.numer.8.* Reginald. *lib.31.num.39.* Villalobos *tract.13.diff 13.num.4.* Sa, *verb. matrim.num.17.* Ægid. *loc.cit.*

Sed probabilius Respondeo: Non licere ei transire. Quia, iam vere, & simpliciter matrimonium prædictum consummatum fuit: at sic est, quod omnia iura, sine distinctione proclamant, neutri coniugi licere, matrimonio consummato, (inuito altero coniuge) ad religionem transire: ergo. Sic Martin. & Barthol. de Ledesma, Couar. Enriquez, Sotus, & alij, vsque decem & nouem Doctores, quos refert Sanchez *loc.cit.num.5.* Quibus addi possunt, Basilius *lib.9 cap.10.num.2.* Qui dicit, contrariam sententiam, à praxi omnino esse alienam. Et, ni fallor, Diana *3.part. tr.4.resol.242.* & apud Bonacinam, Gutierrez *cap.54 num.28.& 29.*

QVÆSTIO XXXIV.

An Peccet mortaliter sponsus, qui intra bimestre, vi, vel timore, graui, extorquet copulam à sponsa de præsenti?

NEGAT Rodriguez *tom.1.sum. in 2. edit.cap.239.num.2.* apud Sanchez, vbi infra. *In prima vero edit. cap.237. num.2.* per hæc verba: No condenaria yo por pecado mortal hazer el marido la dicha fuerça dentro de los dichos dos meses, pues es su muger, y puede entrar ella en la Religion, aunque el no quiera; de arte, que si haze agrauio, es assi mismo, pues quedando en el mundo, no puede casarse antes que ella muera, muerte natural. Sic ille.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Peccare mortaliter. Primo, Quia, (vt ait Sanchez) aufert à sponsa corporis integritatem, cum non habeat ius donec bimestre transeat. Secundo. Quia grauem ei irrogat iniuriam, cum (quidquid dicat cum alijs Rodriguez) impotem reddat ipsam, ad ingrediendam religionem, vt nuper vidimus. Sic Sanchez *loc.cit.numer.15.* Basilius *loc.cit.num.5.* Sotus *in 4.d.17.quæst.1.art.4.* Petrus Ledesma *quæst.61.art.1.* Villalob. *loc.cit.* & communis.

QVÆSTIO XXXV.

An, Sponsa, vi oppressa à sponso, intra bimestre, possit incontinenti semen in se iam receptum expellere?

AFFIRMAT Sanchez *disp.22.cit.num.17.* Quia, inquit, tunc semen non habet pacificam vasis possessionem.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non posse. Quia illa eiectio seminis, nullo fine honestari potest. Sic tenet Basilius *loc.cit, numer.4.* per hæc verba: Sed multo minus ferendum est in eo auctore, quod asserit in eius disputationis fine, posse fœminam, quæ in eo casu vim patitur, incontinenti conari ad semen emittendum iam receptum, quia tunc, inquit, semen,

men non habet pacificam vasis possessionem. Si dum reluctatur fœmina, eueniret, vt semen effunderetur extra vas, illam ego à peccato liberam iudicarem. At semel effusum semen, atque receptum, cuius nullus alius vsus est, nisi in ordine ad generationem, emittere turpissimum est. Neque vero, quia fœmina possit, dum vim patitur, virile membrum extrahere, ideo potest, & semen iam receptum emittere. Nam aliud est impedimẽta apponere, dum quasi in via est ad consummationem violentus aggressor; aliud verò semen eijcere, cum iam ad finem peruentum est, & consummatum matrimonium, vt satis constat. Sic Basilius.

QVÆSTIO XXXVI.

An, Si sponsi iurent, se matrimoniu m non consumasse, sit illis in foro externo adhibenda fides?

RESPONDEO: Si puella, virgo erat, & talis appareat conspectui matronarum, credendum est illis. Si verò, corrupta iam erat, nondum tamen in domum viri traducta, etiam credendum est illo um iuramento. Si autem traducta est, non creditur illis in matrimonij præiudicium, & dissolutionem: in hac enim, non statur soli coniugum confessioni. Sic Sanchez *lib. 2. disp. 23.* & Basil. *lib. 9. cap. 10. nu. 6.* & communiter.

DISPVTATIO SEXTA.

De causa efficienti ipsius matrimonij, quæ est, consensus.

QVÆSTIO PRIMA.

An, Mutuus contrahentium consensus sit necessarius ad matrimonium?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia sic definitur in Concil. Florent. *in decret. de Sacram. matr. in capit. Tua. de sponsal. & in Trident. sess. 24. cap. 9.* Et constat. Quia nullus datur contractus, nisi consensu mutuo. Sic omnes. Legantur Sanchez *lib. 2. disp. 25. nu. 1.* & Basilius *lib. 2. cap. 2. à num. 1.*

QVÆSTIO II.

An, Humana aliqua potestate, possit fieri matrimonium sine consensu partium?

AFFIRMAT, apud Becanum, vbi infra, Hostiensis.

Sed certissime omnino Respondeo: Non posse humana: quia nec diuina potest, vt statim dicam. Sic, vt certissimum, tenent Sanchez *lib. 2. disp. 27. nu. 2.* Basilius *lib. 2. cap. 3. num. 8.* Becanus *de matrim. capit. 45. quæst. 1. numer. 5.* & omnes.

QVÆSTIO III.

An saltem, possit Deus, de potentia sua absoluta, facere vinculum matrimonij inter virum, & fœminam, sine eorum consensu?

AFFIRMANT Sotus *d. 27. quæst. 1. art. 2.* Victoria, *relect. de matrim. 1. part. num. 4.* Petr. Ledesma *de matrim. quæst. 45. art. 1. dub. 1. concl. 4.* Enriq. *lib. 11. c. 1. nu. 3.* Martin. de Ledesma *2. part. 4. quæst. 47. art. 1.* & Barthol. de Ledesma, Quos, & alios vsq; ad vndecim Doctores, refert Sanchez *disp. 26. num. 3.* Quibus addi possunt Valentia *tom. 4. di put. 10. quæst. 3. punct. 1.* Becanus *loc. cit. num. 2.* Hurtado *disp. 3. diff. 6. num. 17.* Ægid. *disp. 24. dub. 5. n. 49.* Luysius *in som. p. 2. cap. 95. dub. 2.* & alij. Quia, inquiunt, consensus viri & fœminæ, solum est causa efficiens vinculi matrimonialis; sed Deus potest supplere vicem causæ efficientis; ergo. Imo addunt Victoria, & Martinus de Ledesma, Deum de facto hoc fecisse in matrimonio Adæ, & Euæ: & etiam in coniugio Oseæ & mulieris fornicariæ; coniungendo, videlicet, eos matrimonialiter, absque eorum consensu.

Fauent huic sententiæ alij Doctores, defen-

defendentes posse Deum, sine matrimonio, tribuere alicui vsum corporis fœminæ ad tempus aliquod, vel perpetuò, absque eorum consensu, sicut vasa auri abstulit ab Ægyptijs, & dedit Habreis, sine eorum, à quibus abstulit consensu. Ita supponunt Sanchez *lib. 2. disput. 26. numer. 2.* Vazquez *tom. 2. in 1. 2. disput. 189. cap. 3. num. 21.* Ægid. *loc. cit.* & alij. Et Luysius Turrian. *in sum. Theolog. moral. par. 2. cap. 83. dub. 1.* Vbi sic ait: Matrimonium Euæ, & Adami contractum fuit voluntate vtriusque, licet possit Deus facere, sua absoluta potentia mutuum dominium corporum. Sic ille, ibi.

Sed probabilius Respondeo: Nec de potentia absoluta posse Deum facere matrimonium inter virum, & fœminam, sine eorum consensu. Quia matrimonium ex essentia sua, est vinculum mutui amoris: at sic est, quod vinculum mutui amoris nequit esse sine consensu: ergo neque matrimonium. Sic Supplem. Gabriel. *in 4. d. 27. quæst. 1.* Adrianus *in 4. quæst. 2. de matrim.* dicens, id esse indubitatum. Sanchez *loc. cit. num. 5.* Cornejo *disp. 3. de matrim. dub. 1. pag. 900.* Basilius *lib. 2. cap. 3. à num. 4.* Vbi asserit, non solum, non posse Deum facere matrimonium sine contrahentium consensu; verum, nec posse tradere corpus fœminæ viro extra matrimonium. Legatur.

QVÆSTIO IIII.

An, Vt matrimonium sit validum, etiam requiratur consensus Parentum, quando contrahentes sunt filij familias?

AFFIRMARVNT Cassanæus *in Cathalogo gloriæ mundi part. 12. consideratione 36.* & Ioan. Oldeldochius *4. classe actionum. actio. 26.*

Sed certissime Respondeo: Non requiri. Sic enim expresse habetur *in cap. sufficiat. 27. quæst. 2.* & nouissime in Trident. *sess. 24. de reformat. matrim. cap. vnico.* per hæc verba: Iure damnandi sunt illi, prout eos sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, & rata esse negant, quique falsò affirmant matrimonia à filijs familias, sine parentum consensu contracta irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse. Sic Concilium. Et sic omnes Doctores, inter quos optime Basilius *lib. 2. cap. 2. per totum.* Didacus de Narbona *lib. de ætate, &c. quæst. 10.* & alij, penes ipsum.

QVÆSTIO V.

An Saltem, peccent mortaliter filij, qui, absque consensu Patris nubunt?

NEGAT Didacus de Narbona *loc. cit. num. 6.* Quatenus ait, patris consensum in matrimonio filij, vel filiæ, de honestate solum requiri. Et negant etiam, apud ipsum, Decius, Ancharran. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Peccare mortaliter; si alias non sit probabilis suspicio, quod parentes iniuste impedituri sunt matrimonium, vel non ad sit alia rationalis causa occultandi illis matrimonium. Ratio est. Quia in re graui faciunt contra honorem illis debitum. Sic Sanchez *lib. 4. disp. 23. num. 10.* Basilius *lib. 2. cap. 1. num. 27.* Ægid. *disp. 28. dub. 5.* Hurtado *disp. 6. diff. 10. num. 36.* Ioan. Valerus *verb. matrim. differ. 1. num. 3.* Diana *4. part. tract. 4. resol. 122.*

QVÆSTIO VI.

An Filij teneantur contrahere matrimonium, quod ipsorum nomine promisserunt parentes, aut inire iubent?

AFFIRMANT teneri, ex suppositione, quod filius non eligat meliorem statum; aut, quod matrimonium à patre promissum, vel præceptum, non sit filio indignum, Nauar. *cap. 14. num. 15.* Bellarmin. *lib. 1. de matrim. cap. 19.* Sotus *in 4. 29. quæst. 1. art. 4.* Rebellus *2. part. de obligat. quæst. 14. sect. 2.* Rodriguez *capit. 231. num. 6.* Lopez. & Capua, apud Sanchez *lib. 2. disp. 23. num. 2.*

Sed probabilius Respondeo: Non teneri, saltem regulariter loquendo: Quia cum matrimonium sit quædam perpetua seruitus ad illud cōtrahendū est liber, & sui iuris. Sic Sanch. *loc. cit. n. 3.* & penes ipsum, Ricard. Scot. Siluest. Tabiena, & alij vsq; ad viginti & quatuor Doctores. Inter quos sunt Nauar. & Sotus, quos etiā pro contraria citat. His addi possunt Ægid.

disp.

disp. 28. *dub.* 5. Hurtadus *disp.* 6. *diff.* 9. & Diana *resol.* 122. *citata.*

QVÆSTIO VII.

An Peccent mortaliter Filij, qui, inuitis parentibus, matrimonium contrahunt?

AFFIRMANT Sotus, Bellarmin. Metina, Veracruz, Rodriguez, Vega, & alij vsque decem & octo Doctores, quos refert Sanchez *lib.* 4. *disp.* 23. *num.* 9. Quibus addi, apud eundem, possunt, Nauar. Azebedo, Enriquez, Capua, & Philiarcus limitantes hanc sententiam ad casum solum, quo filij, inuitis parentibus, indignam vxorem ducant. Ita etiam Rebell. *lib.* 2. *q.* 14. *sect.* 1.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare, sed licite posse filios, inuitis parentibus, prius tamen consultis, vt diximus, matrimonium, quod volunt, inire. Quia quilibet, adhuc ex suppositione, quod velit contrahere, est liber, quoad statum matrimonij, & ad hoc, vel illud matrimonium eligendum, vt nuper *quæst.* 6. est habitum Sic D. Thom. 2. 2. *quæst.* 104. *art.* 5. Scot. Victoria, & alij vsque septemdecim Doctores, quos affert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 10. licet *num.* 11. addat, & bene, hanc sententiam intelligendam esse absolute, & secundum se; quia si filius nosset grauissima scandala, & odia, inde subortura, peccaret mortaliter contra charitatem sic contrahendo Sic etiam Vazquez *disp.* 4. *de matrim. numer.* 24. Ægidius *disp.* 28 *dub.* 5. Hurtado *disp.* 6. *diff.* 10

QVÆSTIO VIII.

An, Parentes possint exhæredare filios, aut eis dotem denegare; quando, ipsis inuitis, matrimonium contrahunt?

AFFIRMANT absolute, & sine vlla limitatione posse, Sotus *in* 4. *d.* 29. *quæst.* 1. *art.* 4. *ad* 4. Viguerius *cap.* 16. §. 7. Molina *tom.* 1. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 176. Vega *lib.* 5. *sum. casu* 559. Quos, & alios vsque ad vnum & viginti Doctores refert Sanchez *lib.* 4. *disp* 25. *num.* 1. dicens, id esse probabilissimum. His addi possunt Rebellus 2. *part. de obligat. iust. lib.* 2. *quæst.* 14. *sect.* 2. *à num.* 16. Basilius *lib.* 2. *cap.* 1. §. 3. *per totum.*

Affirmant etiam alij, non absolute, sed cum hac limitatione, videlicet, casu tantum, quo filia, indigno, aut inhonesto viro nupserit; secus vero, si competenti, vel honore, vel diuitijs prædito adolescenti copuletur. Ita Montaluus *l.* 10. *tit.* 1. *part.* 1. Suarez *lib.* 3. *legum fori. tit. de los casamientos l.* 2. *num.* 20. Riminald. & Parisius, quos refert Sanchez *loc. cit. numer.* 3. Et nouissime, non citatos, sequitur per doctus Didacus de Narbona *lib. de ætate. anno* 30. *quæst.* 10. *num.* 22.

Sed ego, absolute, & absque limitatione, probabilius Respondeo: Non posse Parentes hodie exhæredare filios, quantumuis indignis, & inæqualibus, contra eorundem parentum assensum, matrimonium contrahant. Quia probabilius est, quod omnes leges latæ, siue iure communi, siue Castellæ, siue Galliæ, siue Lusitaniæ, quæ filios contra voluntatem, etiam iustam parentum, exhæredari ab ipsis posse, determinant, vel non esse iustas, vel iam correctas, iure canonico esse. Et bene profecto, cum illis legibus, maxime minuebatur libertas, quam matrimonium exigit. Sic ex Iuristis, Abbas, Nauarrus, Couarr. Molina, de primogenijs. Et alij, vsque ad triginta & quinque. Et ex Theologis, Victoria, Enriquez, Ledesma, Rodriguez & alij, vsque ad octo; Quos omnes refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. numer.* 2. Quibus addi possunt Vazquez *disput.* 4. *de matrim. cap.* 2. *numer.* 24. Hurtado *loc. cit.* Ioan. Valerus, *in differ. verb. matrimanium differ.* 1. *per totum*, Diana 1. *part. tract.* 1. *resol.* 74.

QVÆSTIO IX.

An Possint absolui parentes, qui, in præfato casu, exhæredant filias, contra ipsorum voluntatem nubentes?

NEGANT Veracruz 3. *part. speculi. artic.* 20. *concl.* 3. & Diana *loc. cit.* Vbi sic ait: Ex his omnibus apparet, patrem non debere, neque posse in foro conscientiæ exhæredare filiam, etiam stantibus his legibus, si nupserit contra eius voluntatem: nec posse confessarium absoluere patrem in articulo mortis, nisi prius reuocet testamentum, vbi eam exhæredauit. Ita ille.

Sed certissime Respondeo: Posse, imo & debere, absolui. Quia probabilissimam sententiam sequuntur. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 1. *fine*. Et omnes communiter, juxta dicta *part.* 1. *tr.* 5. *disp.* 7. *quæst.* 57. *& sequen.*

QVÆSTIO X.

An, Consensus ad essentiam veri matrimonij requisitus, debeat ferri explicite in carnalem copulam?

AFFIRMAVIT Michael de Medina *lib.* 5. *de contin. Sacr. hum. cap.* 64. & 70. existimans, ad verum, & perfectum matrimonium requiri necessario consensum in copulam. Huic Authori fauet Bellarm. quatenus, *lib.* 1 *de matrim. cap.* 5. *in solut. ad* 6. docet, copulam esse partem integralem Sacramenti matrimonij; & ita nullo modo dari perfectum, sed imperfectum solum, donec consummatur.

Sed certissime Respõdeo. Non debere ferri explicite in copulã carnalem. Quia certissimũ est, copulam carnalẽ, neque esse de essentia matrimonij, neque de eius integritate, sed solum, eius effectum, & operationem. Sic Sanchez *lib.* 2. *disput.* 28. & Basilius *lib.* 1. *capit.* 16. *per totum* & omnes.

QVÆSTIO XI.

An Saltem, ad essentiam veri matrimonij, requiratur consensus implicitus, & virtualis in copulam, ex parte contrahentium?

AFFIRMANT Capreol. *in* 4. *d.* 28. *q. vnica art.* 3. *ad* 5. *contra* 3. *concl.* Couarr. 2. *p. decret. cap.* 3. §. 1. & omnes alij, qui affirmant, matrimonium non posse contrahi valide sub conditione seruandi castitatem, Affirmant etiam Scot. *in* 4. *d.* 30. *quæst.* 2. Durand. Sot. Ricard. & alij, requiri talem, in copulam, consensum, non absolute, sed sub hac conditione, nempe, si alter coniux petierit, & Deus debitum non relaxauerit.

Sed certissime fere Respondeo: Adhuc non requiri, ex parte contrahentium, consensum talem. Quia certissimum fere est, inter B. Virginem & Ioseph verum fuisse matrimonium, & celebratum post emissum à B. Virgine votum castitatis: ergo non potuit esse cum consensu, nec implicito, *in* copulam ex parte contrahentium. Sic Sanchez *loc. cit.* & Basilius *lib.* 1. *cap.* 18. & 19. Vbi optime distinguunt finem implicitum in copulam ex parte contractus, & hunc, aiunt, semper commitati matrimonium: & finem, aut consensum implicitum ex parte contrahentium; & hunc, non esse necessarium, efficaciter probant. Legantur.

QVÆSTIO XII.

An, Vt matrimonium sit validum, necessarium sit, vt contrahentes tria bona matrimonij intendant: nempe, bonum prolis, bonum fidei, seu communionis, & bonum Sacramenti?

RESPONDEO certissime: Nullomodo esse necessarium ad valorem matrimonij, vt contrahentes expresse intendant aliqua, ex prædictis, bona; Quia clare constat non esse necessarium expresse intendere prolem, aut remedium concupiscentiæ, cum valeat matrimonium sine consensu in copulam, vt nuper est habitum. Neque etiam necesse est expresse intendere communia obsequia, aut significationem illam vnionis Christi cum Ecclesia; Nam si hoc esset necessarium, nullus ferè valide contraheret, cum ferè nulli hæc in mentem veniant. Sic Basilius *lib.* 1. *cap.* 20. quasi per totum. Sanchez *lib.* 2. *disp.* 29. Ægid. *disp.* 24. *dub.* 4. *num.* 35. & omnes.

QVÆSTIO XIII.

An Saltem, consensus ad valorem matrimonij requisitus, debeat ferri, adminus implicite, in perpetuitatem traditionis corporum?

NEGANT Rossella *ver. matrim.* 3. *nu.* 11. Siluest. *ver. matrim.* 4. *quæst.* 5. & 6. & alij, penes Petrum Ledesma *quæst.* 48. *art.* 2. *dub.* 1. existimantes, quod intentio contraria substantiæ matrimonij non irritet illud, dummodò, solùm mente retineatur, & verbis non exprimatur.

Sed, probabilius longe, Respondeo: Affirmatiue. Quia, re vera, matrimonium contrahere non vult, qui non vult esse indissolubile, sed ad tempus. Sic San-

chez

chez *lib* 2. *disp.* 29. *num.* 11. & penes ipsum, D. Thom. Adrian. Palud. Petrus Ledesma, & alij. Basilius *lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 8. Hurtadus *disp.* 3. *diff.* 4. *nu.* 9. dicens, in hoc omnes conuenire Doctores.

QVÆSTIO XIV.

An, Qui animo impediendi generationem prolis, aut non seruandi fidem, contraheret matrimonium, valide contraheret?

AFFIRMAT Sanchez *loc. cit.* & penes ipsum alij. Ægid. *disp.* 24. *num.* 37. Ochagau. *tract.* 2. *quæst.* 8. *num.* 5. Hurtado *disp.* 3. *diff.* 4. *num.* 11. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Nullomodo valide contrahere, si prædictas conditiones habeat contrahens pro fine consensus. Quia in tali casu dictæ conditiones, vere opponuntur substantiæ contractus matrimonij, vt late probat Basilius *loc. cit.* à *num.* 9. Angel. *verb. matrim.* 2. *num.* 23. Ricard. *in* 4. *d.* 31. *art.* 1. *quæst.* 1. Enriquez *lib.* 11. *de matrim. cap.* 12. & alij.

QVÆSTIO XV.

An Sit peccatum, contrahere matrimonium, ex fine vitandi fornicationem?

AFFIRMANT esse veniale, Magist. *in* 4. *d.* 31. *cap* 4. Scot. *dist.* 26. *quæst. unica.* Petrus Sotus *lect.* 16. *de matrim.* Mayron *d.* 26. *quæst.* 1. Syluius *in* 3. *part. quæst.* 49. *art.* 6. & Sanchez *lib.* 2. *disp.* 29. *num.* 21. quamuis posteà hanc sententiam temperet.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Nullum esse peccatum. Quia ex nullo capite constare potest, esse malum contrahere matrimonium ob vitandam fornicationem: cum potius Paulus 1. Corint. 7. dicat: *Propter fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat, & vnaquæque suum virum.* Sic Couarru. 2. *part. de matrim. cap.* 1. §. *vnico. num.* 7. Armilla *matrim. num.* 66. Ægid. *disp.* 15. *dub.* 2. *concluſ.* 3. Bassolis, Gabriel, Almain. & alij, quos citat, & sequitur Basilius *lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 4. Hurtado *disp.* 4. *diff.* 3. *n.* 9. & Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 219. Qui bene contra Syluium (& posset contra Sanchez) infert, quod, qui matrimonium ineunt causa vitandæ fornicationis, siue sint senes, siue iuuenes, non peccant mortaliter.

QVÆSTIO XVI.

An Sit peccatum, contrahere matrimonium, solius voluptatis gratia?

AFFIRMAT esse peccatum, & mortale, Maironius *in* 4. *dist* 26. Affirmant & alij, esse peccatum, sed veniale dumtaxat. Ita Sanchez *lib.* 9. *disp.* 11. *num.* 4. Bonac. *quæst.* 4. *punct.* 6. *num.* 7. & alij penes ipsos.

Sed probabilius Respondeo: Nullum esse peccatum, ex genere suo; vt ex nuper dictis constat. Dixi, *ex genere suo*; Quia, si quis contraheret matrimonium, solius voluptatis gratia, excludendo filiorum procreationem, &c. certum est, quod esset mortale. Sic Basil. *loc. cit. num.* 6. & 11. Diana 3. *part. tract.* 4. *resol.* 216. Sancius *in selectis disp.* 23. *num.* 22. & alij penes ipsos.

QVÆSTIO XVII.

An Sit peccatum, matrimonium contrahere, ob pulchritudinem, & diuitias?

AFFIRMANT esse peccatum, & mortale, Angel. *matrim.* 2. *à num.* 25. & Couarru. 2. *part. cap.* 1. *num.* 7. Veniale vero, tantum, Caiet, Enriquez, Palud. Nauar. Rodriguez, & alij vsque ad quatuordecim Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez lib. 2. *disp.* 29. *num.* 21.

Sed probabilius Respondeo: Nec veniale esse; dummodo, sic contrahentes, neque actu, neque habitu ex animi dispositione, excludant alios matrimonij fines. Ratio est. Quia, finis dictus, propter quem contrahitur, est honestus: ergo non vitiat opus. Addo, quod, sic contrahentes, non habent dictas res pro fine totali matrimonij, sed solum mouentur ab ipsis, tanquam à causa impulsiua, in quam expresse fertur; implicite vero in ipsos fines operis, & contractus, in quo nulla est de ordinatio. Sic Sot. *in* 4. *d.* 26. *quæst.* 1. *art.* 2. Maior *dist.* 26. *quæst.* 3. Basilius *cap.* 21. *cit. num.* 13. & Diana *loc. cit. re- resol.* 216.

QVÆSTIO XVIII.

An, Qui, ficto consensu, matrimonium contraxit, teneatur cum eadem sponsa, denuò, vero consensu contrahere?

NEGANT, apud Sanchez, Martin. de Ledesma 2. *part.* 4 *quæst.* 47. *art.* 4. Hostiens. D. Anton. & Tabiena. Quorum sententiam esse probabilem, dicunt Victoria *num.* 252. & alij Recentiores apud Petrum Ledesma *quæst.* 45. *art.* 4. *dub.* 1. Et fauet satis, Sanchez *lib.* 1. *disput.* 11. *num.* 5. docens, non teneri denuò contrahere, nisi casu, quo fœminæ aliquod damnum sequatur. Ita etiam cum Sanchez sentiunt Layman *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 6. & Villalobos *tr.* 13. *diff.* 8. *num.* 2. & Hurtado *disput.* 3. *diff.* 9. & reputat probabile Diana 3. *part. tract.* 4. *resol.* 247. sicut & reputat oppositum.

Sed probabilius certe, absolute Respondeo: Teneri. Quia ex opposita sententia latissima aperitur via hominibus sceleratis ad sæpe decipiendas fœminas. Sic Petr. Ledes. *loc. cit.* dicens, oppositâ sententiâ esse improbabilem; Idemque docet, & dicit Basilius *lib.* 2. *cap.* 5. Vbi late, & optime probat, non solum ad id teneri ex fidelitate, sed ex iustitia, & ratione damni, etiamsi sponsam cognouerit, sintque disparis conditionis; neque posse absolui, donec vere contrahat. Petrus Sot. *lect.* 3. *de matrim.* dicens, id esse indubitatum. Sotus *in* 4. *d.* 27. *quæst.* 1. *art.* 3. Nauar. *cap.* 22. *nu.* 76. & nouissime Luysius *in sum. part.* 2. *c.* 95. *dub.* 11. Sic dicens: Item secluso scãdalo, & dãnis extrinsecis, obligatur ad vere contrahendũ, etiamsi decepta non sit virgo, quando illa non se finxit virgo. Idem etiam est; si ficte contrahens, non habuerit copulam cum fœmina decepta. Sic ille.

QVÆSTIO XIX.

An Ad valorem matrimonij sufficiat consensus internus?

AFFIRMAVIT Vviclef, vt refert Vualdens. *de Sacram. ap.* 132. existimans, quod assistente consensu interno, & domino approbante, sine aliquo signo sensibili, valide fieret Sacramentum.

Sed certissime Respondeo: Non sufficere consensum internum, nisi verbis, vel signis exprimatur. Sic Sanchez *lib.* 2. *disput.* 30. Basilius *lib.* 2. *capit.* 6. *numer.* 3. & omnes.

QVÆSTIO XX.

An Signa externa, expressiua consensus interni, sint de essentia ipsiusmet contractus matrimonij?

NEGAT Maior *in* 4. *dist.* 26. *quæst.* 1. *ad* 3. (& dicit probabile Vera Cruz 1. *par. spec. art.* 3.) docens, externa signa, solum esse conditionem sine qua non, & ita, si Deus mutuus consensus contrahentium reuelaret, esset matrimonium, absque aliquo signo externo.

Sed, probabilius longe, Respondeo: Esse de essentia. Quia matrimonium, vt est Sacramentum, intrinsice, & essentialiter est signum sensibile gratiæ sanctificantis animam: ergo. Sic Sanchez *lib.* 2. *disp.* 30. *num.* 3. & penes ipsum, Almain. Victoria, Sotus, Ledesma, & alij. Basilius *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. & *sequent.* Ægid. *disput.* 24. *dub.* 8. Hurtado *disp.* 3. *diff.* 12. *num.* 46. Villalob. *tract.* 12. *diff.* 5. *num.* 5. Basseus *ver. matrim.* 3. *num.* 5. Machado *lib.* 3. *par.* 1. *tract.* 9. *docum.* 1. *num.* 1. Luysius de Torres *in sum. part.* 2. *capit.* 95. *dub.* 5. & omnes communiter.

QVÆSTIO XXI.

An Predicta signa expressiua consensus, necessario debeant esse verba?

AFFIRMANT absolute Canus, Estius, Caiet. & alij, quos retulimus *disp.* 2. *quæst.* 15. in vniuersum: docentes, nullum Sacramentum conferri posse absque verbis.

Affirmant deinde alij, licet non ita absolute, sed loquendo solum de his, qui loqui valent. Sic Ricard. *in* 4. *dist.* 27. *art.* 1. *quæst.* 7. & alij plusquam vigiati, ex Iurisperitis, Doctores, quos refert Sanchez *disp.* 31 *num.* 2.

Affirmant tandem alij, esse necessaria verba, nisi in casibus à iure expressis, veluti, quando matrimonium celebratur per procuratorem, vel per literas; aut præcedente iam tractatu de matrimonio contrahendo, &c. In his enim, inquiunt, & similibus

milibus casibus non sunt necessaria verba: secus alias. Ita Innoc. Ioan. Andræas, & alij, apud Sanchez *loc. cit. num.* 3. & 4. & apud Basilium *lib.* 2. *cap.* 7 *num.* 4.

Sed probabilius Respondeo: Nullo modo esse necessaria omnino verba: sed in quibuscunque casibus, & personis, sufficere ad valorem matrimonij, quecumque alia signa externa, loco verborum adhibita. Quia verba in matrimonio, nec sunt necessaria iure naturali, aut ex natura ipsius contractus; cum hic nō repugnet fieri, per nutus, signa, aut epistolā; nec ex Christi institutione; cum nihil innouauerit, circa naturā contractus: nec ex iure Ecclesiastico; cū nullum extet, quod verba præscribat, sed potius plura, quæ indicent nō esse necessaria, *vt cap. veniens. & cap. is, qui fidem. de sponsal.* Sic D. Thom. *in* 4. *dist.* 27. *quæst.* 1. *ar.* 2. *q* 2. *ad* 2. & 3. Sanchez *loc. cit. num* 5 & apud ipsum, viginti & quinque Doctores Theologi, & plusquam quadraginta Iuristæ. Quibus addi possunt Vazquez *disp.* 3. *de matrim. cap.* 7. Ægid. *disp.* 24. *dub.* 8. *concl.* 2. Basilius *lib.* 2. *cap.* 7. *à num.* 5. Filiuc *à num.* 79. Hurtado *disp.* 3. *diff.* 13. Ochagau *tract.* 2. *quæst.* 9. *num.* 3. Basseus, & Machado *loco cit.* Luysius *loco citato, dub.* 6.

QVÆSTIO XXII.

An Peccet contrahens, qui loqui valens, non adhibet verba, sed signa, in celebratione matrimonij?

AFFIRMANT peccare, & mortaliter, Petrus Ledesma *quæst.* 45. *ar.* 2. *concluſ.* 2. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 2. *num* 6. Syluius *in* 3 *par. quæst.* 44. *ar.* 2. & Rodriguez *cap.* 216. *num.* 5. Licet Ledesma *concl.* 3. & Enriquez *in Gloſſa lit. M.* dicant, solum peccare venialiter. Et hos sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 10. Hurtado, quamuis confuse, *loc. cit. num.* 50. Ægid *loc. cit. num.* 66. Filiuc *num.* 82. & Cornejo *de Matrim. disp.* 4. *dub.* 2. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Nec venialiter peccare. Quia nusquam extat de hoc præceptum. Nec citatur textus in contrarium, qui vel leuiter vrgeat. Sic Basilius *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 14. & Pater Albiz *in manuscriptis tract. de matrim. disp.* 4. *dub.* 1. & Diana refert vtramque sententiam 3. *par. tract.* 4. *resol.* 248. (& credo adhærere huic, cum in vltimo collocet loco) & citat pro hac nostra, in impressione Matritēsi (nescio an ipse, an alius, inscio ipso) Hurtadum *de eff.* 13. dicens, id sentire contra Sanchez. Sed male profecto; cum ipsemet Hurtado, pro se, & Basilium, & Sanchez citet.

QVÆSTIO XXIII.

Quæ verba sunt sufficientia ad matrimonium contrahendum?

RESPONDEO: Illa esse sufficientia, & necessaria, quæ sufficienter exprimunt consensum de præsenti; vt, *Accipio te in meam. Habeo te in vxorem*, & similia. Sic tenent, & docent omnes Doctores. Legantur Petrus de Ledesma *quæst.* 45. *ar.* 3. *dub.* 2. Thomas Sanchez *lib.* 1. *à disp.* 8. Basilius *lib.* 2. *à cap.* 8. Et pro aliquibus verborum formulis, quæ non ita certa sunt, quæ diximus sup. *disp.* 1. *à quæst.* 32.

QVÆSTIO XXIV.

Quæ signa sunt sufficientia ad hoc, vt matrimonium valide contrahi censeatur

RESPONDEO: Esse illa, quæ, iuxta consuetudinem loci, vel communem intelligendi modum, manifestant consensum, & amorem contrahentium. Sic docent omnes Doctores, præcipue citati.

QVÆSTIO XXV.

An, Si vir, exprimenti consensum Matrimonij, fœmina porrigat manum, sit sufficiens signum Matrimonij?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia, qui tacet consentire videtur, cum agitur de obligatione contrahēdi, si aliquis concurrat actus positiuus, vel publicus. Sic Sanchez *lib.* 1. *disp.* 22. *num.* 6. Addens secus dicendum, si vir fœminæ manum capiat, dicendo: *Do tibi fidem de matrimo-*

nio contrahendo; vel: *Tecum contraho*. Quia, si ipsa nil respondeat, non erit sufficiens signum sponsalium, vel matrimonij Basilius *lib. 2. cap. 11. num. 8.* Vbi contra Sanchez ait, iddem dicendum in casu quem ipse excludit: per hæc verba: Idem meo iudicio dicendum, si vir fœminæ manum aprehendens, dicat: *Do tibi fidem de contrahendo matrimonio*, vel: *Tecum contrabo*. Et illa non retrahat manum; erunt sponsalia; vel matrimonium, iuxta verba prolata ab illo, quid quid Thomas *disp. cit. num. 6.* citatis alijs. Si enim repugnaret, manum vtique retraheret. Sic ille. Ego dico, hoc signum esse valde dubium. Legantur dicti Authores pro alijs etiam signis, & dicta à nobis *loc. citato*.

(§)

QVÆSTIO XXVI.

An Consensus contrahentium, necessario debeat simul, & absque temporis interuallo præstari?

AFFIRMANT Ioan. Andræas. Abbas, & alij Canonistæ, quos refert Sanchez *lib. 2 disp. 32. num. 2.*

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non debere necessario esse simul; sed posse inter eos aliquod interuallum temporis intercedere, modo consensus prioris coniugis reuocatus non sit. Quia in omni contractu, satis est consensus diuerso tempore adhiberi *lib. 1. §. 1. ff. de verb. obligatio*. Sic D. Thom. Enriq. vterque Ledesma, & alij quam plures, quos affert, & sequitur Sanchez *loc. cit. nu. 3.* Ochagau. *tr. 2. q. 9. n. 6.* & alij communiter.

DISPVTATIO SEPTIMA.

De Consensu Clandestino.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid Sit, Quibusquè modis Clandestinum matrimonium dicatur?

RESPONDEO: Quod matrimonium Clandestinum est illud, quod clàm fit. Diciturquè tale, dupliciter. Primo, & principaliter, si aliter quam præsente Parocho, & testibus celebretur. Secundo, si omissis denuntiationibus, quæ præmitti solent ante contractum matrimonij, licèt in præsentia Parochi, & testibus, celebretur. Sic omissis alijs modis dicendi, tenent Sanchez *lib. 3. disp. 1. à num. 1.* Basilius *lib. 5. cap. 1.* & alij penes ipsos.

QVÆSTIO II.

An Matrimonium Clandestinum sit prohibitum?

RESPONDEO: Esse, & multis legibus. Primo *in cap. Aliter 30. quæst. 5.* in Concil. Arelatens. 3. & refertur, *in cap. Nullum 30. quæst. 5.* In Concil. Lateranens. & habetur *in cap. 3. de Clandest. desponsat.* In Concil. Toletano sub Sixto IV. Et nouissime in Concil. Trident. *sess 24. de reformat. cap. 1.* & tenent omnes Doctores. Legatur Basilius *loc. cit.*

QVÆSTIO III.

An Matrimonium Clandestinum fuerit aliquando irritum, ante Concilium Tridentinum?

AFFIRMAT Basilius *lib. 5. cap. 3. nu. 2.* per hæc verba: Caterum ego semper vera existimaui duo. Primum est, primis Ecclesiæ tẽporibus per non nullas annorũ centurias, nullatenus valuisse clandestina matrimonia. Secundũ est, postea eas leges in dissuetudinem abijsse, valuisseque clandestina coniugia, vsque ad Concilium Tridẽt. quod rursus ea reddidit inualida. Sic ille. Et penes ipsum, Cassaneus, Corrasius, Gentianus, & alij. Et certe probabiliter, quidquid alij dicant.

Sed nihilominus, probabilius Respondeo: Nunquam fuisse irritum (quamuis, si prohibitum á primis Ecclesiæ temporibus, vt vidimus) ante Tridentinum, sed sem-

ſemper validum. Quia id clare videtur colligi, *ex cap. 2. de clandeſt. deſponſat.* & ex Trident *loc. cit.* Sic Sanchez *lib. 3. diſp. 3. num. 2.* dicens, id eſſe defide. Pet. de Ledeſma *quæſt. 45. art. 5. dub. 5.* dicens, eſſe communem omnium Theologorum ſententiam. Hurtado *diſp. 5. diff. 2. num. 5.* dicens, eſſe certum ferè. Machado *lib. 3. par. 1. tract. 9. locum. 6. nu. 2.* dicens, id eſſe certum. Luyſius de Torres *in ſum. par. 2. cap. 96. dub 1.* Becan. *cap. 44. quæſt. 4* Bonac. *quæſt. 2. punct. 6. num. 2.* & alij.

QVÆSTIO IV.

An Matrimonium Clandeſtinum ſit omnino, nullum poſt Tridentinum

RESPONDEO: Quod Matrimonium clãdeſtinum, ſumptũ primo modo, quod, ſcilicet, contrahitur, ſine Parocho, & teſtibus, eſt omnino nullum, & inualidũ poſt Concilium Tridentinum; non vero ſumptum, ſecundo modo, vt infra. Sic expreſſe definit Concilium *cap. 1. cit.* Decernens nullum eſſe matrimonium aliter factum, quam præſente Parocho, & teſtibus; vel alio Sacerdote; de ipſius Parochi, vel Ordinarij licentia. Sic omnes Doctores. Legantur citati.

QVÆSTIO V.

An Non ſolum contra ius Eccleſiaſticum, ſed etiam contra ius naturale, peccet mortaliter, qui clandeſtinè contrahit?

AFFIRMANT Veracruz, Petrus Sotus, Palacios, & Matienzo, quos citat, & ſequitur Sanchez *lib. 3. diſp. 3. num. 8.*

Sed probabilius Reſpondeo: Solum peccare contra ius Eccleſiaſticum. Quia ſolum, hoc iure, eſt prohibitum, clam contrahere. Sic Caiet. *tom. 1. opuſc. tract. 12. de matrim. quæſt. 2.* (licet ſibi contrarietur *in ſum. Ver. Matrimonium*) Sotus *in 4. diſt. 28. quæſt. 1. ar. 2.* Barthol. de Ledeſma *de matrim. dub. 22.* Ægid. *diſp. 27. dub. 1. num. 4.* Hurt. *diſp. 5. diff. 2. nu. 2. & 3.* Luyſius *loc. cit. dub. 3.* & alij.

QVÆSTIO VI.

An Matrimonium Clandeſtinum poſſit eſſe validum, in caſu aliquo, poſt Concilium Tridentinum?

RESPONDEO: Tanquam certum, poſſe in tribus. Primo, in caſu, quo contrahatur in locis, inquibus Tridentinum non eſt promulgatum: aut receptum: vt patet ex ipſomet Tridentino *loc. cit. cap. 1.* Secundo, in caſu quo ad ſit diſpenſatio Pontificis, ſi Parochi, & teſtium aſſiſtentia. Tertio in caſu, quo celebretur à non baptizatis. Sic omnes. Vnde ad alia, quæ dubia ſunt, tranſeamus.

QVÆSTIO VII.

An Etiam in caſu, quo, abſque graui damno, nequit matrimonium omitti, & Parochus haberi non poteſt; valide, abſque eo, celebrari queat?

AFFIRMANT valide poſſe celebrari, præſertim, ſi coram alijs teſtibus celebretur, Sotus *in 4. diſt. 22. q. 1. ar. 2.* Graſſis *lib. 2. deciſ. cap. 8. nu. 9.* Veracruz *in Appẽd. 1. ad ſpecul. dub. 4* Vega *lib. 3. caſu 361.* & alij, in his caſibus. *Primo*, quãdo, quis eſt in articulo mortis, & vult concubinam ducere, vt filios legitimos reddat, & adimpleat fidẽ ei datam. *Secundo*, quando virgo eſt ſub tutela miqui tutoris, & timet, ne ipſe viro indigno eam tradat. *Tertio*: Quando concubinarij iter facientes, aut alio modo, comprehenſi, in grauia pericula timent, ob concubinatum, incidere. In hijs, inquiunt, caſibus, & ſimilibus, poſſunt per mutuum conſenſum, ſecretò, ſine præſentia Parochi, & teſtium, matrimonium valide inire.

Sed, probabilius longe, Reſpondeo In nullo exprædictis caſibus valere. Quia præſentia Parochi, & teſtium datur à Tridentino pro forma contractus, abſque exceptione: Ergo nunquam valebit aliter contractum. Sic Enriquez *lib. 11 cap. 3. nu. 5. & 8.* Sanchez *lib. 3. diſp. 17. per totam.* Baſilius *lib. 5. cap. 6 num. 3.* Ægid. *diſp. 27 dub. 1.* Hurtado *diſp. 5. diff. 3.* Ochagau. *tract. 3. quæſt. 7. num. 3.* Cornejo *diſp 7. dub. 39. pag. 1019.* Diana *3. par. tr. 4. reſol. 234* Qui ſolum citat pro hac ſentẽtia Cenedum. *q. 30. n. 16. & 18.* & pro contraria, Gratium.

QVÆS-

QVÆSTIO VIII.

An In oppidis, aut pagis, vbi nequit haberi Parochus, nec de proximò speratur haberi, possit valide, sine ipso Matrimonium contrahi?

AFFIRMAT Ægidius *disp. 27. dub. 1. num. 11.* Quia existimat, ita declarasse Clementem VIII. legem Tridentini.

Sed ego certissime Respondeo dicendum, quod si prædicta declaratio, aut dispensatio facta esset à Clemente VIII. proposito casu, (quod difficile ab aliquibus creditur) non sit dubium quin possit valide matrimonium inire. Secluſa tamē declaratione talis legis, nequeat vali de matrimonium contrahi, sine Parocho, ob rationem dictam. Sic Hurtado *disp. 5. diff. 3. num. 10.*

QVÆSTIO IX.

An, Qui inuincibiliter ignorant dictam legem Tridentini, valide contrahant, sine Parocho, & testibus?

AFFIRMANT aliqui, apud Petrum Ledesmam *quæst. 45. art. 5.* & apud Ægidium *disp. 27. num. 12.*

Sed certissime Respondeo: Negatiuè. Quia decretum Tridentini est omnino irritans, redensquè inhabiles personas ad valide contrahendum; ergo nulla ignorantia suppleri potest. Sic Sanchez *lib. 3. disp. 17. n. 10.* Basilius *lib. 5. cap. 6. num. 18.* Ledesma, & Ægidius *locis cit.*

QVÆSTIO X.

An Incolæ loci, in quo non viget Tridentinum, possint valide matrimonium inire, absque Parocho, & testibus, in loco vbi Concilium viget?

RESPONDEO: Non posse. Quia ad valorem contractus, necessarium est, quod celebretur cum solemnitatibus, ad eius valorem requisitis, in loco, vbi contractus initur. *ex cap. finali. de foro compet. l. si fundus. ff. de euictione.* Vnde, licet viatores, aut Peregrini, non teneantur alijs legibus peculiaribus loci per quem transeunt, vt vult Sanchez, & negat Basilius, adhuc tamen, in amborum, & aliorum opinione, excipiendę sunt leges contractuum. Sanchez *lib. 3. disp. 18. n. 26.* Petr. Ledesma *quæst. 45. art. 5. punct. 3. dub. vltimo pag. 197.* Basilius *lib. 5. cap. 9. num. 1.* Bonac. *quæst. 2. punct. 7. num. 5.* Ægid. *disp. 27. dub. 1.* Reginald. *lib. 31 num. 176.* Hurtado *disp. 5. diff. 4. num. 14.* Ochagauia *tract. 3. quæst. 8. num. 3.* Cornejo *disp. 7. dub. 39.* & omnes.

QVÆSTIO XI.

An Saltem, Incolæ loci in quo viget Tridentinum, valide possint contrahere, sine Parocho, & testibus, in alij locis, in quibus non viget?

NEGANT Enriquez *lib. 11. cap. 3. num. 8.* & Rodriguez *tom. 1. in 2. edit. cap. 219. fine. in 1.* vero (& quam solam, vt suam, cognoscit Author) *cap. 16.* nisi alias in casu, quo Incolæ loci in quo viget Tridentinum, tendāt ad locum, vbi non viget. animo ibi constituendi domicilium. Vazquez apud Hurtadum vbi infra. quem sequitur Albiz *in manuscriptis. disp. 4. dub. 5.* Syluius *in varijs resolut. verb. matrim. 8.* Zippæus & Diana *tom. 6. tr. 7. resol. 29.* propter quandam declarationem Cardinalium.

Sed probabilius Respondeo: Valide posse illos contrahere, siue vadant ad loca, vbi non viget Tridentinum, animo in eis constituendi domicilium; siue solum per modum hospitij, & transitus. Tum, quia hoc docet axioma receptum: *Dum fueris Romæ, Romano viuito more, &c.* Tum etiam, quia in eundis contractibus expectari debent consuetudines loci, in quo celebrantur; *ex cap. vlti. de foro compet.*: ergo. Sic Petr. Ledesma, quem citat, & sequitur Sanchez *lib. 3. disp. 18. num. 28.* Basilius *lib. 5. cap. 9. num. 2.* Rebell. *2. par. de obligat. lib. 2. quæst. 7. sect. 3. num. 15.* Ægid. *disp. 27. dub. 1. num. 14.* Hurtado *disp. 5. diff. 5. num. 14.* Bonac. *quæst. 2. punct. 7. numer. 2.* Reginald. *lib. 31. numer. 176.* Gutierrez *capit. 61. de matrim. numer. 12.* Cornejo *disput. 7. dub. 39.* Ochagauia *loc. cit. numer. 4. & 5.* Fagundez *de 1. præc. Eccles. lib. 1. cap. 8. num. 7. 8. & 9.* & alij communiter.

QVÆS-

QVÆSTIO XII.

An Etiam valide contrahant prædicti incolæ, si in fraudem legis Tridentini, proficiscantur ad locum, vbi non viget vt ibi, sine Parocho, & testibus contrahant?

NEGANT Enriquez, & Rodriguez *loc. cit.* & alij pro prima sententia adducti. Quibus addi possunt, Petrus Ledesma, & Cornejo *loc. cit.* Rebellus etiam *loc. cit. num.* 16. docens, id verisimilius esse, quando ambo vir, & fœmina coniungendi, eam fraudem committerent, vel alter, alterius fraudem eius modi, antequã contraheret præsciret. Secus, si alter cum bona fide cum fraudulento contraheret. Ita ille. Vnde non bene citat illum Hurtado pro opposita sententia.

Sed probabilius Respondeo: Valide etiam contrahere. Primo. Quia probabilius est, quod si prædictæ incolæ bona intentione contraherent, valide contraherent, vt nuper est habitum: ergo etiam valide contrahent, quamuis cum dicta mala intentione contrahant: nam contractus non læditur ex bona, vel mala intentione. Secundo. Quia dicti incolæ in tali casu vtuntur iure suo; at qui vtitur iure suo, non dicitur in fraudem legis facere: ergo. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 29. Basilius, *num.* 4. Ochagau. Bonac. Ægid. & Hurtado *loc. cit.*

QVÆSTIO XIII.

An Captiui Christiani, inter infideles commorantes, possint valide contrahere, absque Parocho, & testibus?

NEGAT Petrus Ledesma *quæst.* 45. *art.* 5. *ad* 3 Cui adhæret Doctus Arbiz *loc. cit.* Et approbat Enriquez *lib.* 11 *cap.* 3. *num.* 8. casu, quo dicti Christiani habitent in prouintijs infidelium, absque animo tibi permanendi. Et etiam Veracruz, & Vazquez, apud Hurtadum, casu, quo Tridentinum tuisset iam publicatum in Parochia, aut Prouintia Christianorum Captiuorum, antequam in captiuitatem redigerentur. Quod nouissime docet Luysius *in sum. par.* 2. *cap.* 96. *dub.* 7.

Sed probabilius Respondeo: Posse valide contrahere, absque Parocho, & testibus; siue habeant animum ibi permanendi, siue non: Siue ad dictas regiones ducti sint captiui, post publicationem, & receptionem decreti Tridentini in sua Parochia. Quia in prædictis infidelium Prouintijs, non obligat decretum Tridentinum, ob defectum publicationis in propria Parochia, quam ad effectum obligandi, ipsum Concilium postulat: ergo, ex dictis nuper, constat valide posse clam contrahere. Sic Sanchez *lib.* 3 *disp.* 18. *num.* 35. Basilius *lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 7. Qui iidem dicunt dicendum, de matrimonio contracto, inter Christianos mercatores, qui inter infideles commorantur, mercium congregandarum (vel alia ratione) causa. Palacios *in* 4. *dist.* 29. *disp.* 1. Rebell. *quæst.* 7. *sect.* 3 *num.* 18. Hurtado *disp.* 5. *diff.* 5. *num.* 18. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 39. *pag.* 1019. Ochagau. *loc. cit. num.* 9. Bonac. *punct.* 7. *cit. num.* 3. & alij. Agit etiam Diana *de hac quæstione par.* 6. *tract.* 7. *resol.* 40. Et solum ait, se velle hæc omnia à Summo Pontifice declarari.

QVÆSTIO XIV.

An Ad valorem Matrimonij, requiratur præsentia Parochi vtriusque contrahentis, quando quilibet eorum, diuersum habet Parochum?

RESPONDEO: Tanquam certum. Nõ requiri; sed sufficere præsentiam Parochi, illius contrahentis, in cuius parochia celebratur matrimonium. Quia Concilium, non Parochorum, sed Parochi præsentiam requirit. Sic declarauit Sac. Congregat. Cardinalium, & approbauit Gregor. XIII. vt testantur Additionator Natalis *cap.* 25 *sine in vltima editione.* & Hurtado *disp.* 5. *diff.* 6. *num* 20. Et eli sententia communis apud Sanchez *lib.* 3. *disp.* 19. *nu.* 4. Legantur Nauar. *consil.* 3. *lib.* 4. *de clandest. desponsat.* Gutierrez *de Matrim. cap.* 73. & Basilius *lib.* 5. *cap.* 13. & *cap.* 16. Vbi ait, id esse certum.

QVÆSTIO XV.

An Etiam sufficiat, præsentia Parochi alterius contrahentis, quando celebratur Matrimonium, in Parochia alterius sibi non subditi?

AFFIRMAT Basilius *lib.* 5. *cap.* 16. *nu.* 4. referens pro sua sententia Nauarr. *lib.* 4. *consil. tit. de clandest. desponsat. consil.*

consil. 4. & in sum. cap. 25. num. 144. Ludouicum Lopez *1. par instruct. cap. 86. §. Praterea & 2. par. de matrimon. cap. 39.* Salcedum *in praxi. cap. 73. ver. 14.* Emman. Rodriguez *1. par. sum. cap. 218. num. 5.* Enriquez *lib. 11. de matrim cap. 3. num. 2.* & tres declarationes Cardinalium dicentes, non sufficere præsentiam Parochi vnius contrahentis in Parochia alterius, sed necessario requiri in Parochia viri præsentiam Parochi viri; & in Parochia fœminæ, præsentiã Parochi fœminæ. In hanc etiam sententiam inclinat Sancius *in selectis disp. 44. nu. 8.* & tenet Zerola *2. part. praxis Episcop. verb. Parochus. pag. mihi* 177.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere præsentiam cuiuslibet Parochi. Quia Tridentinum solum postulat præsentiam proprij Parochi: sed sic est, quod cum præsentia dicti Parochi, vere satisfit decreto Concilij, cum vere assistat proprius Parochus, licet in Parochia alterius: ergo. Sic declarauit Sacra Congregatio Cardin. ut testatur Nauar. *lib. 4. consil. in 1. edit. tit. de sponsal. consil. 52. & in 2. edit. consil. 4.* Sic etiam Enriquez *num. 2. cita to in fine.* refertq; etiam declarationem Cardinalium sub Pio V. *in Glossa lit. R.* Sic etiam Rodriguez *cap. 219. in 2. edit. num. 5. & in 1. edit. cap. 216. num. 5.* Vbi ait, ita declarasse, Congreg. Cardinalium, & nostram sententiam tenere Nauarrum *in consil. cit.* Vnde male citat Basilius Emmanuelem, & Enriquez. Tenent etiam nostram sententiam Sanchez *lib. 3. disp. 19. num. 11.* & penes ipsum, Petrus, & Barthol de Ledesma, Spino, Sigura, & Viuald. Quibus addi possunt Ægid. *disp. 27. dub. 2.* Hurtad. *disp. 5. diff. 6. num. 21.* Filliuc. *num. 202.* Ochagauia *tract. 3. quæst. 9. num. 3.* Layman *tract. 10 cap. 5, num. 3.* Villalobos *tract. 13. diff. 18. num. 3.* Rebellus *lib. 2. quæst. 8. num. 1.* Bonac. *quæst. 2. punct. 8. num. 7.* & penes ipsum, Reginald. & Riccius. Diana *3. part. tract. 4. resol. 232.* Quamuis hic Autor, solum dicat, nostram sententiam esse satis probabilem, fortasis quia sequitur primam.

QVÆSTIO XVI.

An Item, sufficiat præsentia Parochi vnius, vel vtriusque contrahentis, quando celebratur matrimonium, extra vtriusque Parochiam, vel in aliena Diœcesi?

NEGAT Nauar. *loc. cit.* & Basilius *nu. 11.* Quia perinde est, inquiunt, ac si alienus omnino Parochus assisteret.

Sed probabilius Respondeo: Etiam sufficere. Primo. Quia Tridentinum, tantum exigit præsentiam Parochi proprij: quæ vere adest, etiam extra propriam Parochiam. Secundo. Quia iste actus, non est iurisdictionis; & quamuis esset, non est contentiosę: & ita potest, extra territorium exerceri. Sic Enriquez *lib. 11. cap. 3. num. 2.* & apud ipsum, in Glossa *lit. R.* alij viri docti. Sanchez *loc. cit. num. 14.* & penes ipsum, Salzedo, Segura, & Rodriguez. Quibus addi possunt Ægidius, Filliuc. Hurtado. & Ochag. *loc. cit.* Rebellus *num. 5.* Posseuin. *cap. 10. quæst. 16. num. mihi, 25.* Gutierrez *de matrim. cap. 62. num. 5* Vbi *num. 10.* resoluit, non tantum proprium Parochum, sed etiam Sacerdotem de illius licentia, matrimonio assistentem, valide assistere, extra Parochiam.

QVÆSTIO XVII.

An Saltem, peccet mortaliter, Parochus assistens matrimonio, extra suam Parochiam?

AFFIRMANT Enriquez, Rodriguez, Basilius, & Filliuc. *loc. cit.* & Sancius *loc. cit. num. 13. & 14.* peccare mortaliter, & esse puniendum.

Sed probabilius Respondeo: Nullomodo peccare, cessante scandalo, & ideo nec esse puniendum. Primo. Quia nullo iure id prohibetur. Secundo. Quia hæc præsentia, non est actus pertinens ad iuris dictionem contentiosam; imo nec ad voluntariam. Sic Sanchez *loc. cit. numer. 18.* Ægid. Ochagau. Hurtado, & Posseuinus *loc. cit.* Albiz *in manu scriptis disput. 4. dub. 6. concl. 4.* & Diana *loc. cit.* quamuis hic Author, vt solet, pro vtraque sit sententia.

QVÆS-

QVÆSTIO XVIII.

An Quando quis duplicem habet parochiam, habitans in vna, v.g. per hyemem, & in alia, per æstatem, possit coram hoc, vel illo Parocho, Matrimonium inire?

NEGANT Bonosius apud Menochium *consil. 398. volum. 4. num. 7.* & Zephalus apud eundem, existimantes, non dari duplicem Parochiam inordine ad matrimonium.

Sed, tanquam certum, Respondeo: Posse, coram quolibet Parocho parochiæ vtriusque contrahere. Quia vtraque est vera Parochia contrahentis: ergo vterque est vere Parochus illius. Sic Nauar. *lib. 4. consil. tit. de cland. despons. consil. 7. alias, 2* Enriquez *lib. 6. cap. 7. nu. 2.* Sanchez *lib. 3. disp. 24. num. 2.* & penes illum, alij, tredecim Doctores. Basilius *lib. 5. cap. 13. num. 1.* dicens, id esse verum.

QVÆSTIO XIX.

An, In dicto casu, possit contrahens, coram alterutro, indifferenter, Parocho Matrimonium contrahere?

NEGANT D. Anton. Gabriel. Rossella, Angel Siluest. Tabiena, & alij, penes Sanchez *loc. cit. num. 4.* existimantes, debere necessario contrahere coram Parocho illius Parochiæ, in qua tunc contrahens habitat.

Sed probabilius Respondeo: Posse coram quolibet Parocho, quolibet ex prædictis temporibus, matrimonium inire. Idest, in hyeme, coram Parocho parochiæ, vbi habitat per æstatem: & in æstate, coram Parocho parochiæ vbi per hyemem habitat. Quia contrahens, in vtroq; tempore, duplicem habet Parochiam, & duplicem Parochum: ergo vtroque tempore, potest coram quolibet matrimoniū inire. Sic Sanchez *disp. 24. cit. num. 5.* & penes ipsum, Nauar. & Enriquez, Basilius *loc. cit.* Ægid. *disp. 26. num. 18.* Bonac. *q. 2. de matrim. pun. 8. nu. 5.* citans pro contraria sententia, Nauar. *despons. consil. 52.* Sed ibi Nauar. non agit de casu præsenti, sed de proposito *q. 15.* citat etiā pro nostra sententia Rebell. *lib. 2. quæst. 8.* Sed neque hic author agit de præsenti difficultate.

QVÆSTIO XX.

An, Si quis, habens alicubi domicilium, migret alio (recreationis, v.g. causa) breui rediturus; possit contrahere coram Parocho illius breuis habitationis, seu temporis?

NEGANT Nauar. *lib. 4. consil. tit. de clandest. despons. cons. 7.* Sanchez *disp. 23. num. 13.* Cenedo *quæst. 30. nu. 60.* Barbosa *de potest. Episcopi par. 2. allegat. 32. num. 62.* Riccius *in praxi tom. 1. resol. 214. num 2.* Menochius *consil. 398. volu. 4.* adducens pro hac parte quatuor decisiones Rotæ. Diana *3 par. tr. 4. resol. 231. fine* Zerola *2 par. Ver. Parochus, vers. Secundo contrahitur* Hurtad. *disp. 5. diff. 6.* Bonac. *q. 2. pun. 8. num. 3.* & alij communiter.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse contrahere coram Parocho illius breuis habitationis. Quia tunc vere Parochus contrahentis est: ergo eius præsentia sufficit. Sic Sa, etiam correctus, *Verb. Matrimon. num. 2. & Verb. Parochus. num. 2.* (non 7. vt inueni apud Basilium) Basilius *lib. 5. cap. 13. nu. 4. & sequent.* Vbi pro hac parte duas declarationes Cardinalium, ex Farinacio, adducit; & opponit decisionibus Rotæ, dicens, & bene, illas maioris pōderis, & authoritatis esse.

QVÆSTIO XXI.

An, Casu, quo alter ex contrahentibus sit vagus, alter vero incola, requiratur præsentia Parochi Incolæ?

AFFIRMANT Pet. de Ledesma *de matrim. quæst. 45. ar. 5. circa 3. punct. post. 4. dubium.*

Sed probabilius Respondeo: Non requiri necessario, sed sufficere præsentiam cuiuscūque Parochi. Quia vt nuper est habitum, sat est, ad valorem matrimonij, præsentia cuiuslibet contrahentium Parochi: sed quilibet Parochus est Parochus vagorum ergo. Sic Sanchez *lib. 3. disp. 25. numer. 14.* Basilius *lib. 5. capit. 16. numer. 14.* & alij.

(§)

QVÆSTIO XXII.

An Parochus assistens Matrimonio, debeat esse Sacerdos?

AFFIRMANT apud Sanchez, Nauar. *lib 1. consil. in 1. edit, de offic. Ordinan. cons. 1. & in 2. edit. tit. de clandest. desponsat. consil. 10.* Rodriguez *in Sum. in 2. edit. cap. 219. n 9* Salzedo *pract. c. 73.* & Veracruz *in Append. aub. 5. concl. 2.* Sed ex his authoribus, tres primos citat Barbosa, vbi infra, pro opposita sententia. Quis autem melius, ex dicendis constabit. Affirmant ité Canus, Estius, Siluius, & alij docentes, Ministrum Matrimonij, esse Sacerdotem proferentem illa verba: *Ego vos coniungo &c.* de quo supra *disp. 4. q. 10.* Ita etiam Zerola *2. par. praxis Ver. Parochus. vers. Tertio. pag. mihi 179.* Vnde male citatur à Barbosa, pro opposita parte:

Sed probabilius longe Respondeo: Nõ debere necessario esse Sacerdotem; sed valere matrimonium contractum coram Parocho, vel Ordinario, non Sacerdote. Nã Concilium solum exigit assistentiam proprij Parochi: at sic est, quod quamuis hic, Sacerdos non sit, vere Parochi nomen, & authoritatem proprie retinet: Ergo. Sic declararunt Emminentiss. Cardin. vt refert Bassl. *lib. 5. cap. 17. num. 1.* per hæc verba: At tamen extra dubium ea opinio est, sic enim declarárũt Illustrissimi Cardinales. Nam inter nouissimas Rottę decisiones, quas cum declarationibus Concilij excusit Farinac. *decis 70.* Sic habetur *Abulensis eadem, scilicet, prima Decembris 1593. Congregatio Concilij censuit, matrimonium contractum coram Parocho non Sacerdote valere.* Quare de eo amplius dubitare non licet. Huc vsque Basilius. Sic Sanchez *lib. 3. disp. 20 num. 3* Nauar. *loc. cit. consil. 9.* Vbi hanc sententiam, septem argumentis confirmat: quamuis *consil. 10* sequenti, in oppositam, propter quandam Congregationis declarationem, quam extare audiuit, inclinet. Vnde non mirum quod hic nobis Author, iam pro vna, ab aliquibus; iam pro alia, ab alijs, citetur sententia. Enriq. *lib. 11. cap. 3. n. 5. & lib. 14. c. 6. nu. 3.* Suar. *de excommunic. disp. 11. sect. 2. n. 18.* Sa *Ver. Matrim. n. 1.* Rodrig. *loc. cit.* pro cõtraria à Sanchez *& in 1. edit. 2. tom. cap. 216. n. 9. pag. mihi 706.* Pet. Ledes. *q. 45 ar 5. pun. 3. dub. 3. concl. 3.* Gutierr. *tr. de matrim c. 62. à. n. 16.* Ægid. *disp. 27. dub. 2. n. 21.* Ochag *tr. 3. q. 9. nu. 6.* Bonac *q. 2. pun. 8. n. 16.* Qui etiam male citat Rodrig. pro oppositio. Filliuc. *n. 203.* Hurt. *disp. 5. diff. 7. n. 24.* Posseuin. *c. 10. q. 13. num. mihi 20.* Villalob. *tr. 13. diff. 21. num. 2.* Barbosa *in remissio. ad sess. 24. Concilij. cap. 1. n. 37.* & communis.

QVÆSTIO XXIII.

An Parochus non Sacerdos peccet assistens Matrimonio?

AFFIRMANT, & à fortiori, Syluius, Estius, Can⁹. & alij *loc. sup. cit.* Pet. Ledesma *de matrim. q. 45. ar. 5. pun. 3. dub 3. con. 3.* Sancius *in sele ctis disp. 44. nu. 13. & 14.* & alij.

Sed probabilius longe, Respondeo: Nullo modo peccare. Quia licitum est ei, omni exparte, secundum ius Tridentini, Matrimonio assistere. Sic Sanchez *loc. cit. n. 4.* Basil. *loc. cit. num. 4.* & alij.

QVÆSTIO XXIV.

An, Parochus non Sacerdos, possit concedere licentiam Sacerdoti, assistendi Matrimonio?

NEGARE possunt probabiliter, omnes illi Doctores, qui docent, Parochum, necessario debere esse Sacerdotem, vt notat Sanchez *loc. cit. num. 6.*

Sed, probabilius longe, Respondeo: Posse: adhuc dato, & non concesso, quod Parochus non Sacerdos, minime assistere vale: et matrimonio. Quia, sicut Parochus non Sacerdos potest dare licentiam religioso ministrandi Eucharistiam, quam ipse Parochus non Sacerdos ministrare nequit; ita potest concedere alijs Sacerdocerdotibus, vt matrimonio assistant, quãuis ipse Parochus Sacerdos non sit. Sic Sanchez, Basilius, Enriq Hurtado, & alij. Qui bene addunt, dictum Parochum, minime posse concedere licentiam assistendi Matrimonio, Clerico non Sacerdoti; quamuis possit illam dare Sacerdoti simplici non approbato ab Ordinario. Legantur Nauar. *lib 4. cõsil. tit. de cland. desponsat. cons. 6.* Gutier. *de matrim. c. 62. num. 22.* & alij citati.

QVÆS-

QVÆSTIO XXV.

An Parochus excommunicatus, etiam non toleratus, & nominatim denuntiatus, suspensus, aut irregularis, possit valide assistere Matrimonio?

NEGAT posse valide assistere Parochũ denuntiatum, seu non toleratum, Auila *de Censur. par. 2. cap. 6. disp. 3. dub. 1 concl. 1.* Et eam debent amplecti Canus, Estius, Syluius, & alij, qui docent, Parochum esse Ministrum Sacramenti matrimonij. Et, meo videri, illam, non obscure, tenet Sa. *Verb. Matrim. num. 1. fine.* Cum expresse, solum Parocho tolerato valide assistere, per hæc verba, concedat: Sufficit, & Parochus toleratus, etiãsi alioquin excommunicatus, aut suspensus, modo non sit per sententiam priuatus officio. Sic Sa. Vnde non bene Basilius citat hunc authorem pro opposita parte.

Sed, longe multò probabilius, Respondeo: Posse valide Matrimonio assistere. Quia Parochus, nec est Minister Sacramẽti matrimonij, vt supra est habitum: nec per excommunicationem quamcumque est priuatus officio Parochi: ergo optime assistere Matrimonio poterit. Sic Sanch. *lib. 3. disp. 21. nu. 4.* & penes ipsum, Nauar. Salzedo, Petr. Ledesm. & Enriq. Basil. *lib. 5. cap. 17. n. 6.* Suarez *de excõmunic. disp. 11. sect. 2. n. 2.* Vazq. *de excommun. dub. 4* Riccius *in praxi, dec. 5. 243. num. 1.* Ægid. *disp. 27. dub. 2. num. 24.* Rebell. *loc. cit. q. 9. n. 9.* Ochag. *tr. 3. q. 9. nu. 9.* Hurtad. *disp. 5. diff. 8. num. 26.* Posseuin. *cap. 10. q. 13. num. mihi 21.* Gutierrez *de matrim. cap. 62 n. 23. & cap. 66. n. 19.* Bonac *q. 2. punct. 8. n. 21.* Diana *3. par. tr. 4. resol. 233.* Machado *to. 2. lib. 4. par 2. tr. 2. docum. 16. n. 2.* & communis.

QVÆSTIO XXVI.

An Etiam, Parochus excommunicatus non toleratus, possit dare licentiam alicui Sacerdoti, vt assistat, Matrimonio?

NEGANT Pet. de Ledesma *q. 45 ar. 5. dub. 4.* Ægid. *disp. 27 dub. 2. num. 25* Layman *tract. 10. par. 2. cap. 4. num. 5.*

Sed probabilius Respõdeo: Posse. Quia collatio dictæ licentiæ, non est actus iurisdictionis, sed tantum, quasi substitutio testis, quam expresse concessit illi Trident. Sic Sanchez *loc. cit. num. 7.* Basilius *cap. 17. cit. num. 14.* Sa *Ver. Matrim. nu 1.* Enriquez *lib. 11. cap. 13. num. 5. & lib. 13. c. 7. n. 7.* Rebell. *lib. 2. q. 8. n. 8* Posseuin. *loc. cit.* Diana *3. par. tr. 4 resol. 233. fine.* Hurtado *disp. 5. diff. 8 nu 27.* Machado *lib. 4. par. 2. tract 2. docum. 16. num. 4.* Bonac. *loc. cit. num. 22.* Addens, posse Parochum dare valide prædictam assistendi licentiam Sacerdoti excommunicato, vel irregulari.

QVÆSTIO XXVII.

An Peccet mortaliter, aut venialiter saltem, Parochus excommunicatus assistens matrimonio, aut dans licentiam alteri assistendi?

AFFIRMAT peccare, & mortaliter Couarrub. quem citat, & sequitur Basilius *cap. 17. num. 11.* eo quod in tali casu, communicet cum alijs in sacris, quod grauiter interdictum est excommunicato. Quibus fauent Vazquez *tom. 4. in. 3. par. tract. de excommunic. dub. 7. num. 7* & Posseuin *cap. 10. n. 21. cit.* dicentes, ad minus peccare venialiter, Sanchez item *lib. 3 cit. disp. 21. nu. 8.* Qui asserit, peccare quidem Parochum venialiter, non quia communicat cum alijs, cum id faciat, ob vtilitatem, imo, ob necessitatem contrahentium (& in hoc bene, contra Basilium:) sed quia benedicit sponsos, illis verbis. *Ego vos coniũgo in nomine Patris &c.* Ita Sanchez quem sequuntur Villalob. & Diana *locis cit.*

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Nec peccare venialiter. Quia nec benedicere sponsos est actus Iurisdictionis, vt ex dictis constat: ergo ex nullo capite cogimur ad asserendum, eiusmodi Parochum, adhuc venialiter peccare. Sic Hurtado *disp. 5. diff. 8. num. 27.* Et bene: quamuis non ita, citet pro hac parte Thomam Sanchez.

QVÆSTIO XXVIII.

An Valeat Matrimonium, cui assistit Parochus, cui interdictus est specialiter, vel generaliter, ne matrimonio assistat?

RESPONDEO: Valere. Quia, adhuc in tali casu, est vere Parochus, & retinet

titulum talis. Sic declarauit Sacra Congregatio Cardin. apud Farinac. *pag.* 270. Et tenent omnes, Sanchez *lib.* 3. *disp.* 32 *n.* 2. Basil. *loc. cit. num* 13 dicens, de hoc, dubium esse non potest. Gutierrez *tract. de matrim. cap.* 63. *num.* 25. & omnes.

QVÆSTIO XXIX.

An Matrimonium contractum, coram Parocho habenti titulum Parochi à legitimo superiori collatum, non tamen validum, sit ratum?

RESPONDEO: Esse ratum, & validum. Quia tunc Ecclesia, ob bonum, & vtilitatem publicam confert potestatem ad valide exercendum officium Parochi, iuxta L. Barbarius ff. de officio Prætoris. Sic omnes. Legantur Sanchez *lib.* 3. *disp.* 22. & Basil. *lib.* 5. *cap.* 19.

QVÆSTIO XXX.

An Etiam sit validum matrimonium contractum coram Parocho putatiuo, absque vllo titulo collato à superiori legitimo?

NEGANT Sanchez *lib.* 3. *disp.* 22. *à. n.* 49. Et penes ipsum, quadraginta & vnus Doctores Iuristæ; & sex Theologi. Quibus addi possunt Filliuc. *num.* 205. Hurtado *disp.* 5. *diff.* 8. *fine.* Ochagau. *quæst.* 9. *num.* 11. Luysius *in sum.* 2. *par. cap.* 96. *dub.* 19. & alij, existimantes, nõ satis esse communem errorem, vt gesta valeant; sed necessarium esse titulum collatum à legitimo superiori, quamuis alias sit inualidus, ob aliquod occultum impedimentum, vt nuper diximus.

Sed probabilius Respondeo: Etiam esse validum matrimonium tactum coram Parocho carenti titulo; dummodo sit intrusus, & errore communi putatiuus, ob rationem quæstione præcedenti adductam. Sic optime Basilius *lib.* 5. *cap.* 20. *à. nu.* 2. *vsque ad* 9. & alij plures authores, quos ipse citat. Et nos 1. *par. tr.* 5. *disp.* 11. *q.* 102.

QVÆSTIO XXXI.

An Parochus ad valorem matrimonij debeat proferre illa verba; Ego vos coniungo &c. aut alia similia?

AFFIRMANT Canus, Estius, & Sylnius sup. *disp.* 4. *q.* 9 & 10. *citati.* & Leptha lus *const.* 540. *num.* 47. *volum.* 4. Quia existimant, præfata verba, esse formam huius Sacramenti.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Non debere. Quia prædicta verba, nec sunt forma, nec de essentia Sacramenti matrimonij. Ergo licet omittantur, validum erit. Sic extant plures declarationes Cardinalium pro hac parte, quas ex Farinacio refert Basilius infra citandus. Quarum vna. Sic ait: *Et si Parochus nihil dicat, constat tamen matrimonium.* Sic Basil. *lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 2. Dicens de hoc amplius dubitare non licere. Sanchez *lib.* 3. *disp.* 38. *n.* 3. & alij plures penes ipsũ. Cõstatquè ex dictis *q.* 10. *citata.*

QVÆSTIO XXXII.

An Saltem, peccet lethaliter Parochus, qui, intellecto iam consensu contrahentium, omittat prædicta verba, iuxta consuetudinem prouintiæ?

AFFIRMANT, penes Sanchez *loc. ci. nu.* 2. Salcedo *practicar. c.* 73. *vers. Secundo illud* & Vega *lib.* 6. *sum. casu* 112. & 116. Quibus addi possunt Zanard. *in direct. par.* 1. *de matrim. c.* 10. *q.* 27. Rebell. *par.* 2. *lib.* 2. *q.* 7. *sect.* 1. *n.* 4 & ni fallor, Luysius *in sum. par.* 2. *c.* 96. *dub.* 39. *concl.* 2. (Quamuis, *concl.* 3. dicat probabile esse peccare solũ venialiter) Citat etiam Bonac. pro hac parte Enricum Enriq. *lib.* 11. *c.* 2. Sed male. Fundamentum eorum est. Quia id præcipit Trident. *sess.* 24. *cit. c.* 1. his verbis: Præcipit Sancta Synodus, vt Parochus, viro, & mulieri interrogatis, & eorũ mutuo consensu intellecto, vel dicat: Ego vos coniũgo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: Vel, alijs vtatur verbis, iuxta receptum vnius cuiusque Prouintiæ ritum. Sic Concilium.

Sed probabilius Respondeo: Solum peccare venialiter. Quia, licet tunc Parochus frangat præceptum Concilij, est tamen fractio rei leuis, omissio illorum verborum; cum hæc, nec sint forma, nec pertineant ad magnam Sacramenti solemnitatem. Sic Sanchez *loc. ci. num.* 6. & 7, Basil. *lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 2. Gutierrez *de matrimon. c.* 69. *n.* 16 Ægid. *disp.* 27. *n.* 45. Filliuc. *num.* 222. Hurtado *disp.* 5. *diff.* 15. *n.* 50. Diana 3. *par. tract* 4. *resol.* 256. Villalob. *tr.* 13. *diff.* 6. *num.* 3. Bonac. *q.* 2. *punct.* 8. *num.* 39. alias 42. & communis.

QVÆS-

QVÆSTIO XXXIII.

An Parochus teneatur sub mortali interrogare contrahentes, de mutuo consensu; nempe, virum, an velit fœminam in vxorem; & fœminam, an velit virum in maritum?

AFFIRMAT Vega *lib. 6. sum. casu.* 112. putans, omissionem talis interrogationis esse mortalem. Veracruz vero, & Anton. Cucus, quos citat, & sequitur Sanchez. Ægid. *disp.* 27. *nu.* 74. Gutierrez *de matrim. c.* 69. *num.* 17. Filliuc. *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. n.* 40. & Reginald. penes ipsum, & Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 294 existimantes, teneri quidem Parochum, vtrumque sponsum, de mutuo cõsensu eorum, interrogare; quia id præcipit Trident. verbis supra adductis; & in hoc bene: addunt tamen, omissionem illius interrogationis esse peccatum, sed veniale tantum, casu, quo constet Parocho, eos libere consentire.

Sed probabilius Respondeo: Teneri quidẽ Parochum, & meo videri, sub mortali, interrogare vtrumque sponsum de mutuo eorum consensu; caeu, quo ipsi, non illum explicent. Quia in hoc euentu, res est grauis omittere interrogationem dictam, vt de se constat: & indicat Sanchez cum alijs, & expresse tenet Vega, qui in hoc sensu audiendus est, quidquid dicat Sanch. Nullo verõmodo teneri, nec sub veniali, casu, quo contrahentes non interrogati, proferant verba, quibus consensum exprimant. Sic Basil. *lib.* 5. *cap.* 21. *n.* 3. Vbi contra Sanchez, hæc dicit: Secũdo, circa eandem decreti partem obseruandum est contra Sanctium *ibid. num.* 9. Quod licet Parochus interrogare teneatur de mutuo consensu, si tamen contrahentes non interrogati illum explicant, non existimo esse peccatum omittere interrogationem. Quid enim opus est, si id, quod interrogatione cognoscẽdum erat, ipsi plane ostendant. Quod si Concilium inquit, *viro, & muliere interrogatis*, hæc verba accipe, cum necesse est; & illis æquipolentia sunt, quæ sequuntur: *& eorum mutuo consensu intellecto.* Sic Basil. Quem non citat Diana.

QVÆSTIO XXXIV.

An Parochus teneatur sub peccato interrogare contrahentes, an aliquod impedimentum habeant?

AFFIRMANT teneri, & sub mortali, Veracruz *in Append. ad spetul. dub.* 2. *concl.* 1.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo; Nec sub veniali teneri. Quia cum ad matrimonium deuenitur, iam præcesserunt denuntiationes, ex quibus constare debet, an tale impedimentum subsit. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 10. Basil. Gutierr. Diana, & alij *loc. cit.*

QVÆSTIO XXXV.

An, Ad valorem matrimonij sufficiat præsentia physica Parochi?

RESPONDEO: Tanquam certum, Non sufficere; sed requiri necessario præsentiam moralem, & humanam, qua adsistat matrimonio, aduertendo, & intelligendo, quid agitur, vt possit testificari, & Ecclesiã certam reddere de matrimonio cõtracto. Sic communiter DD. Sanchez *lib.* 3 *disp.* 39. *nu.* 1. Basilius *lib.* 5 *c. p.* 21. *num.* 8. & alij. Qui bene addunt, satis esse, si Parochus, aliquo sensu, consensum contrahentium percipiat, v. g. visu, si non auditu percipiat, nam potest matrimonium verbis, & signis cõtrahi, vt sup. est habitũ.

QVÆSTIO XXXVI.

An Sufficiat ad valorem Matrimonij, quod Parochus intelligat contrahentium consensum, per interpretem?

AFFIRMANT Sanchez *lib.* 3. *disp.* 39. *n.* 3. & penes ipsum, Veracruz, Cuco, & Viuald, Filliuc. *tr.* 10. *n.* 224. Ochag. *tr.* 3. *q.* 13. *n.* 1. & Hurt. *disp.* 5. *aff.* 15. *n.* 48. Bonac. *loc. cit. num. mihi* 19.

Negat verõ è contra, contra Sanchez, Basilius, existimans, non sufficere. Quia repugnat, inquit, naturæ testimonij, vt quis sit testis fidem faciens de his, quæ nouit per interpretem, cum debeat deponere de his, quæ nouit per proprium sensum. Ita ille *lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 10. & 11.

Sed, media via, Respondeo: Non sufficere ad valorem matrimonij, intelligere consensum contrahentium, precisse per interpretem, bene tamen casu, quo dictis

interprætis adiungantur aliqua signa contrahentium, exprimentia moraliter consensum ipsorum. Quia in hoc euentu optime potest Parochus fidem facere de his, quæ nouit per interpretem simul, & per proprium sensum: alias minime, vt in hoc bene Basilius.

QVÆSTIO XXXVII.

An Sufficiat ad valorem matrimonij, quod Parochus accedat animo attendendi, si tempore contractus, distraba turmenta?

AFFIRMAT Enriquez *lib.* 11. *cap.* 3. *in Glossa lit. F.* Et id esse probabile, haud obscure indicant Sanchez *disp.* 39. *cit. num.* 5. & Filliuc. *num.* 224.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Nō sufficere: sed necessario requiri, quod Parochus habeat actualem attentionem, & aduertentiam; cum alias nequeat testificari factum esse matrimonium. Sic Sanchez, Filliuc. & Hurtado *loc. cit.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An Validum sit matrimonium, coram Parocho, & testibus, casu transeuntibus, celebratum?

AFFIRMANT Sanchez *lib.* 3. *disp.* 39. *n.* 11. Pet. Ledesma *de matrim. q.* 45 *ar.* 5. *punct.* 3. *dub.* 2. Filliuc. *num.* 225. Hurtado *disp.* 5. *diff.* 15. *num.* 50. Gutierrez *cap.* 69. *num.* 1. Reginald. *lib.* 31. *n.* 182. & alij. Quia casù assistere, ad testificandum sufficit.

Sed probabilius Respondeo: Non esse validum. Quia, vt Parochus dicatur præsens matrimonio requiritur necessario, vt sit ad eū casū, formaliter adhibitus, vocatus, & rogatus. Vnde, si Parochus, casu aduenerit, etiāsi coram illo contrahatur matrimonium, nullum erit; nisi forte Parochum transeuntem moneant prius contrahentes, se velle contrahere, quia tunc valebit gradum tunc Parocho sustente, & vidente contrahere. Sic declaratum fuit non semel, ac iterum à Congregatione Cardin. quorum declarationes extant apud Farinac. Prima, *pag.* 268. Secunda *pag.* 273 quam, etiam adducit Rebell. 2. *par. in fine lib.* 4. *pag. mihi.* 394. Quæsic se habet habet: *Parochus ita præsens matrimonio debet esse, vt appareat à contrahentibus hæc de causa adhibitas fuisse.* Tertia, *pag.* 276. Vnde, si qui transeunte illac Parocho, ita alte proferrent verba contractus; vt audiret Parochus, nihil ageret. Sic Basil. *lib.* 5. *c.* 21. *n.* 4. dicens, post tot declarationes Cardinalium, amplius de hoc dubitare non licere. Bonac *q.* 2. *pun.* 8. *num.* 20.

QVÆSTIO XXXIX.

An Validum sit Matrimonium, quando testes, vel Parochus, dolo vocati, aut vi adducti, & contra eorum voluntatem, detenti, assistunt matrimonio, & intelligunt consensum?

NEGAT Segura 2. *par. directo. cap.* 15 *n.* 58. Quamuis cum formidine propter declarationem, quæ extat, Cardinal. Qua secluſa, etiam Pet. Ledes. *q.* 45. *art.* 5. *pun.* 3. *dub.* 2. dicit, esse satis probabile. Et Azebedo *lib.* 5. *recopil. tit.* 1. *lib.* 1 *n.* 39. relinquit hoc cogitandum, quia nō audet affirmare valere matrimonium, coram Parocho, & testibus, sub dolo vocatis, celebratum.

Sed tanquam certum, Respondeo: Esse validum. Quia sic sæpe declaratum est ab Emm. Cardinal. Quorum declarationes extant apud Farinac. *pag.* 268. & *pag.* 273 & apud Rebell. *lo. cit. pag.* 396. Vbi sic dicitur. *An vero si inuitus, & compulsus per vim adsit Parocus, dum contrahitur matrimonium, præcedente, vel non præcedente supra dicta prohibitione ordinarij, tale matrimonium subsistat? R. Congregatio subsistere.* Sic Sanchez *lib.* 3. *disp.* 39. *n.* 9. Nauar. *lib.* 4. *consil. tit. de cland. desp consil* 11. Enriquez *lib.* 11 *c.* 3. *n.* 1. P. Ledes. *lo. ci.* Et alij septē DD. apud Sanch. Basil. *lib.* 5. *c.* 21. *n.* 5. Filliuc *n.* 225. Hurtad. *disp.* 5. *diff.* 15. *n.* 50. Luysius *in sum. c.* 96. *dub.* 37. Villalobos *tr.* 13. *diff.* 22. *n.* 3. Bonac. *lo. cit. nu.* 20. & communis.

QVÆSTIO XL.

An In præcedenti casu, valeat matrimonium, si Parochus assistens inuitus, & astans non intelligere, iures, & oculos occludens, nihil eorum, quæ agebantur, viderit?

NEGVT Sanchez *lib.* 3. *disp.* 39. *nu.* 6. Per hæc verba: vnū tamen scio, nullo modo valere matrimoniū quamuis Parocus

chus affectate, & cõsulto nõ attendat, nec intelligat cõsensus, Quia tunc re vera non est præsens, nec potest testificari de matrimonio, vt probaui n. præcedenti. Ita Sanchez. Et post illum, Bonac. *loc. cit. num.* 20. Quatenus docet, dictum matrimonium esse validum, etiam si Parochus affectet non intelligere, modo vere intelligat. Et citat pro se, Riccium, Gutierrez, Sanchez, & etiam quasdam declarationes Cardinalium, quas affert Rebell. *sect.* 3. *num.* 51. & 73. Sed certe hic Author, non refert ad propositum dictas, quas affert Rebellus, declarationes; cum illę, de casu habito in præcedenti quæst. expresse solum loquantur. Et licet hæc sententia sit probabilis, & satis. Nihilominus.

Probabilius Respondeo: Valere dictum matrimonium. Quia expressam de hoc habemus declarationem Cardinalium, quam afferunt, ex Salcedo *pract. cap.* 73. Sanchez *loc. cit.* Farinac. *pag.* 273. & Rebellus *loc. cit. num.* 53. *pag. mihi* 396. in hæc verba: *Et quid si Parochus ad fuerit, nihil tamen eorum, quæ agebantur, vidit, vel audiuit, vtrum tale matrimonium sit nullum: Respondit Congregatio, matrimoniũ non valere, si non intellexit, ni si ipse Parochus affecet affet non intelligere.* Et quidem merito (addit Basilius) ita responsum est. Nam eo ipso, quod Parochus affectat non intelligere, admonitus primo, velle matrimonium contrahere eos, qui adsunt, sane iam ignorare non potest consensum contrahentium, atque adeõ testis esse potest eius consensus apud Ecclesiam. Huic tam apertissimæ decisioni frigide respondet Thom. Sanchez, inquit enim, horum verborum sensum esse, nisi Parochus consulto, & data opera, fingat se non intelligere, cum tamen re vera intellexisset. Quasi, qui vocatus adhoc, vt adsit matrimonio, & monitus á contrahentibus, se velle contrahere, potuerit non intelligere matrimonium ab illis contrahi, quamuis postea aures occludat. Huc vsque Basilius.

QVÆSTIO XLI.

An Peccent mortaliter, qui contrahunt, coram Parocho vi detento, vel dolo ad aliud vocato?

Respondeo: Affirmatiue. Peccant enim, & ratione iniuriæ, & ratione contemptus Ecclesiæ, cum ab ipsa deputetur Parochus ad testificandum de matrimonio. Excipe casum, quo esset magna necessitas contrahendi, & absque iusta causa, nollet assistere Parochus, nam tunc licite possent contrahentes, dolosa æquiuocatione vocare illum, & coram, matrimonium inire; quamuis non possent vi illum cogere. Sic Petr. Ledesma *quæst.* 45. *art.* 5. *punct.* 3. *aub.* 2. Sanchez *disp.* 39. *cit. num.* 12. Hurtado *disp.* 5. *diff.* 15. *num.* 51. & communis.

QVÆSTIO LXII.

Quis, præter Parochum, censeatur Ordinarius, vt, iuxta decretum Trident. possit matrimonio assistere, & dare alteri licentiam assistendi?

Respondeo: Esse, & censeri, Archiepiscopum, & Episcopum in sua Diœcesi. Capitulum, sede vacante; Abbatem Ecclesiæ exemptæ, ideist, nullo Episcopo subiectæ. Cardinales in Ecclesia sui tituli. Lagatum in Prouintiæ suæ Legationis, & Vicarium Generalem Episcopi. Hi enim omnes assistere matrimonio possunt, & dare licentiam alijs, vt assistant. Quia omnes veniunt nomine Ordinarij. Sic communiter omnes. Legatur. Basilius *lib.* 5. *à capite.* 10.

QVÆSTIO XLIII.

Quot, & Quales debeant esse testes ad valorem matrimonij requisiti?

Respondeo: Requiri adminus, duos testes, præter Parochum, qui & habeant vsum rationis, sintque moraliter præsentes, & simul tempore cum Parocho, vt sic explicent consensum contrahentium. Sic expresse decernit Tridentinum *sess.* 24. *cit. c.* 1. Et ex illo docent omnes Doctores. Legantur Sanchez *lib.* 3. *disput.* 42. Bonac. *q.* 2. *punct.* 8. *n.* Hurt. *disp.* 5. *diff.* 24.

QVÆSTIO XLIV.

An Testes ad matrimonium requisiti debeant esse omni exceptione maiores?

Affirmant aliqui Recentiores apud Sanchez, & Hurtado *loc. citatis.*

Sed longe multo probabilius Respondeo: Non debere necessario esse testes, omni exceptione maiores, (id est, quod careant omni vitio, & defectu, ob quem testes iure expelli possint à ferendo testimonium.) Sed sufficere qualescumque. Vnde valide possunt assistere matrimonio, Parentes, filij, serui, excommunicati, & hæretici. Imo, & infideles. Quia Tridentinũ solum requirit duos testes præsentes. Si enim voluisset testes alias iure idoneos exprefisset, sicut expressit Pontifex *in cap. cum esses. de testam.* Sic Sanchez *lib. 3. disp. 41 num. 4.* Enriquez *lib. 11. cap. 3.* Bonacina & Hurtado *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO XLV.

An Ad valorem matrimonij, necessarium sit, præmitti denuntiationes?

AFFIRMANT Menochius, Zephalus, & Bontius, penes Sanchium *lib. 3. disp. 5. num. 2.* & penes Dianã *3. part. tract. 4. res. 241.* Quia existimant, denuntiationes esse de substantia, & de essentia Matrimonij: ergo si illæ omittantur, absque dispensatione, invalidum erit.

Sed certissime Respondeo: Non esse necessarium. Quia certissimum est, denuntiationes non esse de substantia matrimonij: ergo valebit, quamuis denuntiationes, (etiam absque dispensatione) omittantur. Sic praxis Ecclesiæ. Sic sæpe declararunt Emm. Cardinales. Sicquè desumitur ex Tridentino *loc. cit.* Vbi, non irritat matrimonium, nisi ob defectum Parochi, & testium; *vt supr. quæst. 4.* est habitum. Sic Nauar. *lib. 4. consil. de sponsal. in 2. edit. consil. 17. num. 4. & in man. cap. 22. numer. 70* Sanchez *loc. cit. num. 3.* & apud ipsum, alij quindecim Doctores Iuristæ; & nouem Theologi. Quibus addi possunt Basilius *lib. 5. cap. 30. num. 2.* Ochagauia *tract. 3. quæst. 3.* Ægid. *disp. 27. nu. 49.* Reginald. *lib. 31. numer. 222.* Rebell. *2. part. lib. 2. quæst. 7. sect. 2. num. 8.* Moure *3. par. sum. cap. 17. §. 2. num. 5.* Diana *loc. cit.* & penes ipsum, Riccius, Villalobos, & communis.

QVÆSTIO XLVI.

An Sit mortale, matrimonium sine denuntiationibus celebrare?

NEGAT, Sotus *in 4. d. 28. quæst. 1. art. 2. a 1.* docens, non esse mortale, nisi sit excommunicatio Synodalis lata in ea Diœcesi, contra omittentes illas. Idem docet Petr. Ledesma mox citandus: in casu, quo nulla sit lata excommunicatio, & aliunde certò Parocho constet, nullum esse impedimentum. Huic Authori adheret Ochagau. *loc. cit. num 2.* per hæc verba: Placet mihi sententia Petri de Ledesma *de matrim. quæst. 45. art ic. 5. punct. 1. dub. 1.* (ego dico *3.*) *concl. 1.* & 2. dicentis: quod si Parochus faceret sufficientem diligentiam ad inquirenda impedimenta, & non esset contra omittentes denuntiationes posita aliqua excommunicatio, non esset mortale, sed solum veniale, eas omittere: imo si tanta esset diligentia, vt ferè totum populum admoneret, talis matrimonij, & obligationis manifestandi impedimenta, tunc etiam si esset excommunicatio, non ligaretur ea, nec peccaret mortaliter Parochus omittens: quia hæc diligentia æquipollens est denuntiationibus: sicut non peccat in voto, qui æquiualens Deo reddit. Huc vsque Ochagauia. Et etiam Ludou. de S. Iuan *q. 2. de matrim. art. 1. dub. 3. pag. 878.* & penes illum Segura & Salzedo. Et, ni fallor, Machado *lib. 4. part. 2. tract. 2. docum. 17. num. 3.*

Sed longe probabilius Respondeo: Esse mortale. Ideoque peccare mortaliter Parochum assistentem matrimonio, non præmissis denuntiationibus, etiam casu, quo nulla sit lata excommunicatio. Quia est lex Concilij Lateran. & habetur *in cap. fin. de clandest. despon.* Et lex Tridentini *loc. cit.* & lex præceptiua, & in materia valde graui; cum statuatur ad multa mala vitanda: ergo non est vnde solum fit culpa venialis. Sic Sanchez *loc. cit. num. 6.* & penes ipsum, viginti & tres Doctores. Quibus addi possunt Basilius *loc. cit. numer. 3.* Hurtado *loc. cit.* Filliuc. *tr. 10. num. 173.* Rebellus *lib. 2. quæst. 7. num. 10.* Bonacina *quæst. 2. punct. 6. num. 7.* Reginald. *lib. 31. num. 223.* Moure *loc. cit. num. 12.* Ægid. *disp. 27. num. 51.* Diana *loc. cit.* & communis.

QVÆS-

QVÆSTIO XLVII.

An, Etiam ſit mortale, vnam dumtaxat, ex tribus denuntiationibus, à Tridentino requiſitis, omittere?

NEGANT eſſe mortale, caſu, quo ſit moraliter certum, nullum ſubeſſe impedimentũ, Veracruz & Petr. de Ledeſma, quos citat, & ſequitur Sanchez *lib. 3. diſput. 5. num. 7.* Hurtadus *loc. cit. num. 59.* Barboſa Gutierrez, & Villalob. quos affert, & ſequitur Diana *3. part. tract. 4. reſol. 236.* Filliuc, *loc. cit.* & Rebellus, addens, aliquibus adhuc placere, nec eſſe veniale, ſi cum cauſa rationabili omittatur.

Sed æque probabiliter Reſpondeo: Etiam eſſe mortale, ſi alias non ſubeſſet vrgentiſsima omittendi cauſa. Quia omiſſio vnius denunciationis, ex tribus, non eſt materia leuis, vt conſtat ex fine ad quem ordinatur. Sic Ægidius *diſp. 27. num. 51.* Quem citat, & ſequitur Baſilius *lib. 5. cap. 30. num. 3.* In quorum ſententiam videtur inclinare Bonac. *quæſt. 2. punct. 6. num. 7.* Et tenet illam expreſſe Pater Albiz *in manu ſcrip. de matrim. diſp. 4. dub. 11.*

QVÆSTIO XLVIII.

An, Quando matrimonium contrahitur inter duos diuerſarum Parochiarum, ſat ſit, quod in vna earum, denuntiationes fiant?

AFFIRMAT ſatis eſſe, præcipue ſi in Parochia, in qua matrimonium celebratur, dictæ denuntiationes fiant, Card Hoſtienſ. Greg. Lopez, & Ant. Cucus apud Sanchez *lib. 3. diſp. 6. num. 3.* Quibus fauet Hurtado *diſp. 5. diff. 18. num. 61.* docens, hoc verum eſſe, in caſu, quo parua ſit diſtantia inter vtramque Parochiam.

Sed, probabilius longe, abſolute Reſpondeo: Non eſſe ſatis: ſed neceſſario debere fieri in vtriuſque contrahentis Parochijs. Quia ſic teſtatur praxis Eccleſiæ. Sic declaratio Cardinalium apud Seguram *2. director. Iudic. cap. 16. num. 19.* Et apud Farinac. Sic denique manifeſta ratio. Quia denuntiationes, ſeu proclamationes, adhibentur, vt ſcientes impedimenta, illa detegant: at impedimenta viri nequeunt ſciri in Parochia mulieris, nec è contra: ergo in vtriuſque Parochia fieri debent; & ſub pœna lethalis culpæ. Sic Segura *loc. cit.* Enriquez *lib. 11. cap. 7. num. 1.* Petrus Ledeſma *quæſt. 45. art. 5. pun. 3. dub. 1. & in ſum. cap. 6. de matrim. conel. 7.* Rodriguez *cap. 217. numer. 6.* Sanchez *lib. 3. diſp. 5. num 8. & diſp. 6. num. 4.* Baſilius *loc. cit. numer. 4.* Bonac. *quæſt. 2. punct. 6. num. 10.* Filliuc. *num. 174.* Rebell. *quæſt. 7. cit. num. 10.* Ægid. *diſp. 27. num. 46.* Gutierrez *de matrim. cap. 56. num. 5.* Moure *loc. cit. num. 4.* Machado *lib. 4. part. 2. tract. 2. docum. 17. num. 1.* & communis.

QVÆSTIO XLIX.

An, Sufficiat fieri dictas denuntiationes in Parochia, in qua breui tempore ſponſi commorantur?

NEGANT Sanchez *lib. 3. diſp. 6. nu. 6. & 7.* & penes ipſum, Segura *loc. cit.* dicens, ſic declaraſſe Cardinales. Riccius in praxi *deciſ. 257. num. 4.* Ægid *diſput. 27. numer. 50.* Diana *3. part. tract. 4. reſol. 235.* & apud ipſum, Nouarius, Barboſa, & Gutierrez. Quibus addi poſſunt Ochagatract. *3. quæſt. 3. in fine* Filliuc. *loc. cit.* Bonacina *loc. cit. num. 11.* Reginald. *lib. 31 num. 225.* & alij. Exiſtimantes, neceſſario debere fieri in Parochia in qua diutius commorati ſunt.

Sed, æque probabiliter, Reſpondeo: Sufficere, imo & debere, in dicta Parochia fieri. Quia denuntiationes fieri debent à proprio Parocho, iuxta decretum Tridentini: ſed ſic eſt, quod proprius Parochus, vt declarant Cardinales, non eſt alius, quam ille, in cuius Parochia contrahentes habitant, eo tempore, quo matrimonium contrahitur: ergo. Sic Baſilius *lib. 5. cap. 30. num. 5.* Qui, & negat dari declarationem Card. oppoſitam noſtræ ſententiæ. Legatur.

QVÆSTIO L.

An Denuntiationes poſſint fieri extra Eccleſiam, in loco vbi magna populi pars conuenire ſoleat?

AFFIRMANT Sanchez *lib. 3. diſp 6. numer. 9.* Layman *tract. 10. par. 2. cap. 4. num. 10.* Bonac. *punct. 6. cit. num. 17.* & penes ipſum, Gutierrez, Ægid. & Reginald. Quos etiam ſequitur Barboſa in Tri-

dentin

dentin *sess.24. cap. 1. num. 11.* Filliuc. *num. 174.* Ochagauia *loc. cit.* Villalob. *tract. 13. diff. 24. num. 3.* &, ni fallor Diana *3. part. tract. 4. resol. 236.*

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Nisi alias id alicubi sit consuetudine introductum. Quia in Tridentino, *loc. cit.* in Ecclesia inter missarum solemnia fieri præcipitur. Sic Basilius *cap. 30. cit. num. 6.* Hurtado *disp. 5. diff. 18. nu. 61.* Posseuinus *quæst. 9. num. mihi 15.*

QVÆSTIO LI.

An Denuntiationes debeant necessario fieri, diebus festiuis?

NEGANT Sanchez *lib. 3. disp. 6. num. 10.* Bonacina *loc. cit. num. 18.* Reginald. *lib. 31. num. 227.* Ochagau. *tract. 3. quæst. 3. num. 3.* dicens sic declarasse Cong. Cardin. Villalob. *loc. cit.* Machado *loc. cit. num. 4.* Gutierrez *de matrim. cap. 56. num. 8.* & alij existimantes, posse etiam fieri in alio die feriali, in qua magnus populi concursus confluat.

Sed probabilius Respondeo: Debere necessario fieri diebus festiuis. Quia id expresse docet Tridentinum Concilium: & explicat Mediolanense *lib. 4. de sponsal. cap. 2.* ibi. *vt in illis festiuis diebus fiant, qui Ecclesiæ præcepto seruantur.* Et colligitur ex declaratione Cardinal. quæ extat apud Farinacium *pag. 269.* & apud Rebellum *lib. 4. in fine sect. 2. num. 19. & 27.* Vbi sic dicitur: *Episcopus, ob vicinitatem temporis, quo prohibitæ sunt nuptiæ, omittere potest aliquas denuntiationes, secundum prudentiam suam, & iudicium, non tamen iubere, vt in diebus ferialibus fiant, vltra quod nullius erunt momenti.* Sic Riccius in praxi, *decis. 257 num. 3.* Basilius *loc. cit. num. 7.* Filliuc. *num. 174.* Hurtado *loc. cit.* & inclinat Diana *loc. cit.* Posseuin. *capit. 10. quæst. 11.* Moure *loc. cit. num. 2.* Zerola *in praxi Episcop. part. 1. verb. matrim. §. 4.* & alij.

QVÆSTIO LII.

An, Etiam necessario debeant fieri, tribus diebus festiuis interruptis?

AFFIRMANT Sanchez *disp. 6. num. 8.* Basilius *lib. 5. cap. 30. num. 8.* Riccius *in praxi 1. part. decis. 224 num. 4.* Segura *2. part. aire ct. cap. 16. num. 20. & 21.* Layman *lib. 5. tract. 10. cap. 4.* Ochagau *loc. cit.* Filliuc. *num. 174.* Diana *3. part. tract. 4. resol. 236.* & alij, docentes, necessarium esse, vt duo saltem dies, inter vnum, & alterum festum; seu, quod idem est, inter vnam, & alteram denuntiationem, intercedat.

Sed, probabiliter æque, Respondeo: Non esse necessarium: sed optime posse fieri prædictas denuntiationes, tribus diebus festiuis continuis, vt in tribus diebus Paschatis. Quia sic sufficienter satisfit verbis, & intento Concilij Tridentini, præcipientis denuntiationes fieri, tribus continuis diebus festiuis. Sic Hurtad. *disp. 5. diff. 18. num. 60.* Reginald. *lib. 31. num. 226.* Moure *loc. cit num. 2.*

QVÆSTIO LIII.

An Peccet mort. Parochus, si non efficiat denuntiationes, tribus diebus continuis, sed interpollatis?

AFFIRMAT Enriquez *lib. 11. cap. 7. numer. 1.* in Glosia *lit. C.* Quia contrauenit præcepto Tridentini.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Non peccare mortaliter; nisi alias magnum intercederet spatium inter vnam, & alteram denuntiationem, itaut Parochiani illarum obliuiscerentur. Quia certè, nō est materia tam grauis, vt sit peccatum mortale, efficere. v. g. in die dominica vnam denuntiationem, & in altera sequenti dominica, minime; si postea in alijs duabus Dominicis sequentibus alteras denuntiationes faciat. Sic Sāch. *lib. 3. disp. 5. n. 8.* Ægid. *disp. 27. n. 47.* Villalob. & Diana *loc. cit.* Machado *lib. 4. p. 2. tr. 2. docum. 17. nu. 4* Bonac. *loc. cit. num. 15* & penes ipsum, Gutierrez, Reginald. & Riccius.

QVÆSTIO LIV.

An Denuntiationes debeant fieri à proprio Parocho?

RESPONDEO: Debere fieri à proprio Parocho, vel ab alio de eius licentia. Sic colligitur ex Trident. *loc. cit.* Et docet praxis. Vnde communiter de mandato Parochi, per æditum fiunt. Sic Sanchez *disput. 6.*

put. 6. num. 5. Basilius cap. 30. cit. num. 5. & alij, nuper citati. & communis.

QVÆSTIO LV.

An Debeant repeti denuntiationes, si multo tempore, post illas, matrimonium contrahatur?

RESPONDEO: Debere repeti. Quia longo tempore, post denũtiationes, elapso, potest superuenire impedimentum aliquod ex affinitate ortum: ergo. Sic Acta Mediolan. *tit. de sponsa. cap. 22.* Vbi præcipitur, vt intra duos menses, ab vltima denuntiatione computandos, contrahatur matrimonium, quibus elapsis, nequeat contrahi, nisi præmissis iterum denuntiationibus, aut nisi de licentia Episcopi remittantur. Amplius paululum extendit hoc tempus quædam declaratio Cardinal. apud Rebellum *lib. 4 sine sect. 2, num. 8.* & Farinacium *pag. 266.* Vbi sic dicitur: Concil. Rauenaten. 2. fuit approbatum decretum in Congregatione, quod hi, qui peractis denuntiationibus, intra quatuor menses non contraxerint, non possint contrahere, nisi iterum peractis denuntiationibus, arbitrio tamen Episcopi. Sic ibi. Et sic Basilius *lib. 5. cap. 30. nu. 10.* Moure *loc. cit. num. 13 fol. mihi 403. pag. 2.* & alij.

QVÆSTIO LVI.

An Episcopus possit dispensare; vt denuntiationes postponantur, aut omnino omittantur?

RESPONDEO: Posse, ex iure nouo Tridentini *sess. 24. de refor. matr. cap. 1.* Vbi sic dicitur. *Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiosè impediri posse si tot præcesserint denuntiationes, tunc vel vna tantum denuntiatio fiat, vel saltem, Parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus, matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem, denuntiationes in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt denuntiationes remittantur. Quod illius prudentiæ, & iudicio relinquit sancta Synodus.* Hæc Concilium. Legantur Nauar. *cap. 22. num. 69.* & Sanchez *lib. 3. disp. 7.*

QVÆSTIO LVII.

An, Etiam Vicarius Generalis Episcopi, possit, ex vi sui officij, & absque speciali delegatione, dispensare in denuntiationibus matrimonij?

AFFIRMANT Sanchez *lib. 3. disp. 7. numer. 10.* & penes ipsum, Nauar. Gutierrez, Rodrig. Veracruz, Segura, & Salzedo, qui dicit praxim totius orbis sic recepisse. His addi possunt, Ægid. *disp. 27. numer. 55* Riccius *loc. cit. decis. 259.* Barbosa *de potest. Episcopi par. 2. alleg. 32. nu. 29* Bonac. *quæst. 2. punct. 6. num. 7.* Filliuc. *numer. 176.* Moure *3 par. cap. 17. §. 2. num. 7.* Hurtado *disp. 5. diff. 19. numer. 63.* Villalob. *tract. 13. diff. 24. numer. 7.* Ochagau. *tract. 3 quæst. 4. num. 4.* & alij.

Alij vero Doctores, è contra docent: Non posse. Quia sic, inquiunt, declarauit Congregatio Cardinalium *anno 91.* pro Episcopo Salmantino, vt tellatur Enriquez *lib. 11. cap. 5 num. 5. in marg. lit. T.* Et sic tenuerunt Patres Congregati in Concil. Toletano *anno 1583.* vt refert Segura *in direct. 2. part. c. 16. numer 2. & 3.* & Patres Concilij Mediolanens. Quorum verba affert Basil. Vbi infra. Sic Enriquez *loc. cit.* Basilius *lib. 5. cap. 31. num. 5.* Ant. Gomez *in Bullam, cap. 4. quæst. 4. num. 19.* Menochius *consil. 69. num. 55. volum. 1.* Cephal. *consil. 421.* Paz *in pract. tom. 2. prælud. 3.* & Spino apud Barbosam in Trident. *sess. 24. cap. 1. num. 22.* &, ni fallor, Diana *3. par. tr. 4. resol. 238.*

Ego in hac difficultate Respondeo: dicendum primo; quod prima sententia, secluſa declaratione Cardinalium, sit longe probabilior, vt clare videtur concedere Basil. Secundo, quod illa extante, (de quo valde dubito; cum Enriquez nullã Congregationis verba referat) longe verior, & probabilior sit secunda opinio. Et in omni euentu, vtraque probabilis.

QVÆS-

QVÆSTIO LVIII.

An Saltem, possit Episcopus, delegare facultatem dispensandi in denuntiationibus, Vicario Generali?

NEGANT Menochius, & Cephalus *loc. cit.* & alij non nulli.

Sed certissime Respondeo. Posse Episcopum generaliter delegare dictam facultatem Vicario Generali: Imo & alteri cuilibet in sua Diœcesi. Quia hæc potestas, cum sit perpetuò adiuncta per Concilium, Sedi Episcopali, est ordinaria: ergo absolute potest eam delegare cuicumque. Sic Sanchez *lib. 3. disp. 7. num. 20.* Basilius *lib. 5. cap. 31. num. 8.* Hurtad. *disp. 5. diff. 19. num. 64.* Ægid. *disp. 27. dub. 6.* & communis. Contra Enriquez ex parte *loc. cit.* Quia quamuis hic Autor affirmet posse Episcopum Vicario suo Generali generaliter facultatem dispensandi in denuntiationibus, negat tamen hãc posse concedere alijs, nisi in vna, vel altera causa.

QVÆSTIO LIX.

An, Habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, vt Abbates, nullis Diœcesanis subditi, possint dispensare in denuntiationibus?

AFFIRMANT Sanchez *lib. 3. disp. 7, numer. 4.* Nauar. Enriquez, & Rodriguez, penes ipsum. Ægid. & Hurtad. *loc. cit.* Barbosa *de potest. Episcopi part. 2. alleg. 32. num. 30.* Petr. Ledesma *in sum de matrim.* & alij.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non posse. Quia Gregor. XIII. expresse declarauit, hanc potestatem dispensandi in denuntiationibus, solum Episcopis esse concessam, non Abbatibus. Hanc declarationem referunt Rebellus *loc. cit. num. 22.* Basilius, & Villalobos *loc. infra citandis.* Sic Basilius *loc. cit. num. 3.* dicens, id sibi videri certum. Ochagauia *tract. 3. quæst. 4. num. 4. fine.* Diana *3. part. tract. 4. resol. 237.* & in hanc sententiam videtur inclinare Villalob. *tract. 13 diff. 24. num. 7.* Quamuis addat, in hoc attendendum esse ad praxim, illique standum.

QVÆSTIO LX.

An, Quãdo contrahentes sunt ex diuersis Diœcesibus, & Ordinarius vnius remittit denuntiationes in sua Diœcesi, consequenter dispensat, nesciant in alia Diœcesi?

NEGAT, quamuis cum timore, Basilius *lib. 5. cap. 31. num. 9.*

Sed probabilius Respondeo: Dispensare: & ita posse inire, absque denuntiationibus, matrimonium. Quia, in hac re, coniuges censentur vna persona; & ratione connexionis causæ vterque censetur subiectus Prælato alterius. Sic Sanchez *lib. 3. disp. 7. num. 7.* Ægidius *disp. 27. numer. 54.* Gutierrez *de matrim. cap. 46. num. 10.* Reginald. *lib. 31. num. 232.* Hurtado *disp. 5. diff. 19. num. 64.* & ni fallor, Diana *3. part. tract. 4. resol. 239.*

QVÆSTIO LXI.

An, Ob solam causam malitiosi impedimenti, possit Ordinarius, in denuntiationibus dispensare?

AFFIRMAT Zephalus *consil. 421. num. 50. 60. & 87. volum. 3.* Et fauet illi Concil. Mediolan. *cap. 4. cit.* Vbi nullam aliam causam dispensandi cognoscit, nisi illam, quæ in iure est expressa: at in iure Tridentini, sola illa exprimitur, verbis istis: *Quando probabilis suspicio est matrimonium malitiose impediendum*: ergo.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Etiam posse dispensare, ob alias plures causas. Quia, quamuis Tridentinum, dictam solam expresserit: at tamen, statim totum eiusmodi negotium iudicio, & prudentiæ Ordinarij remisit. Vnde sic intelligunt; & explicant hoc Tridentini decretum Emm. Cardinales, quorum quotuor declarationes extant apud Farinac. *pag. mihi 269.* Sic Sanchez *lib. 3. disp. 9. numer. 1.* Basilius *lib. 5. cap. 32. numer. 1.* & alij communiter, & constabit amplius ex expressione aliarum causarum, quas Doctores indicant esse iustas ad denuntiationes omittendas.

(*c*)

QVÆS-

QVÆSTIO LXII.

An Sit iusta causa dispensandi in denuntiationibus, quod contrahentes sint Magnates?

NEGAT Segura 2.*par.direct.cap.16. num.7.* Et, nisi casu, quo alicubi sit antiqua consuetudo, vt Magnates, absque denuntiationibus contrahant, Henricus, Rosella, & Nauar. penes Sanchez *lib.3.disp. 9.num.6.*

Sed, probabilius longe, Respondeo: Esse iustam dispensandi causam. Quia Magnates, semper magna cum deliberatione procedunt, & nullum adest periculum, aut timor, vt inter illos, aliquod matrimonij impedimentum reperiatur. Sic Sanchez *loc.cit.* cum octo Doctoribus. Quibus addi possunt Basilius *lib.5.cap.32.num.2.* Ægid. *disp.27.dub.6.* Hurtad. *disp.5.nu.* 70. Villalob. *tract.13.diff.25.num.4.* & alij.

QVÆSTIO LXIII.

An Sit iusta causa dispensandi, inæqualitas conditionis, aut nimiæ ætatis, contrahentium?

NEGANT, hanc esse iustam causam dispensandi, nisi casu, quo timeatur impediendum esse matrimonium, ob dictam disparitatem, Henricus, *cap.final.nu 11. de cland.desponſ.* Palud. *in 4.dist.28.q. 2.art.3.num.19.* Rosella *impedim.1.n. 11.* Silvest. *matrim.6.quæst.7.* & Salzedo *pract.73.ad fin.§.dispenset.*

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Esse iustam causam dispensandi. Quia certè, ob dictam disparitatem, nimio pudore, & verecundia suffunderetur, denunciationibus factis, valde senex si duceret puellam, Nobilis, ignobilem; valde dives, pauperem, aut valde senes, si inter se contraherent. Sic Nauar. *cap.22.num.70.* Sotus *in 4.d.28.quæst.1.art.2.* Vega, vterque Ledesma, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *loc.cit.numer.3.& 4.* Basilius, & Hurtado *loc. cit.* Moure *loc.cit.num.8.* Villalobos *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO LXIV.

An Sit iusta dispensandi causa, infamia contrahentium, aut scandalum?

NEGAT Segura 2.*p.direct.c.16.n.14.* Sed certissime Respondeo: Esse. Vnde, si aliqui concubinarij, qui diù coniugati extimati sunt, velint contrahere, tunc legitima adest causa dispensandi, vt eorum infamia, quæ ex denunciationibus oriretur, vitetur. Sic Sanchez, & Basilius *loc.cit.* Hurtado *disp.5.diff.20.num.70.* Qui bene addit, iuste posse Ordinarium in denunciationibus dispensare, ob quodcumque notabile damnum animæ, aut rei familiaris contrahentium: aut etiam, ob quamcumque eorum comoditatem. Sic etiam Moure *loc cit.* vlterius addens, idem dicendum esse in casu, quo instet tempus, in quo nuptiarum solemnitas prohibetur. Quod additum etiam admittit Villalob. *loc.cit.diff.25.num.4.* & penes illum, Enriquez, Salzedo, Rodriguez, & Congregatio Cardinalium.

QVÆSTIO LXV.

An, Vt Ordinarius licite dispenset in denunciationibus, teneatur informari de veritate causæ dispensandi, per informationem iudicialem?

AFFIRMANT teneri informari, saltem per sumariam informationem, Enriquez *lib.11.cap.5.num.5.in Gloss.lit.S.* Segura *part.2.direct.cap.16.num.17.* Zephalus *consil.421.n.61.& 62.vol.3.*

Sed probabilius Respondeo: Non teneri: sed tat ei esse, si extraiudicialiter informetur de veritate causæ; & an sit aliquod impedimentum. Quia Tridentinum committit dispensationem in denunciationibus iudicio, & prudentiæ Episcopi; quod est committi suo priuato iudicio, & conscientiæ: vt optime probant Sanchez *lib. 3.disp.8.num.4.* & Basilius *lib.5.cap. 32.num.3.* ergo. Sic dicti Doctores Hurtado *disp.5.diff.20.num.73.* Villalobos *tract.13.diff.25.num.2.* Addens, Que estando en nuestra sentencia se ha de dezir, que puede el Ordinario dispensar fuera de su territorio, porque pertenece esto á su iurisdicion voluntaria, que dó de quiera se puede exercitar. Sic antea Basil. *nu. 5.* & Sanchez *num.6.*

QVÆSTIO LXVI.

An, Existenti causa iusta dispensandi in denuntiationibus teneatur Ordinarius dispensare?

AFFIRMANT teneri sub peccati pœna, D. Anton. 1. *p. tit.* 17. *c. unico*, §. 20. Rebuff. Armilla, Rossella, & Silvest. quos affert Sanch. *lib.* 3. *disp.* 10. *nu.* 2. & dicit esse probabile.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri semper; (licet possit) sed solùm in illis casibus, in quibus, si non dispensaret, aliquod sequeretur scandalum, aut malitiosè impediretur matrimonium, aut damnum notabile, aut animæ periculum contrahentibus sequeretur. Sic Sanchez *à nu.* 3. Basilius *loc. cit. nu.* 6. Ægid. *disp.* 2. *dub.* 6. *fine.* Hurtad. *disp.* 5. *diff.* 20. *nu.* 71. Ochag. *tr.* 3. *q.* 4. *nu.* 20. Villalob. *diff.* 25. *cit. nu.* 5.

QVÆSTIO LXVII.

An, Possit Parochus in denunciationibus matrimonij, in aliquo casu, dispensare?

AFFIRMANT posse in aliquibus casibus, Veracruz *in Append. ad Specul. dub.* 1. Viuald. 1. *p. de matr. nu.* 243. Vega *lib.* 6. *sum. casu* 112. Petr. Ledesma *q.* 45. *ar.* 5. *pun.* 3. *dub.* 1. & Machado *lib.* 4. *p.* 2. *tr.* 2. *docum.* 18. per hæc verba: Pero no obstante esto, muchos Doctores señalan algunos casos en que juzgan, que puede el Cura licitamente dispensar en las amonestaciones, quando como hemos dicho, el recurso al Prelado es difficil, y la necessidad vrgente aprieta. El primero es, todas las vezes que por la necessidad, y causa tan vrgente está obligado el Prelado à dispensar, como seria si alguno malicioſamente quisiesse impedir el matrimonio, o quando los amancebados, que cogiò la justicia se quieren casar. El segundo, quando los Padres, ô Tutores, malicioſamente no quieren casar la hija, o pupila, por consumirla el patrimonio. El tercero es, quando los contrayentes son Magnates. El quarto, quando no se teme impedimento entre los contrayentes. El quinto, quando vno de los contrayentes es mucho mas noble, rico, ô viejo, y por esta causa se auergonçaria, de que les amonestassen publicamente. El sexto, quando alguno de los contrayentes está en el articulo de la muerte, y les conuiene casarse por no ir en buen estado, o por legitimar los hijos. Y finalmente afirman que puede el Cura dispensar en todos aquellos casos, en que el Obispo tiene obligacion de dispensar, è injustamente negò la licencia, porque siendo deuida, è injustamẽte denegada, viene a ser lo mismo, que si se concediesse. Ita Machado.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non posse adhuc in vllo ex dictis casibus in denuntiationibus dispensare. Primo Quia id expresse habetur in declaratione Cardinal. apud Farinac. *pag.* 269. illis verbis. *arbitrio Ordinarij, non Parochi.* Secundo, quia Concilium id solum concessit Ordinario: ergo non Parocho. Sic Veracrúz sibi contrarius *dub.* 1. *cit. propos.* 6. Sanchez *lib.* 3. *disp.* 7. *n.* 17. & penes ipsum, Nauar. Segura, Menoch. Zephal. Enriquez, & Rodriguez. Basilius *lib.* 5. *c.* 31. *n.* 2. Ægid. *disp.* 27. *n.* 53. Hurtad. *loc. cit. n.* 65. Villalob *tr.* 13. *diff.* 24. *n.* 8. Diana *loc. cit.*

QVÆSTIO LXVIII.

An, Liceat aliquando contrahere matrimonium, omissis denunciationibus, nec petita dispensatione?

AFFIRMANT licere absolute, quando concurrit iusta causa timoris, iniusti impedimenti; vel verecundiæ, eo quod contrahentes sint senes, Hugo, Silvest. Tabiena, & Veracruz, penes Sanchez *lib.* 3. *disp.* 10. *num.* 25.

Affirmant deinde alij, id licere, non absolute, sed quando adest aliqua iusta causa dispensandi, ex sex enumeratis à Machado, quæst. antecedenti; & non sit copia Episcopi, vel si adest, ille petitam licentiam absque legitima causa denegat, Sot. Ludou. Lop. Martinus, Petrus, & Bartho. de Ledesma penes Sanchez *n.* 26. Machado *loc. cit. docum.* 18. *n.* 2. Qui & citat Thomam Sanchez pro se *lib.* 3. *disp.* 10. *n.* 26. Sed certe non ita bene, vt infra.

Sed, longe probabilius, sic Respondeo: Quoties tenetur Episcopus sub peccati pœna dispensare (quod accidit in casibus *q.* 26. enumeratis) & ille abest, aut non vult dispensare, tunc optime possunt contrahentes, sine denunciationibus matrimonium inire. Quia necessitas caret lege. *cap.* 2. *de obseruat. ieiun.* Quoties vero, non tenetur dispen-

dispensare, quamuis possit, (quod accidit, quando contrahentes sunt Magnates; aut ob verecundiam nolunt publice contrahere, &c.) tunc non licebit, omissis dispensationibus contrahere, sed recurrendum est ad Ordinarium. Quia sic habet praxis Ecclesiæ. Sic Sanchez Basilius, & Nauar. *loc. cit.* Nec certe contrarium videntur docere Sot. Petr. & Bartho. de Ledesma, & fere omnes citati à Sanchez *nu.* 26. Quia casus in quibus hi Authores loquuntur, ita causam continent grauem, vt vere obliget Ordinarium ad dispensandum, vt patebit intuenti ipsum Sanchez.

QVÆSTIO LXIX.

An, Sit peccatum mortale consumare matrimonium ante denuntiationes; quando hæc omittuntur, vt post contractum matrimonium fiant?

NEGANT esse mortale, casu, quo Parochus, & ipsi contrahentes, certo sciat, nullum esse impedimentum, nullamque ex communicationem latam, Bartho. de Ledesma *dub.* 22. *de matrim.* Petr. de Ledesma *q.* 45. *art.* 3. *fol.* 186. Rodriguez *in sum. c.* 222. *in* 2. *edit.* & Ludou. Lopez apud Sanchez *lib.* 3. *disp.* 11. *nu.* 2.

Sed probabilius Respondeo: Esse mortale: etiam casu, quo sciatur, nullum esse impedimentum. Quia lex Tridentini, de præmittendis denunciationibus, nisi omnino vel ex parte remittantur, obligat sub mortali. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 3. & penes ipsum, Nauar. & Spino. Basil. *lib.* 10. *cap.* 4. *num.* 2. Filliuc. *num.* 183. Bonac. *quæst.* 2. *punct.* 6. *num.* 8. & apud ipsum, Riccius, Reginald. Ægid. & Gutierrez. Moure *loc. cit. num.* 10.

QVÆSTIO LXX.

An, In prædicto casu, toties peccent mort. contrahentes, quoties habent copulam, antequam denunciationes præmittantur?

NEGAT Enriquez *lib.* 11. *cap.* 16. *num.* 1. iuncta Glossa *lit. B.* docens, solum in prima consumatione matrimonij peccare; in alijs vero minime.

Sed probabilius Respondeo: Affirmatiue: Quia semper manet obligatio legis Tridentini. Sic Sanchez, Basil. & Bonac. *loc. cit.* Ægidius *disp.* 27. *nu.* 58. Nauar. *cap.* 22. *num.* 38. & Rodriguez *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO LXXI.

An, Si coniuges, contracto matrimonio, nolint illud consumare; peccent mortaliter, omittendo denuntiationes?

AFFIRMANT Nauar. *cap.* 16. *num.* 38. Loperius 1 *par. instructor. cap.* 87. §. 7. Rodriguez *cap.* 222. *num.* 2. & Sanchez *loc. cit. num.* 6. existimantes peccare mortaliter, nisi alias iusta sit causa differendi denuntiationes, aut per breue tempus differantur.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare mortaliter, etiamsi per multum tempus denuntiationes differant. Quia per hoc nulli contrauenitur præcepto. Nam Tridentinum, solum præcepit; vt quando celebratum est matrimonium sine denunciationibus, postea ante consummationem præmittantur. Verum tamen est, quod si timeretur scandalum, vel esset periculum incontinentiæ, deberent denunciationes efficere, vt constat. Et in hoc sensu habet verum sententia Nauarri, & aliorum.

QVÆSTIO LXXII.

An Sit mortale, consummare matrimonium, antequam recipiantur Benedictiones Ecclesiæ; vulgò, velationes?

AFFIRMANT absolute D. Anton. *3. par. tit.* 1. *cap.* 16. *fine*, & Summa Confessor. apud Perez *lib.* 5. *Ordin. tit.* 1. *l.* 1. *fol.* 11. Alij vero cum limitatione; dicunt enim esse mortale consumare prima vice, ante benedictiones, non verò deinceps. Ita Palud. Guillelm. Tabiena, & alij, penes Sanchez *lib.* 3. *disp.* 12. *nu.* 2. Alij tandem affirmant esse mortale, petere; non autem, reddere. Ita Ricard. *in* 4. *d.* 28. *art.* 2. *q.* 3. *ad* 3.

Sed, probabilius longe, Respondeo: Nõ esse mortale, si desit contempus, aut scandalum, aut non sit lata excommunicatio, contra eos, qui matrimonium, ante benedictiones, consummant. Quia illa copula, nec ex se, est lethalis, cum sit inter veros coniuges: nec ex Ecclesiæ prohibitione, cum non sit textus prohibens, sed tantum exhortans, vt infra, ergo. Sic S. Thom. *in* 4. *d.* 28. *q. vnica ar.* 2. *ad* 3. Caiet. *tom.* 1.

opusc. tract. 13. q. 1. de vsu matrim. Nauar. *cap. 22. nu. 38. & 83.* & Sanchez *loc. cit. nu. 7.* cum alijs viginti & duo Doctoribus. Quibus addi possunt. Basilius, & alij mox citandi.

QVÆSTIO LXXIII.

An Saltem, sit veniale consümare ante Benedictiones?

AFFIRMANT vterque Sotus, vterque Ledesma, Enriquez, Caiet. Victoria & alij nouem Doctores, quos citat Sanchez *loc. cit. nu. 5.* Quibus addi potest Ludouicus de S. Iuan *quæst. 2. de matrim. art. 4. diff. 3.* & clarius *quæst. 9. art. 4. dub. 2. concl. 2.*

Sed probabilius Respondeo: Nec esse veniale, absolute loquendo, & per se. Quia, nullo iure præcipitur, ne matrimonium, ante benedictiones, consummetur. Nam Trid. *sess. 24. cap. 1.* solum ait: *Hortatur Sancta Synodus, vt coniuges ante benedictionem Sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent.* Quibus verbis, consilium, non præceptum indicatur: ergo. Sic Nauar. *cap. 22. num. 83.* Veracruz, Capua, Palac. Philiarc. & Spino, quos citat, & sequitur Sanchez *disput. 12. num. 6. & 7.* Basilius *lib. 10. cap. 4. num. 3.* Azor *tom. 3. lib. 3. cap. 31. q. 9.* Layman *tr. 10. par. 2. cap. 4. num. 12.* Ochagau. *tr. 3. q. 5. nu. 2.* Filliuc. *tr. 10. p. 1. nu. 184.* Hurtado *disp. 10. diff. 3. nu. 8.* Villalob. *tr. 13. diff. 24. nu. 12.* & alij.

QVÆSTIO LXXIV.

An, Adminus, sit mortale, consummare ante benedictionem; si lata sit excommunicatio, contra consummantes, non præmissis benedictionibus?

NEGANT Sanchez *loc. cit. nu. 10.* Villalob. *loc. cit.* & non nulli alij. Quia existimant, talem excommunicationem minime ligare.

Sed probabilius Respondeo: Esse mortale. Quia probabilius est, posse Episcopum imponere tale præceptum, & excommunicationem; vt de facto esse impositam in Diœcesi Salmantina testantur Enriquez *liq. 11. cap. 5. nu. 7.* & Ochagau. *tr. 3. q. 5. nu. 3.* Sic ipsi, & Basilius *loc. cit.* Petr. Ledesma *q. 45. art. 5. pun. 3. dub. 1.* Rodrig. *cap. 242.* Filliuc. *loc. cit. nu. 184.* Ludouicus de S. Iuan *loc. cit. & quæst. 9. art. 4. dub. 2. pag. 1046.*

QVÆSTIO LXXV.

An Omnino omittere Benedictiones nuptiales, sit mortale?

NEGANT Sanchez *lib. 7. disp. 82. nu. 6.* Sotus *dist. 28. q. 1. art. 2.* Sa, *verb. matrim. nu. 6.* Hurtado *disp. 5. diff. 23. nu. 83.* Bonac. *quæst. 4. pun. 6. nu. 2.* Gutierrez *cap. 106. nu. 12.* Diana *3. par. tract. 4. resol. 265.* Et alij existimantes, solum esse veniale.

Sed probabilius Respondeo: Esse mortale. Quia probabilius est, dari præceptum præfatam benedictionem recipiendi, *in cap. 1. cap. Nostrates. cap. sponsus. 30. q. 5.* & alibi, vt fatentur contrarij. Deinde, materia videtur grauis, & magni momenti, cũ dictæ benedictiones valde congruant bono progressui matrimonij: ergo. Sic Ochagau. *tr. 3. q. 5. nu. 4.* Qui id probat ex Syricio Papa, *Epist. ad Pomerium cap. 4.* Vbi hæc ait: *Illa benedictio, quam nuptuæ fœminæ Sacerdos imponit, sacrilegium est si violetur.* Sic Pontifex: tunc ille: ergo peccatum mortale, si omnino omittatur. Concedit consequentiam Sanchez *lib. 3. disp. 12. nu. 14. ad 2.* (licet postea *loc. cit.* sit sibi contrarius.) Sic etiam Enriquez *lib. 11. cap. 16. nu. 2.* Filliuc. *tr. 10. 2. p. nu. 165. & 1. p. nu. 184.* Et, ex parte, Ægid. *disp. 27. nu. 71.* Quatenus ait; expectata consuetudine, & ratione scandali, esse posse mortale, benedictionem, sine causa, omittere.

QVÆSTIO LXXVI.

An Dictæ Benedictiones nuptiales, celebrari possint in die Sabbathi, ante aduentum.

NEGANT Palud. Rosella, Siluest. & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 7. nu. 2.* Quia existimant per Concil. Trident. *sess. 24. cap. 10.* esse prohibitum, per hæc verba: *Ab Aduentu D. N. Iesu Christi, vsque in diem Epiphaniæ; à feria quinta Cinerum, vsque in Octauam Paschatis inclusiue, antiquas solemnium nuptiarũ prohibitiones diligenter ab omnib⁹ obseruari Sãcta Synodus præcipit.*

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Posse

se celebrari. Quia Nuptiæ possunt celebrari solemniter per totum integrum diem Martis, ante diem Cinerum, vt communiter omnes concedunt. ergo, & per totum integrum diem Sabbathi ante Aduentum. Et sic debet intelligi decretum Tridentini, vt bene probat Basilius *lib. 6. de matr. c. 8. nu. 5.* Sic ipse, & antea, Caualcanus in suis *decis. 2. par. decis. 12. de contract. in Ordine 58.* & reputat probable Diana *3. par. tract. 4. resol. 202.*

QVÆSTIO LXXVII.

An, Ipsemet matrimonij contractus, sit etiam prohibitus celebrari ab Aduentu vsque in diem Epiphaniæ; & à feria 4. Cinerum vsque in Octauam Paschatis inclusiue?

AFFIRMANT Ricard. *in 4. d. 32. art. 5. q. 1. ad 1.* Palud. *q. 1. art. 1. num. 18.* Maior *q. 2.* Hostiens. Matienzo, Cenedo, & alij, penes Sanchez *lib. 7. disp. 7. num. 10.* Margarita Confessor *fol. 150. pag. 1.* dicens esse mortale, eo tempore matrimonium inire. Et esse prohibitum sub veniali, innuit Rodriguez *cap. 241. num. 4.*

Sed certissime Respondeo: Nullomodo esse prohibitum nunc, & præcipue post decretum Tridentini, nec sub veniali, matrimonium inire, sed solum, vt diximus, benedictionem solemnem. Quia hoc constat, & ipso Tridentini decreto, & ipsa Ecclesiæ consuetudine, cum passim, dictis temporibus, matrimonia iniantur. Sic Sanchez *loc. cit.* & penes ipsum, quadraginta & tres DD. Quibus addi possunt Basilius *lib. 6. c. 8. num. 7. 8. & 9.* Posseuin. *cap. 10. q. 24. num. mihi 36.*

QVÆSTIO LXXVIII.

An Sit mortale, prædicto tempore prohibito, recipere benedictiones Nuptiales, id est, velationes?

NEGANT Barthol. de Ledesma *dub. 60. de matrim. §. Sed dubitatur.* Et Graffis *1. par. decis. lib. 2. cap. 85. nu. 28.* Et in id videtur inclinare Diana *3. p. tract. 4. resol. 202. in fine.* Et fauere Cajet. & Armilla, apud Sanchez *loc. cit. num. 3.*

Sed, longe probabilius, Respondeo: Esse mortale. Quia est violatio legis Tridentini, & in materia graui. Sic Nauar. *cap. 22. num. 71.* Petr. Ledesma *q. 50. art. vnico* Rodriguez *cap. 241.* Vega, Palud. Siluest. & alij quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 7. à nu. 3.* Basil. *lib. 6. c. 8. nu. 10.*

QVÆSTIO LXXIX.

An Episcopus possit dispensare, vt adhibeatur Benedictio nuptialis, dicto tempore prohibito?

AFFIRMANT Sot. *in 4. d. 32. q. vni. art. 3.* Veracruz *1. p spec. art. 4. fin.* Barthol. de Ledesma *loc. cit.* Graff. *loc. cit. nu. 29.* Qui pro hac parte refert Synodum Neapoli celebratam *cap. 40.* Sa, *verb. Matrim. de impedim. non dirim. nu. 11.* Bellamera *cap. Capellanus. de ferijs.* Vbi ait, consueuisse Episcopos quandoquè dispensare. Basilius *loc. cit. nu. 11.* & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non posse iure Ordinario. Quia illa prohibitio est Clementis III. *cap. Capellanus cit.* & Tridentini *sess. 24. cap. 10.* at inferior, nequit in lege Superioris dispensare: ergo. Dixi, *iure Ordinario.* Quia iure extraordinario, optime posset Episcopus dispensare, in casu valde vrgenti, & vbi non esset facilis ad Pontificem aditus. Sic Enriquez *lib. 11. cap. 16. nu. 2. in Gloss. lit. T. & lib. 12. cap. 2. nu. 1. lit. E.* Vbi oppositum, falsum appellat. Sanchez *lib. 7. disp. 7. nu. 6.* & alij.

QVÆSTIO LXXX.

An, Etiam interdicta sit à Tridentino, traductio sponsæ in domum sponsi?

AFFIRMANT Siluest. *matrim. 7. quæst. 2.* Rosella, Veracruz, Graffis, & alij plures, penes Sanchez.

Sed probabilius, & clarius Respondeo: Interdictam esse à Tridentino traductionem sponsæ in sponsi domum, in Aduentu, & Quadragesima (vt vidimus) sed non omnem, sed solum solemnem, videlicet, conuiuio, & alijs vanæ lætitiæ signis comitatam. Nam consuetudo, & praxis testatur solam hanc, non illam, esse prohibitam. Sic Nauar. *cap. 22. num. 71.* Palud. & alij quatuordecim Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 16.* Basilius *lib. 6. c. 8. nu. 10.* Diana, mox citandus.

QVÆSTIO LXXXI.

An Sit mortale, dictis diebus prohibitis, traducere solemniter sponsam, conuiuia magna facere, &c?

AFFIRMANT Angel. Nauar. Lupezius, Petr. Ledesma, Rodrig. Vega, & alij plures penes Sanchez *lib. 7. disp. 7. num.* 18. Quibus adhæret Basilius *lib. 6. cap.* 8. *num.* 10. & 14.

Sed æque probabiliter, Respondeo: Nõ esse mortale, sed veniale ad summum. Quia generalis consuetudo, id licitum omnino, vel ferè, fecit. Sic Sanchez *loc. cit.* Villalob. *tract.* 14. *diff.* 2. *numer.* 4. Diana 3. *part. tract.* 4. *resol.* 266. Et id esse licitum, ob dictam rationem, in multis oppidis Diœcesis Salmantinæ, docet ipsemet Basil. *loc. cit. num.* 14.

QVÆSTIO LXXXII.

An Sit peccatum, tempore feriarum, matrimonium consummare?

AFFIRMANT, & esse mortale, D. Anton. 3. *par. tit.* 1. *cap.* 17. Rosella *impedim.* 17. Angel. *verb. debitum. num.* 1. Siluest. *matrim.* 7. *q.* 2. Tabiena, & alij, penes Santhez *loc. cit. nu.* 21. Affirmant etiã Caiet. *in sum. verb. matrim.* Vbi Armilla *nu.* 64. Pedraza *in sum. præcep.* 6. §. 28. & Barthol. de Ledesma *dub.* 60. *fine.* dicentes tamen, esse solum veniale.

Sed probabilius Respondeo: Nullum esse peccatum. Quia nulla est lex id prohibens. Sic Nauar. *cap.* 22. *num.* 71. Sa, *de imped. non dirim. num.* 2. Petr. Ledesma *q.* 58. *art. vnico.* Sanchez *loc. cit. nu.* 23. Basilius *lib. 6. cap.* 8. *num.* 9. Ægid. & Filiuc. quos citat, & sequitur Diana *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO LXXXIII.

An, Contrahentes teneantur, ex vi denuntiationũ, manifestare impedimentum dirimens?

RESPONDEO: Teneri, & sub mortali manifestare illud, etiamsi sit occultum, & ortum ex peccato, & infamatorium; vel à matrimonio contrahendo desistere. Quia alias contrahentes cum impedimento, illigitime contraherent matrimonium, eo quod esset nullum, ex quo sequerentur grauia damna: ergo quisquis debet manifestare suum impedimentum sub mortali, etiam si non interrogetur, aut à matrimonio desistere. Sic Enriquez *lib.* 10. *capit.* 18. *num.* 2. *in Gloss. lit. D.* Sanchez *lib.* 3. *disp.* 14. *num.* 2. Vazquez *tom.* 2. *in* 1. 2. *disp.* 168. *cap.* 6. *nu.* 47. Suarez *lib.* 5. *de legib. cap.* 9. Basilius *lib.* 5. *cap.* 33. *num.* 1 Ægid. *disp.* 27 *dub.* 7. Hurtado *disp.* 5 *diff.* 21. *num.* 76. & communis.

QVÆSTIO LXXXIV.

An, Qui impedimentum nouit ex solo auditu, teneatur illud manifestare?

RESPONDEO: Non teneri, casu, quo non recordetur à quo, vel à quibus personis audierit: Quia testes de audito alieno, non deponentes, à quibus audierint, nihil probant. Deinde non tenebitur denunciare casu, quo personæ à quibus audierit, non sunt fide dignæ: Nec casu, quo, qui conscius impedimenti occulti, nouerit contrahentes impetrasse dispensationem occultam: secus si impedimentum iã esset publicum; quia tunc etiam tenetur. Solum ergo tenebitur denunciare quando audiuit à persona fide digna, & omni exceptione maiori. Sic Farinac. 2. *par. praxis quæst.* 69. *num.* 85. & 86. Sanchez *lib.* 3. *disp.* 13. *num.* 7. Basil. *lib.* 5. *cap.* 34. *num.* 1. & communis.

QVÆSTIO LXXXV.

An, Qui occulte nouit impedimentum aliquod, teneatur illud manifestare, si probabiliter timeat aliquod graue malum, aut scandalum, ex denuntiatione?

RESPONDEO: Non teneri, etiam casu, quo mandatum denunciandi sub excommunicatione lata sit, & impedimentum probare possit. Quia nemo tenetur cum tam graui damno fratrem suum admonere. Sic Nauar. *cap.* 22. *numer.* 83. Sanchez *lib.* 3. *disp.* 7. *nu.* 4. Basilius *loc. cit. numer.* 2. & communis.

QVÆS-

QVÆSTIO LXXXVI.

An, Quando impedimentum est publicum, teneatur manifestare, qui illud in occulto scit, si probare ipsum possit?

RESPONDEO: Teneri: etiamsi impedimentum sit ortum ex peccato, & infamia inde sequatur contrahere volentibus. Prius tamen debet admonere fraternè laborantem impedimento illo, vt desistat à matrimonio, & si eius monitis non acquieuerit, denunciet illum. Quia, hoc supposito, nulla ratio adest, quæ excusset à denunciando. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 3. Basilius *lib.* 5. *cap.* 34. *num.* 3. & communis.

QVÆSTIO LXXXVII.

An Etiam, teneatur manifestare impedimentum ille, cui patefactum est sub secreto naturali?

NEGANT aliqui, apud Paludanum *in* 4. *d.* 28. *quæst.* 2. *art.* 5. *in 3. pœna numer.* 31.

Sed certissime Respondeo: Teneri. Quia secretum naturale non obligat cum damno tertij: at hoc secretum, & cedit in irreuerentiam Sacramenti; & in damnum prolis; & in damnum spirituale ipsorum contrahentium: ergo. Sic Sanchez *disp.* 13. *cit. num.* 6. & 7. secutus Paludanum *loc. cit.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

An, Quando vnus tantùm scit impedimentum, quod, ex consequenti probare non potest, teneatur illud denunciare?

NEGANT, Maior *in* 4. *d.* 21. *quæst.* 2. *art.* 3. Gabriel *d.* 28. *quæst.* 2. *art.* 3. *dub. penult.* & Basilius *lib.* 5. *capit.* 34. *à num.* 5. Quia nemo tenetur denuntiare, quod non potest probare, vt multis docuimus in expositione nostræ Regulæ *c.* 32.

Sed probabilius Respondeo: Teneri. Primo. Quia *ex cap. Præterea de sponsalibus*, vnus tantum testis sufficit, regulariter loquendo, ad impediendum matrimonium. Secundo. Quia hęc denunciatio, & delatio, non fit, vt puniatur crimen, sed vt vitetur. Per quod fundamentum diluitur contrarium. Sic Nauar. *cap.* 22. *num.* 83. Couarru. Vterque Ledesma, Vega & Gutierrez, quos citat, & sequitur, Sanchez *lib.* 3. *disp.* 13. *nu.* 2. Fagundez, Layman, Aragon, Lopezius, Barbosa, Bonacina, Lazarius, & Genuens. quos citat, & sequi videtur (nescio certè) Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 221. Ochagau. *tract.* 3, *quæst.* 6. *num.* 2. Ægid *disp.* 27. *dub.* 7. Hurtado *disp.* 5. *diff.* 21. *num* 75.

QVÆSTIO LXXXIX.

An Parochus, qui extra confessionem scit impedimentum occultum, si ipse solus scit, teneatur assistere matrimonio petentium: an vero, detegere impedimentum Ordinario?

AFFIRMAT teneri assistere matrimonio, & non detegere Ordinario impedimentum, quando admoniti contrahentes, nolunt à contrahendo desistere, Basilius *loc. cit. num.* 6. ob idem fundamentum.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri, imo nec posse matrimonio dicto assistere, sed teneri illud impedimentum Ordinario renuntiare, ob eandem rationem, quæst. præcedenti, traditam. Sic ijdem Doctores, præcipue Sanchez *lib.* 3. *disp.* 15. *num.* 8. Ochagau. *quæst.* 6. *cit. numer.* 8. Hurtad. *diff.* 21. *num.* 77. Machado *lib.* 4. *par.* 2. *tract.* 2 *docum.* 20.

QVÆSTIO LXXXX.

An Saltem Ordinarius ipse, qui solus nouit impedimentum, teneatur publicè petentibus, matrimonium non denegare?

AFFIRMAT, & à fortiori, Basilius *loc. cit. num.* 5. Sanchez etiam *loc. cit. num.* 11. Ochagau. *loc. cit.* Enriquez *lib.* 1. *capit. vlt. num.* 6 Sed certe, non ita consequenter.

Respondeo ergo consequenter, probabilius, teneri illud denegare: & prædictum impedimentum ad Nuntium, vel ad alium iudicem legitimum deferre. Quia eadem est huius, & præcedentis casus, ratio, cum etiam possit Ordinarius exercere officium testis coram suo Superiori, vt bene arguit contra Sanchez Basilius. Sic Hurtad. *loc. cit, num.* 77.

QVÆSTIO LXXXXI.

An Matrimonium celebratum coram Parocho, & testibus, omissis tamen illicite denuntiationibus, subijciatur pœnis clandestinis?

NEGANT Palac. *in 4. d. 28. disp. 3.* Petr. Ledesma *quæst. 45 art. 5.* Molina *tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 176.* Lopez, Viuald, Matienzo, Azebedo, & alij, penes Sanchez *lib. 3. disp. 1. num. 6.* Hurtado *disp. 5. diff. 22. num. 80.* & alij.

Sed probabilius Respondeo: Subijci. Quia, attento iure antiquo Concilij Lateran. quod habetur *in cap. final. de cland. desponſ.* Matrimonium celebratum, ſine præmiſsis denuntiationibus, dicitur clandeſtinum: quod ius, Tridentinum non corrigit; cum potius *cap. 1.* dicat, quod inhærendo illius veſtigijs, præcipit præmitti denuntiationes. Sic Nauarrus. *capite. 22. num. 70.* Sanchez *loc. cit. num. 7.* cum quindecim alijs Doctoribus. Quibus addi poſſunt Baſilius *lib. 5 cap. 37.* Ægid. *diſput. 27. dub. 2.*

QVÆSTIO LXXXXII.

Quæ ſunt pœnæ impoſitæ, tam contrahentibus, quam aſsiſtentibus matrimonio clandeſtino?

RESPONDEO: Quod Parochus, vel Sacerdos aſsiſtens, ſuſpẽdẽdus eſt ab officio, per triennium. Contrahentes vero, primo redduntur inhabiles ad ſic contrahendum. Secundo puniuntur pœna alia arbitraria. Et tertio in aliquibus Diœceſibus in ſic contrahentes eſt excommunicatio lata. Sic Luyſius *in ſum. par. 2. cap 97. dub. 1. & 2.* & omnes.

DISPVTATIO OCTAVA.

De Conſenſu Conditionato.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid, & Quot uplex ſit conditio?

RESPONDEO: Quod conditio latè ſumpta, eſt *Adiectio diſpoſitioni dependentiæ, vt ſic obligans ve incipiat ex aliquo præſenti, præterito, aut futuro.* Vt dono tibi centum, ſi amicus meus viuit. Conditio vero ſtrictè ſumpta, eſt *oratio, quâ id omne quod agitur, in futurum euentum ſuſpenditur.* Vt do tibi centum ſi naues ex India venerint. Duplex namque (omiſsis alijs) eſt conditio: Altera, ſtrictè ſumpta, & ſolum eſt de futuro contingenti, quæ in vtramque partem euenire poteſt. Altera, latè ſumpta, quæ non ſolum comprehendit conditionem de futuro contingenti, ſed aliam quamcumque de futuro etiam neceſſariam, & de præterito, & de præſenti. Verba autem, quibus conditio exprimi ſolet, ſunt huiuſmodo; *Si. Dummodo; Ita tamen*: & huiuſmodi. Sic Baſilius *lib. 3. c. 1.* Sanchez *lib. 5. diſput. 1.* & communis.

QVÆSTIO II.

An Conditiones de præſenti, vel præterito, ſtatim obligent, aut infirment obligationem?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia dictæ conditiones, in re, vim conditionis non habent; & ita matrimonium ſub his conditionibus celebratum; contraho tecum ſi Pater tuus viuit; aut ſi filius natus eſt, non eſt conditionale, ſed purum. Sic Baſilius *loc. cit. num. 5.* & omnes.

QVÆSTIO III.

An Validum ſit matrimonium contractum ſub conditione neceſſario euentura, vt contraho tecum, ſi cras ſol oriatur?

NEGANT eſſe validum, aut ſortiri effectum, donec conditio impleatur, Ioan. Andræas, Anton. Anchar, & alij, quos refert Sanchez *lib. 5. diſp. 2. num. 1.*

Sed, vt mihi certum, Respondeo. Tale matrimonium eſſe abſolutum, & validum, nec

nec conditionem illam suspendere consensum, saltim quando contrahentes reputabant dictam cõditionem esse necessariam, nec contendebant suspendere consensum vsque ad conditionis euentum. Et ratio: quia cum dicta conditio sit determinata in sua causa, ita, vt oppositum sit impossibile, censetur iam impleta. Sic S. Thom. D. Bonau. Palud, quos, & alios vsque ad viginti & septem Doctores refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. à num.* 2. Quibus addi possunt Basilius *lib. 3. cap. 1. num.* 8. Valentia *tom. 4. disp. 10. quæst. 3. pun. 3.* Bonac. *quæst. 2. punct. 10. num. 6.* Rebell. *2. par. lib. 2. q. 10. sect. 2. nu. 11.* & communis.

QVÆSTIO IV.

An Matrimonium contractum sub hac conditione; contraho tecum, si Antichristus nascatur, *sit statim valiaum.*

AFFIRMANT Lopezius, quem citat, & sequitur Sanchez *lib. 5. disp. 2. nu. 7.* Rebellus *lib. 2. q. 10. sect. 2. nu. 14.* Bonacina *q. 2. pun. 10. nu. 7.* Luysius *in sum. 2. p. cap. 101. dub. 2.* per hæc verba: Hæc conditio non suspendit actum, & sic statim matrimonium in habentibus fidem de aduentu Antichristi. Hurtado *disp. 7. diff. 6.*

Sed probabilius Respondeo: Non esse statim matrimonium, sed sponsalia conditionata, expectantia conditionis aduentum. Quia licet sit certum, Antichristum nasciturum, est tamen incertum, quo tempore, & die: & potest contingere, vt non nascatur, viuo illo, cum quo contrahitur: & ita dicta conditio habet effectum suspendendi. Sic Adrian. *q. 1. de matrim. dub. 16. & 17.* Couar. *2. p. c. 2. §. 2. nu. 11.* Enriquez *lib. 11. c. 12. nu. 4.* quos citat, & sequitur Basilius *lib 3. cap. 1. nu. 3.* Qui iidem dicunt de matrimonio contracto his verbis: *Contraho tecum si pubes fueris*, quod, scilicet, suspendatur vsque ad tempus pubertatis, quia fieri potest, vt non perueniat ad pubertatis annos.

QVÆSTIO V.

An Matrimonium, hac conditione contractum; contraho tecum si Deus voluerit, *efficiat matrimonium statim validum?*

NEGANT Ioan. Monachus, Hostiens. Angel. & Couar. apud Sanchez *lib. 5. disput. 1. num. 8.* existimantes, esse sponsalia conditionata.

Affirmant è contra, dictum matrimonium esse statim purum, & validum; vterque Sotus, D. Anton. Enriquez, Bartho. de Ledesma, & alij, penes eundem Sanchez *loc. cit. num. 9.*

Sed probabilius sub distinctione sic Respondeo: Si contrahens intelligat de voluntate Dei generali, tunc non efficiet matrimonium conditionatum, sed purum, & perfectum: si vero intelligat de voluntate Dei expresse approbantis per manifestationem aliquam expressam, tunc solum efficiet matrimonium conditionatum. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 11. & penes illum Adrianus. Luysius *in sum. 2. par. cap. 101. dub. 3.* & alij.

QVÆSTIO VI.

An Validum sit matrimonium celebratum, sub conditione impossibili, v. g. contraho tecum, si cœlum digito tetigeris?

RESPONDEO: Esse validum (modo adsit consensus absolutus contrahentiũ. Nam si contrahens, nollet consentire, nisi sub ea impossibili conditione, tunc in foro conscientiæ, non contrahunt matrimonium.) Quia *ex c. fin. de condit. appositis.* in matrimonio, conditiones impossibiles, & turpes, habentur pro non adiectis. Sic Sanchez *lib. 5. disp. 3.* Basil. *lib. 3. c. 3. à num. 2.* Bonacina *quæst. 2. pun. 10. à num. 17.* & alij.

QVÆSTIO VII.

An Validum sit matrimonium, celebratum sub conditione turpi, quæ non est contra substantiam matrimonij: vt contraho tecum, si furtum commitas?

RESPONDEO: Esse validum, Quia talis conditio ab Ecclesia habetur pro non adiecta. Nisi alias, vt diximus, contrahentes nollent contrahere, nisi illa conditione subsistente. Nam tũc, in foro interiori, nullomodo subsisteret, ante aduentum appositæ conditionis. Sic Sanchez, Basilius, Bonacina *loc. cit.* & communis.

QVÆS-

QVÆSTIO VIII.

An Etiam, sit validum matrimonium contractum sub aliqua conditione turpi, quæ sit contra substantiam matrimonij?

RESPONDEO: Negatiue. Quia omnis conditio contra substantiam contractus vitiat contractum: ergo conditio contra substantiam matrimonij vitiabit illud. Vnde matrimonium contractum cum his conditionibus, contraho tecum. *Si generationem prolis, per medium illicitum, euites.* vel, *si filios occidas*: vel, *donec inuenia aliam aigniorem*, vel, *si pro quæstu adulterandum te tradas.* Omnino erit nullum. Sic omnes DD. præcipue citati.

QVÆSTIO IX.

An, Matrimonium celebratum sub conditione honesta de præsenti, vel de præterito sit validum?

RESPONDEO: Affirmatiue, si res ita se habēt; secus si alias. Vnde si quis dicat *contrabo tecum, si dues es.* Valide contrahet, si re vera est dives. Secus vero si non est. Iddemque dicendum, si dicat: *Contrabo tecum, si pater tuus vult, vel voluit.* Si enim vera est conditio, statim est validum matrimonium; si vero est falsa, statim est irritum. Sic Sanchez *lib.* 5. *disp.* 6. Bonac. *q.* 2. *punct.* 10. *num.* 20.

QVÆSTIO X.

An Conditio de futuro, veluti, contraho tecum, si pater tuus voluerit, *suspendat matrimonium?*

RESPONDEO: Suspendere vsque ad conditionis aduentum. Quia ad matrimonium requiritur consensus de præsenti: ergo non erit sufficiens consensus præteritus sub conditione de futuro, quamuis manifestatus sit per verba de præsenti. Sic Sâchez *lib.* 5. *disp.* 6. *num.* 5. Cornejo *tract.* 6. *disp.* 3. *dub.* 7. *num.* 1. Qui iddem dicunt dicendum, contra Speculat. Vincent. Petrum, & Abbatem antiquum, de matrimonio contracto hac conditione: *Contrabo tecum si tantam, aut promissam, dotem dederis.* Et tenent omnes cum D. Thom. *in addit. quæst.* 47. *art.* 5.

QVÆSTIO XI.

An, Quando matrimonium, aut sponsalia, sunt contracta sub conditione dicta, si pater velit, aut consentiat. *Et ille, nec dicat se consentire, aut dissentire, censeatur conditio stare adimpleta ratione taciturnitatis?*

NEGANT Nauar. *in sum. latina c.* 22. *n.* 63. mutans sententiam, quam Hispanè defenderat. Angel. *matr.* 3. *de impedim.* 3. *n.* 3. Ledesma *q.* 47. *art.* 5. *dub.* 7. & alij Moderni.

Sed probabilius Respondeo: Censeri esse impletam conditionem. Quia regulariter loquendo filius per illam adiectam conditionem, solum intendit, ne patri displiceat: at hoc sufficienter iudicatur per eius taciturnitatem, iuxta regul. iuris: *Qui tacet, &c.* Ergo. Sic Nauar. *in sum. Hispana c.* 22. *n.* 63 Siluest. Rosella, Veracruz, Lud. Lopez, & alij quos affert, & sequitur Sanch. *lib.* 5. *disp.* 7. *n.* 12. Cornejo *loc. cit.* Bonac. *q.* 2. *pun.* 10. *n.* 20. Ochagau. *tr.* 3. *q.* 20. *n.* 3. Basilius *lib.* 3. *fine.* Qui bene addunt, secus dicendum casu, quo mens contrahentium esset alia, aut conditio poneretur sub hac forma: *Si pater dicat se consentire*: quia tunc non esset sufficiens eius taciturnitas, sed necessaria esset expressio consensus.

QVÆSTIO XII.

An, In dictis casibus, aduenientе conditione, quæ matrimonium, aut consensum in illud, suspenderat, fiat statim validum matrimonium, sine nouo contrahentium consensu?

AFFIRMANT, aduenientе cōditione statim, absq; nouo consensu effici matrimoniū, Nauar. Palud. Petr. Sot. Rodrig. quos & alios, vsq; ad decē & nouem Doctores, refert, & sequitur Sanch. *lib.* 5. *disp.* 8. *n.* 5. Quibus addi possunt Ægid. *disp.* 29. *n.* 11. Bonac. *loc. cit.* Hurt. *disp.* 7. *diff.* 3. *n.* 10. Henricus Canisius *in sum. de cōdit. oppositis.* Ochag. *q.* 211. *n.* 3. Syluius *in* 2. *p. q.* 43. *art.* 1. *q.* 1. *conc.* 7.

Negant alij, licet non absolute, dicētes, non fieri statim matrimoniū sine nouo cō trahentium consensu, nisi casu, quo contrahentes expresse pacifcantur, & declarent, se velle, vt aduenientе conditione matrimonium statim fiat, nam tunc, inquiunt,

quiunt, si in eodem consensu, saltem virtualiter permaneant, sine nouo consensu matrimonium fiet. Sic Rebellus *lib. 2. q. 10. n. 44.* (vnde non ita bene citatur à Bonacina pro sententia statim referenda) & Cornejo *tract. 6. disp. 3. dub. 7.*

Sed probabilius Respondeo: Nullomodo fieri matrimonium in dicto casu sine nouo consensu absoluto. Quia, vt diximus *q. 10.* ad matrimonij valorem requiritur consensus purus, & absolutus de præsenti: at prior consensus non fuit talis, vt habetur *in cap. Super eo. de conait. appos.* & constat, cum fuerit conditionatus, & suspensus: ergo etiam eueniente conditione necessarius est nouus consensus de præsenti. Sic D. Thom. D. Bonau. Ricard. Sotus, Victoria, Martinus, Petrus, & Barthol. de Ledesma, Enriquez, & alij vsque ad decem & nouem Doctores, quos citat Sanchez *n. 3.* Quibus addi possunt Basilius *lib. 3. cap. 14. n. 5.* Valentia *q. 2. pun. 3. dubit. 1.* Villalob. *tr. 13. diff. 33. n. 5.* (Qui tamen male citat pro hac parte Thomam Sanchez, & sibimet contrariatur.) Diana *3. p. tr. 4. resol. 191* Barbosa, & Gutierrez penes ipsum.

QVÆSTIO XIII.

An, Qui per verba de presenti contraxit matrimonium cum duabus sub conditione de futuro, fiat statim maritus eius, cuius conditio prius adimpletur?

AFFIRMANT Sanchez *lib. 5. disp. 8. n. 16.* Silues. Ægid. & Petr. Ledesma, quos citat, & sequitur Bonac. *q. 2. punct. 10. n. 21.* Quia, iuxta horum Authorum sententiam, impleta conditione, statim fit matrimonium: ergo illud præualebit cuius conditio prius impleta fuerit. Quod si vtriusque conditio simul adimpleatur neutrum, inquiunt, valebit.

Sed clarius, & probabilius, iuxta à nobis dicta, Respondeo: Nullius fieri statim maritum, cum probabilius sit, nullum fieri matrimonium statim, ac impleta est conditio, nisi accedente nouo absoluto consensu; & ideo dicendum est teneri in foro conscientiæ præbere consensum absolutum primæ sponsæ, vt sic fiat matrimonium perfectum, & validum. Sic debent docere Doctores pro nostra sententia *q. 12. citati.* Et tenet expresse Diana *loc. cit.* Inferens contra Doctores primæ sententiæ, quod, si post euentum conditionis, ante nouum consensum præstitum, alter aliud contrahat matrimonium, peccet quidem contra fidem præstitam, sed validum efficiat matrimonium, cum prius solum habuerit vim sponsalium. Ita ille.

QVÆSTIO XIV.

An Matrimonium celebratum, cum conditione, si Papa dispensauerit, inter duos impeditos, eo impedimento, in quo solet Papa dispensare, sit validum, & obliget?

NEGANT esse validum, aut obligare, eo quod talis conditio, vtpote dependés à voluntate Principis, impossibilis censeatur, & consequenter à contractu matrimonij reijci, ac haberi quasi non adiecta, oporteat, Victoria, Sotus, Veracruz, Enriquez, Capua, Vinald. Siluest. Armilla, & alij, vsque ad decem & nouem Doctores, quos refert pro hac parte Sanchez *lib. 5. disp. 5. num. 5.*

Sed probabilius Respondeo: Tale matrimonium validum esse, & obligare in ratione contractus conditionalis. Quia conditio est honesta, & nihil ibi contra legem fit, cum lex non prohibeat contrahere sub illa conditione; sed contrahere tempore, quo non sunt capaces contrahendi, quod dicti non faciunt. Sic Nauar. Angles, Petr. & Barthol. de Ledesma, Ludou. Lopez, Angel. Couarru. & alij vsque ad viginti Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *n. 12.* Quibus addi possunt Basilius *lib. 3. cap. 15. n. 6.* Ægid. *disp. 29, dub. 2. n. 18.* Rebellus *loc. cit. n. 46.* Bonac. *q. 2 punct. 10. n. 23.* Villalob. *tr. 13. diff. 32.* Hurtado *disp. 7. diff. 4.* Luysi *in sum p. 2. c. 106. dub. 6.* D. Ioan. del Castillo *lib. 3. c. 7. à n. 29.* Vbi *à n. 43.* optime defendit præceptum ducendi consanguineam in institutione maioratus adiecta præcipue, conditione, si Papa dispensauerit, obseruari debere, & alij. Qui bene notant, secus esse dicendum si matrimonium celebretur sub dicta conditione, inter eos, in quorum impedimentum Pontifex non dispensat; aut si dispensat ex causa, hæc non reperiatur inter contrahentes, nam tunc matrimonium omnino erit nullum, cum eius conditio censeatur impossibilis. Et hęc de hac disputatione; Nam quæ desiderari possunt, infra disp. de impedimentis inuenientur, vbi etiam de consensu coacto.

DISPV-

DISPVTATIO NONA.

De Impedimentis Matrimonij in communi.

QVÆSTIO PRIMA.

An Ecclesia, vel Pontifex, possit statuere impedimenta matrimonium dirimentia?

NEGANT Lutherani, Caluinistæ, & alij hæretici nostri temporis, asserentes, non esse in Ecclesia potestatem apponendi impedimenta dirimentia, nisi ea solum, quæ alioquin ipso iure diuino instituta fuerunt: ex quo inferunt omnibus Sacerdotibus, ac Religiosis nuptias esse licitas.

Sed de fide Respondeo: Posse. Sic definitur in Trident. *sess.* 24. *can.* 4. per hæc verba: *Si quis dixerit Ecclesiã nõpotuisse cõstituere impedimẽta matrimoniũ dirimentia, vel in ijs constituendis errasse, anathema sit.* Et tenent omnes Catholici. Legantur Sanchez *lib.* 7. *disp.* 1. & Basilius *lib.* 6. *cap.* 1.

QVÆSTIO II.

An, Possit Pontifex, etiam infidelibus impedimenta matrimonij statuere?

AFFIRMAVIT Guillelm. Rubion *in* 4. *d.* 40. *quæst.* 2. *initio.*

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia infideles sunt extra gremium Ecclesiæ: ergo Pontifex nullam in eos iurisdictionem habet. Vnde omnia matrimonia infidelium, in gradibus à sola Ecclesia prohibita, valida sunt. Sic habetur *in cap. gaudemus, & cap. Quanto de diuortijs*, & constat ex illo 1. ad Corinth. 5. *Quid enim mihi de foris sunt iudicare?* Et docent communiter omnes. Sanchez *loc. cit. num.* 3. Basil. *loc. cit. numer.* 5. Cornejo *tract.* 6. *disp.* 7. *dub.* 1. & alij.

QVÆSTIO III.

An Saltem, possit Pontifex, infidelibus inhabitantibus in oppidis temporali suæ iurisdictioni subiectis, impedimenta statuere?

RESPONDEO: Posse, non vt Principem Ecclesiasticum, sed vt temporalem. Quia vt talis, veram habet in eos temporalem iurisdictionem. Sic Sanchez, Basilius, Cornejo *loc. cit.* & alij. Qui, secus dicendum (contra Ledesmam 2. *p.* 4. *q.* 61. *art.* 2. & Abulensem, 1. Reg. 8. *q.* 178.) puntant, de infidelibus viuentibus in oppidis subditis Principibus Christianis sæcularibus, eo quod Pontifex nullam iurisdictionem temporalem, circa illorum oppidorum incolas, habeat.

QVÆSTIO IV.

An, Vt Pontifex, non solum licite, sed valide, impedimentum aliquod decernat, desideretur iusta causa?

NEGANT, apud Sanchez, Veracruz 1. *p. speculi art.* 46. & Vega 2. *to. sum. c.* 34, *casu* 128. & nouissime Villalob. *tr.* 14. *diff.* 1. *n.* 1. dicens, sine fundamento, dici ab aliquibus contrarium. Et Ochagau. *tr.* 3. *q. q.* 36. *n.* 3. dicens, oppositum esse falsum. Luysius *in sum. c.* 109. *dub.* 3. existimantes, peccare quidem in eo casu Pontificem, tenere tamen factum, & ita matrimonium, contra talem prohibitionem factum, esse nullum.

Sed probabilius Respondeo: In eo casu, peccare Pontificem prohibendo; sed matrimonium contra talem prohibitionem factum, esse validum, & licitum. Quia talis prohibitio matrimonij, non solum iniusta, verum & nulla, & irrita est. Sic Hostiens. Henricus, & Ledesma, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. n.* 6. Basilius *lib.* 6. *c.* 3. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 2. Ægid. *disp.* 30. *dub.* 1. dicens id esse multo probabilius. Becanus *cap.* 48. *q.* 1. *n.* 4. Filliuc. *tr.* 10. *par* 2. *cap.* 1. *num.* 7.

QVÆSTIO V.

An Etiam Episcopus, & Concilia Nationalia, & Prouintialia, possint ex iure, inducere impedimenta?

NEGANT Suarez *to.* 5. *disp.* 7. *sect.* 4. *n.* 5. Ægid. *loc. cit. n.* 3. & 8. & alij, existimantes, id nullo ex iure eis competere.

Sed

Sed probabilius Respondeo: Posse ex iure, & ex vi sui muneris, impedimenta inducere, atque apponere. Quia Episcopus potest in sua Diœcesi, quidquid potest Pontifex in tota Ecclesia, nisi ei aliquid à Pontifice prohibeatur, vt optime probat Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 61. num. 3.* ergo. Sic Victoria, Ledesma, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 1. num. 9.* Basilius *lib. 6. cap. 1. nu. 12.* Cornejo *disp. 7. dub. 3. pag. 953.* Hurtado *disp. 12. diff. 2.* Villalobos *tract. 14. diff. 1. num. 2.* Ochagauia *tract. 3. quæst. 36. num. 4.* Luysius de Torres *in sum. 2. par. cap. 109, dub. 2.*

QVÆSTIO VI.

An Hodie de facto, possint Episcopi impedimenta matrimonij apponere?

Respondeo: Negatiue. Quia potestas hæc apponendi impedimenta, reseruata est iam Pontifici, & Concilio Generali; vel aliquo speciali iure, vt Victoria, & Ledesma volunt; vel, ex antiqua Ecclesiæ consuetudine, vt probabilius sentiunt Sanchez, Basilius, Ochagau. Luysius, & Cornejo, *loc. cit.* Sic ipsi, & communis.

QVÆSTIO VII.

An Princeps sæcularis fidelis, possit ex vi suæ potestatis, fidelibus sibi subditis, Matrimonij impedimenta apponere?

Affirmant posse; quamuis de facto nequeant, eo quod illis ab Ecclesia sit id prohibitum: Victoria, vterque Sotus, omnes tres Ledesmæ. Bellarm. Angles, Enriquez, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 3. num. 2.* Ægidius *disp. 30. dub. 1.* Valentia *disp. 10. quæst. 5. punct. 1.* Rebell. *lib. 3. quæst. 1. num. 2* Cornejo *disp. 7. dub. 3.* Ochagau. *tract. 3. quæst. 37. num. 2.* Moure *3. par. sum. cap. 16. §. 1. num. 3.* Luysius *loc. cit. dub. 5.* Villalob. *tract. 14. diff. 1. nu. 3.* & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non posse, neque de facto, nec de possibili. Quia contractus matrimonij in iam baptizatis desiuit esse ciuilis, & sæcularis, & pure factus est sacer, postquam Christus Dominus, ad rationem Sacramenti illum eleuauit: ergo ex eo tempore non subditur potestati Principis sæcularis, etiam fidelis. Sic D. Thom. D Bonau. Ricard. Palud. Maior, & alij vsque ad viginti, & quatuor Doctores, quos pro nobis refert Sanchez *nu. 1.* inter quos sunt Diu. Thom. & Sotus, quos etiam pro se citat. His addi possunt Basilius *lib. 6. c. 2. à nu. 3.* Hurt. *disp. 12. diff. 2. num. 7.* & alij, ex quibus Basil. solũ concedit Principibus sęcularibus posse pro sua potestate leges valide ferre, circa accidẽtalia, & accessoria matrimonio, dũ modo, hoc non impediatur principale.

QVÆSTIO VIII.

An Saltem Princes infidelis possit suis subditis impedimenta dirimentia apponere?

Respondeo: Posse quia inter illos cõtractus matrimonij non est eleuatus ad rationem Sacramenti, sed est purus contractus ciuilis, & sæcularis: ergo sicut habent potestatem condendi leges circa alios contractus ciuiles, ita & circa hunc. Sic Diu. Thom. *dist. 39 quæst. vnica, art. 2. ad 3.* Nauar. *cap. 22. num. 48.* Enriquez *lib. 12. cap. 1. num. 5.* Vterque Ledesma, Sa, Rodriguez, & alij vsque ad viginti & quinque Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 3. num. 5.* Basil. *lib. 6 cap. 1.* & alij. Qui bene colligunt, quod infideles, qui, contra leges, à suis Principibus latas, irritantes, matrimonium, inierunt, cum ad fidem venerint, vel iterum renouandum sit, iuxta leges Ecclesiæ, vel separandi sunu.

QVÆSTIO IX.

An Sola consuetudine introduci possit impedimentum dirimens?

Respondeo: Posse, dummodo consuetudo sit rationabilis, legitime introducta, approbata expresse, vel tacite à superiori. Quia consuetudo talis, vim legis habet. Sic Basilius *loco citato, cap. 4. 5. & 6.* Hurtado *disp. 12. diff. 2.* Cornejo *disp. 7. dubio 4.* & quoad substantiam, Sanch. *lib. 7. disp. 4.* & omnes.

(§)

QVÆSTIO X.

Quot Sunt impedimenta Matrimonij?

Espondeo: Esse duplicia. Quædam impedientia, & dirimentia; alia impedientia tantũ. Dirimentia sunt illa, quæ efficiunt, vt non solũ peccatũ admittatur, quando cum aliquo illorum matrimonium initur, verum etiam, vt initum non valeat. Impedientia vero tantũ, sunt illa, quæ impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum. Impedimenta autem dirimentia, sunt iam post Tridentinum, quatuordecim, ijs versibus contenta.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis.
Si Parochi, & duplicis desit præsentia testis
Rapta vè sit mulier, nec parti reddita tutæ.
Hæc socienda vetant conubia, facta retractant.

Franciscus Syluius *in addit. Theologiæ pastoralis* Binsfeldij. §. 12. *de matrim. pag. mihi 136.* Impedimenta huiusmodi, quindecim docet esse. Hæc scilicet.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Amens, affinis, si clandestinus, & impos,
Si mulier sit rapta, loco nec reddita tuto.

Impedimenta vero dirimentia, duodecim enumerantur, de quibus infra.

DISPVTATIO DECIMA.

De Impedimentis dirimentibus in particulari, & primo, De impedimento Erroris

QVAESTIO PRIMA.

An Error antecedens actum matrimonij, circa personam, cum qua contrahitur; dirimat, reddatque nullum, matrimonium?

Respondeo Certissime, Dirimere. Quia ad contrahendum matrimonium requiritur voluntas, seu consensus positiuus: sed hic, nec datur, nec potest dari simul cum errore personæ, cum qua matrimonium contrahitur: ergo ex defectu consensus invalidum erit tale matrimonium. Minor, in qua potest esse difficultas, clare probatur. Quia error antecedens est, & dicitur ille, qui antecedit actum, itaut det causam illi, & ex eo errore ducatur agens ad operandum, taliter quod alias, illum non efficeret actum, si error non ad esset: at id omnino tollit voluntarium, cum non possit esse actu volitum, id quod est ignoratum: ergo, qui contrahit cum erore antecedenti personæ, qui causa est, vt matrimonium ineatur, alias non ineundum, dirimit ipsum. Sic habetur expresse *in cap. vnico 25. quæst. 1.* & vt certum tenent omnes. Legantur Sanchez *lib. 7. disp. 18. num. 5.* & Basilius *lib. 4. cap. 20. num. 5.*

QVÆSTIO II.

An Etiam, error personæ concomitans, irritet matrimonium?

Negant aliqui, quos suppresso nomine, referunt Sanchez *lib. 7. disp. 18. nu. 6.* & Filliuc. *par. 2. tract. 10. num. 31.*

Sed certissime fere Respondeo: Etiam dirimere. Quia quamuis error concomitans actum matrimonij, non sit causa, vt matrimonium fiat, sed ita coniungitur cum eo, vt adhuc, errore non existente, matrimonium fieret, adhuc tamen

men non valet matrimonium cum tali errore initum. Quia matrimonij contractus, & ratione suæ excellentiæ, & quia indissolubilis omnino est, requirit positivum, & expressum voluntarium, quod non efficit dictus error. Sic Martinus, Bartholom. & Petrus de Ledesma, & Velacruz, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. citato, num.* 6. Basilius *loc. cit. num.* 21. Vazq. *disp.* 30. *cap.* 4 *num.* 30. Bonac. *de matrim. quæst.* 3 *pun.* 2. *à num.* 2. Egidius *disp.* 31. *num* 9. Hurtadus *disp.* 13. *diff.* 1. Candid. *tom.* 2. *disquisitionum moralium, disquis.* 28. *dub.* 2. Villalob. *tract.* 14. *diff.* 5 *à num.* 1. Machado *lib.* 3. *par.* 1. *tract.* 5. *docum.* 2. *num.* 3. & 4. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 6. & communis.

QVÆSTIO III.

An Error personæ dirimat, iure naturali, matrimonium?

NEGAT Glossa 29. *quæst.* 1. *in sum. verb. Quod autem.* Existimans, solum dirimere iure positivo Ecclesiastico; ex quo infert, bene posse Pontificem statuere, vt hic error non dirimat matrimonium.

Sed certissime Respondeo: Dirimere iure naturali. Quia error prælatus aufert omnem voluntatem, & consensum positivum: at sic est, quod matrimonium initum absque consensu est ipso iure naturali irritum: ergo. Ex quo fit, contra Glossam, vt neque ipse Pontifex possit efficere, vt matrimonium, cum tali errore contractum, sit validum, cum supplere non possit in hoc casu defectum consensus. Sic Sanchez *lib.* 7. *disp.* 18. *à num.* 12. Basil. *lib.* 4. *cap* 20. *num.* 7. Cornejo, Hurtado, Villalob. & alij *locis cit.*

QVÆSTIO IV.

An Error antecedens, circa qualitatem corporis, & fortunæ personæ cum qua contrahitur, dirimat matrimonium?

AFFIRMANT Præpositus *cap. vlt. de coniugio leprosorum.* & Ioan. de Medina *de restit. quæst.* 33. §. *Quibus præmissis* maxime quando dolus dedit causam matrimonio. His favet Basilius *lib.* 4. *cap.* 21. *num.* 7. dicens, hanc sententiam esse veram in casu, quo errans contrahat expresse, & formaliter motus à qualitate, circa quam errat; aut (quod idem est) casu, quo expresse contrahens feratur vnico, & indiuisibili actu in eam circumstantiam, & in personam ea circumstantia vestitam. Citat Basilius pro hac sententia Thom. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 18. *num.* 22. Sed certe non bene. Quia oppositum per hæc verba docet: Quamuis autem error hic qualitatis, dans causam matrimonio ineundo, id minime dirimat, &c. Sic ille. Citat etiam Ægidium, Rebellum, Petrum Ledesma, Aragonium, Molinam, & alios.

Sed probabilius Respondeo. Talem errorem, minime dirimere matrimonium; dummodo, id, nec contrahatur cum conditione; *Si ea sit illa qualitas*; sed absolute; (quamuis cum errore antecedenti illius (nec error qualitatis redundet in errorem personæ. Probatur Primo. Quia, si cum errore qualitatis, non ignoratur persona, semper permanet obiectum contractus matrimonij: ergo & substantia matrimonij; cum hæc, non circumstantijs accidentalibus, sed ab obiecto per se desumatur.

Secundo probatur, præcipue contra Basilium. Quia etiam quando contrahens mouetur ad contrahendum ex qualitate; aut vnico, & indiuisibili actu, expresse, & formaliter in personam, & qualitatem fertur; adhuc respicit qualitatem, non tanquam quid essentiale, seu necessarium ad essentiam contractus; sed, vt quid accidentale; vt sic enim abipso contrahente aprahenditur: ergo dum contrahens, non exprimit, se non velle aliter contrahere, quam tali qualitate subsistente; eius consensus, per se, primo, & absolute respicit personam, qualitatem vero, non nisi per accidens: ac proinde, etiamsi deficiat qualitas; manet contractus simpliciter voluntarius, licet secundum quid involuntarius; & consequenter matrimonium validum. Validum ergo omnino erit coniugium cum errore fortunæ, vel qualitatis personæ; cum qua fit factum, nisi casu, quo contrahens consensum habuerit conditionatum, veluti; *auto te, si nobilis, aut dives sis*; aut quando error qualitatis, aut fortunæ redundat in errorem personæ; vt si fœmina properat sibi in nuptias filium primogenitum Regis Hispaniæ in quem expresse, & directe vult consentire, & putans contrahere cum eo, contrahat cum secundo eiusdem Regis filio, nam his duobus casibus matrimonium erit in validum. Et hanc sententiam sic

explicatam defendunt Sanchez, Ægidius, Rebellus, & aliqui alij, ex authoribus, quos pro se refert Basilius. Sic ergo Valentia, Molina, vterque Ledesma, & alij, vsque ad 25 Doctores, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 18. à num. 18.* Quibus addi possunt Ægidius *disp. 31. dub. 1. num. 11. & 20* Rebellus *lib. 3. de matrim. quæst 2. num. 5* Hurtado *disp. 13. diff. 2.* Aureol. *in 4. dist. 30. quæst. vnica in fine.* Moure *3. par. cap. 16 §. 2. sect. 1. num. 2.* Filliuc. *tract. 10. par. 2. num. 33.* Ochagau. *tract. 3. quæst. 48. num. 7.* Cornejo *disp. 7. dub. 7.* Caldidus, & Machado *loc. cit.* Bonacina *quæst. 3. punct. 2. numer. 9.* & communis.

(§)

DISPVTATIO VNDECIMA.

De Impedimento Conditionis, seu, Seruitutis.

QVAESTIO PRIMA.

An Error conditionis seruilis personæ cumqua contrahitur, dirimat Matrimonium?

RESPONDEO: Dirimere. Vnde, si liber contrahat cum ancilla, aut è contra; libera cũ seruo, seruitute penitus ignorata, nullum erit matrimonium. Sic definitur, *in cap. siquis libertus. cap. siquis ancillam, & cap. siquis ingenuus. & cap. si fœmina. 29. quæst. 2.* Et ratio decisionis est: Quia per eiusmodi errorem, fit grauis iniuria coniugi libero; & læditur Matrimoniũ in bonis. Nam primo læditur bonum fidei; quia seruus nequit reddere debitum ad libitum coniugis; nisi quando à ministerijs sui Domini vacauerit. Deinde læditur prolis; quia nequit eam commode alere, & educari; cum omnia, quæ acquirit seruus, Domini sint. Et tandem aduerlatur mutuæ cohabitationi: quia seruus debet habitare in domo Domini; & ab eo potest in remotas partes mitti. Sic omnes Doctores. Legantur Sanchez *lib. 7. disp. 19.* Basilius *lib. 7. de matrim. capite 42.* Cornejo *disput. 7. dubio. 8. per totum.* Gutierrez *de matrimon. cap. 89.* & Bonaccina *quæst. 3. punct. 3.*

(§)

QVÆSTIO II.

An Matrimonium contractum cum seruo, cui pro tempore determinato fuit concessa libertas, sit valiaum?

RESPONDEO: Non esse validum, etiam, si matrimonium fuisset factum, tempore quo gaudebat libertate. Quia cum transacto libertatis tempore, debeat in pristinam redigi seruitutem, re vera manet impeditus ad libere reddendum debitum &c. vt nuper diximus. Sic omnes. Legatur Sanchez *loco citato. numer. 3.*

QVÆSTIO III.

An Valeat Matrimonium liberi cum ancilla, quæ paulo post, veluti infra sex menses, potietur libertate?

AFFIRMANT Sanchez *lib. 7. disp. 19. num. 4.* & penes ipsum, aliiviri doctissimi à se de hac re consulti. Filliuc. *tract. 10. 2. par. num. 37.* Ochagauia *tract. 3. quæst. 49. num. 5.* Cornejo *disp. 7. dubio. 8. pagina. 967.* Machado *lib. 3. par. 1. tract. 11. docum. 3.* Ægidius *disput. 31, dubitat. 2. numer. 26.* & alij, docentes, esse validum; quia quando intra breue tempus, acquirenda est plena libertas, cessant rationes, nuper relatæ, quibus Ecclesia ducta irritauit matri-

Matrimonium inter liberum, & ancillam. Secus inquiunt dicendum, si tempus seruitutis longius esset.

Sed probabilius Respondeo: Non valere, ignorante libero conditionem seruilem ancillæ. Quia tale matrimonium, verè est celebratum inter liberum, & ancillam, ignorata seruitute: Ergo tenet impedimentum Ecclesiæ: ergo est irritum. Sic Angel. & Siluest. penes Sanchez *loc. cit.* Basilius *lib. 7. cap. 43. num. 1.* Rebellus *l.b. 3. q. 3. n. 19.* dicens, id esse curtum per hæc verba: Certum etiam est, quod sicut non sufficit actualis, siue præsens libertas ad tempus concessa, sic nec futura, nisi quis ea actu fruatur, vt ex iure, Angel. *Verb. matrim. 3. impedim. 4. num. 6.* obseruat. Sic ille.

QVÆSTIO IV.

An Sit validum Matrimonium liberi cum libertina, ideſt, cum ea, quæ modo est libera, & paulo antè fuit ancilla; ignorante libero conditionem seruitutis præteritæ?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia, non seruitus præterita, sed præsens ignorata, dirimit matrimonium, vt constat ex iure Ecclesiastico, quo impedimentum hoc inductum est. Sic Sot. Siluest. Rossell. Couar. Enriquez, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 10.* Basilius *loc. cit. num. 4.* Cornejo, Ochag. & Filliuc. *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO V.

An Sit validum Matrimonium liberi cum ancilla initum; si error, aut ignorantia seruilis conditionis, fuerit crassissima, aut affectata?

AFFIRMANT Sot. *in 4. dist. 35. quæst. vnica art. 2.* Bartholom. de Ledesma *de matrim. dub. 31.* Rodrig. *cap. 223.* Vega *tom. 2. cap. 34. casu. 67.* Ludo. Lopez *2. par. instruc. cap. 47.* Rebell. *loco cit. num. 15.* Villalob. *tract. 14. diff. 6. num. 4.* Basilius *lib. 7. cap. 43. num. 3.* & alij. Quia eiusmodi (inquiunt) ignorantia æquiparatur scientiæ.

Sed probabilius Respondeo: Non esse validum. Quia ius, absolute irritat dictũ Matrimonium, si cum ignorantia seruitutis fiat: sed ignorantia crassissima, aut affectata, est absolute ignorantia: ergo. Sic Abbas, Alex. de Neuo, & Præpositus, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 19. num. 10.* Quibus addi possunt Filliuc. *tract. 10. par. 2. num. 42.* Hurtado *disp. 14 diff. 1. num. 1.* Cornejo *disp. 7. dub. 8. pag. 966.* Ægid. *disp. 31. num. 26.* Ochagauia *tract. 3. quæst. 49. num. 10.* & (nifalor) Machado *loc. cit. docum. 3. num. 4.* Syluius *in sum. 2. par. cap. 111. dub. 2.*

QVÆSTIO VI.

An Valide contrahat matrimonium liber cum libera, si ille credat, hanc esse ancillam?

NEGARVNT aliqui, apud Glossam, *29. q. 2. in sum. verb Secunda.*

Sed certissime Respondeo: Valide contrahere. Quia errans, in eo casu, inuenit meliorem conditionem, quam ipse putabat, Sic Diu. Thom. *in 4. dist. 36 quæst vnica. ar. 1. ad 1.* Et omnes Theologi cum illo, præcipue mox citandi.

QVÆSTIO VII.

An Etiam valide contrahat Seruus cum ancilla, si ille putet, hanc esse liberam?

NEGARENT, & à fortiori, Authores à Glossa nuper citati. Quibus tauet Viuald. *de matrim. cap. de 2. impedimen. num. 4.* alias *num. 122.* hanc partem probans, & dicens, se illam secuturum, nisi singularitatis vitio notari timeret.

Sed certissime Respondeo: Etiam valide contrahere. Quia error melioris, aut æqualis conditionis, non dirimit matrimonium. Nam, ex iuribus sup. *quæst. 1.* relatis, solum seruitus ignorata dirimit matrimonium, inter liberum, & seruum initum. Sic Sanchez, & penes ipsum, Sexaginta, & tres Doctores. Quibus addi possunt Basilius *lib. 7. cap. 43. num. 1.* Bonac. *quæst. 3, punct. 3. num. 1.* Cornejo, Filliuc. Candidus, Luysius *locis cit.* & communis.

QVÆSTIO VIII.

An Coniux liber, qui ignoranter cum mancipio contraxit; possit, detecta seruitute, ab eo, propria authoritate, separari?

NEGANT Angel. Armilla, Ric ard. & alij, penes Sanchez *loc cit. num.* 7. & Enriquez *lib.* 11. *cap.* 5. per hæc verba: Si in facie Ecclesiæ contractum fuit publice matrimonium, bona fide, cum serua, non licet separari à cohabitatione, ante sententiam Ecclesiæ. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Posse separari, si absit scandalum (quo in casu etiam fatetur Enriquez) alias necessariũ esse Ecclesiæ iudicium. Quod, si detectus probationis fuerit, licite poterit coniux liber in partes abire longinquas, & ibi, sine vllo scandalo, inire cum alio matrimonium. Sic Sanchez *loc. cit.* Basilius *lib.* 7. *cap.* 43. *num.* 6. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 8. *pag.* 968. & alij.

QVÆSTIO IX.

An Ignorantia seruitutis dirimat matrimonium, iure naturali?

AFFIRMANT Palac. *in* 4. *dist.* 3. *quæst. vnica.* Siluest. *Matrim.* 6. *quæst.* 1. Angles 1. *par. de matrim. quæst.* 10. Almain. *in* 4. *dist.* 36. *quæst. vnica.* & ex parte Basilius *lib.* 7. *cap.* 43. *num.* 2.

Sed probabilius Respondeo: Non dirimere, iure naturali, sed iure solo Ecclesiastico. Quia matrimonium seruorum inter se, & liberi cum ancilla, cognita seruitute, est validum, vt statim dicemus; ergo seruitus non aduersatur, natura sua, matrimonio, & consequenter, non dirimit illud iure naturæ. Sic D. Thom. *dist.* 36. *quæst. vnica art.* 1. *ad* 3. ibique, D. Bonau. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 19. *num.* 17. & penes ipsum, vnus, & triginta Doctores. Quibus addi possunt Hurtad. *disp.* 14. *diff.* 1. *nu.* 2. & 3. Ochagau. *tract.* 3. *quæst.* 49. *nu.* 9. Ægidius *disp.* 31. *num.* 26. Filliuc. *tr.* 10. *par.* 2. *num.* 41. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 8. *pag.* 964. Ioan. de Cruce *de matrim. quæst.* 4. *de impediment. art.* 2. *dub.* 2. *concl.* 1. Villalob. *tract.* 14. *difficul.* 6. *numer.* 2.

QVÆSTIO X.

An Matrimonium inter seruos initum, aut inter liberum, & ancillam, cognita seruitute, sit validum?

RESPONDEO: Tanquam certum, esse validum. Primo. Quia sic definitur *cap.* 2. *de coniug. seruor.* & *cap. siquis liber.* 29. *quæst.* 2. Quibus iuribus corrigitur lex *cum ancillis.* C. *de incæst. nuptijs,* in qua oppositum decisum erat. Secundo. Quia seruitus cognita non aduersatur substantiæ matrimonij; sicut nec ignorata. (vt nuper est habitum) Nam substantia matrimonij, tantum exigit, vt coniuges mutuò sibi tradant sua corpora ad commodum, & rationabilem vsum matrimonij. sed sic est, quod Dominus tenetur seruo suo coniugato dare commodũ tempus, vt vtatur matrimonio: Ergo etiam si desit libertas, salua manet essentia matrimonij. Sic omnes Doctores.

QVÆSTIO XI.

An Liber, qui absque vrgente causa ancillam scienter ducit, peccet, & fiat irregularis?

NEGANT peccare; licet affirment, irregularem fieri, Angel. *Matrimon.* 2. *impedim.* 4. *fine.* & Sanchez *lib.* 7. *disp* 19. *num.* 14. Enriquez vero, nec fieri irregularem, significat, *lib.* 14. *cap.* 5. *in Glossa lit. I.*

Sed probabilius Respondeo: Et peccare, & fieri irregularem. Primum probo. Quia in dicto casu, prodigus erit liber honoris proprij; cum fiat vilis, & infamis: ergo ad minus, peccabit venialiter.

Secundum verò, constat ex cap. *Si quis viduam. dist.* 34. Quod quidem verum est, quamuis ancilla sit virgo, nam alias nihil decideret textus; cum ducens etiam liberam, non Virginem, fiat irregularis, ob vigamiam contractam. Sic Sotus *in* 4. *dist.* 36. *quæst. vnica art.* 1. *vers. Contra hanc concl.* Ochagan. *tract.* 3. *quæst.* 49. *num.* 6. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 8. *pag.* 970. & alij. Et quod dictus contrahens fiat irregularis, sentiunt Sanchez (vt vidimus) Nauar. *capite* 27. *numer.* 196. & communis.

QVÆS-

QVÆSTIO XII.

An Seruus, qui cum libera, ignorante eius seruitutem, contrahit, peccet mortaliter?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia, & facit matrimonium irritum; & notabilé iniuriam irrogat coniugi libero. Sic Nauar. *cap.* 22. *num.* 33. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 10. *num.* 3. Sanchez *loc. cit.*

QVÆSTIO XIII.

An Serui possint, inuitis Dominis, valide matrimonium inire?

NEGAVIT olim D. Basil. *Canone suo* 40. Sed non mirum, quia suo tempore, non erat oppositum, ita clare definitum.

Respondeo ergo certissime. Posse valide. Quia contractus matrimonij, est concessus omnibus, iuræ naturæ, ad conseruationem speciei; seruitus verò introducta est, iure positiuo gentium: ergo fortius est illud, quam hoc. Sic expresse definitur *in cap.* 1. *de coniug. seruor.* & tenent Diu. Thom. *in addit. quæst.* 52. *ar.* 2. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 21. *num* 3. Basilius *lib.* 7. *cap.* 42. *num.* 3. Hurtad. *disp.* 14. *diff.* 5. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 8. Ochagau. *tract.* 3. *quæst.* 49. *num.* 19. Filliuc. *loc. cit. num.* 49. Candidus *disquisit.* 28. *art.* 3. *dubit.* 3. Torreblanca *lib.* 2. *practicar. cap.* 15. *num.* 59. & omnes.

QVÆSTIO XIV.

An Non solum valide, sed etiam licitè, possint serui, inuitis Dominis, matrimonium inire?

AFFIRMANT ones fere authores, præcipue Torreblanca, locis nuper citatis. Quia, nec, iure naturali, nec positiuo aliquo, est id illis prohibitum.

Sed ego, id omnino esse verum, casu solum, quo serui prius a suis Dominis licentiam ad contrahendum petant, Respondeo: Tenentur enim serui sub mortali (quid quid negec Torreblanca) prius Dominorum consensum petere (nisi alias timeant, quod eorum matrimonia ab eis impediantur) quia hoc exigit reuerentia eis a seruis debita. Sic Philipp. de Cruce *in sum. tract.* 6. *de matrimon. vbi de* 2. *impedim. fol.* 101. Candid. *loc. cit.* Albiz *in manuscriptis de matrim. disp.* 8. *dub.* 3. & debent tenere Sanchez, & Basil. citati, in casu simili, *disp.* 6. *quæst.* 5. & 6.

QVÆSTIO XV.

An Peccent mortaliter Domini, qui seruorum coniugia, vel maritale eorum consortium, impediunt?

RESPONDEO: Peccare. Quia seruis licet, iure naturali, contrahere: & prohibere etiam stant leges Ecclesiasticæ: Ergo. Vnde neque poterunt Domini minitare seruis aliquod damnum inferendum, si matrimonium contrahant: nec minus punire eos, si ipsis Dominis inuitis, contraxerint, cũ nihilo deliquerint. Exquo etiam constat, etiam peccare ipsos Dominos, si inter seruos coniugatos impediant maritale comercium quantum æquitas postulet. Sic omnes Doctores, præcipue citati. & Luysius *loc. cit. dub.* 7.

QVÆSTIO XVI.

An Etiam peccent mortaliter Domini, qui vendunt seruos coniugatos in partes ita remotas, vt impediatur vsus matrimonij?

NEGANT Dominos peccare, si serui, sine voluntate eorum contraxerunt. Scotus *in* 4. *dist.* 36. *quæst.* 1. §. *Dico ergo.* Almainus *ibi. quæst. vnic. ar.* 3. Palac. *dist.* 30. *disp. vnica dub.* 5. Ledesma 2. 4. *quæst.* 54. *ar.* 4. & Angles *de matrim. q.* 10 *de impedim. conditionis, ar.* 2. Torreblanca *loc. cit. num.* 62. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Peccare mortaliter, etiamsi serui, inuitis Dominis matrimonium contraxerint: nisi alias, ea venditio fiat ex consensu vtriusque coniugis: vel nisi cum ingenua, vel liberta seruus nupserit, quæ illum abeuntem sequi tenetur; aut nisi alias, aliquod periculum Domini, vel rerum suarum immineret; vel denique, nisi ad id, vrgente necessitate, compellatur. Ratio est. Quia si Dominus peccat mortaliter impediens vsum matrimonij seruorum suorum (vt supra est habitum) multo magis peccabit, prepetuò impediendo illud. Sic Hostiens. Alex. de Neuo, Abbas, Præpositus, Tabiena, &

alij, quos Sanchez *lib.7.disp.22.num.5.* citat, & sequitur. Basilius, *lib.7. cap.42. num.5.* Filliuc *loc.cit. num.53.* Ochag. *quæst.49.num.22.* & communis.

QVÆSTIO XVII.

An Seruus coniugatus teneatur potius satisfacere Domino, cæteris paribus, quam vxori?

AFFIRMANT, teneri potius satisfacere Domino, nisi alias periculum fornicationis vxori immineat, non reddito sibi statim debito; dum modo etiam tunc non fiat notabilis iniuria Domino, Hostiens. Innoc. & Gottred. apud Sanchez *lib.7. disp.21.num.12.*

Alij verò, è contra, dicunt, potius satisfaciendum esse coniugi, si matri matrimonium fuit prius initum, quam seruitus cõtracta. Ita Hurtad. *disp.14. diff.6.*

Alij denique defendunt, satisfaciendũ esse potius Domino, quando ipse non annuit matrimonio serui: vxori vero, quando de licentia Domini initum fuit. Ita Sotus, Ledsma, Sa, & alij triginta authores, quos refert Sanchez *loc.cit.num.13.* Ioan. de Cruce *loc. cit. concl.2.* & Luysius *loc. cit. dub.8.*

Sed probabilius Respondeo: Dicendũ, quod quamuis seruus, potius debeat satisfacere, illi, cuius necessitas maior est; cæteris tamen paribus, potius debet vxori satisfacere reddendo debitum; quam Domini obsequio. Quod quidem est verum, siue seruus cõtraxerit, inuito Domino, siue illo consentiente; siue post contractam seruitutem, siue antea. Ratio est. Quia vinculum matrimonij strictius, fortius, & prius, ex natura sua, est, quam vinculum seruitutis: ergo. Sic Sanchez *loc. cit.* Basilius *loc. it.num.4.* Filliuc *n.51.*

QVÆSTIO XVIII.

An Mancipium contrahens cum Domino, aut Domina, statim consequatur, omni iure, libertatem?

NEGANT Couar. *2.par.4.decret.cap. 3.§.7. num.1.* Palac. *in 4 dist. 30. q.vnica.* Enriq. *lib.11. cap.10. nu.4. in Glossa lit.Z.* Sa *verb. matrim. de impedim.dirim.num.1.* & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *lib.7. disp.20. num.11.* & 12. Ochag. *tract.3 quæst.49.nu.17.* Card. *loc.cit. dub.6.* Machado *loc. cit. coc.3.num.3.* Villalob. *tract.14. diff.6 num.2.* Luysius *loc.cit.dub.6.* & alij, existimantes, consequi quidem libertatem, iure tamen solo Castellæ.

Negant etiam Silueſt. *Verb seruitus. quæst.4.* Glossa *in cap. siquis ancillam. dist.34. Verb. Ancillam.* Archidiacon. Dominic. & Turrecremata ibi, asserentes, esse liberum iure etiam communi, sed non naturali.

Sed probabilius Respõdeo: Esse libeũ, omni iure Nẽpe, & iure Castellæ, vt patet *ex l.1.tit.13.p.4.* & iure naturali, & cõmuniconsequenter; cum nulla eius in oppositum extet dispositio. Probatur. Quia cum vinculum matrimonij tantum sit, vt per illud coniuges fiant vna caro, necessario ex vi naturali illius prouenit, vt communicet in bonis honoris, diuitiarum, aut sedis, vt habetur in Authe. *de Consul. §. Si autem coll.4.* Ergo cum hæc cõmunicatio repugnet statui seruitutis iure naturali, necessario debet extingui per matrimonium cum Domino celebratum. Sic Vazquez *in 3.par. disp.81.cap.8. num.41.* Basilius *lib.7.cap.44. num.4.* Greg. Lopez *in leg.cit.* Hurtado *disp.14. diff. 4.num.9.* & Basieus *Verb. matrim.8.nu. 11.* & vt probabilem sequitur Filliuc. *tr. 30.par.2.num.47.*

QVÆSTIO XIX.

An Serus, etiam fiat liber eo ipso, quod Dominus illum in matrimonium tradat libero coniugi, seruitutis ignaro?

NEGAT Luysius *loc.cit.dub.4.* per hęc verba: Si Dominus collocet in matrimonium ancillam cum libero ignorante seruitutem, ancilla non consequitur statum ingenuitatis.

Sed mihi, vt certum, Respondeo: Etiã fieri liberum. Quia eo ipso, quod dominus consentit in matrimonium serui, consentire videtur in id quod ad eius valorem requiritur, nempe in libertatem serui. Sic habetur in Authent. de Nuptijs *collat.4. & iure Castellæ in l.1.tit.5. & l.5.tit. 22.par.4.* Sic omnes Doctores fere, præcipue infra citandi.

QVÆS-

QVÆSTIO XX.

An Ittem seruus fiat liber, quando Domino sciente, & seruitutem tacente, contraxit cum libero seruitutis ignaro?

RESPONDEO: Etiam fieri liberum, quam uis ipse Dominus, nihil aliud ad matrimonium ipsum operatus fuerit. Sic enim habetur iure Castellæ *L. 1. tit 5. partit. 4.* & iure optimo. Quia, eo ipso, quod Dominus non reuelat in hoc casu seruitutem sui mancipij, cooperatur iniuriæ, coniugi libero illatæ, in cuius delicti pœnam, merito punitur à lege: sui serui libertate, quam ipso iure, ante sententiam iudicis consequitur. Secus autem dicendum est, quando Dominus tradit mancipium libero seruitutis conscio; quia tunc non sequitur libertatem. Sic Sanchez *lib. 7. disp. 20.* Basilius *lib. 7. cap. 44.* Cornejo *disp. 7. dub. 8.* Hurtad *loc. cit. diff. 1.* Torreblanca *lib. 2. practicar. cap. 15. sect. 7.* Luysius *loc. cit* Sed certe nimis inconsequenter, & omnes communiter.

QVÆSTIO XXI.

An, In his casibus, in quibus ratione matrimonij, seruus fit liber, matrimonium contractum sit validum?

NEGANT esse validum, eo quod in prædictis casibus, celebretur cum persona conditionis seruilis, eius seruitute ignorata, Couar. 4. *decret. 2. par. cap. 3. §. 7.* Gregor. Lopez *l. 1. Castellæ tit. 5. par. 4.* & Hurtado *disp. 14. sect. 3. num. 7.*

Sed probabilius longe Respondeo: Esse validum. Quia re vera, tunc prætatum matrimonium non fit absolute inter personam liberam, & seruam; quod constat. Tum, quia in facto esse matrimonij, vtraque persona contrahens est libera. Tum quia, qui consentit in liquid, consentit etiam in id, sine quo illud perfici non potest, sed Dominus consentit in eiusmodi matrimonia: ergo etiam in libertatem, sine qua illud est inualidum: ergo non fit absolute inter personam liberam, & personam seruituti subiectam. Sic Sanchez *disput 20. numer 14.* & penes ipsum, viginti & octo Doctores, Basilius *loc cit.* Filliuc. *tract. 10. par. 2. num 45.* & 48. Ochag *tract. 3 quæst. 49 num. 18.* Cornejo *loc. cit.* Boncae. *quæst. 1. punct 3. num 3.* Ægidius *disp. 31. num. 24.* & 25. Rebellus *lib. 3. de matrim quæst. 3. num. 29* Luysius *loco cit. dubitat. 5. pag. 278.*

DISPVTATIO DVODECIMA.

De Impedimento Voti Solemnis.

QVÆSTIO PRIMA.

An Votum solemne castitatis, in professione emissum, dirimat matrimonium, posti illud, initum?

RESPONDEO: Dirimere, etiamsi consummatum matrimonium sit. Quia sic definitur ab Alexand. III. & habetur *in cap. meminimus. Qui Clerici. vel vouentes.* & *in Concil. Toiet. 1.* & *4. can. 51.* & *in Calcedone can. 16.* & *in Trident. sess. 24. de reformat. matrim. can. 9.* Vbi dicitur, Matrimonium, post solemne votum Religionis, cõtractum, esse nullum. Sic omnes Doctores. Legantur Sanchez *lib. 2. disp. 19.* & *lib. 7. disp. 25.* & *26.* & *in Decalog. lib. 5. cap. 1.* Basilius *lib. 7. à cap. 1. vsque ad 22.* Bellarm. *lib. 2. de Monac. cap. 34.* & alij, mox citandi.

(§)

QVÆS-

QVÆSTIO II.

An eiusmodi votum solemne, dirimat matrimonium, solo iure humano Ecclesiastico?

AFFIRMANT Angel. Rosella, Ricard. Scot. Palud. quos, & alios, vsque ad quadraginta & septem Doctores, refert, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 26. num. 4.* Inter quos citat Stunicam pro hac sententia, & sequenti. His addi possunt Basilius *lib. 7. cap. 22. num. 4.* Cchagauia *tract. 2. quæst. 50. num. 8.* Hurtado *disp. 15. diff. vnica, num. 3.* & penes ipsum, Vazquez, & Ægid. Bonac. *quæst. 3. pun. 4. nu. 3.* & penes ipsum, Reginald. Lesius, & Rebellus, Villalobos *tract. 14. diff. 7. num. 2.*

Sed probabilius Respondeo: Non solum iure Ecclesiastico, sed etiam iure diuino, & naturali, votum huius modi dirimere matrimonium cum eo contractum. Primo Quia sic clare colligitur *ex cap. Si vis sacro. 27. quæst. 1.* Vbi dicitur: contrahentes post votum solemne separandos esse verbo Domini, & authoritate canonica: ergo non solũ iure Ecclesiastico, sed etiam verbo Domini, hoc est, iure diuino irritat matrimonium,

Secundo: Quia huiusmodi votum, iure diuino naturali, dissoluit, & dirimit matrimonium ratum, non consummatum, vt supra *disp. 12. quæst. 2.* est habitum, & docent etiam Sanchez, & Basilius ibi relati: Ergo à fortiori, eodem iure diuino, & naturali, habebit vim irritandi matrimonium cum eo contractum. Sic D. Thom, *in addit. quæst. 53. ar. 2. & in 4. dist. 38. quæst. 1. ar. 3. q. 3.* D. Bonau. *q. 1. art. 2.* Sot. *quæst. 2. art. 2.* Valentia 2. 2. *disp. 6. quæst 6 punct. 5.* Enriquez *lib. 12. num. 2. 3. & 7.* Quos, & alios vsque ad vigintiquinque Doctores, refert pro hac parte Sanchez. Quibus addi possunt Petrus Cornejo *disp. 7. dub. 9. pag. 972.* Ioan. de Cruce *quæst. 4. de matrim. art. 3. dub. 5.* Philippus de Cruce *in sum. tract. 6. de matrim. fol. 102.* Torreblanca *lib. 2. practicar. cap. 13. sect. 2. num. 69.* Candidus *disquis. 28. art. 4. dubit. 2.* Machado *lib. 3. par. 1. tr. 11. dictum. 4. numer. 3.*

(§)

DISPVTATIO DECIMATERTIA.

De Impedimento Cognationis.

QVÆSTIO PRIMA.

Quotuplex est cognatio, quæ matrimonium dirimit?

RESPONDEO Quod triplex. Naturalis, videlicet, spiritualis, & legalis. Cognatio naturalis, seu carnalis, quæ consanguinea dicitur, *est vinculum quoddam personarum ob eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum.* Sic Diu. Thom. *in addit. quæst. 54. art. 1.* Sanchez, qui hanc definitionem contra Couar. 2 *par. de matrimonio cap. 6. §. 6. num. 2. & 3.* optime defendit, *lib. 7. disp. 50. num. 1.* Basilius *lib. 7. cap. 30.* & alij.

Et de hac cognatione, nunc.

(§)

§. I. De Cognatione Carnali, seu Consanguinea.

QVÆSTIO II.

Quot Sunt Consanguinitatis lineæ?

RESPONDEO: Quod tres. Nempe, linea recta descendentium à Patre in filios, Nepotes &c. Linea recta ascendentium à filijs in Patrem, Auum, &c. Et linea transuersalis, quæ est collectio personarum, quę ab vno eodemque principio descendunt, & emanat, vti sunt plures fratres, patrueli &c. Sed cum Sanguinitãs attendatur penes gradus, & lineas; lineaq ne sit, vt est dictum; *personarum sanguine coniunctarum collectio:* gradus vero, *distantia vnius personæ ab alia*, sit.

QVÆS-

QVÆSTIO III.

Qua ratione numerandi sunt gradus consanguinitatis, in ordine ad matrimoniam dirimendum?

RESPONDEO: Dicendũ quod hoc modo. *In recta linea ascendentium, & descendẽtium, tot sunt gradus consanguinitatis enumerandi, quot fuerint personæ, ablata una, nempe stipite, v. g.* Pater, filius, nepos, pronepos, abnepos, sunt quinque personæ, & quatuor gradus. Nam filius cum patre est in primo gradu; Nepos in secundo; Pronepos in tertio, & Abnepos in quarto. Huius autem regulæ ratio est; Quia tot sunt gradus, quot sunt generationes: ergo cum generatio inter duos terminos versetur, generantem videlicet, & genitum; vt sint quatuor generationes, quinque personæ esse debent.

In linea transuersali personarum æque distantium à stipite; quo gradu ab stipite distant, eodem gradu distant inter se. v. g. Duo fratres: quia à Patre, qui est amborum stipes, distant in primo gradu, secundum lineam rectam; eodem primo gradu distant inter se in linea transuersali. Deinde filij vtriusque fratris distant inter se in secundo gradu, quia eodem distant ab Auo. Vnde caute est legendus Basilius *lib. 7. cap. 30. nu. 8.* dum, incuria Typographi, ait hæc: fratres, quia sunt in primo gradu cum stipite, sunt etiá in secundo gradu inter se coniuncti. Omittit enim Typographus aliqua Authoris verba.

In linea transuersali personarum inæqualiter descendentium, quo gradu remotior distat ab stipe, eodem gradu distant inter se, v. g. Patruus, & nepos ex fratre, sunt inter se in secundo gradu; quia nepos ex fratre, distat ab Auo, qui est stipes vtriusque, in secundo gradu. Similiter, pronepos ex fratre distat à patruo in tertio gradu, quia eodem distat à proauo & sic deinceps. Exquo colligitur, quod, qui distat à stipite in quinto gradu, licite potest contrahere matrimonium cum eo, qui distat ab eodem stipite, in quarto, tertio, secundo, vel primo gradu. Sic Diu. Thom. *in 4. dist. 40. quæst. vnica. ar. 2.* Legantur Sanchez *lib. 7. disp. 50.* Basilius *lib. 7. disp. 30.* Cornejo *disp. 7. dub. 11.* Hurtado *dip. 17. diff. 1.* & alij.

QVÆSTIO IV.

An Consanguinitas in primo gradu lineæ rectæ dirimat matrimonium, iure naturali?

NEGARE videtur Basilius *lib. 7. cap. 31. num 5. fine.* dum in hæc verba prorrumpit: Nisi forte quis dicat matrimonium Patris cum filia, Matris cum filio, diuina aliqua lege potius prohibitum, quam naturali: quæ, quia conionat naturę, naturalis dicatur, & traditione deriuata sit: quod mihi aliquantulum arridet, cũ non inueniam firmum aliquod argumentum, quod ostendat hanc coniunctionẽ, iure naturali nullam, cum non opponatur ita clare fini matrimonij, quod necessarium esset, vt iure naturali irritaret. Quamuis huius diuini præcepti perseuerantis, nullum inueniam vestigium. Huc vsque ille.

Sed certissime Respondeo: Dirimere matrimonium iure naturali. Quia ex natura rei, illæ solum personæ sunt habiles ad matrimonium, inter quas potest esse æqualitas; & mutua subiectio ad actum coniugij: at huiusmodi æqualitas, & subiectio, non possunt cohærere cum naturali potestate patris in filium: ergo. Sic D. Thom. *in addit. quæst. 54. art. 3.* Sanchez *lib. 7. disp. 51. num. 8.* dicens id esse compertum apud omnes Doctores. Cornejo *disp. 7. dub. 12.* dicens, id sine discrimine amplecti ab omnibus. Imo iddem sentit Basil. *loc. cit. num. 4.* dicens, id suadere omnium gentium conuenientem de hac re, sententiam, & à natura insitum honorem. Et omnes.

QVÆSTIO V.

An Dicta consanguinitas in primo gradu, dirimat matrimonium, etiam in casu extremæ necessitatis?

NEGANT Sot. Angles, Enriquez. Valentia, & alij, vsque ad decem DD, quos citat, & sequitur Sanch. *lib. 7. disp. 51. num. 10.* Basil. *loc. cit. num. 5.* Pessantius *in addit. ad 3. par. quæst. 54. disp. 2.* Lublinus *Vorb. matrim. sub. nu. 20. pag. 470.* Candid. *disquis. 28. ar. 5. dubit. 4.* & alij docentes, dictam consanguinitatem, nullo iure dirimere matrimonium in casu extremæ necessitatis; vt si in mundo

ta-

tantum supereſſent Pater, & filia; aut Mater, & filius. Et ob hanc causam, excuſſant filas Loth à peccato, dum cum patre concubuere, exiſtimarũt enim perire genus humanum, nullumque virum ſupereſſe, & ideo licere ſibi à patre poſteritatem accipere.

Sed æque probabiliter Reſpondeo: Etiã in dicto extremæ neceſsitatis caſu dirimere. Quia, quamuis neceſsitas, quandoquè excuſſet ab obligatione legis aliquid prohibentis; tamen non poteſt dare capacitatem, quam in ſe non habet: ergo. Solum igitur ex ſpeciali Dei diſpenſatione, poſſet inter dictos, in primo gradu, conſanguineos, matrimonium valide, & licite contrahi, vt communiter docent omnes. Sic Caietan. 2. 2. *quæſt.* 154. *art.* 9. Pet. de Ledeſma *quæſt.* 54. *ar.* 3. *diff.* 1. Ægid. *diſp.* 32. *num.* 14. Hurtad. *diſp.* 17. *diff.* 3. & penes Sanchez, Sot. *lib.* 2. *de iuſt. quæſt.* 3. *art.* 8. *ad* 3. Lopezius, Loazes, & alij.

QVÆSTIO VI.

An Etiam in omnibus alijs gradibus rectæ lineæ, præter primum, dirimat conſanguinitas matrimonium, iure naturali?

AFFIRMANT dirimere in quocumque gradu lineæ rectæ, etiam vſque ad Adamum, ita vt, ſi ille dum viueret viduus eſſet, aut ſi modo reſurgeret, nullam poſſet fœminam in vxorem valide ducere, Sco. Victoria, Vazquez, Toledo, Petr. de Ledeſma, quos, & alij, vſque ad quinquaginta, & tres Doctores, refert Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 51. *num.* 12. Quibus addi poſſunt Ægidius *diſp.* 31. *dub.* 1. Rebellus *lib.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 12. Reginald. *lib.* 31. *num.* 119. Villalob. *tract.* 14. *diff.* 8. *nu.* 5. Torrebl. *lib.* 2. *practicar. cap.* 15. *ſect.* 3. *num.* 72. Hurtado *diſp.* 17. *diff.* 4. Qui etiam citat Baſilium *lib.* 7. *cap.* 31. Sed male profecto, cum oppoſitum expreſſe doceat, vt ſtatim.

Sed probabilius Reſpondeo: Non dirimere matrimonium inquocumque gradu, ſed in aliquo eorum dictam prohibitionem terminari. Sic S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 154. *ar.* 9. *ad* 3. & ibi Caietan. & alij mox citandi.

(§)

QVÆSTIO VII.

An Prohibitio matrimonij in recta linea, ad aliquos aliquos alios gradus, præter primum, extendatur?

AFFIRMAT Couar. 2. *par. cap.* 6. *de matrim.* §. 6. *num.* 12. extendi hanc prohibitionem irritantem, vſque ad gradum vigeſimum, & non vltra. Alij vero, dicunt, extendi ſolum vſque ad ſeptimum gradum. Ita Lopezius 2. *par. inſtruct. de matrim. cap.* 49. Alij vſque ad 4. gradum. Ita Roſſella, Angel. Palac. & alij penes Sanchez, infra. Alij tandem docent hanc prohibitionem protrahi ad 2. tantum gradum, & vſque ad illum, & non amplius, eſſe irritum, iure naturę matrimonium; vt inter parentes, & filios, auos, & nepotes.

Sed probabilius Reſpondeo: Non extendi, vltra primum gradum. Itaque in nullo alio gradu lineæ rectæ, præter primum, eſt irritum matrimonium, iure naturæ. Vnde ſolum matrimonium Patris cũ filia; vel filij cum matre, eſt irritum hoc iure, non vero cætera, vt matrimoniũ inter auum, & nepotem, attento hoc naturæ iure. Sic D. Tho. & Caiet. *loc. cit.* Sanch. *lib.* 7. *diſp.* 51. *num.* 19. & penes ipſum, vterque Ledeſma, Sa, Vega, Llamas, & alij, vſque ad quatuordecim Doctores. Quibus addi poſſunt Filliuc. *tr.* 10. *par.* 2. *cap.* 1. *num.* 180. Bonac. *quæſt.* 3. *punct.* 5. §. 1. *num.* 7. Candid. *loc. cit. dub.* 4. & 5. Machado *lib.* 3. *par.* 1. *tract.* 11. *docum.* 5. *nu.* 8. & Baſilius *lib.* 7. *cap.* 31. *num.* 4. Vbi ſic ait: Deinde exiſtimo tantum in primo gradu lineæ rectæ, ſcilicet matrimonium Patris cum filia, filij cum matre prohibitum, & irritum eſſe iure naturali. *Et infra, num.* 6. *Sic dicit*: at vero in alijs gradibus rectæ lineæ matrimonium non eſſe irritum, iure naturali, mihi perſuadeo in primis, quia nullam ad id aſſerendum firmam, nec veroſimilem, rationem inuenio, &c. *Et deinde.* Vnde, neque exiſtimo, ſecluſo iure poſitiuo, eſſe culpam lethalem contrahere in gradibus conſanguinitatis rectæ lineæ, ſaltem vltra ſecundum, vel tertium gradum. Nam *iam* deincepſ non cernitur in illis grauis irreuerentia, ex quo petenda eſt tota ratio malitiæ. Sic ille. Male ergo citatur ab Hurtado pro ſententia prima relata *quæſt.* 6. Tenent etiam Cornejo *diſp.* 7. *dubio* 12. *pag.* 872.

q.6. Tenent etiam Cornejo *disp. 7. dub. 12. pag. 979.* Ochagauia *tr. 3 quæst. 55. num. 3.* & alij.

QVÆSTIO VIII.

An Matrimonium initum cum consanguineo in aliquo gradu, vltra primum, lineæ transuersalis, sit irritum iure naturæ?

AFFIRMANT esse irritum, iure naturali, matrimonium initum cum consanguineo in gradibus prohibitis Leuit. 18. Ricard. Paludan. Durandus, & alij viginti duo Doctores, quos pro hac parte citat Sanchez *lib. 7. disp. 52. num. 5.* Et ita defendunt esse irritum, iure naturæ matrimonium contractum inter fratres, & sorores; & inter nepotem, & amitam vel matertteram, Hispane, *entre sobrino, y tia, hermana de padre y madre.*

Sed certissime Respondeo: Tale matrimonium, nullo modo esse irritum iure naturali. Quia id expresse definit Innoc. III. *in cap. Gaudemus. de diuort.* Dum ait: Matrimonia infidelium in secundo, tertio, & alijs gradibus contracta, non esse diſoluenda, cum ad fidem veniunt, ex eo, quod illi, non teneantur legibus Canonicis: ergo consanguinitas in his gradibus, præter primum, canonicum tantum est impedimentum. Deinde id ipsum definitur in Concil. Agatens. *cap. 61.* & in Aurelian. IV. *cap. 27.* Et in alijs, vt videre est apud Basilium *cap. 32.* & Sanchez *lo. cit. num. 6.* & penes ipsum, viginti, octo Doctores, inter quos Valentia ait; iam omnes Ortodoxos in hoc conuenire, nulloque modo esse tolerandum contrarium errorem, quem olim aliqui catholici senserunt.

QVÆSTIO IX.

An Saltem, matrimonium contractum in primo gradu lineæ transuersalis, nempe, inter duos fratres, sit irritum iure naturali?

AFFIRMANT Sotus, Valentia, Enriq. vterque Ledesma, Tolet, & alij, vsque vndecim Doctores, quos refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 12.* Vazquez *1. 2. disp. 112.* Rebell. *lib. 3. quæst. 5. nu. 13.* Bonac. *quæst. 3. pun. 5. num. 12.* Gutier. *cap. 98. num. 20.* Villalob. *tract. 14 diff. 8. nu. 6.* Ochagau. *loc. cit. num. 6.* Ioan. de Cruce *quæst. 4. de matrim. ar. 4. concl. 3.* & dicit valde probabile Candidus *loc. cit. dubit. 8.* & alij, docentes, tale matrimonium, non solum esse illicitum (in quo omnes conueniunt) sed irritum iure naturali, atque adeo indispensabile à Pontifice.

Sed probabilius Respondeo: Adhuc matrimonium inter fratres, non esse irritum iure naturali; sed tantum positiuo, olim diuino, in lege veteri, nunc vero Ecclesiastico, ideoque posse, iusta subsistente causa, in eo dispensari à Pontifice. Ratio est. Quia ex vna parte, non est vnde colligatur præceptum iuris naturalis, irritans huiusmodi matrimonium, vt optime probat Basilius *lib. 7. cap. 32. à num. 3. vsq. ad 14.* Et ex alia, ce ſſant rationes, propter quas natura irritauit illud inter Patrem, & filiam; cum duo fratres, nec sint vna caro, nec inter eos repugnet aquallitas; nec vnus debeat naturaliter alteri reuerentiam, & subiectionem: ergo. Sic D. Thomas 2. 2. q. 154. *art 9. ad 3.* ibique Cajet. Scot. *in 4. dist. 40. quæst. vnica, ar. 2.* Durand. *quæst. vnica, num. 9.* & alij viginti & sex Doctores, quos citat, pro hac parte, Sanchez *loc. cit. num. 11.* Quibus addi possunt Basilius *loc. cit.* Agid. *disp. 32. num. 19.* Hurtado. *disp. 17. diff. 5.* Cornejo *disp. 7. dub. 13. & vltimo,* Candid. *loc. cit.* Torreblanca *loc. cit. nu. 75.* & alij. Qui bene inferunt, non esse separandos infideles fratres, qui matrimonium contraxerunt, quando conuertuntur ad fidem, cum non fuerit prohibitum, prohibitione irritante, naturali iure.

QVÆSTIO X.

An Consanguinitas dirimat iure Ecclesiastico, matrimonium vsque ad quartum gradum, & non vlterius?

RESPONDEO: Dirimere, vsque ad quartum tantum gradum inclusiue, & non amplius. Nam licet olim, iure antiquo, matrimonia inter consanguineos, non solum vsque ad quintum gradum (vt forte per errorem Typographi, ait Cornejo *dub. 14.*) Sed vsque ad septimum, inita essent prohibita, & irrita, vt constat, *ex cap. Ad sedem 35. quæst. 5. ex cap.*

Nullum.35.quæst.3. Nunc tamen iure moderniori, restrictum est hoc impedimẽtum vsque ad quartum gradum inclusiue (vt sic, vel fœdera amititiæ inter plures dilatarentur, vel quia fortè, virtus viri generantis non communicat sanguinem, & iudiuidualem quandam similitudinem, ni si vsque ad 4. gradum, vt ex Arist. Plinio, & alijs docet Torrebl. *lo. cit. n.76.*) Quæ rest ictio intelligenda est in omni linea, siue transuersali, siue recta. Vnde quicumque Consanguinei vltra quartum gradũm possunt matrimonio iungi: non vero intra illum, quia eo ipso est nullum, vt cõstat *ex cap. Non debet. de consangin.* & ex Trident. *sess. 24. cap. 5.* Et tenent omnes Doctores. Legantur D. Thom. 2. 2. *q. 194. ar. 9.* Sanch, *lib. 7. disp. 5* [illegible]fil. *loc. cit.* & alij.

§. II. *De Cognatione Spirituali.*

QVÆSTIO XI.

Quit Sit Cognatio Spiritualis?

RESPONDEO: Quod est. *Propinquitas quædam personarum, ex collatione, aut receptione Baptismi, vel Confirmationis, prouenies.* Sic colligitur ex cap. De eo. & cap. siquis filiastrum. de cognat. spirit. Et tenent omnes DD. Legantur Sanchez *lib. 7. disp. disp. 54.* Basil. *lib. 7. à cap. 37.* & alij mox citandi.

QVÆSTIO XII.

An Cognatio spiritualis dirimat matrimonium, solo iure Ecclesiastico?

RESPONDEO: Affirmatiue. Et constat: quia hæc cognatio in primis, non dirimit iure naturæ; cum solum contrahatur ex Sacramentis Baptismi, & Confirmationis, qnæ non habuerunt ortum ex iure naturæ, sed ex Christi institutione. Deinde non dirimit iure diuino, cum nullus sit locus scripturæ, ex quo id colligatur: ergo solum dirimit iure Ecclesiastico, habito *in cap. 1. de cognat. spirit. in 6. cap. Martinus. & cap. Veniens. eo. tit.* & supponitur in Trident. *sess. 24. de matrim. cap. 2.* & tenent omnes cum D. Thom. *ibi. 42. quæst. 1. ar. 1.* Legantur Sanchez *loc. cit. num. 2.* & Basilius *loc. cit. cap. 39.*

QVÆSTIO XIII.

An Huiusmodi cognatio matrimonium impediens, solum ex Sacramentis Baptismi, & Confirmationis nascatur?

RESPONDEO: Solummodo ex illis nasci. Sic enim decidit in cap. fin. de cognat. spirit. in 6. Cuius decisionis ratio est: quia cognatio spiritualis solum cõtrahitur ex spirituali generatione, sicut cognatio carnalis ex generatione carnali: at generatio spiritualis solum est duplex, vna per baptismum, in qua regeneratur homo, quasi fouendus, intra vterum Ecclesiæ, & altera per confirmationem, per quam iam baptizatus, roboratur, & quasi extra spiritualem vterum Ecclesiæ foris exponitur: ergo. Sic omnes authores. Sanchez *lib. 7. disp. 54. num. 6. & disp. 55. num. 3. & 4* Ægidius *disp. 32. dub. 2.* Basilius *lib. 7. cap. 38. num. 1.* Hurtado *disp. 18. diff. 1.* Cornejo *disp. 7. dub 15.* & alij.

QVÆSTIO XIV.

An Saltem ex Sacramento Pœnitentiæ nascatur cognatio quædam spiritualis inter Confessarium, & fœminam pœnitentem, quæ licet non inducat effectum impedientium matrimonij, inducat peccatum incestus ratione cuius, accessus carnalis ad filiam confessionis sit necessario confitenda?

AFFIRMANT Sanchez, Ægid. *loc. cit.* Nunus, Fagundez, & alij quam plures, quos retulimus 1. *part. tract. 5. disp. 8. §. 3. quæst. 51.*

Sed probabilius Respondeo: Nunc saltem, talem cognationem non contrahi. Quia licet olim (ex [illegible] aliquorum sententiam) iure Ecclesiastico inducta fuerit, iam certe abolita est, vel contraria consuetudine; vel constitutione Bonifacij VIII. relata *in. cap. finali de cogn. spirit. in 6.* Quare in peccato commisso cum filia confessionis nec incestus, nec sacrilegium est, nec necessario hæc circunstantia in confessione aperienda, vt diximus 1. *par. loc. citat.* Sic Basilius *lib. 7. cap.*

lib.7.cap.38.num.7.Sa verb.confessio. num.25. in editione Romana; Imo, in antiqua *num.26.* Vnde non bene Basilius ait: In antiqua impressione explicandam esse hanc circunstantiam Emmanuelem Sa docuisse. Nam in vtraque editione hęc eademmet verba habet: *Peccatum fuisse cum filia confessionis, non est necessariò explicandum (& si quidam putant) non est enim id incestus.* Sic Sa, in editione Antuerpiana edita anno 1599. Verum est quod in editione antiqua, edita Matriti anno 1600. contrarium dicat. Sed certe errore Typographi. Legantur dicta à nobis *1.par.loc.cit.*

QVÆSTIO XV.

Inter quas personas contrahatur hoc cognitione impedimentum?

RESPONDEO: Quod contrahitur inter baptizantem, vel confirmantem, & baptizatum, & confirmatum. Inter baptizatũ, & confirmatũ, & eorũ patrinos. Inter parentes baptizatorũ, vel confirmatorũ, & patrinos. Et tandẽ inter parẽtes, & baptizantẽ, & confirmantẽ: Sic habetur in Trident. *sess.24.cap.2.* de quo egimus *1.par tr.2.disp.7. & tract.3.disp.5.*

QVÆSTIO XVI.

An Infidelis baptizans filium fidelis cõtrahat cognationem cum baptizato, ac eius parentibus?

AFFIRMANT Glossa *cap. in baptismate. verb. suscipere. de conser. dist.4.* Angel. *ver. Baptism.8.num.1.* Sot. *dist. 4.q.vni. art.5.* Ledesma *1.4.q.8. art. 7.dub.vni. concl.4.* Enriquez *lib.12.cap 3.num.4. iuncta Glossa in. T. & cap. 11.num.2.*

Sed longe probabilius, Respondeo: Nõ contrahere. Quia, qui nondum est spiritualiter natus per baptismum, non potest esse cognatus spiritualis alterius: sicut qui nondum est natus carnaliter, nequit esse cognatus carnalis alterius. Sic D. Thom. *in 4. dist.42. quæst.1. ar.3. quæst.1. ad 3.* Nauar. *cap.22. num.36.* Quos, & alios triginta & septem, Doctores refert, & sequitur Sanchez *lib.7. disp.60. num.7.* Basilius *lib.7. cap.40. num.2.* Ægidius *disp.32. nu.25.* Hurtado *disp.18. diff. 2.nu.6.* Ochagauia *tract.3. quæst.57. num.3.*

QVÆSTIO XVII.

An Fidelis baptizans filium infidelis, contrahat cognationem cum Patre infideli, quamuis hic, eam cum baptizante non contrahat?

AFFIRMANT, Diu. Antonin. *3.par. tit.11.cap.13.§.14.* Angel. *Matrimon, 3.num.11.* Siluest. *matrim 8.quæst. 7.dicto 12.* Enriquez *lib.12.cap.11.nu. 3.* Viuald. & alij vndecim Doctores, penes Sanchez.

Sed, longe probabilius Respondeo: Nõ contrahere. Quia (vt supra est habitum) infidelis baptizans, nullam cognationem contrahit cum baptizato: ergo, pari ratione, nec fidelis baptizans contrahet cognationẽ eum infideli patre. Sic D. Thom. *in 4.dist.42.q.2.ar.3* Cornejo *disp.7.dub 16 pag.984.* Vterque Ledesma, Rodrig. Sot. Palac. & Vega, quos citat, & sequitur Sanchez *lib.7.disp.60. num.14.* Basilius *lib.7.cap.40.num.2.3.& 4.* Ochagauia *loc.cit.num.4.*

QVÆSTIO XVIII.

An Saltem, si fidelis baptizet filium infidelis. v.g. Mariæ non baptizatæ, si postea hæc baptizetur, dicta cognatio conualescat?

AFFIRMANT, & à fortiori, quæst. præcedenti, pro prima sententia relati. Quibus adhærent Hurtado, & Ochag. *loc.cit.*

Sed probabilius Respondeo: Non conualescere, nec oriri talem cognationem cum dicta Maria, etiam si postea baptizetur. Primo, quia, quod à principio fuit irritum, nequit conualescere. *Regl. in 6. Non firmatur.* Secundo. Quia huiusmodi spiritualis cognatio, iuxta Ecclesiæ institutionem, non contrahitur, nisi per ipsum Sacramẽtũ: ergo, nec ante illud neq. postquã illud transijt. Sic Sanch. *loc.cit.n.* 15 Barth. de Ledes. Alex. de Neuo, & alij, penes ipsum. Cornejo *loc.cit. pag. 985.* Ægid. *disp.32. num.25.* (Vnde non bene citatur ab Hurt. pro vtraque tententia) Bonac. *quæst.3. punct.5.§.2.n.21.* Luysius *in sum.2.par.cap.116. dubit. 16.* & alij. Nota, quod reliqua, quæ hic desiderare potes, inuenies *1.par. tract.2. de Baptismo. disp.7. & tr.3. de Confirm. disp.5.*

§. III. De Cognatione legali.

QVÆSTIO XIX.

Quid sit Cognatio legalis?

RESPONDEO: Quod est propinquitas quarundarũ personarum ex adoptione alicuius proueniẽs. Sic Scholastici *in* 4. *dist.* 42. Canonistæ 30. *q.* 3. *cap.* 1. *& cap.* 1. *de cognatio. legali* Legantur Sanchez *lib.* 7. *disp.* 63. Bonac. *q.* 3. *pun.* 5. §. 3. Filiuc. *tr.* 10. 2. *p. cap.* 5. & alij mox citandi. Qui omnes notant; hanc cognationem dici *legalem*, eo quod à lege introducta sit.

QVÆSTIO XX.

Quid sit Adoptio?

RESPONDEO: Quod iuxta Iurisperitos, est actus legitimus, per quem fit filius, vel nepos, qui non est filius, vel nepos natura. Sic colligunt *ex* §. *Adoptio. instit. de Adoptio. & l.* 7. *tit.* 7. *part.* 4.

Iuxta Theologos vero, Adoptio est *Assumptio legitima extraneæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps; inuentæ ad solatium eorum, qui filijs carent.* Dicitur; *Assumptio Legitima.* Quia debet fieri secundum formam legum; & merito, cum ab ipsis legib' introducta sit. Dicitur deinde; *Extraneæ personæ.* Quia adoptio debet esse illius personæ, quæ non sit in potestate adoptantis, vt est filius, vel hæres; sed alterius cuiuscumque, siue sit consanguinea, siue non. Dicitur tandem, *In filium, vel Nepotem, vel deinceps.* Quia nemo potest adoptari in Patrem, vel Fratrem; sicut potest in filium, nepotem, &c. Quia adoptio est quædam legalis, seu artificialis generatio, generationem naturalem imitans. Sic omnes. Legantur Sanchez, Bonac. & Filliuc. *loc. cit.* Doctus Didacus de Narbona *lib. de ætate, & c. anno* 1. *quæst.* 11. *num.* 4. *anno* 7. *quæst.* 15. *nu.* 4. *& anno* 60. *quæst.* 13.

QVÆSTIO XXI.

Quotuplex sit Adoptio?

RESPONDEO: Quod est duplex. Altera perfecta, per quam adoptatus transit perfecte in potestatem adoptantis, & hæc dicitur *abrogatio*, seu *adrogatio*. Altera imperfecta, per quam adoptatus, non transit in potestatem adoptantis: & hæc, communi nomine retento, dicitur, *simplex adoptio*. Inter hæc autem aliqua sunt discrimina, quæ, quia non sunt nostri instituti, libẽter adnotare omitto. Legantur Sanchez *lib.* 7. *disp.* 63. Bonac. *quæst.* 3. *punct.* 5. §. 3. & Cornejo *disp.* 7. *dub.* 18.

QVÆSTIO XXII.

An Adoptio dirimat matrimonium?

NEGARVNT Ioan. Andreas, & Speculator, apud Basilium *lib.* 7. *cap.* 41. *num.* 2. existimantes, solum impedire matrimonium; non vero initum dirimere.

Sed certissime Respondeo: Dirimere. Quia sic definitur *in capit. Ita diligere. cap. Per adoptionem.* 30. *quæst.* 3. *& cap. vnico. de cognat. legali.* Quibus leges ciuiles, id iddem statuentes, probantur: adiuncta definitione Trident. *sess.* 25. *can.* 3. *&* 4. Cuius statuti ratio desumpta fuit; tum ex reuerentia naturali, quam adoptati debent Parentibus adoptantibus: Tum etiam, ex honestate, quam fratres naturales, & ad adoptati seruare debent, ne ex conuictu periclitetur eorum pudititia. Quia cum filius adoptiuus habitet in domo Patris adoptantis, sicut filius naturalis, ideo legibus humanis prohibitum est, matrimonium inter se contrahi, ne facile eis pateat concupiscentiæ locus. Sic Sanchez *lib.* 7. *disp.* 63. Basilius *lib.* 7. *loc. cit.* Rebellus *lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 5. & omnes.

QVÆSTIO XXIII.

An, Vtraq; adoptio, tam perfecta, quam imperfecta dirimat matrimonium?

NEGANT Siluest. *matrim.* 8. *quæst.* 8. *dicto* 4. Sot. *d.* 42. *quæst. ar.* 2. Enriquez *lib.* 12. *cap.* 12. *num.* 3. Petrus Ledesma *q.* 57. *ar.* 2. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. n.* 9. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 18. *pag.* 991. Bonac. *q.* 3. *pun.* 5. §. 3. *n.* 2. Reginald. & Ægid. penes ipsum. Cchagauia *tract.* 3. *de matrim. quæst.* 58. Filliuc. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 199. Layman *lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 4. *cap.* 7. *nu.* 3. Siluius *in* 3. *part. quæst.* 67. *art.* 2. Tannerus *in* 3. *part disput.* 8. *quæst.* 4. *dub.* 4. *numer.* 74. Ludouicus de S. Iuan

de

de matrim. q. 6. art. 11. dub 2. concl. 4. Machado *loc cit. docum. 10. nu. 15 pag. 619* & Diana *par. 4. tract. 4. resol. 120.* existimantes, quod licet vtraque adoptio impediat matrimonium, non tamen vtraque dirimat, sed solum adoptio perfecta, quæ adrogatio dicitur. Imo Diana hæc omnino nõ concedit. Addit enim hæc verba: Non desinam hic obiter adnotare, Ochagauiam, Tannernm, & alios penes ipsum, probabiliter docere, ex adoptione imperfecta, neque oriri impedimentum impediens: Licet Ludouicus de S. Iuan, & alij etiam Doctores probabiliter contrarium asserant, Ita ille.

Sed probabilius Respondeo: Vtramque adoptionem, non solum impedire matrimonium, sed etiam dirimere. Quia vtraque, est vera, & simpliciter adoptio: at in textibus iuris citatis, absolute decernitur, quod adoptio dirimat: ergo vtraque dirimit. Nam vbi iura non distinguunt, nec nos distinguere debemus; nisi inde aliqua turpitudo sequatur, quam ex hoc sequi non videmus. Sic Scot. Tolet. Petrus Sotus, Lopez, Ricard. Palud. Rosella, quos, & alij vsque ad triginta, & septem Doctores refert, pro hac parte, Sanchez *lib. 7. disp. 63. num. 8.* Et vltra illos Basilius *lib. 7. cap. 41. num. 2.* Rebellus *lib. 3. quæst. 7. num. 15.* Gutierrez *de matrim. cap. 102. num. 5.* Hurtado *disp. 19. diff. 2.* Villalobos *tract. 14. diff. 10. num. 7.* Luysius de Torres *in sum. par. 2. cap. 117. dub. 2.*

QVÆSTIO XXIV.

Quot Sint species Cognationis Legalis?

Respondeo: Quod tres. Prima est. *in linea recta*, ascendentium, & descendentium, scilicet, Patris adoptantis, & filij adoptati, & descendentium eius vsque ad quartum gradum.

Secunda est, *in linea transuersali*, inter adoptatum, & filios carnales adoptantis.

Tertia species est, quasi *legalis affinitatis*, inter adoptantem, & vxorem adoptati: & inter adoptatum, & adoptantis vxorem. Sic omnes. Legantur D. Thom. *in 4. dist. 42. quæst. 2. art. 5.* Sanchez *lib. 7. disp. 63. num. 7.* & Basil. *lib. 7. cap. 41. num. 3*

QVÆSTIO XXV.

An Legalis cognatio dirimat, secundum omnes has tres species, Matrimonium?

Negarvnt quidam, quos tacito nomine, refert Hostiens. *cap. vnico. de cognati. legali. num. 3.* existimantes, secundam speciẽ cognationis, non obstare matrimonio contrahendo. Negarunt deinde, Speculator, Ioan. Andr. Prapost. & Gaeta, apud Sanchez, sentientes, nec tertiam speciem legalis cognationis, matrimonium dirimere.

Sed certissime Respondeo: Cognationem legalem secundum omnes tres dictas species matrimonium dirimere. Cum hac licet differentia, quod prima, & tertia, species dirimunt matrimonium imperpetuum, etiãsi adoptio legitime cesset: at vero secunda species non dirimit in perpetuũ, sed quandiu durat adoptio, quod constat *ex cap. 1. 30. q. 3. & ex cap. vnico de cognat. legali.* Extinguitur autem adoptio, vel morte ciuili, vel naturali, vel emancipatione; vel si adoptatus contrahat incestuosas nuptias; vel tandem, si adoptatus fiat Patricius, vel Episcopus. Sic Nauar. vterque Sot. omnes tres Ledesmas, quos, & alios, vsque ad quinquaginta & vnum Doctores refert, & sequitur Sanc. *lib. 7. disp. 63. n. 15.* Sic etiã Basil. *loc. cit. nu. 4.* Rebell. *lib. 3. q. 7. nu. 4.* Villalob. *loc. cit. nu. 10.* & omnes communiter.

QVÆSTIO XXVI.

An Duo, ab eodem adoptante, adoptati (v. g. Petrus, & Maria,) possint inter se, valide matrimonium inire?

Negant Angel. *V. Matrim. impedi. 3.* Petr. de Ledesma *q. 57. art. 3.* Barthol. de Ledesma *dub. 47. de matrim.* Ochagau. *tr. 3. q. 58.* Ludou. de S. Iuan. *q. 6. de matrim. art. 11. dub. 5.* & Meratius *in sum.* D. Thom, 3. *tom. disp. 9. de matrim. sect. 10. num. 3.*

Sed probabilius Respõdeo: Posse. Quia nullo iure est inter illos statuta cognatio. Sic Couar. Sa, Enriquez, & alij viginti tres Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 63. n. 28.* Et vltra illos, Basil. *cap. 41. cit. n. 4.* Rebell. *lo. cit. n. 12.* Hurtado *disp. 19. diff. 3.* Bonaccina *quæst. 3. punct. 5. §. 3. num. 7.* Cornejo *disp. 7.*

dub.19 pag.992. Diana *par.4. tract. 4. resol.121.*

QVÆSTIO XXVII.

An Adoptatus possit matrimonium inire cum filia naturali adoptantis, si sit illegitima?

AFFIRMANT Nauar. *cap.22. num.45.* Vterque Ledesma, Enriq. & alij triginta & vnus authores, quos refert, & sequitur Sanchez *loc.cit. nu.30.* Et etiam, Perez, Ægidius, & Sa, quos citat, & sequitur Bonac. *loc.cit. num.8.* Cornejo *loc. cit.* Ludouicus *lo.cit. art.11. dub.4. pag. 978.* & Diana *loc.cit.*

Sed probabiliter æquè, Respondeo: Nō posse. Quia, re vera, ex iure, etiam filius naturalis illegitimus habet cognationem naturalem cum adoptato; cum iura non distinguant, & eadem militet ratio de omnibus filijs naturalibus legitimis, vel illegitimis. Sic Angel. Abbas, & Gregor. Lopez penes Sanchez. Quibus addo Basilium *loc. cit. num.4. & 8.*

QVÆSTIO XXVIII.

An Cognatio legalis in recta linea descendentium, extendatur, & solum, vsque ad quartum gradum?

NEGANT quidam, docentes solum extendi dictam cognationem vsque ad secundum gradum. Ita Enriquez *lib.12. cap.12. num.3.* per hæc verba: Prima species in linea recta erat iure ciuili, vsque ad 4. gradum, inter adoptantem, & filiam adoptatam cum posteris eius. Hæc, vtroque iure, irritabat matrimonium, etiam in quarto gradu, nec tollitur dissolutione adoptionis, aut emancipatione adoptati: sed nunc videtur limitari ad ad secundum gradum à simili, sicut limitatur affinitas fornicaria: quia militat eadē ratio, cùm vtrumque sit impedimentum mere humanum. Ita Enriquez. Et post illum, Torreblanca *lib.2. praelocar. cap. 15. sect.8. num.81.* Qui citat pro hac parte Nauarrum *in man. cap.22. num.72.* Thomam Sanchez *lib.7. disp.63. nu.32.* Gutierrez *de matrim. cap.102. num.6.* Bonacinam *quæst.3. punct.5. §.3. ex nu. 5.* Sed certè omnes citat male; quod non est nouum illi.

Negant deinde alij Doctores, asseuerantes, præfatam cognationē protrahi vsque in infinitum. Et ita adoptantem, nec cum adoptato, nec cum aliquo descendente illius in infinitū, posse matrimoniū contahere. Ita D. Thom. *in 4. dist. 42. quæst. 2. art.3.* & ibi Palud. D. Anton. Silu est. Tabiena, Veracruz. Barthol. de Ledema, & alij, quos refert Sanchez *loc.cit. num.31.* & quodamodo sequitur *num.34.* per hæc verba: Quare veriorem esse censeo sententiam, quam tradit Greg. Lopez *L.7. ver. Nunca. & L.8 fin. tit.7 par.4. vbi §. Ergo non omnes. Instit. de Nuptijs*, in quantum decidit cognationem legalem inter adoptantem, & adoptantis descendentes protrahi in infinitū, intelligit de ascendentibus adoptātibus, & descēdentibus adopti, & non de alijs, &c. Ita Sanchez, postquam *num.33.* reiecerat sententiam Enrici. Male ergo citatur pro sua, à Torreblanca.

Sed probabilius Respondeo: Dictam cognationem extendi, & solum, vsque ad quartum gradum, & vsque ad hunc dumtaxat, dirimi matrimonium, inter adoptantem, & adoptatum: ac adoptati decendētes. Sic tenet in primis inter Cānonistas, Nauar. *cap.22. num.45. fol.mihi 124.* per hæc verba: Ex quibus sequitur, inter adoptantem, & adoptatum matrem hanc cognationēnon contrahi, & quod adoptans aliquam in filiam suam, non potest cum illa, nec aliqua eius descendente intra quartū gradū matrimoniū cōtrahere: quia sunt tanquā ascendentes, & descendetes. Ita ille. Bonacina, lo. à Torreblanca pro se citato) *nu.4.* Sic dicens. Cognatio legalis contrahitur primo, inter adoptantem, & adoptatum, & adoptati descendentes vsque ad quartum gradum. Ita ille. Quod iddem repetit *num.5.* Exquo constat, quam male citet hos tres authores, quos legi, Torreblanca. Tenet etiam Basil. *lib.7. cap.41 num.3.* Sotus etiam, Tolet. Sa, Valentia, Petr. de Ledesma & & alij penes Sanchez *nu.32.* Ludouic de S. Iuan. *q. 16. art.11. dub.3.* & alij. Qui omnes sine difficultate concedunt, secundam, & tertiam speciem cognationis in primo gradu terminari.

DISPV-

DISPVTATIO DECIMAQVARTA.

De Impedimento Criminis.

QVÆSTIO PRIMA.

Quot sunt crimina, quæ Matrimonium dirimunt?

RESPONDEO: Quod sunt duo, ad quæ reducuntur tria, vel quatuor, quæ aliqui referunt, nempe, Homicidium, & Adulterium. Hæc enim crimina impediũt, & dirimunt matrimoniũ, non iure naturali, aut diuino, sed solo iure Ecclesiastico, quô introductũ fuit hoc impedimentum ad consulendum incolumitati coniugum, & summo amori *cap. 1. de conuer. infidelium. cap. siquis viuente. 31. quæst. 1. & cap. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. de eo, qui duxit in matrim.* & ex Trident. *sess. 24.* Sic omnes Doctores. Qui inde bene colligunt matrimonium scilicet, Dauid cum Bersabæ, post adulterium, & viri occisionem, fuisse validum, omni dispensatione secluſa, quia non fuit contra ius naturale, aut diuinum: sed neque contra Ecclesiasticum; cũ eo tempore non extaret. Legantur Sanchez *lib. 7. disp. 78.* Cornejo *disp 7. dub. 20.* & alij mox citandi.

QVÆSTIO II.

An Homicidium coniugis factum ab altero coniuge, non animo contrahendi matrimonium cum altero, sed ex odio, aut, vt liberius veneri inseruiat, diuri mat matrimonium subsequens?

AFFIRMANT Scot. *in 4. dist. 35. quæst. vnica.* Caiet. *in sum. verb. Matrim cap. 1. impedim. 5.* Petr. Sot. Armilla, Angelus, Ouand. Pedraza. & alij, penes Sanchez *lib. 7. disp. 78. num. 13.* existimantes, non esse necessariam, ad incurrendum hoc impedimentũ, occisoris intentionẽ de contrahendo cum alio, matrimonio.

Sed probabilius Respondeo: Non dirimere. Quia probabilius est, ad incurrendũ hoc impedimentum, necessariam esse, quod homicidium fiat, animo contrahendi matrimonium, post coniugis mortem. Tum, quia sic colligitur, *ex cap. Siquis viuente. cit. & ex cap. 1. de Conuersis fidel.* Tum etiam. Quia finis huius impedimenti fuit, ne quis desiderio contrahendi matrimonium cum amasio, coniugem alterum interficeret, vt eo soluto, aliud cum persona amata contraheret: at hæc ratio cessat, quando occisio coniugis, non est fine ducendi alterum: ergo. Sic Nauar. *cap. 22. num. 46.* Enriquez *lib. 12. cap. 14. num. 2.* Tolet. Sa, quos, & alios vsque ad quinquaginta Doctores, citat, & sequitur Sanchez *loc. cit.* Quibus addi possunt Basilius *lib. 7. cap. 45. num. 4. & 5.* Ægid. *disp. 31. dub. 5.* Hurtado *disp. 23. diff. 1.* Filliuc. *tr. 10. par. 2. nu. 253.* Bonac. *p. 3. pun. 6. n. 4. & 16.* Cornejo *disp. 7. dub. 20.* Candid. *disquis. 28. ar. 6 dubit. 1. & 4.* Torreblanca *lib. 2. practic cap. 15. sect. 2. num. 1. & 2.* Machado *lib. 3. par. 1. tract. 11. docum. 11. num. 5.* Moure *par. 3. cap. 16. §. 2. sect. 5.* & hanc sententiam esse probabiliorem, ait Villalob. *tract. 14. diff. 11. num. 5. & 6.* & ideo concludit; Que si sucediesse que el homicidio se hiziesse por odio, ô enemistad, o por tener mas libertad sin animo de casarse los adulteros, se podian despues casar, segun esta sentencia.

QVÆSTIO III.

An Hoc impedimentum, solum incurratur à viro occidente vxorem?

AFFIRMANT Victoria *de matrimonio, nu. 292.* Ledesma *2. par. 4. quæst. 62. ar. 2.* Cañedo *in sum. Vbi de matrim. cap 5.* & apud Bonacinam, Veracruz *1. part. specul. ar. 24. concl. 3.* Sed, certe Veracruz, non loquitur ibi de hoc criminis impedimento, sed de impedimento vxorici dij, de quo infra.

Sed longe probabilius Respondeo: Incurri etiam ab vxore occidente virum, intentione contrahendi matrimoniũ aliud. Quia sic habetur expresse *in cap. siquis viuente. cit. ibi: Nisi forte alter, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notetur.* Sic Sanchez *lib. 7. disp. 78. num. 8.* Palud. Sot. Nauarr. Valentia quos, & alios, vsque ad quadraginta, & quatuor DD. pro hac parte citat,

interquos est Veracruz 1.*par. ar.* 33.*con cluſ.* 6 & bene: nam hæc ait: Mulier, quæ viri proprij mortem cum effectu est machinata, vt adultero nubat, non poterit post mortem proprij viri, adultero nubere. Sic ille. Bonac. *loc. cit. nu.* 7. Filliuc. *n.* 253. *cit.* Ægid. *loc. cit. nu.* 55. Villalob. *tract.* 14. *diff.* 11. *nu.* 2. Hurtado *disp.* 23. *diff.* 1. *num.* 1. Moure *loc. cit.* Candid. *loc. cit. dub.* 4. Torrebl. *lib.* 2. *cap.* 15. *sect.* 11. *nu.* 7. & communis.

QVÆSTIO IV.

An Ad incurrendum hoc impedimentū ſufficiat ſola occiſsio coniugis, animo contrahendi cum alio matrimonium?

AFFIRMANT D. Anton. 3. *p. tit.* 1. *cap.* 5. Philiarc. Veracruz, Hoſtiens. Innocenc. Aſtenſis, & alij apud Sanch. *loc. cit. nu.* 9. Quibus addi poſſunt Torrebl. *loc. cit. nu.* 6. Machado *lib.* 3. *par.* 1. *tr.* 11. *docum.* 11. *num.* 4.

Alij vero, per oppoſitum, ſemper cum homicidio requirunt adulterium, vt dictū impedimentū contrahatur. Ita Monald. & Sum. confeſſor. apud Sanchez *loc. cit.* nec non Ochagau. *tract.* 3. *quæſt.* 61.

Sed, media via, probabilius Reſpondeo, Dicendum; requiri quidem cum occiſsione adulterium, caſu, quo ſolus coniux, vel alter ſolus, alterius coniugis mortem machinatur: ſecus vero, quando vterque ſimul, nempe coniux, & alter cum quo matrimonium ineundum eſt, alterius coniugis necem machinantur. Sic *ex cap. de cō uerſ. infidel.* docent quinquaginta, & quatuor Doctores, quos refert, & ſequitur Sanchez *loc. cit. num.* 9. Inter quos ſunt, D. Thom. Nauar. Enriq. Toledo, & Valentia. Quibus adiungi poſſunt Baſil. *lib.* 7. *cap.* 44. *nu.* 4. & 5. Hurtado *diſp.* 23. *diff.* 1. *num.* 5. Bonac. *loc. cit. nu.* 5. Filliuc. *nu.* 253. Rebell. *lib.* 3. *q.* 8. *nu.* 3. Candid. *loc. cit. dubit.* 2. & communis.

QVÆSTIO V.

An Ad contrahendum hoc impedimentum, neceſſum ſit, vt mors coniugis cum eſſectu ſequatur?

NEGARVNT quidam, apud Gloſſam *in cap. ſuper hoc. de eo, qui duxit &c. Ver. Machinata.* exiſtimantes, ſufficere connatum.

Sed, tanquam certum Reſpondeo: Neceſſarium eſſe mortem coniugis cū effectu ſubſequi. Inſuper & requiri tur aliæ tres conditiones ad hoc impedimentum incurrendum. *Prima eſt*, vt vterque ad necē cōiugis operetur, ſiue perſe, ſiue per aliū. Quare non ſatis erit, ſi alter tantum ſit cauſa mortis, niſi alias adulter ſit (vt nuper eſt habitum) *Secunda eſt*, vt vterque ad necem concurrat intentione in poſterū contrahendi. Imo, & neceſſarium eſt, vt dicta intētio exterius ſignificetur, aliàs hoc impedimentum non orietur, vt notant Baſil. & Hurt. Vbi infra. *Tertia eſt*; vt occiſsio aut mors ſequatur, ex illorum opere. nē pe ex vi vulneris, veneni, &c. Quia ſi ex culpa medici, vel ipſius percuſſi coniugis negligentia ſequatur, nullum conſurgit impedimentum. Sic Sanch. *lib.* 7. *diſp.* 78. *nu.* 7. dicens eſſe omnium Theologorum ſententiam. Baſil. *lib.* 7. *cap.* 45. *n.* 4. Bonac. *q.* 3. *pun.* 6. *n.* 5. & 6. Hurt. *diſp.* 23. *diff.* 1. Cornejo *diſp.* 7. *dub.* 21. Gutier. *de matr. c.* 105. Torrebl. *lib.* 2. *practic. c.* 15. *ſec.* 11. *dn.* 4. Mach. *lo. ci. n.* 2. & alij.

QVÆSTIO VI.

An Ad incurrendum hoc impedimentum, ſufficiat ratihabitio mortis coniugis, ſimul cum adulterio?

RESPONDEO: Non ſufficere. Quia ad incurrendum hoc criminis impedimentum, requiritur machinatio ad inferendā mortē coniugis: at hæc nequit intercenire poſt mortem iam illatam: ergo. Sic Sanch. *loc. cit. num.* 6. Enriq. Vega, Sa, & alij plures apud ipſum. Baſil. *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. nu.* 5. Candid. *diſquiſ.* 28. *ar.* 6. *dubit.* 3. & communis.

QVÆSTIO VII.

An Occidens propriam vxorem, intentione contrahendi cum adultera, poſſit valide, ſi non cum illa, cum alia contrahere?

NEGAT Palac. *in* 4. *diſt.* 35. *diſp. vnica, col.* 22. exiſtimans, impedimentū huiuſmodi, reddere innocentem inhabilem ad quodcunque aliud matrimonium.

Sed certiſsime Reſpondeo: Poſſe valide; licet non licite, cum alias dictus occidens incurrat impedimentum impediens matri-

matrimonium, cum quacumque alia perſona. Sic D. Thom. *in addit. quæſt. 60. ar. 2. in cor.* D. Bonau. Ricard. Durand. Enriquez, & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez *lib. 7. diſp. 78. nu. 21.* Candid. *loc. cit. dubit. 7*, & omnes.

QVÆSTIO VIII.

An, Vt adulterium dirimat matrimonium, ſit neceſſarium, quod cum illo iungatur promiſsio contrahendi cum adultero, poſt mortem coniugis?

RESPONDEO: Eſſe id neceſſarium. Quia adulterium tantum ſine dicta promiſsione, nullum inducit impedimentum. Sic habetur expreſſe, *in cap. veniens. & cap. finali. de eo, qui duxit. & cap. relatum. 31. quæſt. 1.* & docent communiter omnes. Sanchez *lib. 7. diſp. 69. nu. 2.* Baſil. *lib. 7. cap. 45. num. 1.* Bonac. *quæſt. 3. pun. 6. num. 8.* Candid. *diſquiſ. 28. art. 6. dubit. 8.* Torreblanca *lib. 2. practic. cap. 15. ſect. 11. num. 12.* Cornejo *diſp. 7. dub. 22.* Machado *lib. 3. par. 1. tract. 11. docum. 11. num. 6.* & alij.

QVÆSTIO IX.

An Ad incurrendum hoc impedimentum ſufficiat conatus ad copulam adulteri nam, cum promiſsione futuri matrimonij?

AFFIRMAT, licet cum formitudine, Hoſtiens *in cap. fin. de eo, qui duxit. num. 1.*

Sed certiſsime Reſpondeo: Non ſufficere dictum connatum ad copulam, ipſa minime ſecuta. Quia textus ſupra allegati, abſolute expoſcunt adulterinam copulam, quæ delictum conſummatum importat: ergo non ſufficiet ſolum conatus ad illam: Imo nec vaſis fœminei penetratio, virili ſemine non intromiſſo. Sic expreſſe Sanchez *loc. cit.* & penes ipſum, Abbas, Ioa. Andreas, Cardin. Anchar. & alij Canoniſtæ. Baſilius *loc. cit. numer. 2.* ex Diuo Thoma.

QVÆSTIO X.

An, Vt adulterium, ſub fide futuri matrimonij impediat matrimonium, requiratur, vt vterque adulteransſciat copulam, quam habet, eſſe adulterium, ideſt, ſciat ſuperſtitem eſſe coniugem alterius?

NEGANT Hurtado *diſp. 23. diff. 2.* Sic dicẽs: Exiſtimamus autem contra Sanchez *lib. 7. diſp. 79.* ad hoc impedimentum ſufficere, quando vterque adulter eſt coniugatus, noſſe proprium coniugium, quamuis ignoret alterius, quia in hoc caſu, vterque vere peccat peccato adulterij. Ita ille.

Sed probabilius Reſpondeo: Requiri talem ſcientiam, alias non eſſe locũ huic impedimento. Quia hoc impedimentum inſtitutum eſt, propter iniuriam irrogatam ab vtroque adultero eidem matrimonio committendo aduerſus illud adulterium, data fide futurarum nuptiarum: a in hoc caſu, ignorans non infert iniuriam eidem matrimonio, ſed ſoli proprio: ergo. Sic D. Thom. *in 4. diſt. 35. quæſt vnic. infine.* & Theologi cum eo. Canoniſtæ *in cap. 1. & in cap. veniens de eo, qui duxit.* Quos ſequitur Thom. Sanchez *lib. 7. diſput. 79. numer. 31.* Bonacina *loc. cit.* Candidus *loc. cit. dub. 9.* Baſilius *loc. cit. num. 2.* Cornejo *loc. dub. 22.* & communis.

QVÆSTIO XI.

An Promiſsio matrimonij ficte facta, adulterio adiuncta, inducat impedimentum dirimens?

NEGANT Enriquez *lib. 12. cap. 14. nũ. 3.* Sa *de impedim. dirim. nu. 7.* Rodriguez *in ſum. par. 1. cap. 229. num. 7.* Bonacina *quæſt. 3. cit. punct. 6. num. 8. verſ. Tertium peccatum.* Candidus *diſquiſ. 28. ar. 6. dub. 10.* Layman *lib. 5. tr. 10. par. 4. cap. 10. num. 4.* Hurtado *de matr. diſp. 23. diff. 2.* Diana *3. par. tract. 4. reſol. 198.* per hæc verba: Igitur, vt contrahatur hoc impedimentum opus eſt; vt promiſsio matrimonij ſerio, & ex animo fiat, non ficte, cum alioquin non cenſeatur promiſsio. Vnde ſequitur quod talis promitens, ſine vlla diſpenſatione poſsit

sit contrahere matrimonium cum adultera, si vir illius postea obierit. Ita ille. Basseus *verb. matrimonium. 7. numer. 40.*

Sed probabilius Respondeo: Inducere impedimentum profecto dirimens. Quia textus inducentes hoc impedimentum, innituntur ea ratione, ne spe futuri matrimonij, sumatur ansa capter dæ mortis coniugis: at hæc ratio, æquè militat vbi promissio est ficta: ergo. Sic omnino Sanchez *lib. 7. disp. 79. num. 10.* Barth. de Ledesma *de matrim. dub. 58. concl. 5* Vega *tom. 2. sum. cap. 34. casu 124.* Graffius *1. par. decis. lib. 2. cap. 85. num. 8.* & alij, penes Sanchez. Quibus addi possunt Ægid. *disp. 31. dub. 5. nu. 57.* Machado. *lib. 4. par. 1. tract. 11. docum. 11. fine.* Et dicit probabile Candidus *loc. cit.*

QVÆSTIO XII.

An, Vt promissio futuri Matrimonij sit sufficiens ad hoc impedimentum, inducendum debeat esse iuramento firmata?

AFFIRMANT Nicolaus de Orbellis *in 4. dist. 35. quæst. vni. §. 1.* Tabiena *Verb. impedimentum. 7. quæst. 3. num. 4.* Gaeta, Veracruz, & alij, penes Sanchez *loc. cit. num. 28.*

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non esse necessarium, talem promissionem esse iuramento firmatam; sed sufficere nudam, & simplicem promissionem ad hoc impedimentum inducendū. Quia quomodocumque promittatur, militat ratio eadem, qua Ecclesia inducta est ad hoc impedimentum instituendum, nimirum, periculum interficiendi coniugis, spe ineundi matrimonium. Sic Paludanus *in 4. dist. 34. quæst. 1. ar. 2.* Sotus *dist. 37. quæst. vnica, art. 4.* Vega *2. tom. cap. 34 casu. 71.* Enriquez *lib. 12. cap. 14. num. 3.* Quos, & alij vsque ad 27. Doctores citat, & sequitur Sanchez *loco cit. num. 29.* Quibus addi possunt Basilius *lib. 7. cap. 45. num. 2.* Torreblanca *lib. 2. practicar. cap. 15. sect. 11. num. 15.*

QVÆSTIO XIII.

An, Vt dicta promissio inducat hoc impedimentum, debat esse mutua, & reiproca?

AFFIRMANT Enriquez *lib. 12. cap. 14 num. 5.* Vgolinus *de sacram. vbi de matrim. cap. 19. num. 8.* Bellarm. *lib. 1. de matrim. cap. 22. in casu 2.* Bassol. Nissa, & Silvest. Quos omnes pro hac parte refert Sanchez *lib. 7. disp. 79. num. 19.* Quibus addi possunt Villalob. *tom. 1 tr. 14 diff. 11. num. 9.* Layman. *lib. 5. tr 10. par. 4. cap. 10.* quos affert, & sequitur Diana *3 par. tract. 4. resol. 198.*

Sed probabilius Respondeo: Non esse mutuam: sed sufficere promissionem alterius adulteri acceptatam ab altero. Quia iura nullo modo requirunt mutuā promissionem; imo, & sufficere non mutam clare colligitur *ex cap. significasti. de eo qui duxit.* Sic Sotus. *in 4. dist. 37. quæst. vnica. ar. 4.* Angles *1. par. vbi de matrim. quæst. 9. ar. 3. dub. 2.* Lodu. Lopez *2. par instruct. cap. 54. col. 4.* Quos, & alios octo Doctores citat, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 79. num. 4. 20. & 23.* Inter quos citat Silvestrum pro nostra, & contraria sententia. Sic etiam Basilius *lib. 7. cap. 45. num. 2.* qui, pro hac parte, citat Silvestrum *Matrimonium 8. quæst. 9.* & bene Bonac. *quæst. 3. punct. 6. num. 9.* & penes ipsum, Perez §. 49. Rebellus *quæst. 8. num. 6.* Ægidius *disp. 31. dub. 5. num. 62.* Candidus *disquis. 28. ar. 6. dubit. 10, & 12.* & Cornejo *disp. 7. dub. 22.*

QVÆSTIO XIV.

An, Vt promissio futuri matrimonij sit impedimentum dirimens, sufficiat taciturnitas, eius, cui premittitur?

AFFIRMANT Basilius *loc. cit.* per hæc verba: Nec necessarium est, vt sit mutua, sed satis videtur, si vnus promittat, alter verò taceat, vt docet Silvester *matrimonium. 8. quæst. 9.* & colligitur *ex dicto capit. relatum. & cap. significasti*

significasti; Nam illa taciturnitas, cum mutuo, & cæco amore inter adulteros, videtur esse virtualis quædam acceptatio promissionis,&vehemẽs insurgit occasio machinandi mortem.Ita Basilius Ægidius etiam *disp.*31.Rebellus *lib.3.quæst* 8.Quos omnes citat,& sequitur Hurtado *disp.*23.*diff.*2.

Sed probabilius Respondeo: Non sufficere.Quia vt promissio futuri matrimonij sit impedimentum dirimens, necessú est,vt sit acceptata ab altero,cui fit promissio, vt omnes docent authores: sed sic est, quod taciturnitas, non est sufficiens acceptatio promissionis liberaliter factæ, quando hæc est nociua acceptanti,vt est promissio matrimonij futuri: ergo.Sic Sanchez *loc. cit. num.* 25. Bonacina *loc. cit. num.* 9. & penes ipsum, Gutierrez, Candidus *loc. cit. dubit.* 12. Cornejo *disp.*7.*dub.*22.

QVÆSTIO XV.

An Peccet mortaliter, qui promittit de facto matrimoueum, post obitum coniugis ineundum?

RESPONDEO: Peccare mortaliter. Quia datur ansa captandæ mortis coniugis. Imo, & eam promissionem esse irritam, tradunt Abbas, Alex.de Neuo.Anchar.& Lancelot, quos citat, & sequitur Sanchez *loc.cit. num.* 40. Bonacina *loc. cit. num.*10.& 11.Rebellus *quæst.* 8.*num.*9. Candidus *loc. cit. dub.*15 & omnes communiter.

QVÆSTIO XVI.

An, Vt dicta promissio a adulterio iuncta, sit impedimentum dirimens, requiratur, vt durante eodem matrimonio, fiant promissio. & copula?

RESPONDEO: Re quiri.Quia,vt colligitur *ex cap fin. de eo,qui duxit.* ad incurrendum hoc impedimentum, requiritur,quod promissio, & adulterium intercedant,durante eodem matrimonio. Sic Sanchez *lib.*7.*disp.*79.*num.*5. Basilius *lib.*7.*cap.*45,*num.*2.Bonac.*nu.*12.Candid, *dubit.*14.Sotus, Rebellus, Perez,& alij penes ipsum.

QVÆSTIO XVII.

An Adulterium, cum Matrimonio de præsenti, cum ipso adultero contractum, viuente primo coniuge, sit impedimentum dirimens?

RESPONDEO: Affirmatiue.Quia sic deciditur *iuc.significasti.cap.ex literarum.cap. cum haberet. cap. veniens. de eo qui duxit.* Imo non solum dictum matrimonium est irritum; verum quilibet eorum manet inhabilis ad contrahendũ valide cum altero post mortem coniugis. Verum est,quod vt hoc impedimentum incurratur eedem conditiones requiruntur, quæ adductæ sunt,quæstionibus præcedentibus; nempe, vt vterque sciat se adulterium committere: &c. Sic omnes. Legantur Basilius *loc.cit.num.*3. Cornejo *disput.* 7. *dubio* 23. & alij.

DISPVTATIO DECIMAQVINTA.

De Impedimento disparis Cultus.

QVÆSTIO PRIMA.

An Matrimonium inter dispares cultu, nempe, inter Baptizatum, & non baptizatum sit nullum.

RESPONDEO: Affirmatiue. Sic tenent vniuersi Theologi, ac Canonistæ. Qui idem docent de matrimonio contracto inter pèrsonam baptizatam, & catheeumenam: cum hæc, quamuis fidem teneat, baptismo, qui est ianua Sacramentorum,careat.Sic D.Tho.*in* 4.*dist.* 39. *q.vnic.ar.*1.*ad*5.&cum eo alij Theologi ibid.Nauar.*cap.* 22.*num.*49. *& lib.*4. *cõsil.de clandest.desponsat.cõs.vlti.nu.*16 Quos,& alios,vsque ad triginta, & septẽ DD.refert,& sequitur. Thom. Sanchez *lib.*7.*de matrim.disp.*71.*nu.*2. Bonac.

de

de impediment. quæst. 3. punct. 7 Basil. *lib. 7. de matrim. cap. 46.* & alij mox citandi.

QVÆSTIO II.

An etiam sit nullum matrimonium, inter Catholicum, & fictè baptizatam?

NEGANT Archidiac. *in cap. Non oportet nu. 4. 28. quæst. 1.* & Bellamera *ibi. num. 3.*

Sed certissime Respondeo: Etiam esse nullum, cum in re, & coram Deo, nullo modo susceperit baptismum. Sic Sanchez *loc. cit. nu. 3.* (Qui idem docet de baptismo contractum inter hæreticum, aut apostatam, & inter infidelem) & ante ipsum Enriquez *lib. 12. cap. 13. num. 4 fine.* Candidus *disquis. 28. ar. 7. dubit. 1.* & omnes communiter.

QVÆSTIO III.

An Matrimonium fidelis cum infideli sit vetitum, & illicitum, iure naturæ, diuino, & Ecclesiastico?

NEGAT esse vetitum, iure naturæ, aut diuino, sed dumtaxat Ecclesiastico, Torreblanca *lib. 2. practicar. cap. 15. sect. 3 à num. 74. vsque ad 82. Qui nu. 79.* hæc verba profert: Præcepto tamen humano, prohibitum est ad tempus, ne fidelis iugum matrimonij duceret cum infideli, propter naturalem indecentiam, & conuenientiam; quia vix potest esse pax inter tales coniuges, neque ab illis institui proles. D. Paulus *Corint. 2. cap. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus: quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Quæ autem conuersio Christi ad Belial? aut, quæ pars fidelium infideli?* Vnde talia matrimonia prohibita sunt varijs Concilijs, Calcedon. *can. 3. &c.* Sed si contrahãtur, nullo iure stare prohibentur. Hæc Torreblanca: sed hæc, male. Vnde.

Certissime Respondeo: Tale matrimonium, omnino esse vetitum, non solum iure Ecclesiastico, sed etiam, naturali, & diuino.

Quod enim prohibitum, sit, *iure naturali*, constat ex periculo peruersionis, cui manifeste se exponit coniux fidelis, ac lapsus ipsius in infidelitatem; at sic est, quod ius diuinum naturale dictat, totis viribus, cauendum esse periculum peccandi: ergo. &c. Sic late, & optime Sanchez *lib. 7. disp. 71. num. 5* Basilius *lib. 7. cap. 46. num. 1.* & omnes communiter.

Quod autem, etiam sit prohibitum dictum matrimonium, *iure diuino, positiuo*, constat ex lege veteri, *Exodi 34. Deutero. 7. & 3. Reg. 11.* In lege autem noua, extat etiam, diuinum de eo præceptum, Paul. *2. Corinth. 6. Nolite iugum ducere cum infideli & 2. Corinth. 7. Si dormierit vir eius, nubat tantum in Domino.* vt ex his locis, late, & docte probant Sanchez, & Basilius, *locis citatis.*

Quod tandem, sit quoque vetitum, *iure Ecclesiastico*, constat, ex Concil. Illiberitano *can. 15.* Arelaten *1. can. 11.* Niceno *cap. 53. & can 67 & 69.* Carthaginen. *3. can. 12.* Calcedonensi *actio. 15. can. 14.* & ex alijs quam plurimis Concilijs, quæ referunt Basilius, & Torreblanca *locis citatis.* Cornejo *disp. 7. dub. 23.*

QÆSTIO IV.

An Etiam sit irritum dictum matrimonium, fidelis cum infideli, iure diuino positiuo, & naturali?

AFFIRMANT Viguerius *in sum. cap. 16 §. 7. ver. 9. impeã. 10.* Catharinus *lib. 5. contra Caiet. cap. de matrim.* Paulus Grilland. *de pœnis omnifariam coitus quæst. 12. num. 4.* Quos omnes refer pro hac parte Sanchez *loc. cit. num. 6.* Quibus addi possunt Vazquez *disp. 2. de matrim. num. 20.* Torreblanca *loc. cit.* & dicit probabile Petrus de Ledesma *quæst. 59. de matrim. ar. 1. dub. 2.*

Sed probabilius Respondeo: Non esse irritum, iure naturali, aut diuino positiuo; sed solo iure Ecclesiastico; vt late probant, & docent Sanchez *lib. 7. disp. 71. num. 7.* cum triginta & duobus Theologis, & duodecim Canonistis. Basilius *lib. 7. cap. 47. à num. 2. vsque ad 7.* Ægidius *disput. 32. dub. 3.* Hurtado *disp. 24. diff. 1.* Candidus *disquis. 28. art. 7. dub. 2.* Bonacina *loc. cit. punct. 7. num. 2.* Machado *lib. 3. par. 1. tract. 11. documen. 12. num. 3.* Luysius *in sum. cap. 122. dub. 1. & 2.*

QVÆS-

QVÆSTIO V.

An Matrimonium fidelis cum hæretico, sit validum?

NEGANT Gloſſa *in cap finali. ver. contra ſubſtantiam. de condit. appoſ.* Hoſtienſ. *cap. 2. nu. 1. de coniug. ſeru. & ibid.* Anchar. *nu. 1.* Carrer. *de hæret. nu. 157.* Simanchas *de Cathol. inſtit. tit. 40. à nu. 17.* exiſtimantes, tale matrimonium, non ſolum eſſe illicitum, vt omnes concedunt, ſed etiam irritum iure poſitiuo, nempe Can. 72. Sextæ Synodis, vbi id expreſſe habetur.

Sed certiſsime Reſpondeo: Dictum matrimonium, quamuis illicitum, eſſe tamen validum. Quia, vel nullum eſt Eccleſiaſticum ius irritans eiuſmodi matrimonium: vel ſi exiſtit, iam contraria conſuetudine fuit abrogatum. Vnde Canon ille citatus à contrarijs pro ſua ſententia, vel non fuit à Sancta Synodo confectus, ſed à quibuſdam Epiſcopis Concilio iam diſſoluto: vel dato quod fuerit, dicendum eſt, iam contraria conſuetudine fuiſſe abrogatum. Sic tenent communiter Theologi, & Canoniſtæ. Sanchez *lib. 7. diſp. 72. num. 2.* Qui pro hac parte refert ex Theologis 37. & ex Iuriſperitis 41. Quibus addi poſſunt Baſilius *lib. 7. de matrim. cap. 47. nu. 10. & 11.* Hurtado *diſp. 24. diff. 2.* Ægidius *diſp. 31. dub. 3.* Candid. *diſquiſ. 28. art. 7. dubit. 22.* Villalob. *tr. 13. diff. 12. n. 3.* Cornejo *diſp. 7. dub. 24.* Luyſius *loc. cit.* Machado *loc. cit. nu. 5. pag. 621.* Torreblanca *loc. cit. nu. 81.* (Qui tamen male citat pro hac parte Simancas, eodem loco pro contraria citato) & alij. Legatur Nauar. *lib. 4. conſil. de ſponſal. conſil. 5.*

QVÆSTIO VI.

An, Etiam ſint valida ſponſalia inita, inter Catholicum, & hæreticam?

AFFIRMATIVAM ſententiam eſſe probabilem, clare inſinuat Nauarr. Vbi infra, & certe probabiliter id probat.

Sed, longe multo probabilius, Reſpondeo: Non eſſe valida. Sic Sapientiſs. Nauar. *loc. cit.* Vbi *num. 6.* ſic hanc partem probat. Quia omnis promiſsio turpis rei eſt ipſo iure nulla: at promiſsio Catholici, de contrahendo matrimonium cum hæretica, eſt promiſsio rei turpis, cum ſecundum omnes, peccatum ſit contrahere matrimonium cum hæretica, licet contractum teneat, (vt prædictum eſt.) Ergo conſequenter præfata ſponſalia, fuerunt nulla. Sanchez *loc. cit. num. 3* Candid. *diſquiſ. 28. art. 7. dubit. 22.* ex S. Thom. *in addit. quæſt. 59. art. 1. ad 5.*

QVÆSTIO VII.

An, Non ſolum ſint valida, verum, & licita, matrimonia Catholicorum cum hæreticis, in partibus, in quibus Catholici, cum hæreticis permiſti ſunt?

RESPONDEO: Etiam eſſe licita. Quia Canones illi, *cap. Non oportet, & cap. Caue. 28. q. 1.* Qui prohibent talia matrimonia, vel non ſunt recepti, in dictis partibus, vel ſunt per contrariam conſuetudinem abrogati. Sic Sanchez *loc. cit. num. 5.* per hæc verba: Hinc tamen excipi debent loca, in quibus hæretici non denuntiati, nec notorij Clericorum perçuſſores, cum Catholicis permiſti conuiuunt, vt in Germana Gallia, Polonia, in his enim ex conſuetudine recepta, & tolerata, licent coniugia Catholicæ perſonæ cum hæretica, dummodo Catholica libere permittatur, & abſque peruerſionis periculo in fide permanere. Sic ille, ex Nauarro, & Azorio. Candidus *loc. cit. dubit. 22.* & communis.

QVÆSTIO VIII.

An, Inter infideles verum detur matrimonium?

RESPONDEO: Dari verum, & legitimum matrimonium in ratione contractus naturalis; non tamen in ratione Sacramenti; & ideo non ita perfectum, aut ratum, ſicut datur inter fideles. Sic expreſſe deciditur *in cap. Quanto. de diuortijs*, per hæc verba: Nam etſi matrimonium verum, inter infideles exiſtat, non tamen eſt ratum: inter fideles autem verum, & ratum exiſtit, quia Sacramentum fidei, cum ſemel eſt admiſſum, nunquam amittitur. Sic docent omnes Theologi cum Magiſtro *in 4. diſt. 39.* D. Thom. *ibid. quæſt. vnica art. 5. & ibi* D. Bonau. Scot. Ricard. & alij. Sanch. *lib. 7. diſp. 73. num. 2.* Baſilius *lib. 7. cap. 48. nu. 1.* Candid. *loc. cit. dubit. 10.* & omnes.

QVÆSTIO IX.

An Matrimonium infidelium dissoluatur, sola alterius ad fidem, per baptismum, conuersione?

RESPONDEO: Non dissolui. Quia, vt habetur, *cap. Gaudemus de diuort. Crimina in baptismo soluuntur, non coniugia.* Idque colligitur ex illo 1. Corinth. 7. *Si quis autem infidelem habet vxorem, & hæc consentit habitare cum eo, non dimittat.* Quod non consuleret Paulus, si dissolueretur coniugium infidelium conuersione alterius ad fidem. Sic Sanchez *disp.* 73. *num.* 6. Basilius *lib.* 7. *cap.* 48. *nu.* 4. & omnes.

QVÆSTIO X.

An, Tempore primitiuæ Ecclesiæ, obligatus esset coniux, ad fidem conuersus, ad cohabitandum cum infideli, secluso animæ periculo?

AFFIRMANT obligatum fuisse, ex præcepto lato, pro primis illis Ecclesiæ Christianæ temporibus, ab Apostolo Paulo 1. ad Corinth. 7. illis verbis: *Nam cæteris ego dico, non Dominus, si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, &c.* D. Ambr. Hieronim. Theodoretus, Seuerianus, Abulens. Turrianus, & alij, quos citat, & sequitur Basilius *lib.* 7. *de matrim. cap.* 48. *nu.* 6. Sá, Veracruz, penes Sanchez, vbi infra, & alij.

Sed probabilius Respondeo: Nec pro illis primis temporibus, fuisse dictum coniugem, ad cohabitandum cum infideli, obligatum; sed integrum fuisse illi, ab eo diuertere, etiam casu, quo coniux infidelis vellet cohabitare cum ad fidem conuerso, sine Dei contumelia, & sine pertractione fidelis ad peccatum. Quamuis verum sit, quod pro dictis temporibus, fuerit de tali cohabitatione traditum consilium (non præceptum) a D. Paulo, verbis, pro opposita opinione, relatis. Sic sentiunt ex Patribus D. Augustinus, Hieronim. D. Anselm. Beda, & fere omnes expositores in dictum locum Pauli. Ex Scholasticis, D. Thom. *in* 4. *d.* 39. *quæst. vnic. ar.* 3. & 4. D. Bonau. Durand. & alij vsque 27. Doctores. Et ex Iurispertis Nauarr. *cap.* 22. *num.* 49. Couar. & alij, vsque *ad* 16. Quos omnes refert, & sequitur Thomas Sanchez *lib.* 7. *disput.* 73. *numer.* 7. Quibus addi possunt Candidus *disquis.* 20. *art.* 7. *dubit.* 12. & alij.

QVÆSTIO XI.

An Nostris temporibus licitum sit fideli, cum infideli coniuge, nolente ad fidem conuerti, cohabitare?

AFFIRMANT id licitum ei esse, casu quo infidelis, absque Dei contumelia, & attractione ad peccatum, eligit habitationem, Glossa *in cap. Iudæi*, 28. *quæst.* 1. Monald. *in summ. Vbi de matrim. tit. de Dispari cultu. versu, Item sicut notauit.* Abulens. 1. *Regum.* 8. *quæst.* 81. Veracruz 2. *par. speculi art.* 32. *concl.* 3. & Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 49. Quos omes, pro hac parte, citat Sanchez *lib.* 7. *de matr. disp.* 73. *num.* 11.

Sed, probabilius Respondeo: Nullo modo licere, etiam si nulla interueniat Creatoris iniuria. Quia de hoc extat præceptum, vel consuetudine Christiana introductum, vel latum in Concilio Toletano IV. prope annum 640. *can.* 62. relato, in *cap. Iudæi*, 28. *quæst.* 1. & *can.* 63. Sic tenent D. Thom. *in* 4. *d.* 39. *quæst. vnic. art.* 3. per hæc verba: *Pari passu ambulant nunc vtrique scilicet, Gentiles, & Iudæi, quia vtrique obstinati sunt. Et ideo, nisi vxor fidelis conuerti velit, non permittitur ei cohabitare, siue sit Gentilis, siue Iudæa.* Durand. Ricard. Gabriel, Sotus, & Paulus Comitolus, Quos citat, & sequitur Basil. *lib.* 7. *de matr. c.* 48. *à n.* 8. Sanch. *loc. cit. nu.* 12. & penes ipsum, viginti & quatuor Doctores. Quibus addi possunt Candidus *loc. cit.* Bonacina *quæst.* 3. *de impedim. punct.* 7. *num.* 6.

QVÆSTIO XII.

An, Si spes esset conuersionis infidelis coniugis, ex consortio fidelis; liceret, saltem tunc, fideli cohabitare?

NEGANT, adhuc in hoc casu licere, Sot. *in* 4. *d.* 39. *q. vnic. ar.* 3. *ad* 3. Bartholom. de Ledesm. *dub.* 55. *de matr.* Lud. Lopez 2. *p. instruct. vbi de matr. c.* 53. *post tertium notabile.* Et Vega 2. *tom. sum. cap.* 34. *casu* 143. per hæc verba: Está introduzido por vso de la Iglesia, que ninguno de los infieles de qualquier secta que sea, sea per-

permitido morar *cum fideli coniuge*, aunque aya alguna esperança de su conuersion a la Fè, como si dixesse, que aora no se quiere conuertir, pero que andando el tiempo lo harà. Ita ille. Et post illos, Sanchez *loc. cit. nu.* 13. Quamuis addat, posse ex Episcopi dispensatione eam cohabitationem admitti in insulis, vbi est crebior infidelium conuersio; casu, quo nullum suberfionis periculum subesset, & spes probabilis esset conuersionis Ita ille, & Angles 1. *p. flor. q.* 12. *de matr. ar.* 2. *dub.* 1. *concl.* 1. Cañedo *in sum. cap.* 7. *de matr. num.* 66. & Quand. *in* 4. *d.* 39. *disp. vnic. propositione* 10.

Sed probabilius Respondeo: Licere, in dicto casu, fideli cohabitare cum infideli coniuge. Quia tunc iam cessat ratio legis Ecclesiasticæ; aut consuetudinis, vim legis habentis, interdicentis talem cohabitationem. Sic sentiunt. Palacios *in* 4. *d.* 39. *disp. vni. col. penult.* Petr. Ledesma *de matrim. q.* 59. *art.* 3. *fine* Basil. *loc. cit. num.* 12. *fine*. Cornelius *in* 1. *Corinth.* 7. *num.* 174. & 175. Vbi sic ait: Sane nimis durum esset, & scandalosum, si in India, Iaponia, China, vbi iam primum inducitur fides sub Regibus infidelibus, cogerentur Christiani dimittere vxores, quas in infidelitate duxerunt; aut si vxores cogerentur deserere maritos, præsertim, nobiles, & Principes, nolentes ad fidem Christi conuerti, qui inde caperent occasionem eliminandi Christianos, & Christianam fidem. Sic ille.

QVÆSTIO XIII.

An In dicto casu, non solum liceat fideli habitare tum infideli; verum etiam, ad id teneatur ex præcepto?

AFFIRMANT Angles, & Petrus de Ledesma, & Basilius *loc. cit.* & Veracruz 2. *par. speculi ar.* 32. *concl.* 4. Qui subdit, apud Indos noui Orbis, id in præcepto esse.

Sed probabilius Respondeo: Minime ex præcepto ad cohabitandum teneri. Quia, nec ex præcepto, sed ex consilio tantum, ad id tenebantur fideles, primis temporibus Ecclesiæ (vt supra *q.* 10. est habitum) etiam quando spes aliqua conuersionis infidelis aderat. Sic Sanchez *loc. cit. numer.* 14.

QVÆSTIO XIV.

An, Infideli renuente cohabitare; aut volente cum contumelia tamen Creatoris; aut cum pertractione ad mortale; liceat fideli conuerso, id matrimonium dissoluere, & ad aliud transire?

NEGATIVAM sententiam, nempe, tunc non posse dissolui matrimonium, posse defendi, affirmat Arbor. *lib.* 6. *Theol. cap.* 10. *in fine*. Vt refert Sanchez *lib.* 7. *disp.* 74. *num.* 3.

Sed certissime Respondeo: Licere fideli, in omnibus dictis casibus, matrimonium, quantumuis consummatum, dissoluere, & ad alias nuptias trãsire. Hanc responsionẽ definiuit Innoc. III. *in cap. Quanto. de diuort.* his verbis: *Si alter infidelium coniugum ad fidem Catholicam conuertatur, altero, vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel, vt eum pertrahat ad peccatum mortale, ei cohabitare volenti: qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit. Et in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus: Si infidelis discedit; discedat: frater enim vel Soror nõ est seruituti subiectus in huiusmodi: & canonẽ, in quo dicitur, contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eũ qui relinquitur.* Sic Pontifex. Idemque definiuit *in cap. Gaudemus. eo. tit.* Sic Sanchez *loc. cit. nu.* 4. dicens, de hac responsione, absque errore in fide, minime dubitare posse. Basilius *lib.* 7. *cap.* 48. *num.* 13. Bonac. *loc. cit. à nu.* 4. Ægid. *disp.* 26. *dub.* 5. Candid. *ar.* 7. *cit. dub.* 3. Lublinus *ver. matr. nu.* 22.

QVÆSTIO XV.

An, Dissoluatur, matrimonium infidelium, in dictis tribus casibus, iure, & priuilegio Pontificio?

AFFIRMANT Abbas *in cap. Quãto. nu.* 5. *de diuort.* & ibi. Alex. de Neuo *nu.* 9. Palud. *in* 4. *dist.* 39. *quæst. vnic. art.* 2. *num.* 12. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non dissolui, priuilegio Pontificio; sed priuilegio Christi, id in fauorem fidei concedentis. Primo. Quia probabilius est, non posse Põtificem in matrimonio infidelium consummato dispensare, vt docet Doctiss. Nauar. *lib.* 3. *consil. tit. de regular. consil.* 23. *in noua edit.* & *eodem, ib. tit. de conuersione*

coniugat. consil. 4. his verbis: Respondeo primum: non posse illis prodesse dilationem Papæ, quia matrimonium prædictum fuit consummatum: omnium tam Canonistarum quam Theologorum vna est conformis sententia, non posse Papam, vlla de mundi causa, dissoluere tale matrimonium quoad vinculum, iuxta illud Euangelium, Quos Deus coniunxit homo non separet. Hæc meus Nauar. ibi. Quod iddem repetit *consil.* 15. *num.* 5. (vnde male pro contrario citatur à Basilio vbi infra) Secundo. Quia id clare colligit Innocent. III. (& cum eo communiter Doctores) verbis nuper allegatis ex verbis Pauli 1. Corint. 7. Sic sentiunt Sot. *in* 4. *d.* 39. *quæst. vni. art.* 4. *col.* 3. & 5. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 8. *num.* 4. & *lib.* 12. *cap.* 13. *numer.* 5. Petrus Ledesma *de matrim q.* 59. *ar.* 5. *cõcl.* 4. Bart. de Ledesma, Veracruz, Cañedo, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *lib.* 7. *disp.* 74. *num.* 4. Basilius *lib.* 7. *cap.* 48. *nu.* 14. & 15. Candid. *disquis.* 28. *art.* 7. *dubit.* 11. Bonac. *q.* 3. *cit. pun.* 7. *num.* 4.

QVÆSTIO XVI.

An, In dictis tribus casibus, dissoluatur matrimonium, eo ipso, ac infidelis discedit; vel non vult cohabitare absque iniuria Creatoris, vel sine pertractione ad peccatum?

Affirmant dissolui statim, adhuc non expectato transitu fidelis ad aliud matrimonium, ex Iurisperitis, Ioan. Doctor, Innoc. Hostiens. Abbas, Gotfred. Astens. Angel. & Anton. Cucus. Et ex Theolog. Ricard. Altisiodorens. Abulens. & Rodriguez, quos omnes refert Sanchez *lib.* 7. *disp.* 75. *nu.* 2. Quibus addi possunt Scot. & D. Anton. quos etiam pro hac parte citat Basilius *lib.* 7. *disp.* 48. *num.* 16.

Sed longe probabilius Respondeo: Nõ ipso iure dissolui, sed perseuerare donec fidelis conuersus ad secundas nuptias transeat. Quare, si fidelis nunquam mutet statum, perseuerabit prius matrimonij vinculum. Sic tenet Innocẽt. *in cap. Gaudemus de diuort. ijs verbis*; *Quod si conuersum ad fidem, & illa conuersa sequatur, ante quam propter causas prædictas legitimam ille ducat vxorem, eam recipere compellatur*: ergo si compellitur recipere, non erat matrimonium solutum ipso iure, propter tres illas assignatas causas. Sic D. Thom. *in* 4. *d.* 39. *q. vni. ar.* 5. *ad* 2. & *in addit. q.* 59. *ar.* 5. *a.* 2. & ibi D. Bonar. Durand. Palud. Sotus, & alij. Valentia 2. *par. disp.* 10. *q.* 1. *pun.* 7. *col.* 2. Petr. de Ledesma *de matrim. q.* 59. *ar.* 5. *dub. vnico, conc.* 5. Nauar. *in sum. cap.* 22. *num.* 49. & *lib.* 3. *consil. de conuers. Infidel. in* 2. *edit consil.* 1. *nu.* 5. & *consil.* 3 *num.* 6. & 9. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 8. *nu.* 4. Sa, *ver. ae impedim. dirim. nu.* 8. & alij vsque ad 37. Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. nu.* 4. (inter quos pro hac parte refert D. Antoninum, citatum pro contraria à Basilio.) Sic etiam Bonac. *loc. cit. nu.* 7. Basilius. *nu.* 17. Candid. *dubit.* 13. Ægid. *disp.* 26. *nu.* 63 Rebellus *lib.* 3. *q.* 10. *sect.* 2. Luysius *in sum. cap.* 122. *dub.* 10. & 11.

QVÆSTIO XVII.

An, Vt in prædictis euentibus, possit fidelis conuersus matrimonium dissoluere, & ad aliud transire, necessarium sit, vt requiratur infidelis, & moneatur, an velit conuerti; vel cohabitare, sine Dei contumelia; aut sine pertractione ad peccatum?

Negativam Sententiam, nempe, non esse necessarium requiri, docere Panormitanum *in cap. Quanto. de diuort.* Ricardum, Paludanum, & Gabrielem, & nouissime Thomam Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 74. sed sine vllo fundamento, ait Basilius *lib.* 7. *de matrim. cap.* 48. *nu.* 21. Sed certe, hic doctissimus vir, ex his Doctoribus, male citat, adminus, suum Doctissimum amicum Thomam Sanchez, vt statim videbimus, quod valde miror.

Vnde certissime Respondeo: Necessariũ esse, vt in prędictis euentibus, secundũ matrimoniũ à fideli cõuerso celebrari possit, requiri infidelẽ, moneriq; an velit cohabitare. Sic expresse Th. Sãch. *lib.* 7. *de matr. disp.* 74. *nu.* 12. his verbis: Deducitur necessariã esse monitionẽ infidelis, aut interrogationem, an velit cõuerti (seu iuxta aliã opinionẽ, an velit habitare, sine Dei cõtumelia, nec ad peccatũ pertrahẽs) vt possit fidelis matrimonium dissoluere, & ad aliud transire. Constat, quia id effici nequit, nisi infideli renuente cõuerti, aut iuxta aliam sententiam, renuente legitimam cohabitationẽ, vt ergo valide id fiere possit, necessariũ est, constare de voluntate infidelis renuentis conuersionem, aut legitimam habitationem: ac proinde, vt

hæc

hæc voluntas constet, necesse est ipsum moneri, seu interrogari. Huc vsque, & amplius, Sanchez, qui pro hac parte citat Concilium Toletan. 4 *cap.* 62. *relat. cap. Iudæi* 28. *quæst.* 1. & ex Theolog. D. Thom. *in* 4. *d.* 39. *quæst. vnica art.* 5. *ad* 4. & ibi Ricardum *art.* 2. *quæst.* 1. & *Supplem.* Gabriel. *quæst. vni. art.* 2. *concl.* 5. Toletum *lib.* 7. *summ. capit.* 7. *numer.* 2. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 8. *numer.* 5. Rodriguez 1. *tom. cap.* 230. Sa, *ver. matrim. vbi de impedim. dirim. num.* 8. Petrum de Ledesma *de matrim. quæst.* 59. *art.* 4. *in fine* & alios. Et ex Iurisperitis. Nauarrum *lib.* 3. *consil. de conuers. Infidel. consil.* 1. (alias 2.) Siluestrum, Rosellam, Armillam, Angelum, & alios. Quibus addi possunt Basilius *loc. cit. numer.* 20. Bonacina *loc. cit. punct.* 7. *num.* 8. Candidus *disquis.* 23. *art.* 7. *dubit.* 16. Qui bene id moderandum dicunt, casu, quo aliunde moraliter non constet de obstinatione infidelis, quia tunc monitio non desideratur.

QVÆSTIO XVIII.

An, Quoties infidelis à deo distat, vt commode requiri, aut moneri nequeat, opus sit dicta monitione?

AFFIRMANT dictam monitionem esse necessariam, quantumuis distet infidelis, & impossibilis sit monitio, vt conuersus fidelis ad alias nuptias migrare valeat; Barthol. de Ledesma *de matrim. dub.* 56. *conc.* 6. & Vega *tom.* 2. *capit.* 34. *casu* 149. & nouissime Basilius *loc. cit. numer.* 22. his verbis: Quod si reperiri non possit, vel ob difficultatem viæ, & itineris, cum in remotissimis versetur regionibus, vt euenit in his, qui ex Æthiopia captiui, vel serui afferuntur; vel ignoratur, vbi sit alter coniux, adhuc nubere non potest, quidquid dicat Thomas Sanchez, & alij, nisi dispensatio Pontificis accedat, qua suppleatur ea admonitio, iure præscripta, &c. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Non esse opus dicta monitione, in proposito casu; Quia tunc adest certitudo moralis obstinationis. Sic Petr. de Ledesma *quæst.* 59. *art.* 4. *ad* 4. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 8. *num.* 5. Sanchez *loc. cit. nu.* 14. Candid. *loc. cit.*

QVÆSTIO XIX.

An, Infidelis possit valide matrimonium contrahere, donec fidelis conuersus prius matrimonium contrahat?

AFFIRMAT Palacios *in* 4. *dist.* 39. *disp. vni. ad finem.* quatenus docet, matrimonium dissolui, quando vel fidelis, vel quando infidelis transit ad aliud matrimonium.

Sed certissime Respondeo; Non posse? Sic Candidus *dis. vis.* 28. *art.* 7. *dub.* 13. Ita dicens: si, ante matrimonium à fideli contractum, transeat infidelis ad alias nuptias, eas fore irritas: & ita si post modum ad fidem conuertatur, esse ab illis eum separandum, & reddendum coniugi prius conuerso. Quia priuilegium hoc dissoluendi matrimonium prius, per alias nuptias sequentes, nõ concessum est à Christo Dño infideli, sed fideli in fauorẽ fidei, vt expresse habetur *c. Quanto 3. de diuort. & cap. fin.* 28. *q.* 2. Sic ille. Ex Tho. Sanch. ad vnguem *disp.* 75. *nu.* 6. quem tamen non citat. Nauar. *loc. cit. consil.* 3. (alias 1.) *nu.* 10. Petr. Ledesma *q.* 59. *art.* 5. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 8. *num.* 5. Basilius *loc. cit. nu.* 25. & communis.

QVÆSTIO XX.

An, Quando fidelis conuersus ad aliud matrimonium transijt; possit infidelis, sicut & valide, ita & licite, matrimonium inire?

NEGANT absolute, posse licite infidelem aliud matrimonium inire, eo quod, in pœnam suæ infidelitatis, illi aliud coniugium interdicatur, D. Thom. *in* 4. *dist.* 39. *q. vni. ar.* 5. *ad* 3. Sotus *ea. dist. q. vni. ar.* 4. Barthol. de Ledesma *dub.* 56. *de matr. post.* 4. *concl.* Vega *tom.* 1. *capit.* 13. *casu* 15. & *tom.* 2. *cap.* 14. *casu* 146. & alij, quos refert Sanchez *lib.* 7. *disp.* 77. *nu.* 3.

Negant etiam alij, non ita absolute, sed sub distinctione dicendo, non posse infidelem, licite inire aliud matrimonium, ante quã ipsemet conuertatur; secus vero, post conuersionem. Ita D. Bonau. *in* 4. *dist.* 39. *art.* 2. *quæst.* 2. Turrecrem. *in cap. similiter modo*, 28. *quæst.* 1. Ludou. Lopez 2. *p. instruct. vbi de matrim. cap.* 53. & nouissime Basilius *lib.* 7. *de matr. c.* 48. *nu.* 25. Vbi ait, hanc esse communem, & veram sententiã, & pro illa adducit D. Tho. loco

pro prima citato, & licet hæc sit probabilissima sententia.

Sed, probabiliter æque, Respondeo: Posse licite infidelem, in eo casu, aliud matrimonium inire cum altero infideli. Quia, dissoluto semel fidelis matrimonio, nullo iure, interdicitur infideli matrimonio alteri iungi; vt docte probat Sanchez *loc. cit. num.* 6. Sic ipse, referens pro hac parte, Enriquez *lib.* 11. *de matrim. cap.* 8. *num.* 5. Durandum *in* 4. *d.* 39. *quæst.* 2. *num.* 25. Ledesmã 2. *par. quæst.* 61. *art.* 5. Viguer. *lib. institut. cap.* 16. §. 7. *vers.* 9. *impedim.* 10. Quaudum, Celaiam, & alios. Et tenet nouissime Candidus *loc. cit. dubit.* 15. per hæc ver verba: Dico trigesimõ, infidelis persistens in infidelitate potest cum alia contrahere, quando vxor conuersa dissoluit prius matrimonium. Quia cum matrimonij vinculum claudi care nequeat, eo ipso, quod dissolutum est ex parte fidelis, dissolutum manet ex parte vtriusque: ergo. Sic ille. Bonac. *quæst.* 3. *de impedim. pun.* 7. *num.* 7. Luysius *loc. cit. dub.* 11.

QVÆSTIO XXI.

An, Liceat fideli conuerso transire ad Religionem, vel Ordines suscipere; aut votum simplex castitatis emittere; toties, quoties ei licet transire ad alias nuptias, propter infidelis obstinationem?

Respondeo: Licere. Quia sicut licitum est fideli in eo casu, matrimonium cum altero fideli inire, ita & potest ad omnia alia predicta transire. Sic Sanchez *lib.* 7. *disp.* 76. *nu.* 1. & penes ipsum, D. Tho, *in* 4. *d.* 39. *quæst. vni. art.* 5. *ad* 4. Sotus *ibid. art.* 4. Petrus Ledesma *de matrim. quæst.* 59. *art.* 5. *dub. vni. concl.* 6. Siluest. Angel. Rossella, Rainerius, & alij Bonac. *loc. cit. num.* 8. Enriquez *lib.* 11. *de matrim. cap.* 17. *num.* 8. Candid. *loc. cit. dub.* 17.

QVÆSTIO XXII.

An, Fideli conuerso liceat ad Religionem, vel Ordines transire, nulla adhuc infidelis monitione præmissa?

Affirmant Abulens. 1. *Reg. cap.* 8. *q.* 93. *in solut. ad* 4. Vbi discrimen constituit inter transitum ad Religionem, & ad aliud matrimonium; vt ille liceat, nulla præmissa monitione fidelis, minime hoc.

Sed certissime Respondeo: Nullomodo licere ei prædicta, ante monitionem infidelis. Quia monitio eodem modo prærequiritur ad transitum Religionis, &c. Sicut prærequiritur ad ineundum aliud matrimonium. Quantum ad hoc enim, par est vtriusque ratio. Et optime docent, & tenent omnes Doctores, quæst. præcedenti allegati. Imo, & ipse Abulens. hoc ipsum, *eodem cap quæst.* 68. melius sentit. Legantur Sotus *loc. cit.* & Sanchez *num.* 3.

QVÆSTIO XXIII.

An, Per professionem fidelis in Religionem, dissoluatur, non solum matrimonium ratum, verum etiam consummatum?

Negat Abulens. *loc. cit. quæst.* 68. & 74. eo quod, nullibi habetur id dirimi professione fidelis.

Sed certissime Respondeo: Dissolui etiam consummatum. Quia licet, nec in iure, nec in diuinis litteris, hoc decissum reperiatur; deducitur tamen à simili. Nam si ea vis à Christo concessa est professioni, vt dissoluat matrimonium ratum, inter fideles initum, etiam dissoluet matrimoniũ infidelium consummatum, cum magis indissolubile sit matrimonium ratum fidelium, quam cõsummatum infidelium, cum illud sit verum Sacramentum; hoc vero non. Sic D. Bonau. *in* 4. *d.* 39. *art.* 2. *q.* 2. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 8. *num.* 5. Sa, *ver. matrim. vbi de impedim dirim. num.* 8. Petr. Ledesm. *quæst.* 59. *de matrim. art.* 5. *dub. vnico, concl.* 6. Vega, Cañedo, Angles, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. disp.* 76. *num.* 9. Bonac. *loc. cit. numer.* 9. Candid. *dubit.* 18. & omnes communiter.

QVÆSTIO XXIV.

An, Si alter fidelium coniugum labatur in hæresim, vel trãseat ad Gentilitatis errorem, statim horum matrimonium dirimatur?

Respondeo: Non dirimi. Ideoque in hoc casu, is, qui relinquitur, non potest, viuente altero, ad secundas nuptias conuolare. Sic expresse Innocent. III. *in cap. Quanto. de diaortijs.* Et tenent cũ ipso omnes. Legatur Basil. *c.* 48. *cit. nu.* 27.

DISPV-

DISPVTATIO DECIMASEXTA.

De Impedimento Vis, Metus, vel Violentiæ.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid Sit Metus?

RESPONDEO: Dicendum: Quod metus, *est instantis periculi, vel futuri mali* (non causa, vt habet Sanchez, vbi infra) *mentis trepidatio.* Sic definitur metus ab Vlpiano *l. 1. ff. de eo quod metus causa.* Dicitur autem, *mentis trepidatio;* quia metus habet ortum ex forti imaginatione periculi futuri, prope iam imminentis: & ideo dicitur, *instantis*, quia pericula valde remota non timentur. Sic Sanchez *lib. 4. de matrim. disput. 1. num. 7.* Basilius *de matrim. cap. 2. nu. 5.* & alij communiter.

QVÆSTIO II.

Quid Sit metus, cadens in constantem virum; Quid & cadens in virum inconstantem?

RESPONDEO: Quod metus cadens in constante m virum, qui alio nomine, metus grauis, probabilis, seu iustus appellatur, vel *est instantis grauis, iniustique mali ab homine sibi inferendi, vehemens opinio,* vt ait Basilius; vbi infra. Aut secundum alios, est metus ille, *qui cogit eligere minus malum, vt maius malum probabiliter imminens euitetur.* Ita Bonac. *q. 3. de impedim. punct. 8. num. 2.* Candid. *disquis. 28. art. 8. dubit. 2.* Sed hæc definitio non nullam patitur difficultatem, infra enodandam.

Metus vero, candens in virum inconstantem, aut non cadens inconstantem virum, qui & leuis metus, improbabilis, iniustus, & vanus, vocatur; dicitur ille; *quo, quis maius malum, aut inconueniens, admittit, ad fugiendum minus malum, aut inconueniens.* Ratio autem omnium nomi num est. Quia prior metus, vel timor, non repugnat constantiæ, & fortitudini, sed iuste, & probabiliter, eo terretur vir constans. Posterior autem, constantiæ, & fortitudini repugnat, & inconstantis, vani, leuisque hominis est, illo terreri. Sic Sanchez *lib. 4. disp. 1. num. 9.* Bonac. & Candidus *loc. cit.* Cornejo *disp. 7. dub. 25. pag. 997.*

QVÆSTIO III.

Quæ Conditiones ad metum grauem, seu cadentem in constante virum, requirantur?

RESPONDEO: Quod Quinq; *Prima est* vt malũ quod timetur, sit graue, & magnum malũ, in se consideratu; non cũparatione alterius minoris mali, vt voluerunt Siluest. *ver. metus quæst. 1.* Veracruz *1. par. speculi art. 8. concl. 3.* & Carbon. *de restit. quæst. 46. fundam. 3.* Sic Sot. *in 4. d. 29. quæst. 1. art. 2.* Sanchez *loc. cit. nu. 12.* Basil. *num. 9.* & communis.

Secunda est. vt æstimatio mali, quod timetur, sit digna constanti viro, hoc est, sit fortis, probabilis, & iusta ratione susceptа. Nam, qui sine probabili fundamento, & æstimatione timet, vanè, & leuiter timet, & meticulosus est. Sic D. Thom. *in 4. dist. 29. quæst. vni. art. 2.* Sanchez *num. 15.* & Basil. *num. 7.*

Tertia est, vt is, qui minatur, possit minas executioni mandare; si enim quis metuit, quod alter minatur, qui non potest id quod minatur, efficere, ipse sibi met metum infert. Ita Sanchez *num. 19.* & Basil. *num. 8.* & omnes.

Quarta conditio, est, vt is, qui minatur, talis sit, qui minas exequi soleat, aut saltem semel minas executus sit in eadem persona, aut in aliena: aut tandem prudenter iudicetur, inspecto ingenio, & alijs circunstantijs personæ minantis, executurum minas. Sic. Sanchez *numer. 20.* & Basilius *num. 8.*

Quinta denique est, ne timens possit euitare mala, quæ timentur, si enim posset, non esset timor cadens in virum constantem: inconstantis enim, & timidi est, metuere mala, quæ facili negotio vitare potest. Sic Sanchez *num. 23.* & Angelo, Silueſtro, & Cuco, Enriquez *lib. 11. cap. 9* Reginald. & Ægidius, quos citat, & se-

quitur Bonac. *loc. cit. numer.* 7. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 25. *pag.* 998. Luysius *in sum. par.* 2. *cap.* 99. *dub.* 1.

QVÆSTIO IV.

An Metus viri constantis sufficiens ad annullandum matrimonium, debeat in omnibus, tam in viris, quam in fœminis, esse æqualis?

AFFIRMANT Bergius *cap.* 1. *num.* 13. & 16. *de offic. delegati*, & Reminald. *ibid. numer.* 32. & nouissime Hurtado *de matrim. disp.* 6. *diff.* 1. existimantes, non minorem metum requiri in fœmina ad annullandum matrimonium, quam in viro requiritur.

Sed certissime fere Respondeo: Talem metum, non semper debere esse æqualem in omnibus. Quia attendenda est profecto circunstantia sexus, & ætatis. Vnde metus, qui comparatione viri grauis, aut cadens in virum constantem, non iudicatur; censeri potest grauis respectu fœminæ, eo quod suapte natura, imbecillior sit, & facilius terreatur. Qua propter ad grauem metum in fœmina, non requiritur metus cadens in constantem virum; sed in fœminam constantem. Sic Nauar. *cap.* 22. *nu.* 51. Couar. 4. *decret.* 2. *par. cap.* 3. §. 4. *nu.* 9. Sotus *lib.* 7. *de iust. quæst.* 2. *art.* 1. *ad* 2. Enriquez *loc. cit. cap.* 9. *num.* 3. & 4. Rodriguez *tom.* 1. *sum. cap.* 131. *concl.* 3. Aragon 2. 2. *quæst* 88. *art.* 3. §. *Pro explicatione.* Quos & alios, vsque ad quinquaginta & duos Doctores refert, & sequitur Sanchez *lib.* 4. *de matrim. disp.* 3. *num.* 2. Quibus addi possunt decisiones Rotæ, apud Farinac. *lib.* 1. 42. *num.* 2. & *lib.* 2. 242. *num.* 16. Vbi ipsemet Farinac. quem citat, & sequitur Basilius *lib.* 4. *de matr. num.* 10. Bonac. *num.* 6. Luysius *loc. cit. dub.* 2. D. Ioannes del Castillo *lib.* 3. *cap.* 1. *à num.* 144. *fol.* 19.

QVÆSTIO V.

An, Metus viri constantis, necessariò petat electionem minoris mali, ad vitandum maius?

AFFIRMANT D. Thom. *in* 4. *dist.* 29. *quæst. vnic. art.* 1. *in corp.* & *ad* 2. D. Bonau. *quæst.* 1. Scot. *quæst. vnica* §. *De primo.* Durand. *quæst.* 2. *num.* 4. Soto *quæst.* 1. *art.* 2. Victoria *in sum. nu.* 268. Valentia 3. *par. disp.* 10. *quæst.* 3. *punct.* 2. Comitolus *lib.* 3. *respons. moral. quæst.* 2. §. *Quintum quæsitũ*, & alij, quam plures, quos refert Sanchez *lib.* 4. *disp.* 2. *nu.* 1. Bonac. & Candid. *quæst.* 2. *citati.* Valerius, *verb. Metus, differ.* 2. *nu.* 1. & alij asserentes, quod ad hoc vt metus sit grauis, & cadens in virum constantem, semper debeat eligi minus malum, quam est illud, quod vitatur. Vnde siquis (inquiunt) eligat peccatum mortale, aut veniale committere, ad vitandam mortem, nullo modo is metus diceretur grauis, aut cadens in virum constantem.

Alij vero, è contra, negant, necessarium esse ad metum grauem incurrendum, vt quis eligat semper minus malum ad vitandum maius; sed sufficere, ei, ad id de quo hic agitur (ideſt, ad rescissionem matrimonij;) vt eligat malum tale, quod in se graue sit; aut quo re vera constantis viri voluntas à proposito retraheretur, licet eligat ad illud vitandum, peccare venialiter, aut mortaliter. Sic Nauar. *cap.* 22. *num.* 51. Petr. de Ledesma *quæst.* 47. *art.* 2. Vbi explicat D. Thomam. Ludou. Lopez, & alij pauci, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 3.

Sed clarius, & fortè concordando has duas extremas sententias, sic sub distinctione Respondeo cum Basilio, Dicendo, primo, quod quantum ad contractum matrimonij attinet, non sit locus præsenti quæstioni. Cum quilibet contractus ex natura rei celebrari possit, sine vllo peccato, etiamsi metus grauis incutiatur; vt cõstat. Quia si metu inducatur ad contrahendum, vnà cũ verbis habere potest animũ contrahendi, vt absit mendacium, & verba vera sint: at eo consensu, nihil efficitur, vt legibus constitutum est; ergo optime potest quis, sine vllo mendacio, nihil efficere; & euitare malum. Quod si contingat, cum verbis non habere consensum, sed potius animum oppositum, tunc id mendacium non eueniet ex exigentia metus, cum sine illo damnum euitari possit, sed ex fragilitate, aut ignorantia contrahentis. Loquendo autem extra contractus, si ab aliquo exigatur; vt, vel peccet, vel sustineat mortem; tunc potius subsistenda est mors, cum melius sit incidere in manus hominum, quam peccare in conspectu Dei. Daniel. 13. Sic Basil. *loc. cit. cap.* 3. *nu.* 3. ex Ioan. Bassolis *in* 4. *dist.* 27. *q.* 1. *art.* 2.

QVÆS-

QVÆSTIO VI.

An, Sufficiat ad metum grauem, vt malum graue timeatur in filijs, marito, & vxore?

RESPONDEO: tanquam certum, sufficere ad grauem metum, comparatione Patris, timere graue malum, non solum in propria persona, sed in persona filiorum. Quia sic habetur *l. ijsti quidem. 8 ff. de eo, quod, metus causa.* ibi. *Hæc, quæ diximus ad edictum pertinere; nihil interest, in se quis veritus sit, an in liberis suis; cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur.* Iddem omnino est dicendum, si malum graue timeatur in propria vxore; erit enim metus grauis respectu viri; aut è contra etiam, si vxor timeat graue malum in viro. Quia sunt vna caro. *Gen. 2.* Sic D. Thom. *in 4. d. 29. q. vni. art. 1. ad 2.* Enriquez *lib. 11. cap. 9. num. 5.* Sotus, Rodriguez & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 4. disp. 4. num. 3.* Basilius *lib. 4. cap. 3. num. 4.* & omnes communiter.

QVÆSTIO VII.

An Etiam sufficiat ad metum grauem, vt graue malum timeatur in consanguineis, vsque ad quartum gradum?

NEGAT Enriquez *lib. 11. de matrim. cap. 9. num. 5.* id solum extendens, ad consanguineos in primo gradu, per hæc verba: Deinde metus grauis dicitur, non tantum quando imminet periculum damni in propria persona, sed in persona coniuncta primo gradu: vt si resultat contra parentes, liberos, & vxorem. Ita ille. Pro cuius sententia, citat Sanchez D. Thom. Siluestrum, Tabienam, & Ludouicum Lopez.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere, & extendi vsque ad quartum gradum. Sic Basilius *iib. 4. cap. 3. num. 3.* Ita dicens: Atque id quoque dicendum existimo de alijs consanguineis; vehemens enim est amor ingenitus erga illos, si rerum natura spectetur. Argumentum sumi potest *ex cap. scient cuncti, de elect. in 6.* ibi; *vel consanguineos eorum.* Vbi metus illatus consanguineis ad incutiendum electori timorem, censetur illatus electori; quod etiam docent ex iuris interpretibus complures. Limitandum tamen est vsque ad 4. gradum. Nam vsque ad illum communi sensu, & affectu, consanguinei reputantur. Excipe, nisi malum aliquod, etiam remotissimis interretur, quod in totum genus redundaret. Sic ille. Et ante illum Sanchez *lib. 4. disp. 4. à nu. 5. vsque ad octauum.* Qui cum alijs iddem dicunt dicendum; Quando malum esset comminatum personæ arctissima amititia coniunctæ contrahenti: vel affinibus ex matrimonio, non ex fornicatione, vsque ad 4. gradum; vel tandem, domisticis alicuius, quibus metus infertur, vt ille contrahat. Sic ipsi, locis citatis. Bonac. *loc. cit. num. 6.* Leisius *lib. 2. cap. 17. dub. 6.* Rebellus *lib. 3. quæst. 9. num. 3.* Luysius *loc. cit. dub. 5.* & alij penes ipsos. Legantur ad intentum dicta a nobis *1. par. tr. 5 disp. 13. quæst. 44.*

QVÆSTIO VIII.

Quæ sunt mala grauia, quæ incutiunt iustum metum, aut cadentem in virum constantem.

RESPONDEO: Quod, citra controuersiam, sunt hæc; metus mortis, metus mutilationis, vel atrocis cruciatus, vel longi carceris, vel exilij diuturni, vel seruitutis, vel stupri, vel amissionis status honorifici. Metus etiam captiuitatis, metus armorum, & metus verecundiæ. Sic Sanchez *lib. 4. de matr. disp. 5. dnu. 4. vsque ad 13.* Basilius *lib. 4. cap. 4. num. 3. & 4.* Bonacina *quæst. 3. cit. punct. 8. num. 6.* Candidus *disquis. 28. art. 8. dubit. 2.* & quam plures alij, penes Sanchez. Villalob. *tom. 1. trr. 13. diff. 8. num. 4.*

QVÆSTIO IX.

An Metus infamiæ, cadat in virum constantem, aut grauis sit?

NEGANT, loquendo de metu infamiæ facti, D. Thom. *in 4. dist. 29. quæst. vni. art. 2. ad 3.* Vbi Durand. *quæst. 2. num. 4.* Cartusianus *quæst. 2.* Siluest. *ver. metus quæst. 4.* Imo, & loquendo de metu infamiæ iuris, iddem negat Tabiena, *Ver. impedimentum 9. quæst. 1. num. 2.* & alij.

Sed probabilius longe Respondeo. Tam metus infamiæ iuris; quam infamiæ facti est metus graues, & cadens in virum constantem. Quia timor infamiæ æquiparatur metui mortis *l iusta: ff. de manu missis vin-*

dic.

dic: at hic cadit in virum constantem, vt supra: ergo. Hoc autem intellige, quando infamia est grauis, & ei facile occurri non potest, secus si sit leuis, aut facile occurri potest: in quo sensu loquuntur D. Thom. Durand. & alij Authores primæ sententiæ. Sic Sanchez *loc. cit. nu.* 14. & 15. & Basilius *cap.* 4. *cit. num.* 5. & alij communiter. penes ipsos.

QVÆSTIO X.

An Metus excommunicationis cadat in constantem virum?

NEGANT absolute Glossa *cap. cum dilectus. verb. violentia, de his, quæ vi.* Palud. *in* 4. *dist.* 29. *q. vni. ar.* 2. *concl.* 2. *nu.* 13. Sotus *ibid. q.* 1. *art.* 2. *fine*, & alij quam plures, penes Sanchez, *loc. cit. num.* 16. Villalob. *tr.* 3. *diff.* 8. *nu.* 5. & alij.

Affirmant vero è contra, esse metum cadentẽ in cõstãtẽ virũ, Glossa *fin. in c. olim, de restit. spoliat.* Seraphinus *de priuil. iuramenti, priuilegio* 29. *nu.* 4. Barth. de Ledesma *de matrim. dub.* 23 *fundam.* 3. & alij.

Sed ptobabilius, media via, sic Respondeo: Si excommunicatio est iusta, eius metus non est grauis, nec cadens in constantem virũ. Si vero est iniusta secundum rẽ, aut omnino, tunc eius metus est grauis, & cadens in constantem virum; si ei facile occurri non potest appellationis remedio. Sic Sanchez *loc. cit. nu.* 17. & 18. Qui optime id probat. Basilius *loc. cit. nu.* 7. Bonac. *loc. cit. nu.* 6. Azor *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *q.* 7. & alij quam plures, penes ipsos.

QVÆSTIO XI.

An Metus amissionis bonorum, in virum constantem cadat?

NEGAT absolute Palud. *in* 4. *d.* 29. *q.* 1. *ar.* 2. *concl.* 2. *nu.* 13. Alij vero, cum limitatione id concedunt; nempe, quando bona vitæ tuendæ necessaria sunt. Ita Hostiens. *in cap.* 2. *de his, quæ vi.* Et Ledesma 2. *par.* 4. *q.* 49. *art.* 3. §. *sed dubitabit aliquis*. Alij tandem, id admittunt, casu, quo omnium bonorum amissio est. Ita Palacios *in* 4. *d.* 29. *disp.* 1. *fol.* 654. Philiarcus, Lud. Lopez, & alij penes Sanchez, *loc. cit. num.* 20.

Sed probabilius Respondeo: Amissionem omnium bonorum, siue illa sint exigua, (vt si pauperis) siue in magna quantitate, incurrere metum grauem. Nam cum bona sint quadam hominis vita, merito metus amissionis illorum, metui mortis æquiparatur. Vnde propter eamdem rationem, iddem dicendum est de metu amissionis maioris partis bonorum, siue sine illis sustentari vita possit, siue non. Imo, & de metu amissionis magnæ rei, licet non sint omnia bona, nec maior bonorũ pars. Et tandem de metu amissionis instrumentorum totius vel maioris partis patrimonij, quibus id probandum est. Sic Sanchez *lib.* 4. *disp.* 5. *à num.* 20. *vsque ad* 26. & penes ipsum, innumeri Doctores. Basilius *lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 8. & 9. Bonacina *loc. tit. nu.* 6. Villalobos *loc. cit. num.* 4.

QVÆSTIO XII.

An Metus amittendi lucrum magnum, hæreditatem, aut beneficium quod quis sperat ab aliquo, ad quod non habet ius ad rem; cadat in virũ constantem?

AFFIRMANT Cynus, & Francus, penes Sanchez, vbi infra. Quibus fauent Salzedo *in pract. cap.* 83. §. *Est tamen opinio hæc.* Nauarra *lib.* 2. *de restitut. cap.* 3. & *in noua edit. par.* 4. *dub.* 2. *nu.* 429 Rodriguez *tom.* 1. *cap.* 28. *num.* 2. & alij. Quatenus fatentur, preces importunas incutere grauem metum, casu, quo importune rogatus, non posset sine magno incommodo desentire.

Sed probabilius, Respondeo: Talem metum, absolute loquendo, non cadere in virum constantem. Quia timor perdendi lucrum, hereditatem, &c. ad quæ quis non habet ius, vere non est timor cadens in virum constantem. Notanter autẽ diximus, *qui non habet ius ad rem*; Quia contrariũ est dicẽdum, casu, quo quis haberet ius ad rem; Quia tunc dum arceretur a lucro, ad quod habet ius, iniuriam pateretur. Vnde si pater minetur filio ablaturum à maiora tu ea, quæ auxerat, iustum metum incuteret: Quia cum hæc hæreditas sit debita filio, potius huiusmodi minæ contineẽt damnum, quam lucri amissionem. Sic Sanchez *lib.* 4. *disp.* 5. *nu.* 28. Basilius *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 10. Rota apud Farinac. *lib.* 2. *num.* 111. 112. & 113. & communis.

QVÆS-

QVÆSTIO XIII.

Quid sit, & comparatione quorum, metus reuerentialis?

RESPONDEO: Circa primum, quod metus reuerentialis, sic ab aliquibus definatur: *Reuerentiæ metus est futuri mali existimatio, quod nobis ab his metuimus, in quorum legitima potestate sumus, & quos cultu, & honore dignamur.* Sic Basilius *lib. 4. de matrim. cap. 5. n. 1.* Circa 2. Respondeo Dicendum, quod metus reuerentialis datur, in Clerico respectu Episcopi; in sæculari respectu Magistratus, cui subditur; in vxore respectu mariti; in filio respectu patris: vt docet omnium sententia. Iddem dicendum est de Genero respectu Soceri; quia Socer parentis locum obtinet. De Auo, ac de reliquis ascendentibus; quia tanquam parentes habentur, & coluntur. Iddem etiam dicendum de filia aut filio, respectu matris (quidquid dicat Burgos de Paz, & Hippol. penes Sanchez) de timore Curatoris, & Tutoris. Quia etiam loco parentum habentur: De Sorore respectu fratris maioris, & Sororis maioris natu; ac etiam de fratre minori respectu maioris, & etiam respectu patrui, quando cum eis habitant, & ab ipsis gubernantur. Sic optime Sanchez *lib. 4. disp. 6. à num. 24. vsque ad* 33. Basilius *loc. cit. num. 2.* D. Ioan. del Castillo *lib. 3. cap. 1. à num. 168. vsque ad numerum* 175. & alij communiter. Quibus scitis, sit.

QVÆSTIO XIV.

An, metus reuerencialis, quo interior, reuerentia Superioris, &c. ducitur ad ineundum matrimonium, sit ex se cadens in constantem virum, & sufficiens ad rescissionem illius?

NEGANT, metum reuerentialem solum, nisi minæ, vel verbera, illi adiungantur, cadere in virum constantem, aut annullare matrimonium, aut alios contractus rescindere Sanchez *lib. 4. de matr. disp. 6. num. 7.* Qui pro sua sententia affert septuaginta & duos Doctores, inter quos sunt Sotus *in 4. d. 29. quæst. 1. art. 2. & lib. 7. de iust. quæst. 2. ar. 1. ad 2.* Enriquez *lib. 11. cap. 9. num. 5.* Rodriguez *tom. 1. sum. cap. 231. num. 5.* Et Capua *lib. 12. decis. cap. 55. num. 17.* Quibus addi possunt Bonac. *quæst. 3. de impedim. matrim. punct. 3. num. 6. ver. Addo* & penes ipsum, Lessius *lib. 2. cap. 17. dub. 6.* Rebell. *lib. 3. quæst. 9. num. 3.* Valentia *tom. 4. disp. 10. quæst. 3. punct. 2.* Petr. de Ledesma *quæst. 16.* & Reginald. *lib. 31. numer. 85.* Villalob. *tract. 3. diff. 8. num. 6.*

Sed probabilius Respondeo: Metum reuerentialem, ex vi sua, absque minis; &c. cadere in virum constantem, & sufficere ad annullandum matrimonium. Quia metus reuerentialis includit in se timorem iræ, & indignationis diuturnæ patris, ideſt, totum patris aspectum, & exprobrationem verbis durioribus, quæ omnia sequuntur, ex eo quod non seruetur Patri, vel matri, &c. debita reuerentia: sed sic est, quod, sic hæc non cito transeat, sed perseuerent, grauia sunt mala: ergo consequenter eorum metus censendus est iustus, & cadens in virum constantem. Sic Basilius *lib. 4. cap. 5. à num. 6.* Qui *nu. 7.* in eandem sententiam incidere Thomam Sanchez, probare intendit, *& num. 8.* Sic concludit. Igitur, vt quod sentio dicam, inspectis omnibus, & consideratis limitationibus, quas Doctores, qui à nobis desident, adijciunt suæ sententiæ, mihi videtur facile in concordiam redigi posse, vno è duobus modis. Nam, vel loquuntur, quando re vera metus reuerentialis dedit ansam, & occasionem contractui, non vero causam. Potest enim contingere, vt quis, eo metu, induci incipiat, & tamen postea, iam lubens operetur. Vel dicamus, eos agere de metu indignationis leuis Superioris, & quæ facile transeat, cum expresse Thomas Sanchez, & Lessius doceant, si indignatio patris, etiam sine minis, sit diuturna incutere metum grauem. Sic ille, & bene. Et ante ipsum Doctiss. Nauar. *lib. 4. consil. in 1. edit. tit. de sponsalib. conf. 36 num. 4. & in 2. lib. 1. tit. de his, quæ vi. Consil. 10. quasi per totum.* Menochius *lib. 1. consil. num. 491.* & alij, quos citat Sanchez *loc. cit. num. 4.* Tenet nouissime D. Ioannes del Castillo *lib. 3, cap. 1. à num. 156. vsque ad num. 168.* & alij penes ipsum; inter quos citat Thomam Sanchez *loc. cit. num. 11.* id ipsum in aliquo casu sentientem.

QVÆS-

QVÆSTIO XV.

An Preces importunæ, seorsim consideratæ, inferant metum iustum, & cadentem in virum constantem?

NEGANT in primis Abbas, Rolandus, & alij pauci Canonistæ. Enriquez *lib.* 11. *de matrim. cap.* 9. *num.* 5. Ludou Lopez 2. *par. instructor. ac matrim. cap.* 40. §. *Adde tamen.* Ledesma 2. *par.* 4. *q.* 49. *art.* 3. Quos omnes pro hac parte refert Sanchez *lib.* 4. *disp.* 7. *num.* 6. Et nouissime Villalobos *loc. cit. num.* 8. docentes, preces importunas, etiamsi cum metu reuerentiali coniungantur, nullomodo inferre metum iustum.

Negant etiam Couarr. Veracruz, & alij nonnulli, quos affert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 5. & 7. Quibus addi possunt Bonacina *loc. cit.* Hurt. *de matrim. disp.* 6. *diff.* 1. existimantes, importunas preces ex se, non incutere iustum metum: bene tamen si illis, metus reuerentialis adiungatur.

Sed probabilius Respondeo: Preces importunas, seorsim consideratas, dummodo instantissimæ sint, & sæpius repetitæ, & inculcatæ, sufficere ad inferendum metum iustum, & cadentem in virum constantem. Quia inspecta natura ipsa rei, & rationis iudicio, adeo grauem molestiam inferunt instantissimæ preces, vt merito mouere debeant virum constantem ad aliquid efficiendum. Vnde prudentes homines grauissimam molestiam semper iudicarunt, vt constat ex illo Lucæ 11. *Propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi.* Sic Basilius *loc. cit. num.* 17. Et late probat Sanchez hanc sententiam *num.* 4. & quamuis *num.* 9. argumentis pro hac parte à se factis, respondere nitatur, certe non satisfacit eis. Tenent etiam nostram sententiam ex Iurisperitis, Dominicus, Ioan. Lupus, Matienzo, Peña, Rebuff. Menoch. & alij, plures, penes ipsum. Diana 3. *par. tract.* 5. *resol.* 20 & penes ipsum, Naldus, & Peralta. Optime D. Ioannes del Castillo *lib.* 3. *cap.* 1. *à num.* 113. *fol.* 17. *vsque ad num.* 138 *fol.* 19.

QVÆSTIO XVI.

Quotuplex sit metus grauis?

RESPONDEO: Quod multiplex. Nam primo, metus diuiditur, in metum incussum ab intrinseco, vel à causis naturalibus, vt à morbo, tempestate, feris animalibus; & in metum incussum ab extrinseco, hoc est, à causa libera; vt dum quis incidit in latrones mortem comminantes.

Rursus hic metus incussus à causa libera, adhuc est duplex, quidam incussus à causa libera, sed non gratia matrimonium extorquendi, sed alia de causa; alter vero incussus gratia extorquendi matrimonium: & hic potest incuti, vel iuste, vt dum minas comminatur malum, quod iuste inferre potest; vt iustam apud iudicem accusationem; vel iniuste, vt si malum illud iniuste inferat, vt si minaretur, propria auctoritate necare. His ergo in hac quæstione suppositis. Ex Sanchez *disp.* 12. *num.* 2. & ex communi, sit.

QVÆSTIO XVII.

An Matrimonium contractum ex metu, illato à causa naturali, vt à morbo, naufragio, aut timore inferni, &c. sit validum, & firmum?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia tunc non impellitur contrahens ad ineundum matrimonium ab alio, quam à se ipso, id eligente, tanquam medium ad euadendum periculum animæ, vel corporis. Vnde validum erit matrimonium contractum cum concubina, metu præsentaneæ mortis ex morbo, inferni timore, &c. Rursus etiam esset validum matrimonium contractum ex timore mortis, eo quod medici asseruerint, quem piam obiturum, ob abundantiam humoris, nisi duceret vxorem. Sic tenent omnes Theologi, & Canonistæ. Præcipue Sanchez *lib.* 4. *disput.* 12. *numer.* 3. 4. & 5. & penes ipsum, Sotus *distin.* 29. *quæst.* 1. *artic.* 3. Couarr. 3. *decret.* 2. *part. capit.* 3. §. 4. *numer.* 16. Enriquez *lib.* 11. *capit.* 9. *numer.* 1. Petr. de Ledesma *quæst.* 47. *artic.* 3. *dub.* 1. Tenent etiam Bonacina *quæst.* 3. *cit. punct.* 8. *numer.* 17. 18. & 19. Candidus *disquis.* 28. *artic.* 8. *dub.* 4. Basilius *lib.* 4. *capit.* 19. *numer.* 3. Cornejo *disput.* 7. *dub.* 25.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XVIII.

An Matrimonium contractum ex metu incusso à causa libera, non tamen gratia, vel fine extorquendi matrimonium, sit validum?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia in hoc casu, adest sufficiens voluntarium ad matrimonium, quod sponte à contrahente eligitur, & est illi gratum. Vnde validum erit matrimonium dum morte damnatus, quo incolumis euadat, ducit meretricem, iuxta statutum aliquarum regionum. Et etiam matrimonium contractum ab obsesso cum obsidentis filia, vt obsidionem soluat; dummodo obsidens, non obsederit ad hunc finem, vt scilicet, obsessus duceret propriam filiam. Item validum erit matrimonium à defloratore puellæ, quem parentes, vel consanguinei puellæ volebant in stupro inuentum occidere, sed ipse defloretor, sua sponte, obtulit matrimonium cum stuprata, vt mortem vitaret. Item matrimonium contractum ab ægroto, morbo lethali oppresso, cum filia medici, aliter ei mederi nolentis, est validum. Sic optime, & late Sanchez *lib. 4. disp. 12. à num. 6. vsque ad 16.* Bonac. *loc. cit. à num. 16. vsque ad 23.* Candid. *loc. cit. dubit. 5. & 6.* & alij quam plures penes ipsos: Basilius *lib. 4. cap. 19. à num. 1. vsque ad 15.* licet in aliquo differat. Cornejo *loc. cit. pag. 998. & seq.*

QVÆSTIO XIX.

An Matrimonium contractum ex metu graui, vel cadente in virum constantem, iniuste illato, ad extorquendum illud, sit ipso iure nullum?

NEGAT esse, ipso iure, nullum, sed solum rescindendum, instar aliorum contractuum, metu initorum, Cardinalis *cap. 2. de his, quæ vi. quæst. 1.* Sed huius Authoris sententia omnino est falsa; sicut est alia quorumdam, quos tacite refert D. Thom. *in 4. d. 29. quæst. vni. art. 3. quæst. 1.* asserentium, tale matrimonium valere in foro conscientiæ; esse tamen nullum in foro externo, iure positiuo. Vt bene notant Sanchez, & Basilius, vbi infra. Vnde.

Certissme Respondeo: Matrimonium contractum metu cadente in constantem virum ad eum finem iniuste incusso, est nullum in vtroque foro. Quia sic expresse habetur in iure: *cap. 2. de his, quæ vi. cap. cum locum. cap. veniens de spõs. lib. cap. significauit, de eo, qui duxit, &c.* & ita hanc conclusionem tenent omnes, tam Theologi, quam Canonistæ Doctores. Illi cum S. Thom. *in 4. d. 29. art. 3.* Illi *in cap. 2. de his, quæ vi. & cap. cum locum. cit.* Legantur Sanchez *lib. 4. de matrim. disp. 12. à num. 16.* Basilius *lib. 4. de matrim. cap. 14 num. 2.* Bonac. *quæst. 3. de impedim. matrim. punct. 8. à num. 8.* & alij.

QVÆSTIO XX.

An Dictum matrimonium, ex metu iniusto graui, & cadente in virum constantem, contractum, sit irritum, solo iure Ecclesiastico?

AFFIRMANT Durand. *in 4. d. 29. quæst. 2. num. 6.* Palud. *ibid. quæst. 1. art. 3. concl. 2.* Sot. *quæst. 1. art. 3.* Enriquez *lib. 11. cap. 9. nu. 1. & 3.* Aragon 2. 2. *quæst. 88. art. 3.* Petr. de Ledesma *de matrim. quæst. 47. art. 3. dub. 1. concl. 5. & 6.* & alij nonnulli, quos refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 2.* Azor *lib. 1. cap. 11. quæst. 6.* Valentia *disp. 9. quæst. 3. punct. 2. post 2. concl.* Ægid. *disp. 28. dub. 1. concl. 5.* Nauar. *cap. 22. numer. 5.* Gutierrez *de matrim. cap. 76. num. 8.* Reginald. *lib. 31. num. 76. & 78.* Riccius *decis. 253.* Bonac. *loc. cit. num. 1.* Lesius *lib. 2. cap. 17. dub. 7. num. 47.* Candid. *disquis. 28. ar. 3. dubit. 7.* Hurtado *de matrim. disp. 6. disc. 2.* Cornejo *disp. 7. dub. 25. pag. 1003.* Doctissimus Ludouic. Montesinos *tom. 1. in 1. 2. disp. 10. quæst. 8. numer. 132.*

Sed probabilius Respondeo: Dictum matrimonium esse nullum, etiam iure naturali. Vnde non tantum in Ecclesia, sed etiã extra illã, inter infideles, nullũ est matrimoniũ, ex metu graui, iniuste, illato, cõtractum. Hæc responsio optime probatur à Basil. *Primo ex cap. cũ locũ. cap. veniens. & cap. significauit. cit.* ex quibus hanc elicit rationem. Nam matrimonium, solo consensu pleno, & libero perficitur: sed in metu graui, non reperitur consensus plene liber: ergo matrimonium ex metu initum, non valet. Secundo. Id ex ipsa natura matrimonij probat: Quia ad illud maius, &

perfectius voluntarium requiritur, quam ad alios contractus ciuiles, vt probat D. Tho. *in add. ad 3 part. quæst 47. art. 3.* Tertio; quia matrimoniũ est vinculum mutui, ac reciproci amoris: at mutuus amor, cum metu, & coactione stare nequit: ergo. Sic ipse, *lib. 4. cap. 14.* & ante ipsum D. Thom. *in 4. d. 29. q. vni. art. 3. q. 1. in corp.* quem sequitur Turrecrem. 31. *quæst.* 2 *n.* 8 & alij quãplures, quos pro hac parte citat Sanchez *loc. cit. num.* 1. Quibus addi possunt Vazquez & Salas, quos pro hac parte citat Montesinos, Rebell. 2. *p. lib.* 2. *de matrim. quæst.* 11. *sect.* 1. *concl.* 2. Comitolus *lib.* 1. *respons. moral. q.* 123. Couar. 2. *par. cap.* 3. §. 5. Villalobos *tract.* 13. *diff.* 37 *num.* 8. Diana 4. *part. tract.* 4. *resol.* 33. Luysius *in sum.* 2. *p. c.* 100. *dub.* 1. & 2.

QVÆSTIO XXI.

An Matrimonum contractum ex metu graui, iustè illato ad extorquendum illud, sit irritum, & nullum?

AFFIRMANT, adhuc esse nullum tale matrimonium. Glosa *in cap. veniens. desponsa.* Abbas, Hostiens. Henricus, & alij plures Canonistæ; præcipue Couar. 4. *decret.* 2. *part. cap.* 3. §. 4. *num.* 15. Ledesma 2. *par.* 4. *quæst.* 49. *art.* 3. Gutierrez *de iuram.* 1. *part. cap.* 57. *num.* 9. Rodriguez 2. *tom. sum. cap.* 93. *num.* 3. & Vega *lib.* 3. *sum. casu* 253. Quos omnes, pro hac parte, citat Sanchez *lib.* 4. *disp.* 13. *num.* 1. dicens esse probabilem.

Sed longe probabilius Respondeo: Affirmatiue: nempe, quod quoties metus iuste infertur ad extorquendum matrimonium; quia videlicet ordo iustitiæ postulat, vt cogatur, vel vt fiat in compensationem, valet matrimonium. *Quia* in hoc casu, non extorquetur consensus iniuste, nec per iniuriam. Rursus, qui cogitur ad contrahendum, non est rationabiliter inuitus, quando quidem iure cogitur; & ille non parendo, recedit à iure, & æquitate; vnde ipse potius sibi metum infert, vt ex dictis supra constat: ergo. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 3. *& sequent.* & penes ipsum, Enriquez *lib.* 11. *c.* 9. *n.* 1. & 2. Petr. Ledes. *q.* 47. *ar.* 3. *dub* 1. *cõcl.* 3. & alij. Basil. *lib.* 4. *c.* 19. *à n.* 7. Bonac. *loc. cit. à nu.* 9. Ægid. *de matr. disp.* 28. *dub.* 1. Hurt. *disp.* 6. *diff.* 3. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 25. *pag.* 999. Luysius *loc. cit. dub.* 3.

QVÆSTIO XXII.

Proponuntur aliqua exempla, quibus ostenditur matrimonium initum ex metu graui iuste illato, esse validum, & ratum?

Primum sit, validum est matrimonium, casu, quo quis detrudatur in carcerem, vt contrahat matrimonium cum puella, cui fidem dedit. *Quia* in hoc casu iustè infertur metus ad hunc finem. Secundum, validum est matrimonium, casu, quo illi, qui prætendus est, ob aliquod delictum v. g. homicidium, probatum legitime, promittatur impunitas, si ducat filiam occisi, vel vxoris defuncti, tunc enim valet matrimonium, etiam si vt matrimonium fiat damnetur ad mortem; dummodo, iuste damnetur. *Quia* tunc est compositio facta iuste per iudicem.

QVÆSTIO XXIII.

An Valeat matrimonium, leui metu contractum, quando ita extorquet consensum, vt sine eo metu illud non fieret?

NEGANT Gabriel *in* 4. *d.* 29. *q.* 2. *ar.* 2. *concl.* 4. Nauar. *in sum. cap.* 19. *nu.* 29. *& cap.* 22. *n.* 51. *& lib.* 3. *consil. in* 1. *edit. tit. de regular. consil.* 84 *num.* 4. *lib.* 1. *tit. de his quæ vi, consil.* 1. *n.* 7. *l. & consil.* 3. *nu.* 4. *& consil.* 5. *nu.* 2. *& alibi* Couarru. *p.* 2. *cap.* 3. §. 6. *nu.* 4. Veracrùz 1. *p. specul. ar.* 8. *concl.* 7. Rodriguez *to.* 2. *sum. cap.* 8. *num.* 10. & alij, quos refert Thom. Sanchez *lib.* 4. *disp.* 17. *n.* 2. Qui *num.* 4. ait, hanc sententiam esse satis probabilem, & sustinendo, matrimonium ex graui metu contractum, esse iure naturæ irritũ, lõge maiorem probabilatẽ habere.

Sed probabilius Respondeo: Valere dictum matrimonium, & iure naturali, & positiuo, etiamsi metus talis causam dederit contractui, (nisi alias cõtingat ex accidẽti, eo metu leui, consensum omnino tolli.) *Quia* Ecclesia dũ declarauit ius naturale, secũdũ quod, (vt diximus sup. *q.* 20.) non est sufficiẽs ad matrimoniũ cõsẽsus, ex metu graui extortus, solũ fecit declarationẽ de matrimonio contracto ex metu graui, nõ ex metu leui: ergo sensit, iure naturali nõ esse irritũ matrimonium contractum ex metu leui. Sic D. Thom. *in 4. d. 29. q. vni. art. 3. quæst.* 1. D. Bonau. *ibi q.* 1. *n.* 4. Durand. *q.* 2. *num.* 5. Victoria *num.* 268. Soto

tus

tus *d.* 29. *q.* 1. *art.* 3. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 9. *nu.* 3. Ludou. Lopez 2. *p. vbi de matr. cap.* 40. Aragon 2. 2. *q.* 88. *art.* 3. Petr. de Ledesma *q.* 47. *art.* 3. *dub.* 1. *post* 6. *concl.* Quos & alios vsque ad quadraginta duos Doctores citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. nu.* 4. inter quos pro hac parte citat Couarruuias *cap.* 3. §. 4. Quem pro contraria citat Basilius *loc. cit.* His addi possunt Basilius *lib.* 4. *cap.* 18. *nu.* 2. Rebellus 2 *p. q.* 11. *sect.* 1. *concl.* 3. Hurtado *disp.* 6. *diff.* 1. Villalob. *tom.* 1. *tr.* 13. *diff.* 1. quos pro hac parte citat (& nescio an sequatur) Diana 3. *p. tr.* 4. *resol.* 230. & rursus *tr.* 5. *resol.* 117. Candid. *disquis.* 28. *art.* 8. *dubit.* 3. Bonac. *q.* 3 de *impedim. pun.* 8. *nu.* 8. Valerus, *verb. metus, differ.* 5. *vers. Nec obstat.* Cornejo *disp.* 7. *dub.* 25. *pagina* 997.

QVÆSTIO XXIV.

An Matrimonium invalidum ex metu graui contractum, fiat validum per copulam, sponte, & affectu maritali habitam?

NEGAT Basilius *lib.* 4. *cap.* 14. *nu.* 12. per hæc verba: Ex dictis colligitur, idem dicendum esse, quamuis matrimonium ex metu contractum consumetur etiam interueniente metu. Tum quia matrimonium celebratum, coram Parocho, & testibus, nullum ob aliquod impedimentum, non potest postea validum fieri, ni coram Parocho, & testibus, aut interueniente dispensatione, quę suppleat eam solemnitatem, ex declaratione Clem. VIII. quā referam infra. Vnde etiam si cessasset metus, & copularentur cum plena libertate, & affectu maritali, & quantumcumque cohabitarent, non suppliente dispensatione, solemnitatem, nullum esset matrimonium. Quare iam post declarationem Clementis VIII. & Tridentinum, locum non habent, quæ de copula, & cohabitatione differit Sanchez *lib.* 4. *disp.* 18: cum ergo nullum fuisset illud matrimonium, ex metu contractum, non potest sine dicta solemnitate fieri validum. Ita Basilius. Qui tamen pro sua sententia nullum Authorem refert. Poterat ramen referre Gutierrez *capit.* 76. *num.* 23. 33. & 34. & alios, quos refert Sanchez *lib.* 2. *disp.* 37. *n.* 1. Tenet etiam Valerus. *verb. metus differ.* 4.

Sed probabilius Respondeo: Fieri validum per talem copulam; nec requiri postea ad sui valorem coram Parocho, & testibus celebrari, si impedimentum fuit occultum. Sic expresse tenet D. Thomas *in* 4. *d.* 29. *q. vni. ar.* 3. *q.* 2. *ad* 2. D. Bonau. *q.* 2. *n.* 13. Ricard. *ar.* 2 *q.* 2. Sot *q.* 1. *art.* 3. *cōcl.* 2. Vict. *n.* 268. Enriq. *lib.* 11. *c.* 9. *n.* 7. Nauar. *in man. cap.* 22. *nu.* 51. & alij vsque ad viginti & septem, quos citat, & sequitur Sanchez *lib.* 4. *disp.* 18. *nu.* 2. Cuius hæc est ratio. Quia, cum non oporteat consensus esse simul, & consensus illius, qui metum passus non est, fuerit legitimus, solum desideratur ad valorem matrimonij consensus spontaneus illius, qui metu consenserat: sed hic consensus sufficienter exprimittur per copulam maritalem spontaneam, affectu maritali habitam, *cap. is qui fidem, de spons.* Ergo ea sequuta, ratificatur prius matrimonium. Ita ille. Quod antea id ipsum, late, & docte docuerat. *lib.* 2. *disp.* 37. quasi per totam, & post illum, Bonac. *q.* 2. *de matrim. pun.* 9. *nu.* 3. & 4. per hæc verba: Aduo tertio, non esse necessarium, vt de nouo contrahatur coram Paracho, & testibus, quia Parochus, & testes fuerunt præsentes externo contractui, & eorum præsentia requiritur, quando matrimonium cōtrahitur secundum omnes partes, non vero quando suppletur aliquis defectus occultus. Ita ille. Et ex parte Hurt. *disp.* 6. *diff.* 6. quatenus docet, reualidari in foro externo, nō vero in foro cōsciētiæ Rebellus *lib.* 2. *de matr. q.* 9. *n.* 3. & 5. Vbi totam nostram docet conclusionem, Archangel. *in* 4. *dist.* 29. & 30. *pag.* 327. Diana 3. *p. tr.* 4. *resol.* 292. Villalob. *tr.* 13. *diff.* 37. *n.* 4. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 25. *pag.* 1001.

QVÆSTIO XXV.

An, Sicut matrimonium metu graui initum, ratificatur copula spontanea affectu maritali habita; ita ratificetur eadem copula, metu graui extorta?

AFFIRMANT adhuc ratificari Palud. *in* 4. *dist.* 29. *q.* 1. *ar.* 4. *concl.* 3. *Supplē.* Gabrielis *dub.* 3. *ar.* 3. Sot. *ibi q.* 1. *art.* 3. Angles *floribus* 1. *p. de matr. q.* 3. *de consensu coacto ar.* 1. *diff.* 4. Barthol. de Ledesma *dub.* 23. Vega *to.* 2. *sum. casu* 513. Quos omnes pro hac parte refert Sanchez *loc. cit. num.* 13.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Non ratificari per talem copulam metu graui extortam; (quamuis bene ratificaretur, si metu esset extorta leui.) Quia si dictum

ctum matrimonium efficeretur validum, ideo esset, quia consensus præsumeretur ex copula: at præsente metu graui, v.g. mortis, non potest præsumi consensus: ergo. Sic Nauar. *cap.* 22. *num.* 51. Petrus Ledesma *quæst.* 47. *art.* 3. *dub. penult.* D. Anton. Ricard. Palac. & alij, quos affert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 15. Basilius *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 12. Rebellus *lib.* 2. *q.* 11. *sect.* 3. *num.* 20. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 9. *num.* 7. Reginald. *lib.* 31. *num.* 90. Ægidius *disp.* 28. *dub.* 4. *num.* 42. Sa, & Valentia, quos citat, & sequitur Bonac. *quæst.* 3. *de impedim. punct.* 8. *num.* 24. Hurtado *loc. cit.* Villalobos *loc. cit. num.* 4. Valerus, & Cornejo *loc. cit.*

QVÆSTIO XXVI.

An, Matrimonium metu graui contractum, si firmetur iuramento, reddatur validum?

AFFIRMARVNT aliqui, apud Ricardum *dist.* 29. *ar.* 2. *q.* 3. & affirmat Summa Corona, apud Bonacinam, vbi infra. Gabriel, & Panormitan. & alij Iurisperiti apud Rebellum.

Sed certissime Respondeo: Non reuali dari. Quia iuramentum metu extortum, non confirmat contractum, qui alias, seclu so iuramento, erat invalidus; ergo iuramentum metu extortum, minime confirmabit, aut reualidabit matrimonium invalidum, eo metu contractum. Sic Armilla, Tabiena, Angles, Corduba, & alij, quam plures, quos refert, & sequitur Sanchez *lib.* 4. *disp.* 20. *num.* 11. & 15. Petr. Ledesma *quæst.* 47. *art.* 3. Sa, *de impedim. num.* 9. Reginald. *lib.* 31. *num.* 87. Gutierrez *cap.* 76. Ægid. *disp.* 28. *dub.* 4. *nu.* 44. Rebell. *lib.* 2. *q.* 11. *sect.* 2. *nu.* 18. Bonac. *loc. cit. nu.* 26. Hurt. *disp.* 6. *diff.* 6. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 25. *pag.* 1000.

QVÆSTIO XXVII.

An, Dictum iuramentum, adiectum ex metu, matrimonio metu graui extorto, obliget, relaxatio neque indigeat?

AFFIRMANT obligare, & relaxatione indigere, Siluest. *ver. matrim.* 8. *q.* 11. *dicto* 8. Abbas, Imola, Archidiac. & alij, quos refert pro hac sententia (dicens esse satis probabilē) Sāch. *lib.* 4. *disp.* 20. *n.* 14.

Sed probabilius Respondeo: Tale iuramētū, nec obligare, nec indigere relaxatione. Quia dictū iuramentū est (vt supponimus) assertoriū: at ex iuramēto assertorio nulla consurgit in futurum obligatio, sed statim est verum, vel falsum: ergo in illo non habet locum relaxatio. Sic Sanchez *disp.* 20. *à num.* 15. & penes illum, Sotus *d.* 29. *quæst.* 1. *ar.* 3. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 9. *nu.* 6. Petr. Ledesma *quæst.* 47. *art.* 3. *circa* 3. *argum. dub.* 2. Barth. de Ledesma *dub.* 23. *post.* 3. *concl.* Lopez, Rodriguez, Vega, & alij Canonistæ. Bonac. *loc. cit. u.* 27. Rebell. *loc. cit.* Hurt. *loc. cit. diff.* 6 & communis.

QVÆSTIO XXVIII.

An, Sponsalia, Si metu extorta sint graui, & adijciatur iuramentum, tale iuramentum obliget, relaxatione què indigeat?

AFFIRMANT obligare tale iuramentum, & indigere relaxatione D. Bonau. *d.* 36. *art.* 3. *quæst.* 2. Sot. *lib.* 6. *q.* 1. *art.* 7. *ad* 3. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 9. *numer.* 6. Barthol. de Ledesma *dub.* 23. *de matrim. post.* 3. *concl.* Petrus de Ledesma *de matrim. quæst.* 47. *art.* 3. *dub.* 3. *circa* 3. *argum.* Quos, & alios paucos, refert pro hac parte (dicens esse satis probabilem) Sanchez *lib.* 4. *disp.* 21. *numer.* 2. Ægid. etiam, quem citat, & sequitur Hurtado *loc. cit. diff.* 6. Rebellus *loc. cit. num.* 19.

Sed probabilius Respondeo: Tale iuramentum non obligare, nec indigere relaxatione Sic Sanchez *loc. cit. num.* 6. & penes ipsum, Aragon 2. 2. *quæst.* 89. *ar.* 7. *ad* 3. Rodriguez *tom.* 2. *cap.* 231. *concl.* 4. *nu.* 4. & *cap.* 244. *nu.* 4. Vega *tom.* 2. *sum. casu* 515. & alij. Basilius *lib.* 12. *de matrim. cap.* 8. *num.* 76. per hæc verba: Quinto colligo, quod attinet ad sponsalia, metu extorta sint, & adijciatur iuramentum, tale iuramentum non obligare, neque relaxatione indigere. Docet cum alijs Thomas Sanchez *lib.* 4. *de matrim. disp.* 21. *num.* 3. Moueor. *ex cap. ex literis, de sponsal. impuber.* Vbi de sponsalibus iuratis sermo est. Moueor etiam, quia contractus sponsalium ex metu nullus est, & iure positiuo, & naturali, vt dixi sup. *lib.* 4. Deinde quia, vt dicebam supra isto, §. quando promissio non retractandi non distinguitur a promissione contractus,

tractus, sed iuramentum supra eam cadit, iure Pontificio nõ valet. In sponsalibus autẽ promissio contrahendi matrimonium, & non retractandi sponsalia, non separantur: atque ideo, iuramentum cadens supra illam, nullam obligationem inducit. Sic illa. Bonac. *loc. cit.* Sa, *ver. sponsalia n.* 2.

QVÆSTIO XXIX.

An, Matrimonium metu graui contractum, irritum sit, casu, quo quis cogatur contrahere cum quadam fœmina ex certo genere?

NEGANT Prapositus, Imola, Felinus, Ioan. Lupus, Iason, & alij, quos affert Sanchez *lib.* 4. *de matrim. disp.* 12. *n.* 20. Azorius 1. *p. lib.* 1. *cap.* 11. *q.* 11. & alij.

Sed probabilius longe, Respondeo: Esse irritum, & invalidum. Quia matrimonium debet omnimoda libertate gaudere; vt gaudeat autem, non sufficit electio huius, vel illius personæ, quãdo est de certis, v.g. de tali genere, vel de filiabus Petri, vt cõstat: ergo. Sic Fortunat. & Bald. quos refert, & sequitur Couar. 4. *decret. p.* 2. *c.* 3. §. 5. *nu.* 8. Padilla, Cucus, & Philiarcus, quos citat, & sequitur Sanch. *loc. cit.* Basil. *lib.* 4. *c.* 14. *n.* 14. addẽs, huic responsioni, minime obstare, id quod alicubi inductum est, vel lege induci posse, vt scilicet, aliqui non contrahant, nisi cum aliqua ex certo genere: Quia tunc, ea lege aut cõsuetudine, nulla vis inferretur, cũ, ea extante, posset quis nõ nubere. Præterquã quod, lex illa, aut consuetudo accepta est moribus, & voluntate vtentiũ, & cum iusta sit, non infertur vis ab extrinseco, sicut infertur in nostro casu à Patre, cum filij nubere non possint, absque eius consensu. Rebellus *p.* 2. *lib.* 2. *q.* 11. *sect.* 1. *n.* 11. Castro Palao *to.* 1. *tr.* 2. *disp.* 1. *pun.* 9 *nu.* 9. *ad* 1. Salas *in* 1. 2. *tract.* 3. *disp.* 3. *sect.* 1. *num.* 27. Diana 4. *par. tr.* 4. *resol.* 33.

QVÆSTIO XXX.

An, Qui libere cõtraxit matrimonium, cum coacto, ex metu irritante matrimonium, teneatur postea contrahere cum eo, quando non fuit causa, vel particeps, aut conscius dicti metus?

RESPONDEO: Non teneri, sed optime posse illum, qui libere consensit, resilire, antequam metum passus ratificet pristinum consensum. Quia immunis est culpæ, nec se obligauit, nisi altero se illi obligante. Sic Sanch. *disp.* 15. *n.* 4. Basil. *lib.* 4. *cap.* 15. *q.* 1. Bonac. *q.* 3. *de impedim. pun.* 8. *nu.* 33. Hurt. *disp.* 6. *diff.* 4. & omnes.

QVÆSTIO XXXI.

An Saltem, teneatur contrahere, casu, quo libere contrahens fuerit causa, vel particeps metus alteri illati?

NEGANT adhuc teneri ad contrahendum, sed libere posse, altero inuito, resilire, donec per iudicem condemnetur. Sanchez, Bonac. & Hurtado *loc. citatis* Gutierrez *cap.* 76. *nu.* 17. Ochagauia *de matrim. tract.* 3. *q.* 30.

Sed probabilius Respondeo: Non posse in tali casu illum, qui causa, aut particeps fuit metus illati alteri cum quo contraxit, in conscientia resilire, sed teneri congruo tempore, arbitrio prudentis, expectare, an qui vim passus est, velit stare matrimonio. Quia in his, in quibus datur res pro re, manet naturalis obligatio in eo, qui vim intulit rescindendi contractum, si petat is, qui coactus contraxit: ergo etiã in contractu matrimonij is, qui metum intulit manebit obligatus standi contractui, si alius velit. Sic Basilius *loc. cit. à nu.* 3. dicens, esse sententiam communem, & ante ipsum, Nauar. *cap.* 22. *num.* 52. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 10. *num.* 5. Siluest. Turrecremata, Palac. & alij quam plures penes Sanchez *loc. cit. num.* 4. Ægidius *disp.* 28. *dub.* 1. *num.* 7. (Qui tamen male citat Thomam Sanchez pro hac parte, vt notat Basilius.)

QVÆSTIO XXXII.

An, Qui ex graui metu ficte, soliscquè verbis, contraxit, peccet mortaliter?

AFFIRMANT Scot. *in* 4. *dist.* 29. *q. vni.* §. *Hic dicitur.* Et Supplem. Gabrielis. *ibi. art.* 2. Quia ille (inquiunt) vere mendacij culpam commisit, vt omnes fatentur, nisi arte, vel æquiuocatione vtatur: at hoc mendacium est valde perniciosum, cum sic fingens decipiat alterum in re graui: ergo.

Sed probabilius lõge Respondeo: Non peccare, nisi tantum venialiter. Quia nulla irrogat iniuria alteri consensu metu

extorquenti, eum decipiendo: ergo illud mendacium solum potest esse veniale. Patet quia mendacium ex suo genere, nisi aduiungatur illi malitia contra aliam virtutem, non est mortale, sed tantum veniale. Sic Sanchez *lib.* 4. *disp.* 16. *num.* 2. Basilius *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 1. Nauar. Palac. Rodriguez & Petr. Ledesma penes Sanchez. Hurtado *disp.* 6. *diff.* 5. Bonac. *loc. cit. num.* 30. Luysius *loc. cit. dub.* 6.

QVÆSTIO XXXIII.

An Saltem, peccet mortaliter, qui graui metu coactus, vero consensu, & non ficto, matrimonium contraxit?

AFFIRMANT peccare mortaliter, peccato sacrilegij, casu quo conscius sciat, matrimonium tale esse irritum, eo quod irritet Sacramentum, applicando formam Sacramenti circa materiam indebitam, Petr. de Ledesma *quæst.* 47. *art.* 3. *circa solution. ad* 4. *cap.* 2. & alij, penes ipsos.

Sed probabilius Respondeo: Eum, nec peccare venialiter. Quia in eo casu contrahens nullatenus mentitur, vt constat; nec proferens verba matrimonij, intendit proferre, (nec profert,) formam Sacramẽti (cum illa verba non sint materia nec forma Sacramenti, nisi sint materia, & forma contractus validi, quòd in præsenti abest) nec Sacramentum conficere: ergo in eo casu, nec peccato sacrilegij, nec alio peccato peccat. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 6. Nauar. Enriq. & alij penes ipsum, Basilius *loc. cit. num.* 4. Ægid. *disp.* 28 *dub.* 3. Hurtado *disp.* 6. *diff.* 5. Bonac. *loc. cit.* Valentia *disp.* 10. *quæst.* 3. *punct.* 2. §. *Respondeo ad primum argumentum.* Cornejo *disp.* 7. *dub.* 25. *pag.* 1002. Luysius *loc. cit. dub.* 5.

DISPVTATIO DECIMASEPTIMA.

De Impedimento Ordinis.

QVÆSTIO PRIMA.

An Ordo Sacer dirimat matrimonium, iure Ecclesiastico?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia sic definitur *in capit.* 1. & 2. *Qui Clerici, vel vouentes. Et capit. vnico, de voto, in* 6. & in Trident. *sess.* 24. *de matrim. can.* 9. Vbi Clerici Sacrorum Ordinum inhabilitantur ad matrimonium; & si attentent contrahere, excommunicantur, & fiunt irregulares, in dictis decretis. Sic omnes. Legatur Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 28.

QVÆSTIO II.

An Ordo Sacer dirimat matrimonium, etiam iure naturali, & diuino?

AFFIRMANT Maior *in* 4. *dist.* 34. *q.* 2. Celaia *dist.* 37. *quæst.* 1. & Barbosa *rubrica ff. de solut. matrim.* 2. *par. num.* 98. Torreblanca *lib.* 2. *practicar. cap.* 15. *sect.* 1. *num.* 26. & penes ipsum, Thomas Vbaldens. *tom.* 2. *de Sacram. capit.* 128. Alij vero, licet id ipsum affirment, dicunt tamen, Ordinem Sacrum, vi sua, aut iure naturali, & diuino, non habere efficatiam dirimendi matrimonium, post ipsum contractum, sed solum ratione voti solemnis annexi: ac proinde ratione illius dirimere iure naturali, & diuino. Sic Ricard. Rainerus, Valentia, & alij, penes Sanchez *lib.* 7. *disp.* 28. *num.* 10.

Sed probabilius Respondeo: Ordinem Sacrum, solum iure Ecclesiæ latinæ, quo Sacris Ordinibus annexum est votum continentiæ, impedire, ac dirimere matrimonium. Primo. Quia Ordo Sacer dirimit matrimonium in quantum in se habet votum solemne castitatis: at hæc solemnitas solum est de iure positiuo, vt habitum est supra *tract.* 6. *disp.* 13. *quæst.* 1. ergo solum dirimit matrimonium iure positiuo. Secundo. Quia hoc votum non est, natura sua, nec per se solemne, sed per accidens, vt probant late Sanchez *disp.* 27. *nu.* 17. & alij:

& alii: ergo non dirimit matrimonium iure naturali, aut diuino, instar voti solemnis per se, quale est professionis votum. Sic D. Thom. *in 4. d. 37. quæst. 1. art. 1.* D. Bonau. *art. 1. quæst. 2* Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 27. num. 9. & disp. 28. num. 11.* cum alijs quadraginta quinque Authoribus, quos ipse citat. Quibus addi possunt Basilius *lib. 7. de matrim. cap. 24 num. 7. & cap. 27. num. 7.* Vazquez *disp. 249. cap. 2.* Rebellus *lib. 3. quæst. 4.* Ochagauia *tract. 3. quæst. 51. num. 14.* Hurtado *disp. 16. diff. 1.* Machado *lib. 3. part. 1. tract. 11. docum. 4. num. 5* Villalobos *tract. 14. diff. 14. num. 3.* Cornejo *disp. 7. dub. 28.* Luysius *in sum. part. 2. capit. 113. dub. 1.*

QVÆSTIO III.

An, Ordines minores dirimant etiam matrimonium subsequens?

AFFIRMARVNT quidam, vt refert Sanchez *lib. 7. disp. 31. num. 2*, existimantes, solum Lectoribus permissum fuisse matrimonio copulari.

Sed certissime Respondeo: Non dirimere; imo nec impedire. Quia id nullo interdicitur iure, sed potius expresse conceditur *in cap. si quis eorum. dist. 32.* & alibi. Sic Sanchez *loc. cit. num. 3.* Qui *num. 4.* bene addit, quod neque Ecclesia possit. ijs qui hactenus ad Ordines minores promoti sunt, continentiæ legem indicere: licet posset in posterum ad dictos Ordines promouendis, Siluest. Turrecrem. & Azor penes ipsum. Bonac. *quæst. 3. cit. punct. 9. num. 1.* Nauar. *cap. 25. num. 120.* Gutierrez *de matrim. cap. 94. num. 19.* & omnes.

QVÆSTIO IV.

An Possit matrimonium contrahere ille, qui accedens ad Ordines minores, credebat, illis annexum esse votum castitatis?

NEGANT posse, licet affirment, quod si de facto contrahat, teneat matrimonium, Ioan. Andr. Anton. Ancarr. Cardin. Imola, & Gaeta, quos refert Sanchez *loc. cit. num. 5.*

Sed certissime Respondeo: Posse contrahere. Quia, qui invalide recipit Ordinem Sacrum optime potest in re matrimonium (*vt habitum est sup. tract. 6. disp. 13. quæst. 4*) ergo a fortiori, qui minores ordines dicto modo recipit, ire poterit. Sic Sanchez *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. nu. 2.* & alij communiter. An autem sit peccatum, initiatos minoribus ordinibus, matrimonium inire; aut eosdem ordines suscipere, animo non ascendendi ad maiores; aut sola intentione declinandi forum seculare; aut obtinendi aliquod beneficium, diximus supra *tract. 6. disp. 7. quæst. 9. & sequent.*

QVÆSTIO V.

An, Ordo Sacer per metum grauem susceptus, dirimat matrimonium subsequens?

AFFIRMANT quam plurimi Authores, quos retuli *tract. 6. disp. 13. quæst. 5.* inter quos, præcipuus est in hac materia Basilius *lib 7. de matrim. cap. 29. nu. 3.* Vbi dicit, longe probabilius esse, attentis rationum meritis, votum continentiæ valere in eo, qui ex metu graui ordinatur, & inhabilem ad matrimonium esse, licet dignum, vt cum eo facile dispensetur.

Sed certe, æque probabiliter, imo & probabilius Respondeo: Non dirimere matrimonium: Quia probabilius est, sic initiatum, non ligari voto continentiæ, aliquo iure, vt bene probat Sanchez *lib. 7. disp. 29. num. 5.* referens pro hac parte, triginta & vnum Doctores: ergo optime poterit matrimonium contrahere: patet, quia si ad hoc aliquid obstaret, solum esset votum continentiæ Ordini Sacro annexum; at hoc, cum sit invalide emissum per metum grauem, est nullum: ergo. Sic idem Sanchez *loc. cit. num. 6.* Nauar. Azor, Vega, & alij, penes ipsum. Quibus addi possumus omnes DD. quos *quæst. 5.* citata, citauimus Et nouissime Luysius *in sum. 2. par. cap. 113. dub. 2.*

QVÆSTIO VI.

An Sit validum votum, & invalidum matrimonium contractum ab eo, qui Ordinem Sacrum suscepit ignorans, illi annexum esse votum castitatis?

NEGATIVAM sententiam tenent Vazquez 3. *part. disput. 247. num. 98.*

Caiet. *tom. 1. opuscul. tract. 27.* Quos citat, & sequitur Basilius *lib. 7. cap. 29. numer 14.*

Sed probabilius longe Respondeo: Esse validum votum, & consequenter invalidum matrimonium. Quia eo ipso, quod sciens, & volens Ordines Sacros suscepit, licèt ignoranter votum annecti, emisit tacite votum. Quia qui vnum sciens, & prudens officit, & vult, facit, & vult subinde ei annexa. Sic Sanchez *lib. 7. disp. 27. num. 11.* Bonac. *quæst. 3. de impedim. pun. 9. num. 10.* Candid. *disquis. 28. art. 9. dub. 6.* & communis penes ipsos.

QVÆSTIO VII.

An Etiam suscipiens Sacros Ordines cum intentione expressa, non vouendi castitatem, teneatur, castitatem servare?

NEGANT Caiet. *tom. 1. opusc. tract. 27.* Vazquez *loc. cit. num. 99.* & Basilius *lib. 7. cap. 29. num. 14.*

Sed probabilius Respondeo: Teneri; vel ex sola constitutione Ecclesiæ vt Sanchez, Bonac. Candidus cum alijs, volunt. vel, vt alij sentiunt, etiam ex voto, eo quod id sit annexum ex constitutione Ecclesiæ Ordini Sacro independenter ab Ordinati voluntate; iuxta dicta supra *tract. 6. disp. 13. quæst.*

QVÆSTIO VIII.

An Initiati Sacris, Religiosi, Moniales incurrant excommunicationem ineundo matrimonium?

RESPONDEO: Incurrere. Quia id expresse habetur in *Clement. vnica de consanguin. & affinit.* Cuius hæc sunt verba: *Eos, qui diuino timore postposito, scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis constitutione Canonica interdictis, vel cum monialibus contrahere non verentur, nec non Religiosos, Moniales, ac Clericos in Sacris Ordinibus constitutos, matrimonium contrahentes ipsos excommunicationis sententiæ, ipso facto decernimus subiacere.* Circa quam excommunicationem notandum est in primis, esse latam. Deinde nemini reseruari. Rursus solum comprehendi eos, de quibus exp. esse fit mentio. Vnde fœminam contrahentem cum Clerico, vel Monacho, etiam scienter, dummodo illa professa non sit, non attingit. Sic expresse Basilius *lib. 7. cap. 28. num. 2.* Sanchez *lib. 7. disput. 48. num. 1. & 2.* Bonac. *loc. cit. punct. 9. num. 17.* & omnes communiter.

Secundo notandum est, prædictam excommunicationem, non comprehendere eos, qui tantum sponsalia de futuro contrahunt, quamuis sequatur copula, affectu maritali; nec eos, qui contrahunt matrimonium clandestinum; aut ficte matrimonio consentiunt; aut metu graui illud ineunt; Nec etiam eos, qui professionem in regula non approbata fecerunt; aut in tertio Ordine Sancti Francisci; aut ante 16. annum expletum; aut integro approbationis non elapso. Sic Sanchez, & Basilius *locis citatis.*

QVÆSTIO IX.

An, Vir coniugatus possit licite Sacros Ordines suscipere, absque expressa, & spontanea licentia vxoris?

RESPONDEO: Nec ante, nec post consummatum matrimonium, posse. Quia id expresse de matrimonio indissolubile definitur *in cap. coniugatus. de conuers. coniugator. & extrauag. Antiqua*, Ioann. XXII. *de voto.* Ratio est, Quia Ordo sacer non dirimit matrimonium ratum, etiam non consummatum, sicut dirimit status religionis, vt definitur in dicta extrauaganti: Ergo præiudicium fieret mulieri, absq; eius licentia, ordine assumpto, & mutato statu. Sic omnes, præcipue Sanchez & Basil. *loc. cit.* Qui bene cum alijs addunt, adeò verum esse, non licere viro, inuita vxore, ordinari, vt neque etiam animo statim transeundi ad religionem, ordinare liceat; alias & Episcopus, qui illum ordinaret scienter; & qui vellet eo modo ordinare, vere peccarent mortaliter: imo, & promotus non detegens matrimonium; absq; dubio furtim ordinaretur, & pœnas iuris impositas incurreret.

QVÆSTIO X.

An Saltem, possit vir ad Ordines minores promoueri, absque vxoris licentia?

AFFIRMANT posse; ex iusta causa, Innocent. *in cap. coniugatus, de conuers.*

uerſ. coniugator. ibi, & Hoſtienſ. *nu.* 1. & Henricus *num.* 6. quos refert Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 38. *num.* 5. dicens id eſſe probabile.

Sed, longe multo probabilius, Reſpondeo: Adhuc non poſſe. Quia id eſt prohibitum coniugato per *cap. fin. de temper. Ordinat. in* 6. Sic Gloſſa *in dicto cap. fin.* Dominic. Ioan. Andr. Anton. Abbas, Anchar. Imola, & alij plures, quos refert, & ſequitur Sanchez *loc. cit. num.* 6. Baſilius *lib.* 9. *cap.* 13. *num.* 3.

QVÆSTIO XI.

An, qui contra voluntatem vxoris, vel ea ignorante, poſt matrimoniũ conſummatum, ordinatur, teneatur ad vxorem redire, & ei debitum reddere?

RESPONDEO: Tanquam certum, teneri ad illam redire, eique debitum reddere; licet petere non poſſit. Tum; quia ſic determinatur in dicta extrauag. *Antiquæ. Ioan.* 22. Tum etiam, quia, ſicut vir, qui contra voluntatem vxoris, vel ea ignorante, profeſſus eſt, debet è Religione reuocari, & tradi vxori, *cap. Quidam. cap. Placet, de conuerſ. coniugat*: Ita coniugatus, qui ſine licentia vxoris, ordinatus eſt, debet redire ad vxorem, eique debitum reddere, quamuis è parte ſua ſeruare debeat votum caſtitatis. Sic Sanchez *loc. cit. nu.* 11. & 12. addens, contra quemdam Doctorem, relatum tacito nomine, a Bellamera, *in cap. ſiquis pecunia, diſt.* 79. Iddem dicendum de viro coniugato, caſu, quo ſine licentia vxoris ad ſummum euehereretur Pontificatum. Item de viro, qui ordinatus eſt, vxore ſciente, ſed non contradicente: aut de licentia vxoris, dolo, metuve graui illam prebentis. Sic Baſilius *loc. cit.* Angel. Abbas, Silueſter, & alij penes ipſos.

QVÆSTIO XII.

An, Sola vxoris licentia, abſque vllo alio requiſito, poſſit vir ad Ordines promoueri?

AFFIRMAT Angelus *verb. matrimonium* 4. *num.* 8. Cui fauet Nauar. *lib.* 3. *conſil. conſ.* 13. *de conuerſ. coniugat.* Vbi docet, non ſemper requiri votum continentiæ vxoris manentis in ſæculo, ſed ſolum, quando vxor eſt iuuenis, & ſuſpecta de incontinentia.

Sed certiſsime Reſpondeo: Non poſſe, ſola vxoris licentia, ſed præter illam, requiri, vt vxor ingrediatur religionem, aut ſaltem, caſtitatem in ſæculo voueat. Quia id clare habetur *in cap. coniugatus. de conuerſ. coniugat.* ibi: *Nullus coniugatorum eſt ad Sacros Ordines promouendus, niſi ab vxore continentiam profitente fuerit abſolutus.* Sic Sanchez, Baſilius, & alij infra citandi, & omnes.

QVÆSTIO XIII.

An, Præter licentiam vxoris, ſufficiat (vt poſſit vir ſacris initiari) quod vxor, ſiue ſenex, ſiue iunior ſit, caſtitatem in ſæculo voueat?

AFFIRMANT Hoſt. Henricus, Monald. Brunellus, Gaeta & alij, quos refert pro hac parte Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 29. *num.* 2. Sa, etiam *verb. diuortium.* Vbi ſic ait: Vxore conſentiente, & votum continentiæ emittente, poteſt vir, Sacerdos fieri: quod tamen, niſi illa ſenex ſit, faciendum non videtur. Sic Sa, & alij. Quorum ſententiam, eſſe valde probabilem, affirmat Sanchez *loc. cit.* Et tenet nouiſsime Torreblanca *lib.* 2. *practicar. cap.* 15. *ſect.* 2. *nu.* 71. citans, ſed non ita bene, Thomam Sanchez, pro ſe.

Sed probabilius, ſub diſtinctione, Reſpondeo: Non ſufficere quidem, ſi vxor iuuenis ſit: bene tamen, ſi ſenex ſit, & non ſuſpecta de incontinentia. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 6. per hæc verba: Si vxor eſt ſenex non ſuſpecta de incontinentia, ſufficit votum continentiæ ipſius in ſæculo: ſecus ſi iuuenis, tunc enim deſideratur ingreſſus ipſius in religionem. Et Baſilius *lib.* 7. *cap.* 25. *num.* 7. Sic dicens: Nunc autem, ex conſuetudine tantum recepta, non admittitur vir ad Sacros Ordines, niſi vxor, quæ iuuenis eſt, religionem ingrediatur, & profiteatur, & quæ ſenex eſt, voueat continentiam. Sic ille poſt Sanchez. Et penes hunc, D. Thomas *in* 4. *d.* 37. *quæſt.* 1. *art.* 2. *ad* 2. Palud. *diſt.* 32. *quæſt.* 2. *art.* 2. Sot. *d.* 27. *quæſt.* 1. *art.* 4 & *diſt.* 38. *quæſt.* 1. *ar.* 2. *concl.* 2. Valentia 4. *p. diſp.* 10. *q.* 5. *pun.* 3. Azor *lib.* 13. *c.* 14. *q.* 11. & *c.* 13. *q.* 7. Petr. Ledeſma *q.* 53. *ar.* 4. & alij plures. Bonac. *loc. cit. pun.* 9. *nu.* 18. Ægidius *diſp.* 35. *dub.* 6. *num.* 32.

QVÆS-

QVÆSTIO XIV.

An, vxor, quæ, voto castitatis emisso, dedit licentiam viro, Ordinis Sacri assumendi, possit, eo mortuo, valide matrimonium inire?

NEGANT Azor *lib.* 11. *instit. moral. cap.* 14. *quæst.* 11. Vazquez 3. *tom. disp.* 247 *cap. vlt. num.* 140. Ioan. Andr. Hostiens. Turrecrem. & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. disp.* 40. *num.* 2. & 3. existimantes, tale matrimonium fore invalidum, & irritum ex constitutione Ecclesiæ illud irritantis, ob reuerentiam Ordinis assumpti à viro.

Sed probabilius Respondeo: Posse valide matrimonium inire, quamuis non licite. Quia cum prædictum votum continentiæ, simplex tantum (vt supponimus) sit, & id tantum est quod obstet (quidquid dicat Sanchez) matrimonio ineundo; solum impedire potest, non dirimere matrimoniũ subsequens. Sic Sotus *lib.* 7. *de iust. quæst.* 5. *art.* 3. *in solut. ad* 2. & nouissime Basilius *loc. cit. num.* 10. per hæc verba concludens; Nunc autem, si iam vxor Religionem professa est, non valet matrimonium; si verò mansit in seculo cum voto continentiæ matrimonium valet, quia tantum est simplex votum. Sic ille. Qui tamen, nullo modo citat Thomam Sanchez pro oppositò, quod valde miror. Tenet etiam recentissime Torreblanca *loc. cit.* per hæc verba: Coniugatus post consummatum matrimonium poterit de licentia vxoris Religionem ingredi, & ad Sacros Ordines promoueri: dum tamen vxor castitatem voueat, saltem voto simplici; quod secuta viri professione, vel Sacri Ordinis assumptione, vertitur in solemne: ideo, vt mortuo viro, non possit ad secundas nuptias transire, contractæ tamen tenent. Hæc sunt huius Authoris verba. In quibus vnum continetur falsum, contradictorium, vnum. In primis enim falsum est, quod vxoris votum simplex, efficiatur solemne, per actionum communicationem, ex solemni voto, tacite emisso à viro in susceptione Sacri Ordinis, vt optime, contra nonnullos, probat Sanchez *lib* 7. *disp.* 32. *num.* 8. & *disp.* 40. *num.* 3. Deinde, implicatorium, quod addit; quod mortuo viro, neque at ad secundas transire; si tamen contrahet, teneant. Quomodo enim tenere, aut validas esse possunt, si votum vxoris contrahentis fuit solemne. Hoc enim, vt definitur in Trident. *sess.* 24. *de matrim. can.* 9. & in alijs Concilijs, irritat, & invalidat matrimonium, vt ipsemet concedit, *num.* 66. valeat ergo hic Author, & quam velit, sequatur sententiam.

DISPVTATIO DECIMAOCTAVA.

De Impedimento Ligaminis.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid Sit ligamen: Quidque Polygamia, & Bigamia?

CIRCA Primum, Respondeo: Quod ligamen, nil aliud sit, *quam vinculum prioris, siue consummati, siue rati tantum, coniugij, seu matrimonij, vinculum, quo durante, sequens matrimonium est invalidum, & irritum.* Sic Magist. *in* 4. *dist.* 28. & cum eo omnes Scholastici. Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 80. Basilius *lib.* 7. *de matrim. cap.* 49. & alij.

Circa Secundum & Tertium Respondeo: Quod Polygamia, nihil aliud est, quam *vsus plurium vxorum simul.* Vnde tunc dicitur dari Polygamia, quando vnus vir, plures simul vxores habet. Bigamia verò, proprie, & vere, quando plures vxores successiue habet, id est, quando mortua prima, duxit, secundam. Sic omnes Doctores, præcipue citati.

QVÆSTIO II.

An Polygamia, seu pluralitas vxorum simul, sit licita?

AFFIRMARVNT Lutherus, & Anabaptistæ, & ante eos, spurcissimus Mahumetus,

tus, id in nefanda sua lege suis sequacibus concedens. Imo quod plus est, Valentinianus, alioqui Catholicus Imperator, amore captus Iustinæ, vt eam, viuente adhuc Seuera coniuge, ducere in vxorem posset, legem tulit, vt liceret vnicuique duas simul habere vxores.

Sed de fide certissime Respondeo: Polygamiam multarum vxorum omnino esse illicitam, & prohibitam iure Ecclesiastico. Sic definiuit Innocent. III. *in cap. Gaudemus. de diuort. & nouissime* Trident. *sess. 24. de matrim. can. 2. his verbis.* Siquis dixerit licere Christianis plures simul habere vxores, & hoc nulla diuina lege esse prohibitum, Anathema sit. Legantur Bellarmin. *lib. 1. de matrim. cap.* 10. Sanchez & Basilius *locis citatis.*

QVÆSTIO III.

An Polygamia, seu vsus plurium vxorũ simul, sit prohibita, illicita, & irrita, iure diuino, in lege Euangelica?

NEGAVIT Caiet. existimans, nullam diuinam prohibitionem de vxorum pluralitate inueneri. Marc. 10. *vers.* 11. his verbis: Hic apparet planus literæ sensus, quem ideo exacte explicauerim, vt intelligatur verum esse, quod Theologi dicunt, scilicet, legem de vnitate vxoris, nullibi in Canonicis libris esse scriptam. Ita ille. Quod iddem repetit 1. Thimot. 3. explicans illa verba: *Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum.*

Sed certissime Respondeo: Esse illicitam, & irritam in lege Euangelica, iure diuino Christi, Polygamiam, seu pluralitatem coniugum simul. Quia id constat Primo ex Concil. Niceno *can.* 24. *Nemo, inquiens, debet duas vxores ducere*, & ita tim, *sicut Deus ordinauit.* Secundo, quia id probant Nicol. 1. *ad consulta Bulgarorum cap.* 5. Innoc. III. *cap. Gaudemus, de diuort.* Sic dicens: Nec vlli vnquam licuit in simul plures vxores habere, nisi cui fuit diuina reuelatione concessum, qui mos quandoque, interdum etiam fas censetur: per quam sicut Iacob à mendacio, Israelitæ à furto, & Sanson ab homicidio; sic & Patriarchæ & alij viri iusti, qui plures leguntur simul habuisse vxores ab adulterio excusantur. Sane veridica hæc sententia probatur etiã de testimonio veritatis testantis in Euangelio: *Quicunq; dimiserit vxorem suam ob fornicationem*, & aliã duxerit, mœchatur. Si ergo vxore dimissa, duci alia de iure nõ potest, tertius & ipsa retenta. Per quod euidenter apparet pluralitatem in vtroque sexu, cum non ad imparia iudicentur, circa matrimonii reprõbandã. Hæc Innoc. Tertio tandẽ quia id expresse docet Trident. *loc. & verbis cit. quæst. præced. & sess. 24. in princ.* Vnde sententia Caietani nequit, abiq; erroris labe, defendi. Sic Bellarm. *lib. de matr. c.* 11. Sanch. *lib. 7. disp.* 80. *n.* 1. & 3. Basil. *lib. 7. cap.* 49. *n.* 1. & 3. Bonac. *q.* 3. *de impedim. punct.* 10. *à num* 3. Hurt. *disp. 9. de matrim. diff.* 1. & Villalob. *tr.* 14. *diff.* 15. *num.* 1.

QVÆSTIO IV.

An Pluralitas vxorum simul, sit etiam prohibita, iure diuino antiquo positiuo?

NEGARE Videtur D. August. *lib. vni. de bono coniug. cap. final. in principio*, Vbi expresse docet, antiquis Patriarchis illicitam non fuisse vxorum multitudinem, cum nec contra naturam id efficerẽt, eo quod non lasciui endi causa, sed procreandi fiebat, neque contra morem, cum mos esset illius temporis, neque contra legem, quia tunc prohibitum nõ erat, & *lib.* 22. contra Faustum *cap.* 47. & 48. & *refertur cap. obijcuntur* 32. *quæst.* 4. excusat Iacob, qui quatuor vxores duxit, ratione consuetudinis. Vnde, inquit, *quãdo mos erat, crimen non erat.* Tunc sic: sed consuetudo non potest prævalere aduersus ius diuinum, sed aduersus solũ ius humanum: Ergo. D. Augustino fauere videntur D. Thom. *in 4. dist. 33. q. 1. art. 1. ad* 1 Vbi ait, consuetudinem ab hac vxorum pluralitate excusare. Et Caiet. *locis nuper citatis.*

Sed certissime Respondeo: Etiam esse prohibitã iure diuino antiquo positiuo. Quia id constat tum ex illis verbis Genes. 2. *Et erunt duo in carne vna.* Quæ verba, cũ proposuisset Trident. *sess. 24. de matrim. in principio, hæc subdit: Hoc autem vinculo, duos tantummodo copulari, & coniugi Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba, tanquam à Deo prolata, referens dixit; itaque iam non sunt duo, sed vna caro.* Tũ etiam ex illis verbis; *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ.* Ex quibus verbis hâc veritatẽ probãt

Nicol.

Nicol. 1. *cap.* 5. *cit.* & Innoc. III. *cap.* Gaudemus *cit.* his verbis: *Verum absonum hoc videtur, & inimicum fidei Christianæ, cum ab initio vna costa in vnam fœminam sit conuersa, & scriptura diuina testetur, quod propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna; non dixit tres, vel plures, sed duo, nec dixit, adhærebit vxoribus, sed vxori.* Sic ille. Et omnes Doctores. Sanchez, Basilius, Bellarmin. Bonac. & Hurtado *loc. cit.*

Ad dictum D. Augustini dicendum est, intelligendum esse, suppositâ diuina dispensatione, quæ consuetudinem illam licitam reddebat, & efficiebat non esse contra legem. Sic Respondent Sanchez *loc. cit. num.* 16, Basilius *num.* 4. *fine.* Hurtado *loc. cit. fine.* Legantur.

QVÆSTIO V.

An Deinde, pluralitas vxorum simul, sit etiam, iure naturali, prohibita, illicita, & irrita?

NEGANT Durand. *in* 4. *dist.* 33. *quæst.* 1. *num.* 9. & 10. Gerson 2 *par. in regul. moralib. de matrim. Alphab.* 25. *lit. I.* Caiet. *capit.* 16. *in Genes.* Abulens. 1. *Reg.* 8. *quæst.* 25. Metina *lib.* 4. *de contin. sacr. hom. controu.* 1. *cap.* 9. Veracruz 2. *part. specul. ar.* 15. *ocl.* 1. & 2. Palac. *dist* 33. *disp.* 1. Quos omnes refert Sanch. *lib.* 7. *disp.* 80. *num.* 5.

Affirmant vero è diametro, Polygamiam interdictam, & prohibitam esse iure naturali, Petr. Ledesma *de matr. quæst.* 65. *art.* 1. *conc.* 2. 3. & 4. docens, pluralitatem vxorum, ita esse contra ius naturale, vt sit etiam, contra primarium matrimonij finem, Aureol. Victoria, & Menochius penes Sanchez *loc. cit. num.* 6.

Sed porbabilius, & clarius sic Respondeo: Pluralitatem quidem vxorum simul, esse prohibitam, & irritam iuris naturæ, non eo quod id, sit contra primarium finem matrimonij, cum vxorum pluralitas nullo modo tali fini aduersetur, sed illum optime assequatur, si quidem vnus vir, multis fœcundandis mulieribus, earumque liberis educandis, sit sufficiens; sed quia fini secundario matrimonij, videlicet, redditioni debiti; pacificæ, ac tranquillæ gubernationi domesticæ, & cohabitationi coniugum &c. contrariatur. Adde quod vxorum multitudo, apertè pugnat naturæ Sacramenti finique eius; cum Deus illud eleuauerit ad significandam vnitatem sponsi Christi, cum sponsa Ecclesia: ergo. Sic optime D. Thom. *in* 4. *dist.* 33. *quæst.* 1. *art.* 1. *cor. ad* 1. 6. & 9. Ricard. Palud. Deza, Capreol. & Sotus, ibi. Enriquez *lib.* 12. *cap.* 6. *num.* 1. Bellarminus. *lib.* 1. *de matri. cap.* 11. Valentia 4. *par. disp.* 10. *quæst.* 1. *pun.* 3. Cordùba *lib.* 4. *quæst.* 3. *dub.* 2. Martin. & Barthol. de Ledesma, Angles, & alij, quos affert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 8. Basilius *lib.* 7. *cap.* 49. *à num.* 2. Archangel. *in* 4. *dist.* 33. *quasi per totam.* Hurtado *disp.* 9. *diff.* 1. Bonac. *punct.* 10. *cit. num.* 3. Torreblanca *lib.* 2. *practicar. cap.* 15. *sect.* 5. *à nu.* 46. Villalob. *loc. cit. num.* 2.

QVÆSTIO VI.

An Polygamia, seu pluritas vxorum, licita fuerit antiquis Patriarchis, Abrahæ, Iacob, & alijs, ex dispensatione diuina?

NEGARVNT aliqui Authores, quos, tacito nomine, refert Bellarm. *lib.* 1. *de matrim. cap.* 11 docentes, nunquam licitam fuisse pluralitatem vxorum, sed permissam, tanquam minus malam. Horum sententiæ fauent Palud. *dist.* 33. *q.* 1. *ar.* 3. circa finem & Aureol. apud Capreol. *dist.* 33. *quæst. vnica ar.* 2. & 3. quatenus docent, nec dispensasse Deum, neque posse, in hoc, quod quis habeat duas vxores simul; sed tantum in hoc, quod licite posset quispiam illis vti ac si essent vxores.

Sed certissime Respondeo: Licitam fuisse ex dispensatione, & reuelatione diuina, quæ reuelatio primo facta fuit Abrahæ, & alijs Patriarchis expresse, deinde ad alios, ex populo saltem Israelitico, verbo, & exemplo deriuata, ac proinde omnibus illis pluralitas vxorũ licebat, vt habetur, & supponinitur Deuteron. 20. dũ dicitur, *si habuerit homo duas vxores.* Et docent Innoc. III. in cap gaudemus de diuortijs. vt nuper quæst. 3 est habitum D. Thom. Durand. Sotus, Valentia, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 12. Basilius *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. num.* 2. Hurtado *disp* 9. *diff.* 2, Archangel *dist.* 33. Ægid. *disp.* 26. *dub.* 2. *num.* 20. Reginal. *lib.* 31. *nu.* 4. Villalob. *loc. cit. nu.* 4. Quia quamuis, iure naturæ prohibitum sit, simul habere plures

plures vxores, hoc tamen ius, cum tantum sit secundarium naturæ, optime potest Deus in illo dispensare, vt optime probant Authores citati, præcipue Hurtado & Archangelus. Et ita dispensauit cum Hæbreis, imo & cum alijs Gentibus. Quæ tamen dispensatio cassata, & reuocata fuit à Christo Domino Matt. 19. Vbi reduxit matrimonium ad primæuum statum, in quo vna tantum vxor licebat.

QVÆSTIO VII.

An Possit Deus dispensare, vt vna vxor pluribus viris nubat?

NEGAT Bellarmin. *lib. 1. de matrim. cap. 11. post 2. propositio.*

Sed probabilius longe, imo tanquam certum, Respondeo: Posse. Quia Deus, vt supremus Dominus corporum omnium, potest concedere vxori facultatem, vt valide, & absque iniustitia in maritum, etiam tradat dominiũ sui corporis alijs, & vt ab eis recipiat dominium corporum ipsorum, & vt reliqua necessaria ad complementum vinculi efficiat. Sic omnino Hurtado *loc. cit.* Sanch. *loc. cit. num. 15.* Ægidius *disp. 26. n. 29.* Petrus de Ledesma *de matrim. quæst. 65. art. 2. dub. 2. concl. 2.*

QVÆSTIO VIII.

An Etiam Pontifex in pluralitate vxorum saltem, dispensare possit?

AFFIRMAVIT Caiet. *in caput 19.* Matt. & Marci 10. penes Basilium *loc. cit. num. 4.* & affirmarunt alij, quos, suppresso nomine, refert Durand. *dist. 33. quæst. 1. num. 11.* dicentes, posse Pontificem dispensare.

Sed certissime Respondeo: Non posse dispensare in pluralitate vxorum; & multo minus in pluralitate virorum respectu vnius coniugis. Quia lex de vnitate vxoris, aut de vnitate viri, est de iure naturali, & diuino positiuo (vt supra est habitũ) at in his nequit dispensare Pontifex; nisi potestate extraordinaria à Deo peculariter illi concessa, quam nullomodo constat esse in Pontifice: ergo. Sic expresse habetur *in cap. Gaudemus. de diuort.* Vbi dictam pluralitatem nunquam licuisse, citra dispensationem diuinam, absolute definit Pontifex Innoc. III. & docent D. Thom. *in 4. dist 33. quæst. 1. art. 2.* & ibi Durand *loc. cit.* Bellarm. *lib. 1. de matrim. cap. 11. Propos. 1.* Petrus de Ledesma *quæst. 65. de matrim. art. 2. dub. 1. concl. 5. & dubit. 4. concl. 1.* Enriquez *lib. 12. cap. 6. num. 3.* quos cum alijs refert & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 9.* Basilius *loc. cit.* Bonacina, Hurtado, & Archangel. *locis* etiam *citatis.* Candidus *disquis. 28. art. 10. dub. 5.* Villalobos *loc. cit. num. 3.*

QVÆSTIO IX.

An, Nunc infideles possint valide contrahere cum pluribus fœminis?

AFFIRMAT Abulens. *in cap. 19. Matt. quæst. 15.* docens, posse sustineri, infideles, nunc non peccare accipiendo plures vxores.

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia licet, non ratione legis Euangelicæ tamen ratione antiqui iuris naturalis, cui semper obstitit polygamia, in fidelibus modo pluralitas vxorum prohibita reperitur. Sic Sanchez *loc. cit. num. 14* Bellarm. Enriquez, Petrus Ledesma, & alij penes ipsum. Archangelus *dist. 33. pag. mihi 351.* Qui iddem dicendum ait de Iudæis, nam cum eorum facultas, ac dispensatio per Euangelium prorsus cessarit, relicti procul dubio ipsi sunt in iure mero naturæ, vt iam illorum conubia cum pluribus nullatenus valida existant.

QVÆSTIO X.

An Infidelis plures vxores habens, si conuertatur ad fidem, & illæ conuertantur, teneatur accipere vnam ex illis, & quam?

RESPONDEO: Teneri accipere primam vxorem, & ab alijs separari matrimonijs, ea superstite, initis, tanquam ab omnino irritis. Sic Sanchez *loc. cit.* & alij, penes ipsum. Bonac. *quæst. 3. de impedim. punct. 10. num. 7.* Rebell. *lib. 3. quæst. 20.* Candidus *disquis. 28. art. 10. dubit. 3.* & omnes.

QVÆSTIO XI.

An Tanta certitudo requiratur de morte coniugis, vt superstes cum alio inire matrimonium possit, quanta iuuicio prudentis sufficiat ad credendum priorem coniugem mortuam esse?

RESPONDEO: Requiri. Quia nisi adsit tanta certitudo, exponunt se contrahentes periculo adulterij, cum fieri possit, vt primus coniux sit superstes. Sic Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 46. nu. 6.* Bonac. *loc. cit. nu. 12.* Sotus *ast. 37. quæst. vnica art. 5.* Candidus *loc. cit. dub. 7.* ex Bonacina omnino, quem non citat, & omnes.

QVÆSTIO XII.

An, Vxor possit licite alium ducere, quando ipsius vir abfuit per multos annos?

RESPONDEO: Non posse. Quia certitudo moralis de morte coniugis, requisita ad contrahendum iterum, non habetur per absentiam multorum annorum, vt habetur expresse *in cap. in præsentia de sponsalib.* Vbi deciditur, quod mulieres, quæ viros suos, causa captiuitatis, vel peregrinationis absentes, vltra septennium præstolatæ sunt, non possint ad aliorum consortium canonicè conuolare, nec authoritate Ecclesiæ contrahere, donec certum nuntium recipiant de morte virorum. Sic Sanchez, Gutierrez, Nauar. Valentia, & Rodriguez quos citat, & sequitur Bonac. *loc. cit. nu. 13.* aduertens cum Enriquez, contrarium esse dicendum de vxore, quando ipsius vir ingressus prælium non amplius comparauit, & fama est ipsum perijsse, & eos sequitur Candidus *disquis. 28. art. 10. dubit. 7. & 8. pag. 346.* Quorum additum minime placet Basilio *lib. 7. cap. 43. nu. 3.* dicens amplius requiri, vnum videlicet de visu teste, qui deponat, se vidisse illum mori, de quo nos statim.

QVÆSTIO XIII.

An Sola fama mortis viri sufficiat, vt vxor licite contrahere possit?

AFFIRMANT Anchar. *in cap. in præsentia, de sponsal. n. 5.* Iulius Clarius. Anton. Gomez, & Perez, quos refert Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 46. num. 14.*

Negant verò, è contra, Abbas *d. cap. in præsentia n. 6.* Gutierrez 2. *practicar. q. 8. a n. 4.* Veracruz 1. *p. speculi ar. 42. concl. 1.* Rodriguez *tom. 1. sum. cap. 233. n. nu. 2.* Quos citat pro hac parte Sanchez, *loc. cit. n. 13.* Quibus addi possunt Basil. *loc. cit. c. 43.* quasi per totum, Riccius, penes ipsum, & alij, docentes: nullomodo sufficere famam, etiam quacumque, de morte viri qua ad effectum matrimonium contrahendi, mors non probatur, nisi per vnum testem de visu, qui deponat se vidisse illum mori, &c.

Sed, media via, probabilius Respondeo: Dicendum, quod, nullomodo sola fama mortis coniugis sufficiat, vt alter licite contrahere possit, (cum fama ex Authore incerto, & plerumque fallaci, & ex sola suspicione etiam, oriri soleat, vt bene probat ex Bartholo, Basilius *loc. cit.*) bene tamen si alijs adminiculis adiuuetur. Quia tunc certam moraliter probationem mortis coniugis faciet. Sic Sotus, Lopez, & alij quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. nu. 15.* docens, quod adminicula, quibus debet adiuuari fama, sunt longitudo absentiæ, & vniuersalis fama, vbi coniux commorabatur, mortem eius contestans. Si mors contigit in loco valde remoto, & vir longo tempore abfuit, nec aliæ probationes facili, imo nec dificile, possint inuenire. Si vir senex erat, vel in acie fuit, & non reddit aliquo tempore (nempe per annũ) expectatus, &c. Sic ille. Cui addi possunt Bonac. *loc. cit. n. 14. 15. & 16.* Candidus *loc. cit. dubit. 8.* Enriquez *lib. 12. cap. 6. n. 4* Rebell. *lib. 3. q. 13.* & Montesin. *tom. 1. in 1. 2. disp. 29. q. 4. nu. 123 fine.*

QVÆSTIO XIV.

An Sufficiat vnus testis affirmans coniugis mortem, vt liceat alteri ad nuptias secundas transire?

AFFIRMANT Hostiens. *in capit. in præsentia, de sponsal.* & ibid. Abbas, *numer. 6.* Angel. *matrimonium 3. impedim. 13. numer. 4.* Veracruz 1. *part. speculi art. 42. concl. 1.* Gutierrez *capit. 51. nu. 3.* Rebell. *lib. 3. de matrim. quæst. 13. num. 1. & 2.* Quia, *ex cap. citato*, ad id satis est certus nuntius: ergo sat erit, & vnus testis.

Negant

Negant è contrario, sufficere vnum testem; eo quod vox vnius, sit vox nullius, *l. iurisiurandi. verf. finiti modo, C. de testibus, & cap. veniens, de testibus.* Bartolus *l. 2. § si dubitetur, nu. 1 ff. quemadmodum testam. aper.* Greg. Lop. *leg. 8. tit. 9. part. 4 verb. algunos.* Rodriguez 1. *tom sum. cap. 233. num. 2.* & alij.

Sed clarius, & probabilius Respondeo: Non sufficere, absolute loquendo, vnum testem, nisi casu, quo ad sint aliæ coniecturæ, iuxta, quæstione præcedenti, dicta, Quia tunc satis erit vnus testis, considerata qualitate personæ, & vt verisimilia dicat. Nam quando probatio integra, & plena haberi nequit, satis est per coniecturas. *l. non omnes, § A barbaris ff. de re militari.* Sic Sanchez *loc. cit. numer.* 12. ex Henrico, Alex. de Neuo, & Anton. Bonac. *num.* 16. Qui recte, cum Rebello, notat, optime etiam posse ad nuptias secundas transire mulierem illam, quæ ipsa sola nouit certo esse suum virum mortuum, quamuis eius mortem probare non possit, quia forte sola morti eius interfuit. Villalobos *tract. 1. diff. 25.*

QVÆSTIO XV.

An Validum sit matrimonium contractum à fœmina, quæ falsò credebat maritum viuere, sed re vera mortuus erat?

NEGAT absolute Basilius *lib. 7. de matrim. cap. 53. num. 5.* per hæc verba: Ex dictis colligo primò, quamuis re vera obijsset coniux, si fœmina, sola fama per mota, contraheret matrimonium, nullum re vera fore, propterea quod sine certa notitia de morte prioris coniugis sancitum fuisset, si quidem per decretalem Clementis III. inhabilis est ad secunda fœdera nuptiarum, donec certus nuntius afferatur de morte viri, itavt contrahentibus prioris coniugis mortui ignorantia probabilis opituletur. Vnde eodem modo, si falsò existimans maritum viuere, illa contraheret matrimonium, etiam esset nullum, quantumuis posita conditione, si non esset superstes, consentiret, propter eamdem rationem: inhabilis enim est, donec certus afferatur nuntius. Huc vsque Basilius.

Sed probabilius Respondeo: Validum esse, casu, quo fœmina crederet se posse valide, contrahere; aut si haberet animum contrahendi, quantum poterat, aut sub hac conditione tacita, *si prior forte mortuus sit:* Secus vero dicendum, si aliud crederet. Sic Archangelus *dict. 34. pag. mihi 369. col. 1.* per hæc verba: Facile enim respondetur quæsito: Aut enim talis credit non posse contrahere: aut credit contrahere posse. Priori modo, non vere contrahit, sed nullum est matrimonium. Ratio est, quia non est consensus in matrimonium, cum non posse esse credat. Posteriori modo, vere contrahit, & validum est matrimonium. Ratio, quia consentit in matrimonium, quod credit posse esse, & de facto, potest, cum vterque tunc sit solutus, & nullum ad sit, vt præsupponitur, impedimentum. Peccat nihilominus talis mulier, mortaliter, contrahens: tum quia contra præceptum Ecclesiæ facit, quæ statuit non posse in similibus casibus matrimonium contrahi, nisi certitudo de mariti, vel vxoris morte adsit: tum quoniam exponit secundum matrimonium discrimini, vt nullum sit, & existat. Quinimo, nec debitum iure, & absque peccato, aut reddere aut petere potest, ob malam fidem, in qua sic credens maritum viuere iugiter perseuerat. Huc vsque Archangelus. Sic etiam Rebell. 2. *par. lib. 3. q. 13. pag. mihi 346.* & penes ipsum, Siluester *verbo, Matrimonium 8. quæst. 13.* & Couarru. 2. *part. Epit. cap. 3. § 7. num. 2.* Bonacina *loc. cit. pun. 10. num. 18.*

QVÆSTIO XVI.

An Etiam sit validum matrimonium initum cum dubio de morte mariti?

NEGAT etiam Basilius *loc. cit. num. 6.* per hæc verba: Secundo colligo, neq; posse contrahi valide cum dubio de morte prioris viri. Nam donec certus sit nuntium inhabilis est. Vnde etiam existimo decisionem Lucij III. *in cap. Dominus, de secundis nuptijs*, correctam per Clementem III. quatenus ex eo capite colligitur, valere matrimonium initum cum dubio de morte viri. Ita Basilius.

Sed probabilius, iuxta doctrinam nuper traditam, Respondeo: Esse Validum. Quia sic expresse colligitur *ex cap. Dominus, cit.* Vbi expresse fit sermo de coniuge, qui, nondum de prioris morte certus, contraxit, & definitur ibi teneri reddere, licet petere nequeat: quod nullomodo de

cideret Pontifex, si nō esset tale matrimonium validum. Sic Sanchez *lib. 2. disput. 42.* quasi per totam, & alij penes ipsum.

QVÆSTIO XVII.

An Vxor, quæ celebrauit matrimonium cum secundo, certo credens suum virum esse mortuum, teneatur recedere à secundo, si post modum, pro certo sciat maritum viuere?

RESPONDEO: Teneri à secundo recedere, & ad priorem reuerti. Quia secundum matrimonium fuit invalidum. Sic expresse definitur *in cap. si virgo, 34. q. 2.* & tenent omnes. Basil. *loc. cit.* Ita dicens. Tertio colligo, si fortasse certo credens allato nuntio, secundum inierit matrimonium, ac postea maritum viuere resciuerit, planum est, nec posse petere, nec reddere debitum secundo, sed separari debere, ad priorem que reuerti. Quod si prior ab esse velit, secundi torum deserat, & vitam cæli bem agat. Sic ille. & antea Archangel. *dist. 34. pag. mihi 369.* Rebell. *2. p. lib. 3. q. 13. nu. 2.* Bonac. *quæst. 3. de impedim. punct. 10. num. 17.*

QVÆSTIO XVIII.

An Filij habiti ex secundo coniugio, viuente priori coniuge, legitimi debeant censeri, & iudicari?

RESPONDEO: Debere iudicari, & censeri legitimos, casu, quo mulier ex probabili causa, & secundum iudicium prudentum, credens virum mortuum, bona fide in facie Ecclesiæ contraxerit, & bona permanente fide, conceperit. Quia tunc, & ipsam, & cætera omnia, quæ ex cōtractu illius dimanant, facti ignorantia omnino excusat. Secus autē dicendū casu, quo mulier credens suum maritum viuere cum secundo cotraxerit, & hac mala fide copulauerit; quia tunc filij ex huiusmodi copula suscepti, illegitimi existimabuntur. Sic Basilius *lib. 11. à num. 2.* Vbi *numer. 5.* Sic ait. Primo colligitur, si coniux, quæ de mariti morte nuntium accepit, & illa, sententia iudicis interueniente, nupsit alteri, prolemque suscepit, licet postea redeunti viro reddatur, & à secundo separetur, proles, ex eo matrimonio putatiuo suscepta, legitima est. Sic Maiolus *lib. 1. cap. 5. num. 8.* post Zabarellam *in d. cap. Per venerabilem, §. videbatur, oppos. 4. & quæst. vltima* Sayro *dicto cap. 10. num. 32.* Hugolinus *d. cap. 44. §. 1. num. 6.* & idem dicendum est, si prius matrimonium per falsas probationes dissoluatur, & cum ignaro, eius falsitatis, denuo celebretur. Proles enim ex eo matrimonio suscepta cum eo errore legitima est, vt docet Hugolinus *loc. cit.* Sic Basil. & penes ipsum alij, quos citat *num. 2.* dicens, esse sententiam omnium. Sic etiam Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 34. num. 46.* Ita dicens. Supponendum est, filium natum, ex matrimonio bona fide alterius parentis inito, esse vere legitimum, non solū quoad parentem habentem bonam fidem, sed etiam quoad alium malam fidem habentem. Quia vere est legitimus *ex cap. ex tenore. & cap. cum inter. capit. Peruenit. Qui filij sint legit. ex. L. Regia 3. tit. 3. par. 4. & l. tit. 13. ead. par. &c.* Sic ille.

QVÆSTIO XIX.

An Pluralitas coniugum successiue, sit licita?

NEGARVNT quidam hæretici, vt refert Sanchez, docentes, secundas, & vlteriores nuptias esse illicitas.

Sed certissime de fide Respondeo: Secundas, tertias, & vlteriores nuptias, prioribus dissolutis esse licitas, ac verum Sacramentum. Quia primis nuptijs, morte alterius coniugis, dissolutis, nullum possunt alijs ineundis impedimentum præstare. Quod autem, etiam Sacramentum sint constat; quia in illis vere reperitur quidquid ad matrimonij Sacramentū pertinet. Sic etiam expresse docet D. Paul. *ad Rom. 7. & 1. ad Corint. 7.* & definitur in Concil. Florent. *in instructio. Armen.* & docent vsus Ecclesiæ, & omnes Patres, & Theologi. Legantur Sanchez *lib. 7. de matrim. disp, 81.* Gutierrez *cap. 106.* Bonac. *quæst. 3. cit. pun. 10. num. 10. & 11.* Hurtado *disp. 9. diff. 3.* Ægid. *disp. 26. nn. 2.* & alij.

DISPV-

DISPVTATIO DECIMANONA.

De Impedimento publicæ honestatis.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid Sit, Vnde dicatur, & à quo oriatur impedimentum iustitiæ publicæ honestatis?

RESPONDEO: Quod impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, *est propinquitas quædam ex sponsalibus de futuro, & ex matrimonio rato proueniens, robur trahens ab Ecclesiæ institutione, propter honestatem eius.* Sic D. Thom. *in 4. d. 41. quæst. vnica ar. 1. quæst. 4.* quem omnes sequuntur. Appellatur autem, *impedimentum iustitiæ publicæ honestatis*, eo quod iustum sit, propter publicam decentiam, morumque honestatem, vt matrimonium impediatur, inter aliquas personas, quæ tactæ sunt sibi propinquæ, ob sponsalia de futuro, & ob matrimonium ratum non consummatum. Legantur Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 68.* Basilius *lib. 7. capit. 35.* Bonac. *quæst. 3. pun. 11.* Rebellus *2. part. lib. 3. quæst. 14.* Candidus *disquis. 28. art. 11.* Villalobos *tract. 14. diff. 17. numer. 1.* & Cornejo *disp. 7. ante dub. 30.*

QVÆSTIO II.

An Impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus, solum dirimat matrimonium in primo gradu?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia licet iure antiquo, hoc impedimentum dirimens publicæ honestatis extenderetur, vsque ad quartum gradum, itavt contrahens sponsalia de futuro, nullomodo poterat cum consanguineis alterius sponsi, vsque ad quartum gradum, valide matrimonium inire, vt cum D. Thoma *in 4. d. 41 quæst. 1. art. 1. quæst. 4.* & alijs innumeris, docent Thom. Sanchez *lib. 7. disp. 68. num. 8.* & Basilius *lib. 7. cap. 36. numer. 4.* Nunc vero, iure nouo Tridentini *sess. 24. cap. 3.* limitatum est ad gradum primum consanguinitatis; Et præterea statuit, vt tale impedimentum solum oriatur ex sponsalibus validis. Quare si quis nunc, post sponsalia celebrata cum Ioanna, matrimonium cõtraheret cum illius sorore, vel matre, vel filia, invalide contraheret; non vero si contraheret cum consanguineis ipsius, vltra dictum primum gradum. Sic omnes Doctores. Legãtur præcipue Sanchez & Basil. *cit.* Bonac. *quæst. 3. de impedim. pun. 11. numer. 2.* Rebellus *loc. cit.* Hurtado *disp. 21. diff. 1.* Candid. *loc. cit. dub. 1.* Villalob. *num. 2.* Cornejo *loc. cit. dub. 30. Quæsito 1.*

QVÆSTIO III.

An Publicæ honestatis impedimentum oriatur ex sponsalibus ficte celebratis, id est, ore tenus, absque consensu interiori?

NEGANT Navar. *cap. 22. num. 57.* Veracruz *art. 53. a* finem, Petrus de Ledesma *quæst. 55. de matrim. art. 4. ver sic. Nihilominus pag. mihi 425. col. 1.* dicens, sibi id videri certum. Bonacina *loc. cit. num. 3* Rebellus *lib. 3 quæst. 14. numer. 3. pag. mihi 347.* Hurtado *disp. 21. diff. 1.* Archangel *dist. 34. pag. mihi 371. col. 1.* Machado *lib. 3 part. 1. tract. 11. docum. 8. num. 5. pag 616.* Ægid. *disp 32. dub. 5.* Villalobos *diff. 16. numer. 2.* Cornejo *loc. cit. pag. 1008.*

Sed probabilius Respondeo: Oriri, casu, quo defectus consensus, non cõstet exterius. Quia tunc verè sponsalia sunt valida. Quia, excepto matrimonio, omnes contractus, signis tantum externis, valide celebrantur. Sic Basilius *lib. 7. cap. 36. numer. 10. pag. mihi 579.* Sanchez *lib. 7. disp. 68. num. 14.* & penes ipsum, Enriquez *lib. 12. de matrim. cap. 10. num. 2.* Rodriguez *tom. 1 sum. cap. 234. nu. 3.* Barthol. de Ledesma *de matrim. dub. 43.* & Vega *tom. 2 sum. cap. 34. casu 13.* Sic etiam Couarruuias & D. Antoninus, penes Petrum Ledesma *loc. cit. pagina mihi 424. col. 2.*

QÆSTIO IV.

An, Impedimentum publicæ honestatis, ortum ex sponsalibus validis, cesset, si sponsalia aiſſoluantur, mutuo contrahentium consensu?

NEGANT Sanchez *loc. cit. nu.* 21. Sotus *in* 4. *d.* 41. *quæst vnic. art.* 2. *ver. ſecunda concluſio.* Bonac. *loc. cit. num.* 7. Piaſecius *in praxi Epiſcop. part.* 2. *c. p.* 4. Candid. *diſquiſ.* 28. *art.* 11. *dub.* 2.

Sed probabilius Respondeo: Cessare. Quia talia sponsalia, mutuo consensu soluta, sunt nulla, & invalida, vt declarauit Congregatio Cardinalium apud Farinacium *ad cap.* 3. Trid. *citatum*, & apud Rebellum *loc. cit. nu.* 3. *& in append. ad* 4. *lib. nu.* 99. per hæc verba: *Si ſponſalia ſoluuntur de conſenſu, Congregatio cenſuit, eſſe inualida.* Ergo. Secus dicendum est, si morte alterius dissoluerentur; nam in eo casu, sponsalia illa perpetua censerentur: nam ille, qui obijt, iudicaretur in eadem voluntate decessisse. Sic Basilius *loc. cit. nu.* 9. Rebellus *nu.* 3. *cit.* Hurtado *loc. cit.* Sa, *verb. matrim. vbi de impedim. n.* 12. Gutierrez *de matrim. cap.* 103. *nu.* 11. Cornejo *disp.* 7. *dub* 30. *quæſito.* 5. dicens, Sanchez oppositum docentem, non vidisse declarationem Cardin. allatam.

QVÆSTIO V.

An Ex ſponſalibus incertis; vel conditionalibus de futuro, oriatur impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis?

RESPONDEO: Certissime: Non oriri. De primis constat. Quia de sponsalibus irritis, non oritur hoc impedimentum, vt supra est habitum: at sponsalia incerta, id est, inita cum incerta persona, sunt irrita, vt supra est habitum: ergo. De secundis, etiam est manifestum. Quia sponsalia conditionata, ante euentum conditionis, nec sunt pura, neque certa: ergo neque valida ex defectu consensus: ergo ex illis nequit oriri iustitiæ publicæ honestatis impedimentum. Sic declarauerunt Cardinales apud Farinac. *loc. cit.* per hæc verba: *An ex ſponſalibus contractis per hæc verba: Promitto te ducere vxorem, ſi factis denuntiationibus non apparebit aliquod impedimentum: oriatur impedimentum publicæ honeſtatis? Congregatio Concilij cenſuit, Non oriri.* Valebit ergo matrimonium initum cum sorore eius sponsæ, conditione nondum extante. Sic Sanchez *lib* 7 *disp* 69. *nu.* 1. & 2. Barthol. & Petrus de Ledesma, & alij penes ipsum. Basilius *loc. cit. n.* 7. Candid. *dub.* 3. Cornejo *loc. cit. quæſt.* 8. & 9. & communis.

QVÆSTIO VI.

An, Si quis poſt ſponſalia conditionata cum Maria, ante conditionis euentum, contrahat ſecunda ſponſalia abſoluta cum eius ſorore, hæc poſteriora ſint valida?

AFFIRMANT esse valida, & ex illis oriri impedimentum publicæ honestatis, ac proinde non posse priorem sororem, Mariam, videlicet, ducere, Glossa *in cap. vni. verb. Præſenti, de ſponſalib. in* 6. & Tabiena *verb. impedimentum* 11. *n. vnico.*

Sed iam certissime post Tridentinum Respondeo: Secunda præfata sponsalia esse invalida, ac proinde non oriri ex illis publicæ honestatis impedimentum dirimens, & consequenter posse illum, post posteriora sponsalia inita cum sorore Mariæ, ducere ipsam Mariam. Sic Sanchez *lib.* 7. *disp.* 69. *n.* 3. Basil. *lib.* 7. *cap.* 36. *num.* 7. Bonac. *q.* 3. *pun.* 11. *nu.* 5. Candid. *loc. cit.*

QVÆSTIO VII.

An, Si poſt ſponſalia de futuro cum Maria, contrahat quis de præſenti cum eius ſorore, & nondum conſummarit, teneatur cum Maria matrimonium inire?

RESPONDEO: Teneri illum ad seruandã fidem Mariæ, ineundo cum illa matrimonium. Quia ex vna parte, matrimoniũ initum cum sorore Mariæ est irritũ, & nullum; rursus ex alia, non oritur ex illo impedimentum publicæ honestatis derogans prioribus desponsalibus: ergo tenebitur ad cõtrahendũ cũ Maria. Sic Sanch. *disp.* 68. *cit. n.* 24. cum alijs. Qui bene addit; secus dicendum esset, in casu, quo matrimonium cum sorore Mariæ consummasset, quia in hoc, cum neutra posset matrimonium inire. Non cum priori, nempe cũ Maria, ob impedimentũ affinitatis consurgẽs ex copula cum sorore habita. Nõ cum posteriori, nempe cum sorore Mariæ, propter impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus valide contractis cum eius so-

rore:

rore: ergo cum neutra. Imo iddem dicendum, & propter eandem rationem, de illo qui celebrauit sponsalia cum Maria, & postea copulam habet cum eius sorore, quod scilicet, neutram possit ducere. Sic Sanchez *loc. cit.* Nauar. *c.* 22. *n.* 57. Enriq. *lib.* 12. *c.* 10. Bonac. *loc. cit. n.* 8. Villalob. *loc. cit. nu.* 5. Cornejo *loc. cit. quæst.* 6.

QVÆSTIO VIII.

An Ex sponsalibus contractis ante septennium oriatur publica honestas?

RESPONDEO: Non oriri, nisi alias appareat, post septennium eosdem consensisse. Quia talia sponsalia sunt invalida. Idem omnino est dicendum de sponsalibus contractis inter illos, inter quos non potest valere matrimonium. Sic Basilius, Sanchez, & alij *loc. cit.*

QVÆSTIO IX.

An, Infidelis, qui tempore infidelitatis contraxit sponsalia cum Layca, possit, etiam post conuersionem ad fidem, valide matrimonium inire cum eius matre, vel sorore?

RESPONDEO: Posse. Quia hoc publicæ honestatis impedimentum, tantum est inductu, iure Ecclesiastico: & ita non habet locum inter infideles, etiam si postea conuertantur ad fidem. Sic Bonac. *loc. cit. nu.* 5. Basilius *nu.* 11. & omnes. Legatur Sanchez *lib.* 7. *disp.* 70.

QVÆSTIO X.

An Ex matrimonio rato nondum consummato, oriatur potius affinitas, quam publica honestas?

AFFIRMANT potius oriri affinitatem, quam honestatem publicam, Sotus *in* 4. *dist.* 41. *q. vnic. art.* 2. *ad finem.* Petr. Sot. *lect.* 10. *de matrim.* Bellarminus *lib.* 1. *de matrim cap.* 24 *fine*, Enriquez *lib.* 12. *de matrim. cap.* 10. *nu.* 1. Ludou. Lopez, Viguerius, Ledesma, & alij quos refert Sanchez *lib.* 7. *disp.* 64. *nu.* 24.

Sed probabilius Respondeo: Non affinitatem, sed publicam potius honestatem, ex dicto matrimonio, oriri. Quia sic habetur *in cap. siquis desponsauerit* 3. 27. *q.* 2. *cap. Qui desponsatã; & cap. siquis* 27. *q.* 2. *cap. Ad audiendã, de sponsalib. cap. Duo, de desponsat. impuber.* Et ratio est. Quia affinitas nequit consurgere nisi ex copula carnali, vt infra dicemus. Sic Nauar. *lib.* 4. *consil. in* 2. *edit. de sponsalib. consil.* 11. *nu.* 2. Couar. 4. *decret.* 2. *p. c.* 6. § 2. *n.* 1. & § 7. *nu.* 3. Toledo *lib.* 7. *c.* 228. *n.* 1. & *c.* 234. Barth. de Ledesm. *dub.* 39. *de matr.* Palud. Armilla, Rossella, quos, & alios, vsq; ad triginta Doctores citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. n.* 25. & *disp.* 70. *n.* 1. Basilius *lib.* 7. *c.* 35. *n.* 1. & 2. Bonac. *q.* 3. *de matr. pun.* 11. *n.* 9. & Candid. *disquis.* 28. *ar.* 11. *dubit.* 4. Villalob. *diff.* 16 *n.* 6. Qui vterque citat Sotum pro hac parte (loco pro contraria citato a Sanchez) Sed vterque non bene. Nam etiam Petr. Ledesma citat illum pro sententia contraria *q.* 55. *ar.* 1. *pag. mihi* 408. *col.* 2. Gutierrez *de matr. c.* 103. *n.* 23. Ægid. *disp.* 32. *n.* 70. Reginald. *lib.* 31. *n.* 228. Hurt. *disp.* 20. *de matr. diff.* 1. & *disp.* 21. *diff.* 2. Rebell. *lib.* 3. *q.* 14. *n.* 2. Archang. *qust.* 34. *pag.* 370. Vbi pro se citat D. Thom. *in* 4. *d.* 41. *q.* 1. *ar.* 1. *qla.* 4. Layman *tr.* 10. *pag.* 4. *c.* 9. *n.* 5. & tandem declaratio Cardinal apud Rebellum *in append. lib.* 4. *n.* 109. in hæc verba. *An ex matrimonio contracto per verba de præsenti non consumato, oriatur affinitas, vel impedimentum publicæ honestatis? Respondet Congregatio non esse impedimentum affinitatis, sed impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, & fortius, ac maius vinculum, quam impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, ex sponsalibus de futuro, &c.*

QVÆSTIO XI.

An, Impedimentum publicæ honestatis consurgens ex matrimonio rato, sit etiam restrictum per Tridentinum ad primum gradum, instar consurgentis ex sponsalibus?

AFFIRMATIVAM sententiam tenere Ouandum *in* 4. *d.* 41. *q. vni. fine.* Toletum *lib.* 7. *c.* 10. *fine.* & Ludou. Lop. 2. *p. instructor. vbi de matr. c.* 50. *fol.* 1147. aiũt Sanchez *lib.* 7. *de matr. disp.* 70. *n.* 16. & Bonac. *q.* 3. *cit. pun.* 11. *num.* 9.

Sed ex his Authoribus, immerito citant Toletum, pro hac parte, cum expresse id solum affirmet de publica honestate orta de sponsalibus, per hæc verba: Concilium Tri-

dentinum *sess.* 24. *c.* 3. duo de novo ordinauit. Alterum est, quod cum sponsalia nulla sunt, quacumque de causa nulla sint, nō inducunt hoc impedimentum honestatis: sed debēt esse valida spōsalia. Alterū est, quod adhuc ista spōsalia nō inducunt impedimentum, nisi in primo gradu solo: vnde vir non potest contrahere cum consanguineis sponsæ sua in primo gradu; cū alijs potest, similiter spōsa cū consanguineis viri in primo gradu nō potest. Vnde Cōciliū tres abstulit gradus. Caput autē Cōcilij, sic habet: *Iustitiæ publicæ honestatis impedimētū, vbi spōsalia quacūq; ratione valida nō cūrt. sancta Synodus prorsus tollit: vbi autē valida fuerint, primum gradū non excedant.* Huc vsque Toletus. Expresse ergo, solum loquitur de publica honestate orta ex sponsalibus. Vnde Victorellus, eius additionator ad cap. 10. citatū, potius oppositum denotat clare: ait enim sic: Impedimentum ex matrimonio rato, alij ad publicæ honestatis iustitiā: alij (Viguer. §. 9. *loc. cit.* Petrus à Soto *lect.* 10.) ad affinitatem reuocant. Hoc certum impedire vsque ad quartum gradum. Ita ille. Posset tamen aliquis citare pro hac parte Villalobos vbi hanc, ob ius sui, sententiam, videtur docere *tr.* 14. *diff.* 17. *n.* 4.

Sed certissime Respondeo: Huiusmodi impedimentum publicæ honestatis ortum ex matrimonio rato, nullomodo esse restrictum à Tridentino ad primum gradum ad instar consurgentis ex sponsalibus, sed extendi vsque ad quartum gradum. Ratio est. Quia restrictio graduum facta à Tridētino *loc. cit.* intelligenda est de sponsalibus de futuro, non de matrimonio rato non consummato: ergo impedimentum dirimens, quod oritur ex huiusmodi matrimonio, extendi debet, sicut olim, vsque ad quartum gradum, consequentia patet, antecedens vero probatur: Primo quia Concilium solum expressit, vt vidimus, impedimentum, quod contrahitur ex sponsalibus, & illud restringit ad primum gradum: at nomine sponsaliorum in iure, semper intelliguntur sponsalia de futuro: ergo de huiusmodi sponsalibus est illud decretum inteligendum.

Secundo. Nam expresse id declarauit Pius V. anno 1568 in quodā Breui, quod incipit, *Ad Romanum. hisce verbis: Id circo, Motu proprio, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, declaramus, & difinimus decretum Concilij huiusmodi, omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro dumtax, non autem in matrimonio. sic, vt præfertur, contracto; sed in eo durare adhuc impedimētū in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri, ante prædictū decretum Concilij introductum erat, & ita ab omnibus iudicari debere mandamus, atque statuimus.* Sic Pontifex. Et sic tandem declaratio Cardinal. apud Farinac. *in cap.* 3. *cit.* & apud Rebellum, *in append. lib.* 4. *n.* 101. per hac verba: *Cum ait Concilium sponsalia valida non excedere primum gradum. loquitur de sponsalibus de futuro, quæ proprie, ac vere sponsalia vocantur; non de sponsalibus de præsenti in matrimonio rato, quod in suo priori vigore relinquitur, & impedit in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus à iure veteri, ante Conciliū Tridentinum introductum erat. Bulla Pij V. publicata* 21. *Iunij. anno* 1568. Sic etiam communiter omnes Doctores, Petr. Ledesma *q.* 55. *de matr. ar.* 1. *pag. mihi* 409. *col.* 2. dicens id esse certissimum. Sanchez, & Bonac. *lo. cit.* hic dicens, oppositā sententiam esse falsam: ille, quod eorū Authores, non viderint Breue Pij V. Enriq. *lib.* 12. *c.* 10. *n.* 2. Candid. *disquis.* 28. *ar.* 11. *dubit.* 4. Rebell. & Archāg. *lo. cit.* Hurt. *disp.* 21. *diff.* 2. Basil. *lib.* 7. *de matr. c.* 35 *n.* 3. & 4. & ita, vt dicat, de rigore iuris extendi hoc impedimētum, vltra quartum gradum, sicut iure antiquo cautum erat; licet nunc iam ex consuetudine populi Christiani, id probante, receptum sit, vt tantum ad quartum vsque gradum impediat, ac dirimat, & non deinceps. Cornejo *loc. cit. Dicto* 2.

QVÆSTIO XII.

An Ex matrimonio rato, quacumque causa, inualido, consurgat impedimentum iustitiæ publicæ honestatis?

NEGANT Nauar. *c.* 22. *n.* 58. & 59. Couarr. 4. *decret.* 2. *p. c.* 5. §. 2. Ludouic. Lop. 2. *p. instructor. vbi de matr. c.* 50. Sa. *de impedim. matr. dirim. num.* 12. & alij. Quia ex sponsalibus inualidis non consurgit, post Tridentinū, impedimentum publicæ honestatis: ergo, nec consurget ex matrimonio invalido.

Sed certissime Respondeo: Oriri ex matrimonio rato irrito, ex quacumq; causa, modo non sit irritum ex defectu consensus,

sus. Quia non est recedendum à iure antiquo, nisi quatenus aliter decernitur in nouo; at iure antiquo *cap. sponsam, de sponsal. & cap. Accesit. de sponsal. impuber.* impedimentum publicæ honestatis consurgebat ex matrimonio invalido, modo non esset inualidum ex defectu consensus (vt si metus sufficiens interuenisset, error persona, vel animus internus) & iure nouo, non est aliter decretum, vt cõstat ex motu proprio Pij V. nuper citato; ergo ex matrimonio rato inualido, impedimentum publicæ honestatis consurget. Sic censuit Congregatio Cardinal. vt referunt Farinac. *ad c. 3 sess. 24. de matr.* Rebell. *nu.* 102. & tenent communiter Doctores. Sanchez *lib. 7. de matr. disp.* 70 *n.* 5. Basil. *lib. 7. c.* 35 *n.* 5. Bonac. *loc. cit. n.* 11. *& sequent.* Qui bene fundamento contrariorum respondent, negando, videlicet, paritatem rationis, ex eo, quod aliter sancitum sit iure nouo in sponsalibus, quam in matrimonio, vt patet ex præcitato motu Pij, V. Legantur Sanchez, & Bonac. *locis citatis.* Hurtado *loc. cit. diff.* 2. Cornejo *disp. 7 dub.* 30.

QVÆSTIO XIII.

An Ex matrimonio clandestino, oriatur etiam, publicæ honestatis impedimentum?

NEGANT Sãchez *loc. cit. n.* 13. & alij Recentiores. Quibus adhæret Cornejo *loc. cit. quæsito* 3.

Sed probabilius Respondeo: Oriri etiã. Sic Basilius *loc. cit. n.* 5. per hæc verba; At si matrimonium fuerit nullum, ex alio capite; scilicet, ex defectu solemnitatis, vel ratione alicuius impedimenti, etiam ex eo oriri impedimentum publicæ honestatis declarauit Congregatio Cardinalium, quam habet Farinac. *ad c. 3. sess. 24. de matr.* & habetur apud Rebellum *n.* 102. in hæc verba: Præsupposita declaratione per constitutionem S. D. N. Pij V. super hoc decreto, censuit Congregatio, oriri impedimentum iustitiæ publicæ honestatis ex sponsalibus per verba de præsenti, etiam nulliter contractis, omissa forma decreti Concilij Tridentini *cap.* 1. huius sessionis, & constat *ex cap. ad audientiam, de sponsalib.* Vbi existente matrimonio nullo, propter impedimentum consanguinitatis, oritur publica honestas. Sic ex Congregatione Basil. Bonac. *loc. cit. n.* 18. Agid. *disp.* 32. *dub.* 5. *n.* 70 Hurt. *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO XIV.

An Ex matrimonio rato conditionato, oriatur publica honestas?

AFFIRMANT aliqui, quos, tacito nomine, refert Petrus Ledesma *quæst.* 55. *art.* 4. *dub. penult. pag. mihi* 427.

Sed probabilius Respondeo: Non oriri (adminus antequam adimpleatur conditio.) Quia nullomodo tale matrimonium habet vim contractus absoluti, imo nec sponsalium absolutorum: ergo. (An autem adimpleta conditione, consurgat statim huiusmodi impedimentum, affirmant aliqui; alij vero negant. Omnes probabiliter.) Sic Sanchez *disp.* 70. *num.* 21. Basilius *lib.* 7. *cap.* 35 *fine.* Bonac. *pun.* 11. *n.* 16. Hurtado *disp.* 21. *diff.* 2. & omnes communiter.

QVÆSTIO XV.

An, Quando affinitas adiungitur cum publica honestate, vtraque debeat explicari Summo Pontifici, in petitione dispensationis?

AFFIRMANT sufficere explicare affinitatem, & quod Sum. Pontifex tollat hoc impedimentum, sine eo quod deroget impedimentũ publicę honestatis, Præpos. Stephanus, & alij Iuris periti penes Petrum Ledesmam *q.* 55. *de matrim. art.* 4. *fine.*

Sed multo probabilius & clarius, sic sub distinctione Respondeo: Quoties publica honestas sub affinitate necessario comprehenditur, satis est fecisse mentionem de affinitate, & quod dispensetur super illa. Secus vero si ex narratione verborum non comprehendatur publica honestas sub affinitate, quia tunc necessario debet fieri mentio tacite, vel explicite de pnblica honestate. Sic Petr. Ledesma *loc. cit.* Abbas, & Siluester penes ipsum Bonac. *loc. cit. num.* 22. Enriquez *lib.* 12. *cap.* 10. *num.* 3. Rebell. *loc. cit. num.* 9. & communis.

DISPV-

DISPVTATIO VIGESIMA.

De impedimento Affinitatis.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid Sit Affinitas

RESPONDEO: Quod est, *vinculũ, seu propinquitas personarũ quarundarũ ex carnali copula licita, vel illicita proueniens, omni carens parentela.* Dicitur, *propinquitas*; quia in hoc conuenit, cum cognatione carnali. Ex *copula licita, vel illicita proueniens.* Inquo à cognatione carnali distinguitur. *Omni carens parentela.* Quia non eget coniunctione sanguinis, vt affinitas contrahatur; licet per accidens possit esse cũ illa. Sic S. Thom. *in 4. dist. 4. q. vnic. ar. 1. q. 3. qla 3 arg. 2.* Sanchez *lib. 7. disp. 64. nu. 1.* Basilius *lib. 7. cap. 33. nu. 1.* Bonac. *q. 3. pun. 12. nu. 1.* Hurtad. *disp. 20. diff. 1.* Petr. Ledesma *q. 55. ar. 5.* Villalob. *tr. 14. diff. 17. nu. 1.* Cornejo *disp. 7 ante dub. 11. pag. 1008.* Luysius *in sum. par. 2. cap. 115. dub. 1.*

QVÆSTIO II.

An solum ex matrimoniali copula oriatur affinitas?

AFFIRMANRVNT Tancredus, & Vincentius, quos refert Archiac. *cap. vltim. nu. 6. de sponsal. in 6* Gotfredus, apud Angelũ *Ver. Matrim. 3. impedim. 15. n. 5.* Corasius *lib. 1. miscelan. cap. 2.*

Sed certissime omnino Respondeo: Nõ solum ex matrimoniali, seu licita copula, verũ etiam ex illicita affinitatẽ oriri. Quia sic definitur *in cap. Non debet, de consanguint. & Affinit. & in cap. discretionẽ de eo qui cognou. consang.* & in Trident. *sess. 24. cap. 4.* Et sic docent omnes DD. Legantur Sanch. *lo. cit. n. 16.* Basil. *nu. 1.* Bonac. *num. 1.* Hurt. *diff. 1.* & alij citati.

QVÆSTIO III.

An, Vt affinitas contrahatur, sufficiat copula, absque seminis viri in vas fœmineum, intromissione?

AFFIRMANT Michael de Metina *lib. 5. de sacror. hominum continentia cap. 76.* apud Sanchez, & apud Rebellum, *cap. 77.*

Sed certissime Respondeo: Non sufficere. (Sicut non sufficere ad consummandum matrimonium diximus supra.) Quia affinitas, ex eo solum oritur, quod semen viri, & sanguis menstruus fœminæ, aut eius semen intra matricem illius commisceantur; vt habetur *in cap. lex diuina 27. q. 2.* Ex hac enim cõmixtione, vir, & fœmina fiunt vna caro, & vnus sanguis; & consequenter consanguinei vnius, fiunt affines alterius: ergo. Sic expresse habetur *in cap. extraordinaria 35. q. 3* & tenent Sanch. *lib. 7. disp. 64. nu. 7.* & penes ipsum quinquaginta quinq; DD. Quibus addi possunt Basil. *lo. cit. n. 2.* Hurt. *disp. 20. diff. 1. n. 2.* Bonac. *q. 3. de imped. pun. 12. n. 12.* Filliuc. *tr. 10. 2. par. nu. 208.* Candid *disquis. 28. ar. 12. dubit. 7.* Lublinus *Verb. Matrim. n. 27.* Rebell. *lib. 3 Matrim. q. 15. n. 3.* Villalob. *lo. cit. n. 6.* Cornejo *loc. cit. dub. 32.* Luysius *loc. cit. dub. 2.*

QVÆSTIO IV.

An, Vt contrahatur affinitas, requiratur, quod etiam fœmina semineꝰ?

AFFIRMANT Innoc. *in cap. Fraternitatis. de eo qui cognouit consang.* Archidiaconus, Bellamera, Cardinal. Lambertinus, Cenedo, Ludou. Lopez, & Graffis, quos refert Sanch. *lo. cit. nu. 21.* Quibus addi possunt Hurt. *disp. 20. diff. 1. n. 5.* & Diana *4. par. tr. 2. resol. 43.* per hæc uerba: Dico igitur esse sententiam probabilem, & satis tutã in praxi, asserere, quod ad contrahendam affinitatẽ, non sufficit seminatio viri in fœminę matricẽ, in qua est sanguis mẽstruus ad generationem paratus, sed etiam requiritur seminatio fœminę: & ita docet Hurt. *de matrim: disp. 20. diff. 3. n. 5.* Qui citat Innocentium, & Lopez. Et hanc sententiam probabile esse putat Pręposit. Sanch. Turrian. *loc. cit.* Vnde stante prõbabilitate huius sententię, qui habuit copulam cum consanguinea, vel affine vxoris, si illa non seminauit, non contraxit vllum impedimentũ,

&

& ideo potest, sine alia dispensatione, petere debitum. Ita Diana ibi, & latius antea 3. *p. in addit. secund. resol.* 21. Didacus Narbona *de ætate ad omnes, & c. anno* 14. *q.* 5. *n.* 4. *pag.* 208. qui tamen non bene citat Thomam Sanchez pro hac parte.

Sed probabilius Respondeo: Non requiri sed sufficere seminationem viri in matricem fœminæ, in qua est sanguis menstruus ad generationem paratus. Quia ex horum commixtione, vir & fœmina, vna fiunt caro; & huiusmodi copula est perfecta, & sufficiens ad generationem. Sic Sanchez *lib.* 7. *disp.* 64. *n.* 21. & penes ipsum, Petr. Ledesma *q.* 55. *art.* 3. *dub.* 2. *ad* 4. Rodrig. *tom.* 1. *sum. cap.* 228. *nu.* 1. Vega 2. *tom. sum. c.* 34. *casu* 171. *concl.* 5. Tabiena, Armilla, Veracruz, & alij Doctores vsq; ad viginti sex. Quibus addi possunt Basilius *lib.* 7. *cap.* 33. *n.* 2. Bonac. *loc. cit.* Torreblanca *lib.* 2. *practican. c.* 15. *sect.* 9. *nu.* 87. 88. & 89. Candid. *loc. cit.* Lublinus *ver. Affinitas, n.* 1. Rebellus *q.* 15. *cit. n.* 2. Immo, & id ipsum tenuit Diana 3. *p. tr.* 5. *resol.* 19. & penes ipsum, Florenus, & Fi relius. Tenet etiam Cornejo *disp.* 7. *dub.* 32. Luysius *loc. cit. dub.* 4.

QVÆSTIO V.

An Etiam contrahatur affinitas, ex copula in qua sola fœmina feminat?

AFFIRMAVIT Mich. de Medina *loc. supr. cit.* & cum eo Doctores omnes, qui cēlent ex matrimonio tātum odorato, oriri affinitatē, de quo sup. *disp.* 19. *q.* 10.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Negatiue. Quia dicta copula nec est sufficiens ad generationem prolis; nec ibi datur commixtio sanguinum, in qua vir, & fœmina vna fiant caro. Sic Sanchez *loc. cit n.* 10. *citans* pro hac parte 55. Doctores. Quibus addi possunt Basilius, Bonac. Hurt. Candid. Cornejo, & alij cōmuniter.

QVÆSTIO VI.

An Ex congressu spadonum oriatur affinitas?

AFFIRMAVIT Hugon, quem citat, & sequitur Ioannes de Friburgo *in summa Confessor. lib.* 4. *tit.* 16. *quæst.* 13.

Sed certissime Respondeo: Non oriti. Quia spadones non emittunt semen, saltem verum, ex quo generatio subsequi posit. Quod vere requiritur, vt contrahatur affinitas, vt ex D. Thoma, docet Petrus Ledesma *quæst.* 55. *de matrim. artic.* 3. *pag. mihi* 416. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 11. ex Ledesma 2. *part. quæst.* 57. *art.* 3. *ad finem.* Basilius *loc. cit. num.* 2. Bonac. *quæst.* 3. *punct.* 12. *num.* 14. qui pro hac sententia citat Petr. Ledesma *quæst.* 55. *art.* 3. Sed non bene, quia Petrus de Ledesma nihil de hac agit quæstione. Hurtado *disp.* 20. *diff.* 1. *num.* 3. Candidus *disquis.* 28. *art.* 12. *dub.* 8. Lublinns *verb. affinitas num.* 1. & *verb. matrimonium num.* 27. & omnes.

QVÆSTIO VII.

An, Vt affinitas contrahatur, sufficiat copula extra vas habita, si virile semen quocumque modo, etiam dæmonis arte, intra vas fœmineum mittatur, aut recipiatur?

AFFIRMANT Petrus Ledesma *quæst.* 55. *de matrim. art.* 3. *dubio* 2. *ad* 4. Rodriguez *tom.* 1. *cap.* 228. *nu.* 1. Barthol. de Ledesma, Viuald. Lopez, quos, & & alios vsque ad viginti Doctores, citat, & sequitur Sachez *lib.* 2. *de matrim. disp.* 21. *num.* 2. & *lib.* 7. *disp.* 64. *nu.* 15. Bonac. & Hurtado *loc. cit.* Filliuc. *tract.* 10. *part.* 2 *num.* 209. Molfesius *num.* 101. Gutierrez *de matrim. cap.* 54. *num.* 23. Candid. *loc. cit. dubit.* 7. in hæc verba: Affinitas oritur; quando semen intra vas fœmineum recipitur quacumque arte, siue recipiatur arte humana, siue diabolica, siue cum violatione clausuri, siue absque clausuri violatione siue spontè, siue casu; nam inde potest sequi generatio, quamuis aliquado impediatur. Ita ille Lublinus *verb. Affinitas, n.* 1. Rebell. *loc. cit. q.* 15. *n.* 2. Cornejo *loc. cit. dub.* 32. *quæst.* 2. Luysius *loc. cit. dub.* 5. & 6.

Sed probabiliter profecto Respondeo: Non sufficere, sed requiri veram copulam cum vasis fœminei aliquali saltem penetratione. Primo. Quia probabile sane est, quod minime possit sequi generatio ex copula habita alio modo quam connaturali, iuxta illud Genes. *Adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna*, hoc est; in filio, vt quidam exponunt: Ergo ex copula extra vas habita, quantumuis arte aliqua, etiam

etiam dœmonis semen intra vas fœmineũ immittatur, non contrahetur affinitas. Consequentiam contrarij etiam concedunt: antecedens vero, in quo est difficultas docet, & ex multis probat Torreblanca *lib. 5. practicar. cap. 2. à num. 34.* & licet non ita efficaciter, saltem probabiliter. Secundo. Quia quamuis (vt verius credo) concedamus posse ex semine alias deciſſo, & casu, siue arte humana, siue diabolica, in matricem fœminæ immisso, proles generari, vt expresse, id comprobant experientijs D. Thom. D. Augustt. Sanchez, Suarez, & alij, plures, quos affert Torreblanca *loc. cit. num.* 13. adhuc tamen dicendum est, non sufficere ad affinitatem contrahendam, quia vltra hoc requiritur, quod generatio fiat per cooperationem naturalem, & natiuam, & per copulam carnalem, & adhæsionem viri ad fœminam. Sic Basilius *lib. 7. capit. 33. num. 2.* per hæc verba: Vt autem contrahatur affinitas, necessaria est in primis carnalis copula. Vnde si semen alicuius viri, ope dœmonis deferatur in vterum fœmineum, probabile iudico non contrahi affinitatem, quidquid Thom. Sanchez *lib. 2. disput. 21. num. 2.* vt dico infra *lib. 9. cap. 9.* Quia illi non sunt facti vna caro, nec sibi adhæserunt, & alias innumeros scrupulos inijceret ea opinio, dubitantibus hominibus, an ab illis dormientibus deciſum semen raptum à dœmone, alioquè delatum esset. Vnde, neque si casu ad se traheret vterus fœmineus semen viri cum ea ludentis contraheretur affinitas. Sic Basilius, & post illum, Doctus Pater Albiz *in manuscriptis tract. de matrim. disp. 17. dub. 1.* Sic dicens: Oportet tamen, quod sit copula carnalis. Vnde si semen alicuius viri ope dœmonis, aut casu, aliò deferatur in vterum fœmineum, non contrahitur affinitas, quia illi non sunt facti vna caro, nec sibi adhæserunt. Sic ille. Diana etiam *3. part. tract. 5. resol. 19.* Ita loquens. Nota etiam cum dicto Basilio Pontio, contra Sanchez *lib. 2. disp. 21. num. 2.* quod si semen alicuius viri ope dœmonis deferatur in vterum fœmineum, non contrahitur affinitas, quia illi non sunt facti vna caro, nec sibi adhæserunt. Legantur dicta à nobis sup. *disp. 5. q. 30.*

QVÆSTIO VIII.

An, Ex copula Sodomitica oriatur affinitas?

RESPONDEO: Certissime, non oriri. Quia ad affinitatem contrahendam, ea copula necessario requiritur, ex qua possit sequi generatio. Sic definitur *in capite Extraordinaria, 35. q. 5. & 10. cap. Fraternitatis*, & alibi. Et tenent omnes, Sanchez *lib. 7. disp. 64. n. 8. & 13.* Basilius, & Hurt. Candid. & Lublinus *loc. cit.* Petr. Ledesma *q. 55. ar. 3. dub. 1.* Toledo *lib. 7. cap. 11. nu. 3* Bonac. *q. 3. punct. 12. n. 16.* Cornejo *loc. cit.* & alij penes ipsos.

QVÆSTIO IX.

An Copula Sodomitica, quamuis non propter affinitatem, saltem propter criminis immanitatem, impediat matrimonium, cum consanguineis illius, cum quo habita est?

AFFIRMANT aliqui, penes Archidiaconum *in cap. extraordinaria. 35. q. 5.* Quorum sententiam sequitur Lambertinus *de iure patronat. lib. 2. par. 1. q. 9. art. 18. num. 9.*

Sed certissime Respondeo: Non impedire matrimonium. Quia enormitas criminis, non inducit impedimentum matrimonij, nisi alias iure sit expressum, at hoc nullibi est: ergo. Sic omnes Doctores citati, precipue Sanchez, Qui bene ex Petro Ledesma, dicit, quod si duo viri, nefando congressu se polluerint, possit quilibet horum ducere alterius filiam.

QVÆSTIO X.

An Oriatur affinitas ex copula habita cum fœmina prorsus renitente, dormiente, ignorante, insana, aut ebria?

RESPONDEO: Oriri. Quia huiusmodi copula apta est ex se ad generationem. Et quidem de copula habita cum fœmina coacta, & renitente, id decernitur, *in cap. Ad discretionem, de eo, qui cognouit consanguin.* & sic docent communiter omnes DD. Sanchez *loc. cit. n. 17.* Basil. Hurtado, Candid. Lublinus, & alij Bonac. *n. 17.* Villalob. *diff. 17. n. 7.* Qui omnes contrarium (& bene) dicunt, de copula habita cum muliere mortua, cum hæc, non sit apta ad generationem.

QVÆS-

QVÆSTIO XI.

An oriatur affinitas ex copula omnino occulta?

REspondeo: oriri. Quia iura non distinguunt, an copula sit occulta; necnon. Sic Nauar. *lib.4.conf.tit. de consanguin. conf.* 1.*n.*1.& 2.Azeued.& Lambert. quos citat, & sequitur Sanch. *loc.cit. n.* 18. Luysius *loc. cit.dub.*2.

QVÆSTIO XII.

An affinitas dirimat matrimonium, saltem iure Ecclesiastico?

REspondeo: Certissimè dirimere, siue talis affinitas consurgat ex copula licita, siue illicita. Sic enim cauetur *in c. si qua mulier* 35.*q.*10.*c.nullum in vtroque* 35.*q.*2.Concilia, Toletanum 2.*c.* 5. & alia quàplurima, quæ refert Basil. *lib.*7.*c.*33.& nouissimè Trident. *sess.*24. *can.* 3. & cum eo vniuersi Doctores.

QVÆSTIO XIII.

An iure antiquo, tàm affinitas orta ex copula licita, quàm illicita, extendebatur, vsque ad septimum gradum?

REspondeo affirmatiuè: Quia Canones antiqui, eodem modo de coniugali, & de illicito, ac incestuoso concubitu loquuntur: at sic èst, quod iure antiquo, interdictum erat, ac irritum matrimonium cum alterutrius coniugis consanguineis, sicut cum propriis, vsque ad septimum gradum: ergo vsque ad illum extendebatur affinitas. Sic *ex c.nullum,& c.æqualiter* 35.*q.*3.probāt, & docent Sanch. *lib.*7.*disp.*67.*n.* 3. Basilius *lib.*7. *c.*33.*n.*4.& *c.*34.*n.*2.& *alij.*

QVÆSTIO XIV.

An iure nouo affinitas ex fornicatione orta, restricta sit ad secundum gradum?

REspondeo affirmatiuè: Quia sic habetur in Trident. *sess.*24.*de matrimon. c.*4. his verbis: *Sancta Synodus impedimentū, quod propter affinitatē ex fornicatione contractam inducitur,& matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu coniunguntur, restringit: in vlterioribus verò gradibus statuit, huiusmodi affinitatem matrimonium postea contractum nō dirimere.* Sic Concilium. Et sic iam omnes, Sanchez *loc.cit.n.*4.Basilius *loc.cit.* Bonac. *q.* 3.*punct.* 12.*num.*6. Cornejo *disp.*7.*dub.*31.*q.*4.& alij. Vnde cautè est legendus Aureol. *in* 4.*dist.*41 *ar.vnico,* dum ait: Hanc affinitatem impedire in eodem gradu, & eodem modo, quo consanguinitas.

QVÆSTIO XV.

An saltem affinitas ex fornicatione orta, licet non dirimat, impediat subsequens matrimonium, in vlterioribus gradibus?

AFfirmauit Nauarr. *Sum. Latin. antiq. c.* 22.*n.*43.quamuis poltea mutauerit sententiam. Vnde.

Certissimè respondeo: Nō impedire, sed posse licite matrimonium contrahi, vltra secundum gradum: quia sic declarauit, ac definiuit Pius V. anno 1566. Motuproprio, qui incipit. *Ad Romanum Pontificem*, per hæc verba: *Declaramus,& authoritate Apostolica decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quo minus in vlterioribus gradibus huiusmodi libere,& licite matrimonium contrahi possit.* Sic Pontifex,& sic Nauarr. *in noua edit.* Sanchez *loc. cit. n.* 4. Qui bene notat, quod nec affinitas ex fornicatione orta, dirimat, aut impediat sponsalia subsequentia, aut præcedentia vltra secundum gradum. Pet. Ledesma *de matrim q.*55.*ar.*3 *dub.vlt.* & omnes. Qui bene vlterius aduertunt, nomine *fornicationis*, inteiligi debere, omne illicitum concubitum, veluti adulterium, stuprum,& cæteras luxuriæ species. Legantur Sanchez *n.*6. Cornej. *loc.cit.* Luysius *loc. cit.dub.*13.

QVÆSTIO XVI.

An accessus viri ad mulierem, in tertio, aut quarto gradu consanguineam eius, cum qua idemmet fornicatus fuerat, sit incestus?

AFfirmat Comitolus *lib.*1.*respons. moral. quæst.*138.*num.*2.& id esse probabile clare dicit Pet. Ledesma *quæst.* 55. *de matrimon.art.*3.*dub.*5.*pag.mihi* 420. *col.* 1. & tenet Angles *in* 4.*p.*1.*de mat.q.de imped. affinit.art.*1.*ante diff.*1. Luysius *loc.citat.dubio* 14.

Sed longe multo probabilius, respondeo: Non esse incestum: quia Tridentinum prorsus abstulit affinitatem à fornicatione, vltra secundum gradum prædictū. Sic P. Ledesma *loc citat.* Sanchez *loc. citat. numer.* 8. Nauarr. *lib.*4.*conf.de consen.conclus.* 3. *num.* 23.& 4. Layman *tract.*10.*p.*4.*cap.*5. *num.* 3. Hurtado *disp.*20.*diff.*5.*num.* 17. & communis.

Quòd si inquirat, an accessus mariti ad mulierem, tertio, vel quarto gradu cum sua

vxore coniunctam, sit ad minus incestus, & impediat ius exigendi debitum?

Negare vtrumque videtur Sa, *verb. Luxuria, num. 2. & verb. debit. contug. n.* 13. Negāt & alij secundùm solùm.

Sed tanquam certum respondeo: Esse incestum; & vt longe probabilius, non impedire ius exigendi debitum. Primùm cōstat, quia est ad mulierem affinem ex copula licita intra quartum gradum. Secundùm, quia hoc impedimentum, non tam ex incestu, quàm ex affinitate inde contracta oritur: at ex illa copula habita, cum dicta, cum sit illicita, & vltra secundum gradum, non oritur affinitas cum propria vxore: ergo. Sic Sanchez *lib. 9. disp. 27. num.* 14. Basilius *lib. 7. cap. 33. num. 6.* Hurtad. *disp. 10. diff. 7.* & communis.

Dicta in hac quæstione ex scribētis in curia, in quibusdā tomis aliter reperies, nec mireris, amice Lector, quia intempestiuè animaduersa. Sic corrige.

QVÆSTIO XVII.

An etiam affinitas orta ex legitimo toro, sit restricta ad secundum gradum?

REspondeo negatiuè: Nam hæc impedit, ac dirimit matrimonium vsque ad quartum gradum: quia sic, iure nouiori Concilij Lateranensis sub Innocent. III. *cap. Non debet, de consanguin. & affinit.* statutum fuit, & nouissimè confirmatum in Tridentin. *sess. 24. de matrimon. cap. 4.* Vbi restringens affinitatem, solùm expressit ex fornicatione contractam: ergo cum sit fortius vinculum affinitatis ortæ ex copula coniugali, non sequitur, vt illa restricta, censeatur & hæc coarctata. Sic Sanchez *loc. cit. num. 5.* Basilius *cap. 34. num. 1. & 2.* Layman *num. 2.* & alij communiter. Vnde caute est legendus Luysius *in Summ. loc. citat. dub.* 13. dum absolutè, & sine distinctione, ait, tertium, & quartum gradum affinitatis, nec dirimere, nec impedire matrimonium post Tridentinum. Nam hoc solum est verum, loquendo de affinitate orta ex fornicatione, non ex matrimonio, vt constat ex dictis.

QVÆSTIO XVIII.

An affinitas ex fornicatione orta, in aliquo gradu irritet matrimonium iure naturali, aut diuino?

AFfirmauit Celaia *in 4. dist. 40. q. vnica, post 4. arg. dub.* 1. existimans, interdictum esse iure naturæ matrimonium inter filiam, & eum, qui cum eius matre fornicatus est. Affirmat etiam D. Anton. *3. part. titul. 1. capit. 11. §. 1.* docens, iure diuino esse vetitum matrimonium in primo gradu lineæ rectę affinitatis ex fornicatione ortæ.

Sed certissimè Respondeo: In nullo gradu irritare matrimonium, iure naturali, aut diuino, sed tantum iure Ecclesiastico. Quia ex hoc solo iure dicta affinitas consurgit. Sic Petr. Ledesma *q. 55. art. 6. circa primum statum affinitatis, dist. 2. conclus. 3. pagin.* 436. dicens, id esse certissimum, Sanchez *lib. 7. disput. 66. num. 3.* & omnes communiter.

QVÆSTIO XIX.

An affinitas saltem, ex matrimonio orta, dirimat, iure naturæ, matrimonium in aliquo gradu lineæ rectæ?

AFfirmant in primis, in ea linea prohiberi, iure naturali, matrimonium in quocumque gradu in infinitum, Siluest. *matr. 8. q. 15. dict. 6.* P. Soto *lect. 10. de matr.* Palud. Philiarcus, & alij, quos refert Sāch. *disp. 66. n. 5.*

Affirmant deinde alij, docentes tamen, solùm in primo gradu lineæ rectæ, non verò in alijs, prohibitum esse matrimonium iure naturali, v. g. inter priuignum, & nouercam; vel priuignam, & vitricum, socerum, & nurum; socrum & generum. Ita Nauar. *lib. 4. cōsil. tit. de spons. cons. 14. num. 8.* Couarr. *4. decret. 2. par. cap. 6.* Bellarmin. *lib. 1. de matr. cap. 28. notab. 2.* Valencia *4. par. disp. 10. q. 5. punct. 3.* Vazq. *1. 2. q. 74. ar. 8. disp. 112. nu. 7.* Viuald. Barth. de Ledesm. Cañedo, quos omnes, & alios plures refert pro hac parte, Sanchez *num. 6.* Qui pro hac sententia refert etiam Paludanum. Citat etiam Bonacina pro hac parte Ægidium *disput. 32. dub. 4. num. 53.* & Petrū Ledesma *quæst. 55. de matrimon. art. 6.* (Sed ex his, hunc male,

vt

vt infra) Canarienſ. & Sotus, penes Baſilium, vbi infra, & alij.

Sed, omnium probabilius, Reſpondeo: dictam affinitatem in nullo gradu lineæ rectæ irritare matrimonium, iure naturæ; ſed tantum iure Eccleſiaſtico. Sic colligitur expreſſe ex Concilio Agathenſi *can. 61. & can. 30.* & ex Concil. Aurelian. *3. can. 10.* vt recte probat Baſilius infra. & Ratio eſt. Quia inter dictos Affines, nulla reperitur ſuperioritas, contra cuius reuerentiam ſit vſus matrimonij: ergo. Sic Petr. Ledeſma *q. 55. de matr. ar. 6 circa 1 ſtatum affinitatis diff. 2. concl. 1. & 2. pag. mihi 436. col. 1.* Vbi hanc noſtram ſententiam, & vocat, & probat probabiliorem. Caiet. *2. 2. q. 154. ar. 9.* Enriq. *lib. 12. c. 1. n. 2. & c. 9. n. 5.* Sa, *verb. matr. vbi de impedim. dirim. num. 4.* Vega *to. 2. c. 34. caſu 126.* Veracruz. Llamas, & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez *loc. cit. n. 7.* Baſilius *lib. 7. c. 34. à nu 5.* Candid. *diſquiſ. 28. ar. 12. dubit. 4. dicto 10.* Cornejo *loc. cit. dub. 33.* Luyſius *loc. cit. dub. 10.* Rebellus *lib. 3. de matr. q. 15. nu. 10* Bonac. *q. 3. cit. pun. 12. n. 7.* & penes ipſum, Gutierrez, Hurtado *diſp. 20. diff. 4.* addens, tale matrimonium inter dictos affines, non ſolum non eſſe irritum ex natura rei, ſed neque illicitum; ſed huic addito contrariatur aliud Baſilij *loc. cit. n. 9.* dicens, id iure naturæ eſſe illicitum.

QVÆSTIO XX.

An Affinitas ex matrimonio orta, dirimat in linea tranſuerſa, iure naturali, matrimonium?

AFFIRMANT Palud. *in 4. d. q. 1. ar. 5.* & D. Anton. *3. p. tit. 1. c. 11. & 14.* exiſtimantes, matrimonium initum in primo gradu lineæ tranſueruæ eſſe irritum iure naturæ. Hanc eamdem ſententiam acerime defendunt hæretici noſtri temporis, vt defendant Henricum VIII. Regem Angliæ, qui Cathariam filiam Ferdinandi, & Eliſabetę, vxorem fratris ſui Arthuri, quam ex diſpenſatione Iulij II. duxerat, repudiauit, & ea viuente, duxit Annam Bolenam.

Sed certiſſime Reſpondeo: Nullomodo dirimire iure naturali dictũ matrimoniũ, adhuc in primo gradu contractum. Quia in illo ſepe diſpenſarunt Pontifices, vt Innoc. III. cum infidelibus recenter conuerſis, *cap finali de diuort.* Alex. VI. cum Emmanuele Rege Luſitaniæ. Iulius II. cum dicto Henrico VIII. cuius diſpenſationẽ, conſultis totius Orbis illuſtribus vniuerſitatibus, & maturiſsimo conſilio habito, Clemens VII. approbauit: at Pontifices nequeũt in iure naturali diſpenſare: ergo.

Secundo, Quia Iacob vir ſanctiſsimus duxit Liam, & Rachelem ſorores. *Gen. 29.* & Iudas *Geneſ. 38.* dedit eidem mulieri duos fratres inviros. Tertio. Quia in dicto gradu, nec conſanguinitas dirimit matrimonium iure naturæ, vt ſupra iam eſt habitum: ergo. Sic tenent iam omnes Theologi, & Iuriſtæ. Legantur Sanch. *diſp. 66. n. 11.* Baſil. *c. 34. cit. n. 3.* Hurt. *diff. 3.* Bonac. *pun. 12. n. 7.* Valerus *in diff. r. verb. diſpenſatio differ. 6. à n. 1. vſque ad 4.* & alij penes ipſum.

QVÆSTIO XXI.

An, Diſpenſatione facta, cum duobus affinibus, aut conſanguineis, ad matrimonium ineundum, copula inter illos, poſt diſpenſationem, habita, ſit inceſtus?

AFFIRMANT Maior *in 4. diſt. 40. q. 2. argum. 4. propoſ. 8.* & Gallego *de cognat ſpirit. cap. 24. num. 17.*

Sed longe multo probabilius Reſpondeo: Non eſſe inceſtum. Quia talis copula, vere fuit habita, poſt diſpenſationem. Sic ex Caiet. *verb. inceſtus.* Armilla *ibi*, & Vega *2. tom. cap. 5. caſu 1.* docet Sanch. *loc. cit. num. 9.*

DISPVTAT. VIGESIMAPRIMA.

De Impedimento Impotentiæ?

QVÆSTIO I.

Quid Et Quoduplex ſit Impotentia?

RESPONDEO: Primo circa primum. Quod impotentia, eſt *vitium naturale impediens coitum.* Quod quidem conſurgere poteſt ex duplici cauſa; ex naturali, nempe, & intrinſeca, vt ex frigiditate in viro, aut arctatione in fœmina, & ex extrinſeca, & accidentali, vt ex maleficio, quod vtrique ſexui commune eſt; aut ex

castratione, quæ viris est peculiaris. Sic Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 91. *numer.* 1.

Circa secundũ vero, Respondeo: Quod impotentia est duplex: altera est impotentia ad copulam, seu ad coeundum, hoc est, ad penetrationem vasis, & ad emissionem veri seminis intra vas: altera vero est impotentia ad solam generationem, ob solam infœcunditatem seminis, quamuis veri; & hac dicitur, *sterilitas*.

Rursus, quælibet impotentia ex dictis, vna est perpetua, & altera temporalis. Vna, absoluta in se, & sine respectu ad has, vel ad illas personas; & altera respectiua; cum respectu, videlicet, vnius, aut alterius personæ, non omnium. Tandem, quælibet impotentia ex dictis, alia est naturalis, quæ prouenit ex defectu alicuius naturaliter requisiti: & alia artificialis, quæ prouenire potest exarte dæmonis, vt supra notatum est. Sic Sanchez *loc. cit.* Basilius *lib.* 7. *cap.* 60. per totum, Hurtado *disp.* 22. *diff.* 1. Bonac. *q.* 3. *cit. pun.* 13. *à num.* 1. Caudid. *disquis.* 28. *ar.* 13. & alij.

QVÆSTIO II.

Quando Impotentia coeundi censenda sit perpetua; & quando temporalis?

RESPONDEO: Quod illa impotentia censeri debet perpetua, cuius impedimentum nequit auferri humana industria absque miraculo; aut absque aliquo præter naturali medio; aut absque periculo vitæ; aut sine graui aliquo inconuenienti; aut absque peccato; Quia, quod fieri, nisi aliquo ex his medijs, non potest, id nec ius, nec prudentia, nec ratio, fieri posse dictat, sed respuit. Illa vero impotentia censetur temporalis, cuius defectus, aut impedimentum auferri potest, humana industria, absque miraculo, absque periculo corporali, aut absque peccato; Sic Sanchez, Basilius, & Bonacina *loc. citatis*. Hurtado *diff.* 2. Candidus *dubit.* 2. & communis.

QVÆSTIO III.

An Impotentia perpetua ad copulam dirimat subsequens matrimonium?

RESPONDEO: Certissime dirimere; secus vero loquendo de impotentia temporali, quamuis hæc sit naturalis, & absoluta. Hæc responsio est certissima apud omnes. Et prima eius pars habetur *in* 33. *quæst.* 1. per totam. Et toto *tit. de frigid. & malef.* Secunda vero, *in cap. Fraternitatis.* 6. *de frigidis.* Et vtramque docent Sanchez *lib.* 7. *disp.* 91. *n.* 2. Basil. *lib* 7. *cap.* 60. Hurtado *diff.* 3. *n.* 7. & 8. Bonac. *pun.* 13. *n.* 12. Cardid. *cubit.* 1. Villalob. *tr.* 13. *diff.* 18. Torreblanca *lib.* 2. *cap.* 15. *sect.* 4. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 33. Luysius *in sum. par.* 2. *cap.* 118. *dub.* 1. Machado *lib.* 3. *par.* 1. *tract.* 11. *docum.* 15. & omnes communiter.

QVÆSTIO IV.

An, Valeat matrimonium contractum inter impotẽtes, cognita impotentia naturali coeundi perpetua, dummodo solum ad caste viuendum, & sine ordine ad copulam, celebretur?

AFFIRMANT huiusmodi matrimonium, tali modo contractum, esse omnino validum in ordine ad naturalem vitæ societatem, & ad caste viuendum Palud. *in* 4. *d.* 34. *quæst.* 2. D. Anton. 3. *par. tit.* 1. *cap.* 22. §. 3. Veracruz 1. *par spec. ar.* 38. Petrus Soto *lect.* 5. *de matrim. cap.* 8. Medina *lib.* 5. *de contin. cap.* 74. & alij, quos refert, & sequitur Basilius *lib.* 7. *de matrim. cap.* 56. 57. 58. & 59. Quibus addi possunt Vivaldus, Llamas, Silvest. Tabiena, Nauarrus, & alij quam plures, quos, pro hac parte, refert Sanchez *lib* 7. *disp.* 97. *num.* 1. Quibus addi possunt Machado *loc. cit. nu.* 8. qui pro hac parte refert (sed male profecto) Lopezium, & Candidum. Et licet hæc sententia sit satis probabilis.

Probabilius tamen Respondeo: Tale matrimonium nullomodo valere. Primo, Quia Sixtus V. in motu proprio, circa Eunuchorum coniugia, edito, expresse, & absque vlla distinctione matrimonij ad hunc, vel ad illum vsum, definit

definit, matrimonia, cum dictis Eunuchis scienter contracta, esse irrita, eo quod impotentes sint.

Secundo, quia ea coniunctio repugnat mutuę corporis traditioni ad vsum coniugalem, in quo essentia matrimonij consistit: at vbi essentia cõtractus non potest reperiri, nequeunt contrahentes, cedentes iuri suo, efficere, vt is contractus valeat: ergo. Sic expresse Sanchez *loc. cit. n.* 2. dicens, hanc esse verisimã sententiam, pro qua refert ex Theologis Palacios *disp.* 1. *col.* 11. *concl.* 2 Ledesmã 2. *p.* 4. *q.* 60. *ar.* 1. *col.* 3. Veracruz (quem etiam pro contraria parte refert) 1. *p. specul. ar.* 38. Ludou. Lop. 2. *p. instruct. vbi de matr. c.* 52. Petr. de Ledesma *q.* 58. *de matr. ar.* 1. *fine.* Valent. 4. *p disp.* 10. *q.* 5. *pun.* 3. Enriquez *lib.* 11. *de matr. c.* 10. *in com. fin.* & *lib.* 12. *c.* 8 *n.* 1. Toledo *lib.* 7. *c.* 12. *n. vlti.* Sa, *ver. matr. in impedim. impotentiæ n.* 14. Barth de Ledesma *dub.* 48. *concl.* 14. Rodrig. *to.* 1. *sum. c.* 235. Vega *to.* 1. *c.* 34. *casu* 113. & alij. Et ex Iurisperitis, Nauar. (quem etiam pro oppposito refert) *in sum. c.* 22. *n.* 60. & *lib.* 4. *consil. tit. de frigid. consil.* 3. *n.* 2. Hostiens. Pręposit. Felinus, Rosella, & alij quam plures. Quibus addi possunt Vazq. 3. *p. disp.* 125. *c.* 7. Hurtado *dis.* 22. *diff.* 4. Candid. *disquis.* 28. *ar.* 13. *dubit.* 25. *cum sequent.* Villalob. *tr.* 14. *diff.* 18. *n.* 19. Luysius *in sum. p.* 2. *c.* 113. *dub.* 4. & 7.

QVÆSTIO V.

An Saltem dicti impotentes possint, licet non vero matrimonio copulari, quoddam societatis vinculum inire, vt tanquam fratres habitent?

RESPONDEO: Posse. Sic Sanch. *lo. cit. n.* 13. Scotus, Sotus, Petr. Sotus, Barth. & Petr. de Ledesm. Lop. & alij, & nouissime Candid. *lo. cit. dub.* 26. sic dicens. Quãdo ab initio cognita impotentia, antequã celebrent matrimoniũ volunt vir & fœmina, nõ vero matrimonio copulari, sed quoddam societatis vinculum inire, quo simul habitantes ad mutua se ipsos obsequia obligẽt, vt fœmina inseruiat viro, & hic illi alimenta administret, licitum est, dummodo periculum incontinentiæ non subsit. Quia cum possint alios contractus ciuiles inter se inire, poterũt etiam hunc. Sic ille, ab verbum ex Sanchez, quem non citat.

QVÆSTIO VI.

An, Cognita impotentia post matrimonium, bonafide, contractum, & consequẽter, nullitate matrimonij, possint contrahẽtes instar fratris, & sororis, ad solam vitæ societatẽ sic permanere?

RESPONDEO: Tamquam certum, Posse. Quia sic expresse habetur *in cap. consultationi, & c. laudabilẽ, de frigid. & cap.* 2. 33. *q.* 1. *& in motu Sixti V.* Nõ tamen licebũt, dictis tactus, qui solutis non licent, eo quod coniuges minime sint. Vnde nullomodo sic permanere debent, aut possunt, quando incontenenter viuunt, vacando tactibus, in eodẽ lecto dormiendo, &c. Sic Sanchez *lib.* 7. *disp.* 97. *nu.* 4. & 5. Nauar. Sotus. Vterq; Ledes. & communis, apud ipsum.

QVÆSTIO VII.

An, Impotens, qui, suæ impotentiæ conscius, decepit fœminam, ipsam ducens; teneatur eam, vt sororem habere, & alere?

AFFIRMANT Rosella *v. impedim.* 15. *n.* 10. Silues. *matr.* 8. *q.* 16. *dicto* 5. Armilla ibi. *n.* 52. Praposit. Turrecrem. Greg. Lop. & alij vsque *ad* 15. quos pro hac parte refert Sanchez *num.* 9.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri ad id sub præcepto. Quia re vera matrimoniũ est irritũ: ergo nõ est cur obligetur vir ad eam fœminã, tanquam ad sororẽ habendã, & alendam. Sic expresse Sanch. *lo. cit. n.* 10. & penes ipsum, Præpos. & Turrecremata, etiã pro cõtraria parte ab ipso citati, Hostiens. Brunel, *sum. confes.* Vega *to.* 2. *c.* 34. *casu* 113. Sed ex his Authoribus, certe Vega id expresse nõ docet, solũ enim ait, posse mulierẽ si velit, cum impotente habitare, sic dicens: Notaq; iegũ Armilla, quãdo vno se casa, y sabe el impedimento de impotentia perpetua, q̃ tiene, y el otro lo ignora, que despues quando lo sepa, si quiere podra viuir con quien lo tiene, como dos hermanos. Ita ille.

QVÆSTIO VIII.

An Saltem, casu, quo coniuges, tempore initi matrimonij, impotentiam nouerint; teneantur tanquam fratres cohabitare, & conuiuere?

AFFIRMANT Armilla, Rosella, Siluester, Felinus, Abbas, Greg. Lopez, & alij.

alij penes Sanchez *loc. cit. num.* 11.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri, licet possint. Quia cum matrimonium sit nullum, nulla inde obligatio consurgit. Sic Nauar. *cap.* 22. *nu.* 60. Barth. de Ledesma *de matr. dub.* 48. *concl.* 1. Rodriguez 1. *tom. sum. cap.* 235. *nu.* 1. Ricard. Matienzo, & alij penes ipsum.

QVÆSTIO IX.

An Ad valorem matrimonij satis sit potentia penetrandi vas, si desit potentia seminandi intra illud?

AFFIRMANT Glossa *in cap. Hi qui.* 32. *q.* 7. Hugolin. *de matrim. cap.* 19. & alij, quos, tacito nomine, refert Hurtado *disp.* 22. *diff.* 5. Quibus addi potest Sa, *verb. matrim.* Vbi *de impedim. dirim. n.* 14. Ita ait. Impotentia, scilicet, seminandi intra vas, vel in ore vasis. Quidam tamen aiunt sufficere copulæ potentiam, etiam si desit seminatio. *Vide Glos. 32. q. 7. Hi qui.* Certe valde senes contrahere solent. Ita Sa. Vnde pro hac parte refertur à Thoma Sanchez, vbi infra, addens, eamdem debere sustinere, sustinentes, Eunuchos valide posse contrahere, de quo infra. Nunc autem.

Longe multo probabilius, imo mihi certo, Respondeo: Non esse satis ad valorem matrimonij potentiam penetrandi vas, casu, quo desit potentia seminandi intra illud. Quia ad valorem matrimonij, illa requiritur copula, per quam contrahentes vna efficiantur caro, vt habetur *in c. laudabilem, de frigid, & malef.*: at sic est, quod contrahentes, siue coniuges, nequeunt fieri vna caro, absque seminatione intra vas: ergo. Sic Palud. *in* 4. *d.* 34. *q.* 2. *ar.* 1. *concl.* 2. *n.* 8. Sotus *ibi. q. vni. ar.* 2. Angles 1. *p. vbi de matr. q.* 8. *ar.* 1. *dub.* 1. *diff.* 1. Petr. Ledesma *de matr. q.* 58. *ar.* 1. *dub.* 4. Valentia 4. *p. disp.* 10. *q.* 2. *pun.* 3. Enriquez *lib.* 11. *c.* 10. *n. vlt. & lib.* 12. *c.* 7. *n.* 5. & *c.* 8. *n.* 1. Toledo *lib.* 7. *c.* 12. *n.* 2. Rodrig. *to.* 2. *c.* 235. *n.* 2. Vega *to.* 2. *c.* 34. *casu* 113. Llamas 3. *p. methbo. c.* 8. §. 13. *fine* Nauar. *c.* 22. *n.* 59. Viuald. Veracruz, Lopez, quos, & alios vsq; *ad* 37. DD. refert, & sequitur Sanch. *lib.* 7. *disp.* 92. *n.* 7. Quib⁹ addi possunt Bonac. *q.* 13. *pun.* 13. *à nu.* 14. & gid. *disp.* 31. *dub.* 7. Hurt. *loc. cit.* Cãdid. *disquis.* 28. *ar.* 13. *dubit.* 8. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 33. *quæsito* 1. Luysius *in sum. p.* 2. *c.* 118. *dub.* 1. *concl.* 3.

QVÆSTIO X.

An Saltem, validum sit matrimonium, si vir non possit emittere semen intra vas, sed tantum foras, in ore vasis?

RESPONDEO: Nõ esse validũ. Quia hæc seminatio non sufficit ad hoc vt cõiuges fiant vna caro. Sic Sanch. *lib.* 7. *disp.* 99. *n.* 37. Et ex illo Candid. *loc. cit. dub.* 10. per hæc verba: Dico vndecimo, si fœmida est ita arcta, aut vir ita debilis, & frigidus, aut calidus, vt non possit cũ fœmina coire, vt semen intra vas emittat, sed foras fundat, licet arte aliqua absq; viri penetratione, semen sit receptũ intra vas, aut per matricis attractionẽ, si hoc impedimentũ coeundi, & immittẽdi semẽ intra vas sit perpetuũ, & immedicabile, nullũ esset matrimoniũ. Quia verificatur, virũ istũ esse impotentẽ ad seminandũ intra vas: tum quia hæc impotẽtia nunquã posset dirimere matrimoniũ, quippe semper potest semẽ illud vase aliquo vitreo receptũ intra vas fœmineũ immitti. Sic ille. Hurt. *disp.* 22. *diff.* 3. Sic dicẽs: quia hæc seminatio per se nõ sufficit, vt per eã cõiuges fiãt vna caro, (idest, principiũ vnionis carnis) etiã si forte, & per accidẽs, aliquãdo sufficiat, si forte aliquãdo virtute naturali matricis intromittitur pars aliqua seminis sufficiẽs ad generationẽ: tum etiã, quia potẽtia ad sic seminãdũ, est impotentia moralis ad seminandũ, quia talis seminatio nequit fieri absq; peccato. Sic ille. Et bene quidẽ. Sed certe hi Authores nõ satis consequẽter, cũ sustineant talẽ congressum sufficere, in casu singulari ab eis assignato, ad hoc, vt habentes illũ fiãt vna caro. & cõtrahãt affinitatẽ, quod nos, cõtra dictos, negauimus sup. *disp.* 20. *q.* 7.

QVÆSTIO XI.

An Validum sit matrimonium, si vir potens seminare intra vas: fœmina vero impotens ad seminandum?

NEGAT Hurtado *disp.* 22. *diff.* 5. *fine*. Et debent iddem affirmare omnes, qui cum illo existimant, semen fœmineum necessarium esse ad generationem, quos supra *disp.* 20. *q.* 4. *retuli.*

Sed probabilius Respondeo: Esse validum. Quia probabilius est, semen fœmineum non esse precise necessarium ad generationem, quamuis valde conferat. Sic S. Thom.

rijs, ne huiusmodi coniunctiones de cætero fieri quoque modo permittant, interdicas: quam eos etiam, qui sic de facto contraxerint, separari cures, & matrimonia ipsa, sic de facto contracta, nulla, irrita, & inualida esse decernas. Huc vsque Pontifex. Ergo hodie dubitari nequit, Eunuchos esse incapaces veri matrimonij. Sic tenent Basil. *lo. cit. & cap* 68. Sanch. *disp.* 92. *n.* 17. & penes ipsum, D. Thom. *in* 4. *d.* 34 *fine.* Sot. *q. vni. ar.* 2. Victoria *n.* 283. Toledo *lib.* 7. *c.* 12. *n.* 2. Enriq. *lib.* 11. *de matr. c.* 10. *n. vlt. & lib.* 12. *c.* 8. *n.* 1. Petr. de Ledesma *q.* 58 *de matr. ar.* 1. *dub.* 3. Valent. *to.* 4. *disp.* 10. *q.* 5. *pun.* 3. Rodrig. 1. *to sum. c.* 235. *n.* 2. Vega *tom.* 2. *sum. cap.* 34. *casu* 113. Gutierrez *q. canon. in* 2. *editione lib.* 1. *c.* 16. *n. vlt.* retractans sententiam, quam in 1. editione tenuerat, ante motum proprium Sixti, & alij quam plures. Quibus addi possunt, Bonac. Hurt. Candid. *loc. cit.* Torreblanca *lib.* 2. *practicar. cap.* 15. *sect.* 4. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 36. Luysius *loc. cit. dub.* 3.

QVÆSTIO XV.

An, Si daretur Eunuchus verum semen emittens, valide posset matrimonium inire?

NEGAT Enriquez *lib.* 12. *de matr. cap.* 8. *n.* 1. *in coment. lit.* K. docens, huiusmodi, esse inhabilem ad matrimonium, nō iure naturæ, sed solo motu Sixti V. Ita enim ait: At si rarus aliquis reperiatur qui emittat verum semen, quamuis sterile, & potest satiare fœminam in remedium concupiscentiæ, hic non esset iure naturæ, sed decreto Sixti V. inhabilis. Ita ille. Quod autem id casu contingere possit, docuit Iason, apud eundem Enriquez *loc. cit. lit.* C. affirmans, quandoque accidisse ex naturæ vi, vt spado generauerit.

Sed certissime fere Respondeo: In tali casu, valide posse Eunuchum dictum matrimonio copulari. Quia si ad id iure naturæ non esset inhabilis, nec certe esset ratione motus Sixti V. quia hic Pontifex in eo motu nihil nouum statuit, sed solum ius antiquum, & naturale declarauit, vt supra est habitum; at admisso casu impossibili, quod daretur Eunuchus veri seminis emittendi compos, non excluderetur ille iure antiquo, aut naturali à matrimonio: ergo nec motu proprio Sixti V. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 18. Bonac. *loc. cit. n.* 19. Luysius *inst. m. loc. cit. dub.* 4. & alij. Qui bene aduertunt casum esse impossibilem, & sicuti est, Eunuchos verum semen emittere posse: vt clare ait Sixtus in dicto motu, per hæc verba: *Cum frequenter in istis regionibus Eunuchi quidem, & spadones, qui vtroque teste carent, & ideo certum, ac manifestum est, eos verum semen emittere non posse quia impura carnis tentigine, atque immundis complexibus cum mulieribus se commiscent, & humorem forsan quemdam similem semini, licet ad generationem, & matrimonij causam, minime aptum, effundunt, &c.* Sic Pontifex. Ex quo constat falsum esse, quod asseruit Iason, aliquando scilicet spadonem generasse: nisi dicamus, id contingere potuisse ex semine, ante castrationem recentem, excisso; vt ad exemplum quoddam Aristotelis, *lib.* 1. *de gener. animal. cap.* 4. de quodam tauro, qui recenter castratus cum vacca coiens, illam pregnantem reddierit, respondent Sanchez *loc. cit. nu.* 17. & Cornejo *loc. cit. pag.* 1016.

QVÆSTIO XVI.

An Fuerit habilis ad matrimonium ille, a quo Chirurgus vnum lasum testem auulsit, & alium lasum, non, sed intra corpus recondidit, ne qua intestinorum, descensu patefieret via?

RESPONDEO: Habilem fuisse, neque excludendum à matrimonio, propter motum Sixti V. Quia hic Pontifex, eos tantū Eunuchos inhabiles ad matrimonium esse, declarauit, qui vtroque teste carerent; sed ille, de quo in casu quæritur, non caret vtroque teste; neque, cuiremanet attritus fuit, vt supponitur, sed intra viscera recōditus: ergo non est inter illos computandus, quos Sixtus V. inhabiles ad matrimonium reddidit, & declarauit. Confirmatur & declaratur hæc ratio. Nam testis ille intra viscera reconditus, non ideo factus est inhabilis elaborationi seminis, aut effusioni: ergo perinde ille habilis est, ac si vnus testiculus pendens remansisset, & integer in suo statu naturali, vt bene probat Basilius, inquit Sic optime Basilius *lib.* 7. *de matr. c.* 68. *nu.* 3. addens in fine. Quod si nullus ex his cuibus ea curatio adhibetur, filios suscepit, parum interest, si verum semen emittitur, barba, pilique non flaccidis, sed virentibus ornati sunt, neq, enim

generan-

generãdi potentia requiritur ad matrimonij valorem, sed coeundi, & vere seminandi. Sic ille. Cuius additi in fauorem, ego superaddo, me in quodam insigni huius Diœcesis Toletanæ oppido, vidisse hominem, cui casus omnino idem ab infantia contigit (vt testis oculatus mihi narrauit) barba virentibus nimis pilis ornatum, & liberos valde pulchros habentem; quos ego pluries vidi, plurieſque illis locutus fui. Cuius veritate casus supposita, indubia certe manet nostra, & Basilij sententia.

QVÆSTIO XVII.

An Fœmina Eunuchisata sit etiam inhabilis ad matrimonium contrahendum?

AFFIRMANT (dato, quod quando fœmina castratur, maneat inhabilis ad effundendum verum semen) qui affirmant esse necessarium, ex parte fœminæ, tale semen, ad prolis generationem: vt sunt Lopezius, Hurtado, & alij, citati supr. *disp. quæst. 29. & disp. 20. quæst. 4.*

Sed probabilius Respondeo: Non manere inhabilem ad matrimonium, etiam dato quod Eunuchisa, ex castratione inhabilis ad seminandum maneat. Quia probabilius est, non requiri necessario semen fœmineum ad generationem prolis, vt supra *loc. cit.* diximus. Sic expresse Luysius *in sum. 2. par. quæst. 118. dub. 16.* & debent iddem docere Authores vbi supra relati.

QVÆSTIO XVIII.

An Senes decrepiti (ideſt, octogenarij) si nullo alio impedimento, præter senectutem, laborent, valide matrimonium inire possint?

NEGAVIT Portius, *instit. de nupt. in princip. col. 4. ad finem.* Et dubius mã sit Anton. Gomez *l. 9. Tauri. num. 57. fin.* Et non esse improbabile sensit Enriquez *lib. 12. de matrim. cap. 7. nu. 3. in com. lit. X.* per hæc verba: Nec est improbabile cum sene decrepito non valere matrimonium, quod tenet Guido Neguzan, Ant. Gomez, &c. ita ille.

Sed certissime Respondeo: Valide posse inire. Primo. Quia vsus Ecclesiæ, nullos senes à matrimonio ineundo recipientis, id comprobat. Secundo. Quia nullus est adeo senex, quin natura, vel arte adiutus, possit aliquando ad coitum calere. Sic Enriquez *nu. 3.* cit. per hæc verba: Vir senex, & proiectæ ætatis potest valide contrahere, quamuis esset decrepitus; vt Dauid *3. 3. Reg. cap. 1.* contraxit cum Abisac Sunamitide: quia non legimus Ecclesiam vllum virum, aut fœminam impedisse à matrimonio propter senectutem. Sic ille. Sa, *verb. matr. vbi, de impedim. impot. n. 14.* Rodriguez *to. 1. q. Regul. q. 13. ar. 1.* Sanchez *lib. 7. de matr. disp. 92. n. 19. & 20.* & alij penes ipsum. Bonac. *q. 3. de imped. pun. 13. nu. 18.* Hurt. *disp. 22. diff. 5.* Candid *disquis. 28. n. 13. dubit. 14.* Didacus Narbona *de ætate ad omnes actus, &c. anno 60. q. 4. n. 8. & 9.* Vbi pro hac parte citat Couarr. Rojas, Matienzo, Gutierrez, & alios, & bene; sed male pro contraria Enriquez, vt ex dictis constat.

QVÆSTIO XIX.

An Senes, qui omnino impotentes sunt ad perfectam copulam, sint adhuc capaces ad matrimonium contrahendum?

AFFIRMANT adhuc Nauar. *lib. 4. consil. tit. de sponsal. impub. cons. 4. nu. 15.* alias *tit. de sponsal. consil. 39.* Tabiena *verb. impedim. 12. q. 3. n. 4.* Rodriguez *tom. 1. sum. cap. 235. concl. 5. num. 5.* Vega *2. to. sum. cap. 34. casu 61.* Quos pro hac parte refert Sanchez *loc. cit. num. 23.* Sed certe ex his doctoribus, nec Vega, nec Rodriguez id expresse docent cum potius loqui videantur, solum de senibus, qui impotentes sunt ad generandum, vt expressius dicit Vega. Fauent tamen huic sententiæ Anton. Iason, Rolandus apud eundem Sanchez, & meo videri Enriquez *loc. cit. num. 3.* ait enim, validum esse matrimonium cum sene proiectæ ætatis, eo quod semper retineat habitu intrinsecam potentiam seminandi, quamuis morbo senij per accidens impeditam.

Sed certissime fere Respondeo: Minime esse capaces ad matrimonium contrahendum. Quia hi, non possunt ad possunt ad copulam coniugalem obligari, vt potè sibi (vt supponimus) impossibilem. Sic Rosella, *impedim. 15. n. 16.* Angel. *matr. 3. impedim. 16. nu. 2.* Siluest. *matrim. 8. q. 16. dicto. 3.* Gutier. *q. can. lib. 1. c. 16. n. 13.* Scot. *dist. 34. q. vni. ad 2.* Petr. Ledesma *q. 58. ar. 1. dub. 4. ad 4. dub.* Barth.

de Ledesma, Angles, & alij vsque ad triginta octo Doctores, quos refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. nu.* 24. Bonac. *loc. cit. n.* 18. Hurtado *disp.* 22. *diff.* 5. Candid. *disq.* 28. *art.* 13. *dubit.* 14. Torreblanca *lib.* 2. *de iure spirit.* (*seu practicar. q.*) *cap.* 15. *sect.* 4. *n.* 18. & 19. Filliuc. *tract.* 10. *cap.* 13. *n.* 94. Barbosa *in collect. ad cap.* 2. *n.* 6. *de frigid. & malef.* Didacus de Narbona *de ætate hom. anno* 60. *q.* 4. *n.* 10. & alij. Qui iddem dicunt dicendum, de senibus qui erigere virgam possunt, & coire, non tamen intra vas semina re, quia tunc etiam esset irritum matrimonium.

QVÆSTIO XX.

An Saltem, senes, aut alij, qui coire possunt, sed parum semen, aut sterile, in vas fœmineum mittere, recte matrimonium inire possint?

NEGAVIT Couarr. *tr. de frigidis, & malef. q.* 6. penes Didacum Narbona vbi intra & ante ipsum, penes Sanchez, Felinus, & Iason, cessantes, matrimonium nō esse, vbi non adest spes sobolis in habitu, saltem, aut in potentia.

Sed certissime Respondeo: Posse inire valide matirimoniū. Quia ad validum matrimonium contrahendum, solum requiritur potentia ad copulam, seu ad actum generationis; non ad generationis effectū. Sic nouissime Doctus D. Didacus de Narbona *de ætate hominis anno* 60. *q.* 4. *n.* 7. per hæc verba: Quia illa impotentia naturalis, tum ex parte fœminæ, tum etiam viri, præcedens matrimonium impedit, vel contractum dirimit, quæ directe ordinatur ad actum generationis, vt probant D. Thom. *in* 4. *d.* 34. D. Anton. 3. *p. tit.* 1. *c.* 12. §. 2. Viguerius *in suis instit. Theolog. c.* 16. §. 7. Angel. *in verb. matr.* 3. *impedim.* 16. §. 2. Nauar. *in Man. c.* 22. *nu.* 59. & alij quorum meminit Ioannes Matienzus *lib.* 5. *recollect. tit.* 1. *Glos.* 1. *rubricæ n.* 191. & expresse apparet *ex tex in c.* 1. *c.* 2. & 3. *de frigid. & malef. l.* 6. *tit.* 3. *p.* 4. & *l.* 4. *tit.* 8. *ea. parte.* Et enim si non ad actū generationis, sed ad generationē, & vt proles subsequi possit, in potentia se habeat, vt putā, quia vel modicū seminis vir emittit, vel adeō sterile, & non prolificum, vt minime generationi deseruiat, aut mulier natura ita sterilis æt, vt deficiat spes concipiendi: hæc inhabilitas, nec impedit matrimonium contrahendū, nec dirimet contractū: quia ad hoc, vt valide coniugiū inire possit, aptitudo tantū, & potentia ad copulā desideratur, non vero possibilitas ad generandū. Sic ille, & ante ipsum Thom. Sanchez *loc. cit. n.* 26. & 10 Nauar. *consil.* 2. *n.* 15. Gutierrez *lib.* 1. *q. canon. c.* 16. *nu.* 4. & 12. Bonac. *n.* 17. Candid. *dubit.* 12.

QVÆSTIO XXI.

An Validum sit matrimonium contractum cum fœmina, quæ non potest, absque manifesto suæ vitæ periculo, parere?

NEGANT Victoria *in suis prælectionibus*, Petr. Ledesma *q.* 58. *ar.* 1, *in fine* Martin. à Ledesma 2. *p.* 4. *q.* 60. *ar.* 1. Barthol. de Ledesma *de matr. dub.* 48. *concl.* 2. Rodriguez *to.* 2. *c.* 235. *concl.* 6. Vega *to.* 2. *c.* 34. *casu* 109. Veracruz 1. *p. speculi, ar.* 38. *concl.* 8. & Matienzo *lib.* 5. *recopil. tit.* 1. *rubr. Glos.* 1. *n.* 197. Quos omnes pro hac parte refert Sanchez *loc. cit. n.* 27. Fundamentū eorum est, quia fœmina, quæ non potest absque vitæ periculo parere, nequit absque illo, reddere debitū: cum reddens exponatur periculo conceptionis, & partū: at mulier impotens ad reddendū debitum absque vitæ periculo, est incapax matrimonij, vt colligitur *ex cap. Fraternitatis, de frigid. & malef.* ergo.

Sed probabilius Respondeo: Validum esse. Tum, quia matrimonij contractus essentialiter consistit in mutua obligatione ad copulam perfectam, suapte natura aptam ad prolis generationem, (quamuis ex accidenti nequeat sequi proles): at hic, totum hoc reperitur: ergo. Tum etiā, quia illa periculosi partus circunstantia, non est perpetua, senectutis enim tēpore, quando iam mulier sterilis erit, necessario cessabit: at impotentia, quæ non est perpetua non dirimit matrimoniū: ergo. Ex quo constat ad fundamentū contrariorū, dicendū enim, dictū periculum esse tēporale. Sic Sanchez *loc. cit n.* 28. & penes ipsum, Friburgo *in sum. Confessor. lib.* 4. *tit.* 16. *q.* 11. Enriq. *lib.* 12. *c.* 7. *n.* 8 *fine.* Sa, *verb. matrim. de impedim. impot. n.* 14 & Lopez 2 *p. instruct. vbi de matr. c.* 52 *col.* 5. Sic etiā Bonac. *loc. cit. n.* 16. & penes ipsum, Aegid. *disp.* 31. *n.* 86. Gutier. *c.* 112. *n.* 17. & Rebell. *lib.* 3. *q.* 16. *sect.* 1. *nu.* 1. & 10. Cādid. *disquis.* 28. *ar.* 12. *dub.* 15. & alij.

& alij, idem, & bene, dicentes de matrimonio contracto cum fœmina, quæ taliter affecta esset, vt certum esset fore, vt filios omnes mortuos pareret.

QVÆSTIO XXII.

An impotentia naturalis perpetua respectu vnius, & non respectu alterius fœminæ, dirimat matrimonium respectu illius fœminæ solius, erga quam est impotentia?

REspondeo: Dirimere matrimonium respectu illius, secus respectu aliarū. Primò, quia id clarè colligitur *ex c. fraternitatis 6. de frigid. & ex c. fin. 33. q. 1.* Vbi conceditur impotenti ob maleficium, vt disoluto matrimonio ad aliud transeat: ergo si impotentia non naturalis, sed ex accidenti extrinseco proueniens dirimit matrimonium respectu illius personæ ad quā est, à fortiori dirimet impotentia naturalis respectiua, si perpetua sit, & dubilis, de quo quæstione sequenti. Sic vt certum tenet Sanch. *lib. 7. disp. 93. n. 3.* qui ex hoc, *n. 4.* colligit, nullo modo valere matrimoniū viri contractum cum illa fœmina, quam, ob membri magnitudinem, aut grositiem cognoscere illam non potest: licet validū posset esse cum alijs: erga quas excessus ille membri, minime impedit copulam. Sic etiam Hurt. *disp. 22. diff. 6.* Cornejo *dub. 33. quæsito 2.* & alij.

QVÆSTIO XXIII.

An impotentia respectiua possit esse perpetua, atque adeo dirimere possit matrimonium?

NEgant Tabiena *verb. impedim. 12. q. 5. n. 6.* Armilla *verb. matrimoniū, n. 50.* Sotus *in 4. dist. 34. q. vnic. art. 2. vers. sed ais.* Pet. de Ledesma *q. 58. art. 2. dub. 5. circa solut. ad 5.* Barth. de Ledesma *de matrim. dub. 48. fin.* Hieron. Llamas *3. p. methodi, cap. 8. §. 13.* Astensis, Siluester, & alij, quos refert Sanchez *libr. 7. de matrim. disp. 93. n. 2.* Quia existimant, non posse esse perpetuum impedimentum naturale in viro respectu vnius personæ, quin sit respectu omnium.

Sed probabilius respondeo: Posse esse impotentiam aliquam naturalem respectu unam perpetuam, dirimentem, consequenter matrimonium. Primò, quia contingere potest, quod vir sit ita debilis, & mulier ita arcta, aut membrum viri, ita grossum, & os vasis fœminei, ita angustum, quod fœmina, nulla humana industria possit, absq; vitæ periculo, ei viro proportionari, vt ab eo cognoscatur; aut quod sit proportionata alteri, aut quod possit proportionari absq; dicto periculo, vt possit ab eo cognosci, quod negari non potest: ergo negari nequit, posse esse impotentiam aliquam naturalem respectiuam, quæ sit perpetua, ac proinde dirimens matrimoniū. Secūdò id constat *ex c. fraternitatis cit.* vt latè & docte probant Sanch. *loc. cit. n. 5.* Basil. *lib. 7. c. 61.* sic ipsi, & penes ipsos, Scot. *in 4. d. 34. q. vnic. & ibi q. 2. n. 8.* Ricard. *q. 2. art. 2.* Sot. *q. vnic. art. 2. vers. verumtamen,* Vera cruz *1. p. specul. ar. 38. concl. 5.* Valentia *4 p. disp. 10. q. 5. pū. 3.* Enriq. *lib. 12. c. 7. n. 4. & c. 9. num. 9. in com. lit. P. & Q.* Sà, *verb. impedim. impotentiæ, num. 14.* & alij. Quibus addi possunt Hurt. *disp. 22. diff. 6.* Candid. *disp. 28. ar. 13. dub. 20.* & penes ipsum, Nauar. *lib. 4. cons. de frigid. & malef. cons. 1. n. 2.* Cornejo *loc. cit. pag. 1012.* Luysius *loc. citat. dub. 6.*

QVÆSTIONE XXIV.

An validum sit matrimonium contractum cum fœmina arcta, quæ tamen fieri apta potest per incisionem artificiosam sigilli, ferro, ligno, &c. vt à marito cognosci valeat?

AFfirmant esse validum tale matrimonium, eoquòd non censeatur celebratum cum impotente. Quia existimant teneri in eo casu fœminam pati incisionē, dummodo nō immineat graue periculum mortis, aut saltē, aliqua grauis infirmitas, Sanch. *lib. 7. disp. 93. n. 32.* & penes ipsum Sot. *in 4. dist. 34. q. vnic. ar. 2. vers. dubium autem,* Ludou. Lop. *2. p. instruct. vbi de matrim. c. 79. vers. teneturque mulier,* Bart. de Ledesma *de matr. dub. 48. concl. 2.* Rodrig. *1. tom. c. 235. n. 1.* Enriq. *libr. 12. c. 7. num. 8.* Vega *tom. 2. cap. 34. casu 111.* & alij. Bonacin. *q. 3. de imped. punct. 13. n. 13.* Cornejo *dub. 33. q. 5.* Candid. *loc. citat. dub. 15. dicto 26.* Hurt. *disp. 22. diff. 7.* & alij communiter.

Sed probabiliter certè, & mihi æque, Respondeo: Non esse validum, sed talem fœ-

fœminam esse à cõiugij onere liberam,& ita posse alteri nubere,qui clausturũ suæ virginitatis,non medicamento aliquo, nõ ferro,non ligno, sed claui naturali aperiat; quia fœmina non tenetur tale remedium pati. Ratio sit; quia illud est impedimentũ perpetuũ,quod tolli nõ potest, nisi medio aliquo miraculoso,vel cum vitæ periculo, quod ius,& æquitas iniquum iudicãt: at medium hoc deflorandi fœminam artificio aliquo,secluso viri congressu,nec ius,nec ratio,nec natura permittunt(vt latè, & docte,vt solet,probat Basilius,vbi infra)ergo adhiberi non debet,sed perpetuum censeri impedimentum,si quis non naturaliter, sed artificiosè fœminam valeat violare,sic Basilius *lib.7.de matr.cap.62.à n.2.* & penes ipsum,Durand.*in 4.dist.34.q.2.* Palud. *ead.dist.& q.* Supplem.Gabr. *ead. dist.q. 1. ar.2.*& M.Luysius Legionensis de hac re consultus,ita respõdit Aprilis 3.anno 1570 in causa matrimoniali Illustriss. D. Francisci de Fonseca, & D. Ioannæ de Azeuedo.

Ex quo constat,idem & à fortiori, dicẽdum esse,in casu,quo fœmina arcta nõ est, sed solũ naturale virgineum signaculum congressui virili obstat, ob defectum viri, ob naturalẽ eius debilitatem,& imbecillitatem,nempè nõ teneri fœminam pati incisionem,vt benè ex contrarijs, licet non ita consequenter,docent Pet. de Ledesma *q.58.ar.1.*& Hurt.*loc.cit.*quia,inquit, fœminæ nullus est defectus,vt reddat,sed tantum viro:ergo ipsi tantũ,& non tantũ fœminæ incumbit vti remedio, quo defectus ipsius suppleatur: fœminæ verò sufficit offerre debitum modo ordinario, præsertim quod fœminam,præcipue virginem, artificio corrumpi,horreat quodammodo natura,&honestas ipsa difficillime patiatur.Sic ille & bene:sed certè non satis consequenter,cum eius ratio ipsummet cogere posset ad nostram resolutionem præcipuam sequendam.

QVÆSTIO XXV.

An impotentia perpetua,ex maleficio consurgens,dirimat subsequens matrimonium cũ persona illa ad quam est impotentia?

NEgarunt glossa *in cap fin.33.q.1.verb. Nequibunt,& in c.fraternitatis,de frigid.& malef.verb.Diuinum*, Innocent. *in cap.laudabilem,num.vnic. verb. Triennium eod.tit.*& Almainus *in 4.dist.34.quæst. vnica fine.* Quia existimant, nullum maleficium,ita perpetuum esse, quin auferri possit per ipsum maleficij Authorem, absque peccato.

Sed certissimè respondeo: Dirimere. Primò,quia id habetur *in c.fin.33.q.1.*& colligitur *ex c.laudabilem,de frigid.* Secundò,quia ex maleficio potest prouenire impotentia perpetua: Sed hac extante dirimitur matrimonium subsequens: ergo. Maior probatur. Nam ex maleficio potest effici tanta frigiditas,quãta est naturalis, ex qua prouenit impotentia naturalis perpetua. Rursus ex maleficio potest quis impediri, vt coire nequeat, aut quod post coitum nequeat semen emittere, &c. at sic est quod maleficium hoc, ex quo prouenit dictum impedimentum,nequit multoties auferri absq; peccato,aut si potuit absq; maleficio,& peccato,iam non potest,eo quòd Author maleficij obierit, & nullus alius sit,qui sciat dissolutionem maleficij; ergo tale maleficiũ perpetuum erit.Sic D. Th. *in 4.dist.34.q.vnic.ar.3. & ibi,* D. Bonau, Scot.Palud.Durand. Sotus, & alij Scholastici.Caiet.*verb.matri.c.1.impedim.12.* Victoria *in sum.n.286.* Pet.Sotus *lect.5.de matrimon.*Petr.Ledesma *q.58.art.2.*Toledo *lib.7.cap.12.num.2.*Enriquez *libr.12.c. 8.num.2.*Vega *2.tom.cap.34.casu 110.* Nauar.*c.22.n.59.*quos & alios vsque ad septuaginta sex Doctores,refert,& sequitur Sanch.*lib.7.disp.94.n.8.* quibus addi possunt, Basilius *lib.7.de matrim.cap.65.n.6.* Ægid. *disp.31.dub.7.*Bonac.*q.3.de impedim.pũct. 13.ex num.9.*Hurt.*disp.22.diff.8.* Candid. *disquisit.28.ar.13.dub.23.* Cornejo *disp.7. dub.37.*

QVÆSTIO XXVI.

Quando maleficium censeri debet impedimentum perpetuum?

REspondeo: Quòd quando coniuges post experientiam triennalem, præmissis precibus,& alijs licitis remedijs pro maleficio amouendo,non potuerint habere copulã.Sic Basilius *loc.cit.*per hæc verba: Dicitur autem maleficium perpetuum, quod non nisi per aliud maleficium,naturaliter tolli potest; aut non, nisi per miraculum, quo nomine, non intelligimus exor-

exorcismos, & orationes Ecclesiæ, quod enim ijs tollitur temporale est, *cap fin.* 33 *q.* 1. Nec etiam perpetuum est, quod ab ipso tantum maleficio dissolui potest citra peccatū tamen; cum iam naturali virtute tolli possit. At si maleficium tēporale sit, planum est non dirimere. Vnde si Ecclesiæ iudicio separatur, & post sententiam Ecclesiæ, habilem se inueniat ad illā cognoscendam, manifestum est, instaurandum primum matrimonium, sicut de ijs, qui falsò frigidi iudicati fuerunt, dicebamus supra. Quod si post triennij experientiam legitimam, fusas ad Deum præces, exorcismos, & alia Ecclesiæ medicamenta adhibitas, adhuc se experitur maleficio impeditum, & separatur, si alteri nupserit, cum illaque coniummauerit coniugium, si separatus est, tanquā maleficio impeditus perpetuo, & absoluto quoad omnes, reddendus erit primæ; cui si adhuc fuerit inhabilis, censendum est, maleficium esse respectiuum, perpetuum tamen comparatione illius. Si tamen separatus est, tanquam maleficio tantum respectiuo ligatus, etiam si postea se habilem experiatur ad primam, illi restitui non debet, sed manere cum secunda, etiamsi re vera sciat cessasse, aut dissolutum maleficium; &c. Sic ille. Legatur etiam Sanchez *loc. cit. à num.* 9

QVÆSTIO XXVII.

An Impotentia ex defectu morbi dirimat subsequens matrimonium?

RESPONDEO: Non dirimere. Vnde valide, & licite potest inire matrimoniū, ille, qui morti proximus, desperata salute, ducit vxorem, vt sic, vel absoluatur à peccato cum concubina, vel prolem antea susceptam reddat legitimam. Quia corpus contrahentis de se est aptum, solumque extrinseco morbi impedimento, eius obruitur potentia. Sic Basilius *loc. cit. num.* 7.

QVÆSTIO XXVIII.

An Hermaphroditus, in quo prævalet vnus sexus, possit valide, & licite inire matrimonium, iuxta sexsum in eo prævalentem?

RESPONDEO certissime, Posse. Vnde si sexus fœmineus in Hermophrodito prævaleat, optime viro nubere potest: si autem virilis fœminā ducere potest; Tum; Quia magis censetur illius esse sexus, qui in eo prævaler Tum & præcipue, quia iuxta sexsum eminentem, aut prævalentē habet profecto potentiam ad perfectam copulam. Sic Bald. *in L. quæritur, ff. de statu hominum.* Angelus, Silvest. Tabiena, & Armilla, *Verb. Hermaphroditas.* Sanchez *lib.* 7. *disp.* 106. *nu.* 4. Basilius *lib.* 7. *cap.* 65. *nu.* 8. Bonac. *q.* 3. *de impedim. punct* 13. *nu.* 26. Torreblan. *lib.* 5. *de iure spirit. cap.* 9. *à num.* 11. Hurtado *disp.* 22. *d. ff.* 10. Ægid. *disp.* 31. *dub.* 7. & alij statim citandi, & est communis.

QVÆSTIO XXIX.

An Hermaphroditus, in quo sexsus est æqualis possit, iuta sexsum, quem elegerit, valide matrimonū contrahere?

RESPONDEO: certissime; Posse. Vnde si virili sexsui deseruire eligat, ducet fœminam: si fœmineo, nubet viro. Parochus autem non debet interesse tali matrimonio, donec dictus Hermaphroditus cogatur ab Episcopo, ad sexsum eligendum, quo vti velit (vt sic sexsui conguo copuletur) facto iuramento, non vtendi altero alias enim, si sexsu altero abutatur, capitali pœna plectendus est, quia peccat cō tra naturam, Sic Basil. Bonac. Toreblan. Ægid. & Hurt. *loc. cit.* Enriq. *lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 6. Gutier. *de matrim. cap.* 119; & omnes.

QVÆSTIO XXX.

An, Semel electo ab Hermaphrodito sexsu, & iuxta illum matrimonio inito, possit postea viduus, effectus iuxta alterum sexum, valide matrimonium inire?

NEGATIVAM sententiam tenere videtur Torreblanca *loc. cit. nu.* 15. *fol. mihi* 136. cum hæc proferat verba: Qua electione facta, non potest variare, etiam mortua vxore, cum qua, vt vir nupserat, vt nubat alteri in fœminam, etiam ex Episcopi licentia. Basilius, Ponze de Leon *de Matrim. lib.* 7. *cap.* 65. *num.* 8. Huc vsque Torreblanca. Sed quidquid hic author velit.

Tanquam mihi certum, Respondeo: Quod licet in eo casu, non possit lici-

te inire nouum matrimonium, iuxta diuersum sexsum, possit tamen valide. Quia nec iure naturæ, nec Pontificio irritatur. Sic Basilius *loc. cit.* per hæc verba: Quod si viduus factus vtatur alio sexsu, & nubat vt fœmina, qui prius nupsit, vt vir, peccat quidem, at coniugium valet, cum sit corpus aptum, & nullum sit ius Ecclesiasticum, quo reddatur inhabilis. Sic ille; & ita tea, Sanchez *loco cit. num.* 8. & Hurtado *disp.* 22. *diff.* 10. addens, quod forsam, etiam licite contrahet, aut saltem, absque mortali, si non fecerit dictum iuramentum; quia iuramento secluso, nulla in hoc apparet inordinatio, saltem grauis.

QVÆSTIO XXXI.

An Hermaphroditus possit etiam valide contrahere, iuxta sexsum inferiorem, casu, quo iuxta talem sexsum sit potentia ad perfectam copulam?

NEGANT Sanchez *loc cit. num.* 5. Bonac. *loc. cit. num.* 17. & alij existimantes, tale matrimonium esse irritum iure naturæ: Quia (inquiunt) inter personas eiusdem sexus innitū est: prævalente enim fœmineo; reputatur fœmina, & tamen fœminam ducit, ac si vir esset: & si prævaleat virilis, reputatur vir, & tamen instar fœminæ, nubit viro: ergo.

Sed æque probabiliter, Respondeo: Posse valide, iuxta inferiorem sexum contrahere, si iuxta illum habeat potentiā ad perfectam copulam: Quia in hoc casu, ille, nec iure naturali, est inhabilis; cum vere sit potens iuxta talem sexum, vt supponimus: nec iure Ecclesiastico; cū nullū exstet: ergo. Quod autē magis cēseatur vir, quam fœmina, quando prævalet sexus virilis, non obstat, quia tunc etiam est sufficienter fœmina, & e contra. Sic Hurtado *diff.* 10. *cit. fines*, Basilius *loc. cit. cap.* 65. *fine*, vbi sic ait: At si iuxta eum, qui imbecillior est, nubat, si quidem ita imbecillus, vt eius sexus vsus naturalis esse non possit, planum est iure naturali irritum esse matrimoniū, perinde enim est, ac si duo eiusdem sexus coniungerentur. Quod si secus sit, possitque cum alio sexu, licet valentio rite esse naturalis vsus imbecillioris sexus, non video cur non tenere et matrimonium, quando quidem, iure naturali, potens est; & nullo iure canonico redditur nullum. Sic ille.

QVÆSTIO. XXXII.

An impotentia ad copulam ex defectu ætatis, dirimat matrimonium?

RESPONDEO: Nullo modo dirimere. Quia illa impotētia non est perpetua, sed temporalis. Dirimet tamen illud matrimonium ipsemet defectus ætatis, vt statim dicam. Sic Sanchez *lib.* 7. *disp.* 104. Basilius *lib.* 7. *de matrim. cap.* 65. Hurtado *disp.* 22. *diff.* 12. Didacus Narbona, *de ætate hominis, anno* 14. *quæst.* 9. *Vbi num.* 1. certam ætatem esse ad matrimonij contractum determinatam, ex *l. in sponsalibus* 14. *ff. de sponsalib.* & *ex c.* 2. *de desponsat. impub.* probat; & ex Spiritus Sancti testimonio confirmat; ex eo quod ab illo diuino Spiritu, sic reuelatum esse testetur B. Birgitta *lib.* 8. *suarum reuelation.* dum refert, ita eam fuisse allocutum: *Attende filia, & scias, quod in omni coniugio Christiano tenetur esse ætas, & consensus legitimus.* Cornejo *disp.* 7. *dub.* 35.

QVÆSTIO XXXIII.

An Ætas requisita ad matrimonium sit pubertas; nempe, ætas quatuordecim annorum in masculis; & duodecim, in fœminis?

RESPONDEO: Tanquam certum, esse pubartatem. Quia sic cauetur iure Ciuili, *L. quæsitum. 9. ff. de sponsal. L. minorem 4. de ritu nuptiar. L. dotis 68. L. si sponsa 74. de iure dot* & alibi. Iure canonico, *cap. Puberes 3. cap. continebatur 6. cap. attestationes 10. cap. ex litteris 11. de desponsat. impuber.* & sic tenent omnes DD. præcipue Sanchez, Basil. Hurtado, & Narbona *loc. cit.* Quorū ea est ratio, quia in dicta ætate, tam viri, quam fœminę, habiles præsumuntur, non solum ad consensum, sed etiam ad copulam.

QVÆSTIO XXXIV.

An Matrimonij ætas, in vtroque contrahente, completa extremè esse necessario debeat?

NEGANT nonnulli Doctores asserentes, ad valorem matrimonij non requiri, dictam ætatem esse extremè, exactè, &

mnino complet am, sed moraliter sufficere. Vnde ex his, quidam asserunt sufficere eam ætatem, quamuis tres dies ex ea deficiant. Ita Hostien. *in cap. Puberes, nu. 5 de desponſ. impub.* Veracruz *1. par. Spec. art. 16.* & alij. Quidam affirmant, sufficere, quamuis decem dies desint. Ita Martinus de Ledesma *in 2. par. 4. q. 60. ar. 1.* Quidam tandem sentiunt sufficere, etiam si contrahentes ab illa ætate per vnum aut alterum mensem, qui vulgariter finis anni dicitur, distarent. Ita Rebellus *lib. 3. de matr. q. 16. sect. 2. n. 13. pag. mihi, 353.*

Sed, multo probabilius, Respondeo: Talē ætatem ad matrimonij valorem, necessario debere esse extreme, & omnino completam. Quia sic in iure præscribitur, & taxatur. *c. attestationes, & cap. ex literis, cit.* Ergo non est locus paucorū dierum supplemento. Sic Sanchez *loc. cit. n. 3.* & alij penes ipsum Basilius *loc. cit. n. 1.* Hurtado *diff. 12.* Luysius *in sum. par. 2. cap. 121. dub. 4.* Didacus de Narbona *ex num. 5.* dicens contrariorum sententias, esse parum tutas, & improbabiles. Legatur Diana *3. par. tract. 4. resol. 277. & 5. par. tract. 5. resol. 16.* Vbi sententiam Hostiensis, & Ledesmæ, vt probabilem sequitur. Vide sup. *quæst. 25. disp. 1.*

QVÆSTIO XXXV.

An Saltem ad matrimonij valorem, sufficiat, si vltima dies anni duodecimi in fœmina, & decimiquarti in viro, sit incæpta?

NEGAT Basilius *loco cit.* quem citat, & sequitur Huttado *lo. cit.* per hæc verba: Id vero quod addit Sanchez, nempe sufficere, vltimum diem, quo dicti anni præscripti complentur, esse inchoatum, falsum est, vt optime Basilius, quia quo vsq; sit completus, dicta ætas non est mathematice completa, nempe in indiuibili cō sistens. ita ille.

Sed, probabiliter æque, Respondeo: Sufficere talem diem esse incæptam. Quia vere pro completa reputatur, vt diximus *disp. 1. q. 25.* Sic Sanchez *loc. cit. num. 2.* & penes ipsum, Rossella *Verb. Matrim. 2. num. 5.* Siluester *Matrim. 5. quæst. 5.* Tabiena *Matrim. 2. quæst. 6.* & alij, & vt probabile defendunt Diana, & Narbona *loc. cit.* Sic etiam Villalob. *tom. 1. tract. 14. diff. 22. num. 1.*

QVÆSTIO XXXVI.

An Defectus ætatis, quando malitia illam supplet, dirimat matrimonium?

RESPONDEO: Nō dirimere. Quia sic colligitur *ex cap. continebatur. cap. de illis, & ex cap. fin. de sponsat. impub.* Vt autem malitia sit suppletiua ætatis, requiritur in puero, non solum discretio, seu vsus rationis ad se obligandum; sed etiam potentia perfecta coeundi, seu habilitas ad vsum matrimonij. Sic enim constat ex Canonibus cit. & tenent Sanch. Basilius, Hurtado, Cornejo, Narbona *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO XXXVII.

An, Vt malitia, ætatis suppletiua, dicatur, sufficiat, quod in puero habilitas ad copulam reperiatur, in quacumque tenera, ætate?

AFFIRMANT Glos. *in cap. De illis. cit.* Hostiens. Cardin. Præposit. Henricus, Anchar. Ioan. Andræas, Brunel, Perez, & Ouand. penes Sanchez *lib. 7. disp. 104. num. 20.*

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non sufficere; nisi cum illa, generandi potentia, reperiatur simul discretio ad intelligendam consensus coniugalis vim. Vtrumque enim copulatiue requiritur, vt clare colligit Sanchez *loc. cit. num. 21. ex cap. continebatur. & ex cap. fin. de despon. impub.* Sic ipse *loc. cit. & n. 23.* & apud ipsum, D. Thom. *in 4. dist. 36. q. 5. ar. 5. corp.* Rosella, Siluester, Tabiena, Sotus, Enriquez, Couarru. & alij. Basilius, Hurtado, Narbona, & alij *loc. cit.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An Quocumque tempore ante pubertatem, malitia (seu discretio, & potentia perfectè coeundi) suppleat ætatem?

AFFIRMANT in primis, Hostien. Cardin. Henricus, Præpositus, & Perez, penes Sanchez, inde existimantes, puerum minorem septimo capacem generandi, ac discretione fruentem, capacem esse matrimonij. His fauent Ioan. Andræas, & Anchar. ille admittens, puerum esse

capacem matrimonij; si, habens generandi potentiam, maior sit septennio; hic autem, si sit septennis.

Sed certissime Respondeo: Non quocumque tempore malitiam suplere ætatẽ, sed tãtũ, tẽpore proximo dictæ pubertati. Sic colligitur *ex c. continebatur. & ex cap. De illis.* & habetur expresse *L. 6. tit. 1. par. 4.* ibi: *Mas para casamiento fazer, an menester, que el varõ sea de edad de catorce años, è la muger de doze.* & infrà *Fueras ende, si fuessen tan certados à esta edad, que fuessen ya guisados para poderse ayuntar carnalmente ca la sabiduria è el poder, que han para este fazer, cumple la mengua de la edad.* Sanchez, Basilius, & alij Doctores citati. Difficultas tamen est, in assignatione temporis proximi dictæ ætatis. Pro quo sit.

QVÆSTIO XXXIX.

Quod nam tempus, proximum pubertati dicatur, in quo, quando malitia supplet ætatem, potest puer matrimonium contrahere?

IN hac quæstione. Quidam, illud tempus proximum pubertati dicunt, quod à pubertate per triduum distat; aut ipsam, per triduum excesit. Ita Hostien. *in cap. Continebantur. de desp. impub.* (Sed hæc sententia ab omnibus merito reijcitur, vt bene notat Narbona *loc. cit.*)

Quidam verò aiunt, illud tempus proximum pubertati dici, quod ab ea per sex menses, plus minus, distat. Sic Accursius, Iason, Anchar. Faber, & alij quam plures, quos referunt Sanchez, & Narbona, inter quos est Enriq. *lib. 11. de matrim. cap. 13. num. 11.*

Quidam Tertio Dicunt, tempus dictæ pubertati proximum esse, & reputari illud, quod à pubertate per vnum integrum distat annum. Vnde puellam pubertati proximam definiunt, quæ vndecimum annum agit, & puerum, qui gerit annum decimumtertium. Ita Hurtado *disp. 22. diff. vltima.* Iacob. Cuiacius, Ruard. Faber, & alij penes Didacum Narbona.

Quidam Quarto Asserunt, pubertati proximum dici, qui decimum quartum annum æst ingressus; aut prætergressus est. Ita Ioan. Robertus, penes Narbonam *loc. citat.*

Alij tandem affirmant, masculum esse in tempore pubertati proximo, quoad matrimonium contrahendum, quando decem annos cum dimidio excessit; & puellam quando nouem, & dimidium explenit; & puellam quando nouem, & dimidium excessit. Sic Accursius, Bartol. Angel. Aretin. Rossella, Siluester, & alij quam plures, quos citat; & sequitur Didacus Narbona *anno 10. q. 2. num. 1. & 14.*

Sed ego probabilius Respondeo: Iudicis arbitrio relinqui, quale tempus sit, pubertati proximum; qua vel ætate dicantur masculus, & fœmina impuberes pubertati proximi. Quia cũ id iure præceptum non sit, merito iudicis prudentiæ cõmittitur. Qui, non tam ex annorum numero, quam ex pueri discretione, qualitate, regionis, in qua natus est, tẽperiæ, & ex alijs circunstantijs, iudicare debet, quando puer proximus sit pubertati. Sic Sotus, Gutierrez, Couar. Gregor. Lopez, Tabiena, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 40.* Basilius *de impedim. matrim. causa 33. quæst. 1. §. 5. & lib. 7. de matrim. cap. 65. num. 5.*

QVÆSTIO XL.

An Valeat matrimonium illius, cui, iam legitima pubertatis in ætate constituto, deest ad copulam coniugalem potentia, ex ætate debili proueniente?

NEGANT esse validum Glossa 30. *quæst 2. & cap. Puberes. de desponsa. impuber.* & ibi Abbas *num. 4.* Veracruz 1. *par. specul. ar. 39. concl. 2.* & alij.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Esse validum. Quia, *cap. de illis. 2. de desp. impub.* solum requirit idoneitatem ad copulam in impuberibus, vt sic ipsorum ætas possit ad matrimonium suppleri; non vero id requirit in puberibus: ergo, cum iam sint in ætate, qua cõmuniter solet hæc idoneitas ad copulam adesse, hoc sufficit, vt licet per accidens deficiat, possit tamen ab ipsis matrimonium contrahi. Sic Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 104. num. 15.* & penes ipsum, Siluest. *Matrim. 5. quæst 7.* Tabiena *Matrim. 2. q. 6. nu. 7.* Nauar. *lib. 4 consil. de sponsa. impub. conf. 4. n. 14.* Ledes. *2. p. 4. q. 60. ar. 1.* Pet. de Ledes. *q. 58. ar. 5. fine* Enriq. *lib. 11. de matrim. cap. 13. nu. 10. & lib. 12. cap. 7. nu. 1.* & alij. D. Didacus Narbona *anno 14. q. 9. num. peg. 221.* & communis.

QVÆSI

QVÆSTIO XLI.

An In prædictis casibus, expectandum sit triennium, ad experiendum; an prædicta inhabilitas ad copulam sit perpetua, vel temporalis?

AFFIRMANT Anton. *in cap. Puberes. cit. num. 3.* & Couar. 4. *decret. 2. par cap. 5. num. 2.* docentes, expectandum esse triennium, in quo præfati pueri vaccent copulæ, & si eo transacto, non potuerint consummare, censeri impotentiam perpetuam, ac dissoluendum matrimonium tanquam irritum.

Alij id negant, sub distinctione dicendo, quod puero contrahenti in anno decimo quarto, præscribatur biennium. Contrahenti in anno 17. Vnicus annus. Et fœminæ anno 12. nubenti, præscribatur, vsque ad annum 14. Ita Enriquez *lib. 12. cap. 7. num. 1.* per hæc verba: Similiter, & puella impleta ætate habilis est, quamuis anno 12. ex corporis diminuta dispositione, non dum pati possit viri congressum. Quod si arta sit, de quo postea, dicetur, designatur ei annus decimus quartus. *Et infra.* In viro frigido, qui anno 14. non potuit fœminam corrumpere, assignantur duo alij anni vsque ad 16. annum. Si probare cæpit in maiori ætate, conceditur ei alius annus, nempe, à decimo septimo, vsque ad 18. vt exploretur potentia: nam annus 18. qui dicitur plenæ pubertatis, soleat esse potentior. Si contraxit anno 18. aut longiori committitur iudicis arbitrio, vt inspectis viri vxorisque qualitatibus, & præteritæ cohabitationis tempore, concedat minus triennio ad probationem potentiæ. Ita ille. Et alij penes ipsum.

Sed probabilius, & clarius Respondeo: Expectandū esse omnino triennium, quod quidem incipere, & computari debet ab eo instanti, quo coniux fuit plenam pubertatem adeptus, id est, à decimo octauo anno perfecto in masculo, & à decimoquarto in fœmina (quidquid contrarium sentiat Hurtado *disp. 22. diff. 11.*) Quia vsque ad eam ætatem, magis præsumitur impotentiam prouenire ab ætatis debilitate, quam ex frigida natura: ergo cum hæc præsumptio, adepta plena pubertate cesset, extuncque incipiat frigiditatis suspicione laborare, qui coire nequit, cum in ætate sit natura sua perfecta, & sufficiens, merito hoc tempus erit spectandum, vt iure optimo præsumatur impotentia, si eo non potuerit vxorē coitu carnali cognoscere, ac per consequens, extunc nunc rarari debet triennium iure præscripti ad sperendum, an impedimentum sit perpetuum necne? Sic Narbona *anno 138. q. 5. per totam*, ex Thc. Sanch. *lib. 7. disp. 104 nu. 18. & 19. & disp. 110. nu. 10.* & alij quam plures apud ipsum (Sicque intelligi debent authores primæ sententiæ)

Ex hoc autem deducitur, non posse peti separationem matrimonij, ratione impotentiæ viri, nisi vir sit maior decem & octo annis; nisi alias aperte appareat impotentia ad oculum, vt si puer habeat virilia amputata, vel vtroque testiculo careat. Nec potest peti dissolutionē matrimonij ob arctitudinē puellæ, quæ ad oculum non pateat talem, donec puella expleuerit decimumquartum annum. Sic Sanchez, & ex illo, Narbona.

QVÆSTIO XLII.

An Quando clare, & certò constat impotentiam esse perpetuam, requiratur experientia triennalis, quam, ad declarationem nullitatis matrimonij, cap. Laudabilem, de frigid. requirit?

RESPONDEO: certissime; Non requiri, sed tunc, absque mora vlla tēporis expectata, dissoluendum est matrimonium. Tum quia *cap. Laudabilem. cit.* Vbi triennium experientiæ, ad concludendā frigiditatē, requiritur, excipitur, nisi ea probari possit. Tum etiā, quia constante impotentia, ac subinde matrimonij nullitate, contra ius naturæ esset copulam permittere, cum tantum bonafides potentię excusare possit maritales actus. Sic Sanch. *lib. 7. disp. 107. nu. 3.* Basil. *lib. 7. cap. 66 num. 1. & 2.* & omnes.

QVÆSTIO XLIII.

An Quando non certò omninò, sed ferè certò, aut verisimiliter certo, constat impotentia; desideretur triennium experientiæ, aut saltem iuramentum ipsorum coniugum?

NEGANT vllum istorum desiderari, aut requiri Hurt. *disp. 22. diff. 21.* Qui *Primum*, probat, quia tempus tantū requiritur, vt dubiū experientia superetur: at in dicto casu nullum est dubiū moraliter: ergo. *Secundū*, etiā probat: Quia dicta iura

menta nullo iure requiruntur, non positiuo, quia isto, tantum requiruntur in casu dubio: nec iure naturali, quia cum in casu dicto perpetuitas sit moraliter, & humano modo, certa, frustra requiritur maior probatio. Ita Hurtado.

Sed probabilius Respondeo: Non desiderari, in dicto casu, triennium experientiæ (vt bene Hurtado) desiderari tamen, & requiri iuramentum coniugum fatentium impotentiam suam, & septimæ manus propinquorum iurantium, se credere eos verum fateri. Primam partem partem huius responsionis tenet etiam, & probauit, vt vidimus, Hurtado. Sed vtramque simul, sic Sanchez conuincit. Nam, cum in eo casu impedimentum, ferè, certo, & euidenter constet: nō est opus, triennium expectare, quod in casu dubij solum conceditur. Deinde cum non omnino euidenter et, aut certò, constet, probatio peti debet, amplior tamen, quam vbi prorsus euidēs est: hæc autem nulla alia est, quam iuramētum coniugum, & septimæ manus: ergo. Sic Sanchez *lib. 7. disp. 107. num. 4.* & penes illū, Anton. *cap. laudabilem. cit. n. 14* & ibi Alexand. de Neuo *n. 17.* & alij, quos refert *nu. 6. & 7.* Basil. *lib. 7. c. 66. nu. 2.* & alij. Qui omnes fatentur aliter dicendū, quando impotentiæ signa, sunt omnino dubia, quia tunc adhibenda est forma iuris, *in d. c. Laudabilem.* quæ est solemnitas probatoria. Sic etiā Luysius *lo. ci. dub. 14*

QVÆSTIO XLIV.

An Requiratur triennialis experentia, quando existentibus de impotentia, solum signis dubijs, vterque coniux fatetur illam?

NEGANT putantes, in eo casu, sufficere tempus arbitrarium (vt vnius mensis, aut trium &c.) cum coniugum iuramento, & septimę manus propinquorū, vt dissoluatur matrimoniū. Astens. *2. par. sum. lib. 8. tit. 37. ar. 1.* Rossella *ver. Diuortium num. 1.* Silueſt. *q. 18. n. 21.* Angel. *Matrim. 3. impedim. 16. n. 10.* Enriquez (licet non ita expresse) *lib. 12. de matri. cap. 7. num. 1.* & alij, penes Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 108. num. 3.*

Sed probabilius Respondeo: Etiam in dicto casu, nempe, quando vterq; coniux fatetur impotentiam, vbi ea non est certa, sed dubia, requiri triennij probationē, ad experiedum, an impotentia sit vera, & perpetua. Tum quia sic deducitur *ex c. laudabilem.* Vbi in eo absolute requiritur experientia triennij, quando non constat de frigiditate, hoc est, de perpetuitate impotentiæ. Tum etiam: Quia, quamuis in dicto casu, vterque coniux fateatur impotentiā, non ideo auferitur necessitas experientiæ triennialis, cum ipsi coniuges ignorare possunt, an sit naturalis, & perpetua, an ex maleficio, vel ex alia causa proueniat: Ergo ad id inquirendum, necessaria est experientia triennialis. Sic Sanchez *loc. cit. n. 5.* & penes illum D. Thom. *dist. 34. infin.* Palud. *ib. q. 2. ar. 3. cōcl. 3.* Petr. Sotus *lect. 5. de matrim.* Sotus *dist. 34. art. 2. concl. 2.* Barthol. de Ledesma *aub. 48. concl. 6.* Lud. Lopez *de matrim. cap. 52. col. 2.* & alij quamplures. Basilius *lib. 7. c. 66. num. 4.* dicens, esse communiorem sententiam inter Theologos & Iusperitos Hurt. *disp. 22. diff. 11 nu. 40.* Luysis. *lo. ci. dub. 15.*

QVÆSTIO XLV.

An Post triennij probationem, sit necessarium iuramentum coniugum, & septimæ manus propinquorum; saltem in casu, quo vxor, à matronis inspicientibus, iudicetur virgo?

NEGANT, necessarium esse iuramentum septimę manus, sed solum iuramentū coniugum, casu, quo vxor per aspectum a matronis iudicetur Virgo, Glossa *cap. Requisisti. verb. septima manu. 33. q. 1.* Pacianus *de probation. lib. 2. c. 2. n. 29.* Sotus *in dist. 34. q. vnica, ar. 2.* & Ledesma *2. par. 4. quæst. 60. art. 1.*

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Adhuc in assignato casu, necessariū, esse vltra dictā probationē triennij, & iuramentum coniugum fatentium impedimētum, iuramentū septimæ manus propinquorum iure, vel vicinorum, si propinqui defuerint. Sic Basilius *lo. cit. n. 5.* sic dicēs: Deinde, esse necessarium, & iuramentum coniugum, & septimæ manus propinquorum: timeri enim collisio potest etiā elapso triennio: Idque iuramētum habet locū etiā si inspiciatur, an Virgo sit: falax enim ea inspectio, & præterea adhuc est collusionis periculum. Quare adhibendum omnino est iuramentum ob decisionem Pontificis *in d. c. laudabilem.* & eo omisso, nulla esset dissolutio matrimonij facta *ex c. fin. de frigid.* Sic ille. Et ante illū, Sanchez *loc. cit. n. 7. & 8.* & penes ipsum, D. Thom.

Thom. Scot. Angles. Palud. Nauar. Hostiens. & alij plures.

QVÆSTIO XLVI.

An Prædicta triennij probatio requiratur, quando alter coniux negat, alter fatetur impotentiam, quæ euidenter non constat?

RESPONDEO: Requiri. Quia cum signa non sint certa, nulla maior probatio potest esse quam experientia triennij. Sic Sanch. *lib. 7. disp. 109. per totam.* Basil. *loc. cit. à num. 9.* Legantur omnino.

QVÆSTIO XLVII.

An Triennium, à iure præscriptum, ad experiendam impotentiam, computandum sit à tempore, quo cœptum est à coniugibus copulæ vacare?

AFFIRMANT Sanchez *lib. 7. disp. 110. à nu. 4.* Enriq. *lib. 12. c. 7. n. 2.* & penes ipsos, Innoc. Abbas. Cardin. & alij iuristæ. Bonac. *q. 3. de matrim. pun. 13. nu. 21.* Reginald. *lib. 31. n. 107.* Hurt. *disp. 22. diff. 11.* & alij communiter existimantes, incipere à die intentatæ copulæ, quando potentia prouenit ex trigiditate, vel maleficio; quando vero prouenit ex arctactione, cũ incipiunt remedia adhibere.

Sed, tutius, & probabilius Respondeo: Triennium præscriptum, nõ à die celebrati coniugij, aut à die intentatæ copulæ, sed à die reclamationis, aut à tẽpore, quo per iudicem signatum est, computari debere. Quia ab hac die præmittitur peccatorum confessio, & Eucharistiæ perceptio, & maior diligentia incipit adhiberi, quæ in re tanti momenti nulla est superflua. Sic expresse Basilius *loc. cit. nu. 12.* Vbi hanc opinionem sæpe tenuisse Rotam, testatur *ex vol. 2. consil.* Farinacij, *decis. 192. & 226. & 1. vol. consil. decis. 27.* & in decis. Rotæ Rom. per Farinac. *decis. 277.* Riccius *in praxi decis. 277.* & alij, quos citat Sanchez *loc. cit. nu. 2. & 3.* Sic etiã Ludouic. de S. Iuan *de matrim. q. 6. art. 15. dub. 1. pag. 994.* per hæc verba: Paulo V. Sanctissimo Vicario de Iesu-Christo, Señor nuestro, y sucessor legitimo de S. Pedro, auiendo la Rota declarado, esse triennio deuerse entender *a die reclamationis.* Su Santidad approuò la tal decision, y declarò ser assi verdad, y viose claro ser assi justissima sententia; pues auiendosse tratado de separar à ciertos Duques, vassallos de la Iglesia, habitantes en Roma, que antes de reclamar auian estado juntos mas de tres años, dada la dicha sentencia, de que habitassen otros tres años, *à die reclamationis*, fuè Dios seruido, que al fin de los tres años sobre dichos, se hizo preñada la dicha Duquesa con increible gozo, del pueblo Romano, de los Rotantes, y de su Santidad, &c. Sic ille.

Sed notat hic, ex Rota *d. decis. 226. c. 1. & 2.* Basilius, quod si ante iudicis decretum præcesserit triennalis cohabitatio, esse in arbitrio iudicis, iustis causis concurrentibus, illud ad breuius tẽpus reducere.

QVÆSTIO XLVIII.

An Triennium experientiæ, ita debeat esse continuum; vt si tempore aliquo intermittatur, incipere iterum debeat, triennij tempus?

AFFIRMANT Cardin. *cap. fin. de frigid.* & (licet non ita clare) Archidiac. *33. quæst. 1. in sum. n. 3.* & ibi Bellamera *nu. 2.* vt refert Sanchez. Vbi infra.

Sed certissime Respondeo: Non ita debere esse continuum triennium: quia sic continuo triennio habitare coniuges vacando copulæ, est moraliter impossibile: Nõ igitur exigitur id tẽpus mathematice cõtinuũ, sed moraliter, & ciuili modo. Sic Basil. *loc. cit.* per hæc verba: Præterea debet esse continuum, morali qua dam ratione, *ex cap. de fin. frig.* hoc est, sicut solent coniuges cohabitare, & sibi inuicem copulari. Quod si magno temporis spatio ea cohabitatio interrumperetur, suppleri deberet. Sic ille, post Sanch. *lib. 7. disp. 111. n. 2. 4. & sequent.* & penes illũ Hostiens. Abbas. Siluest. Armilla. Greg. Lopez, & alij. Enriq. *lib. 12. cap. 7. nu. 2.* Huttado *loc. cit. num. 41.*

QVÆSTIO XLIX.

Quæ signa sunt illa, quæ euidenter, & necessario impotentiam concludunt, itaut nec triennium, nec iuramentum ad dissoluendum matrimonium, iuxta supra, quæst. 41. dicta, desiderentur?

RESPONDEO: Esse sequentia. Virilium amputatio, aut si virilia omnino arida

sint, ita vt vi motiua careant; testiculorum defectus; arctatio fœminæ, si tanta sit, vt euidens, sit à nullo viro cognosci posse, sine periculo vitę. Sic Sanchez *lib. 7. disp. 107. à num. 5.* Basilius *lib. 7. cap. 66. num. 2.* & alij penes ipsos.

An autem, etiam sit euidens signum impotentiæ; illa, quæ prouenit ex inproportione arctationis in fœmina, & magnitudine virgę in viro? Affirmant adhuc Innoc. Ioan. Andreas, Præposit. & Butrio *in d. cap. Laudabilem.*

Sed contrarium probabilius cum Basilio Respondeo: Nempe, non esse signum necessarię concludens. Quia oculus matronarum sæpe fallitur, & medicorum etiam iudicium. Sic etiam sentit Rota cum alijs *1. p.* apud Farinac. *decis. 695. n. 4.*

QVÆSTIO L.

An Vir ingrediens Religionem, ob dissolutionem matrimonij, dum comprehenditur, impotentiam non fuisse perpetuam, si Professus sit, debeat redire ad vxorem?

Respondeo: Tanquam certum sub distinctione sic: Si vir ille professus est ante consummatum matrimonium, non debet redire ad vxorem; Quia matrimonium non consummatum dissoluitur per professionem. Si vero professus est post consummatum matrimonium, debet redire ad vxorem. Quia matrimonium consummatum non dissoluitur per professorem. Sic Sanchez *lib. 7. disp. 99. n. 37.* Couar. *2. p. cap. 3. §. 4.* Petr. de Ledesma *q. 58. art. 2.* Enriquez *lib. 12. cap. 7.* Gutierrez *de matrim. cap. 105.* Bonac. *q. 3. de matrim. punct. 13. n. 22.* Hurtado *disp. 22. diff. 11. n. 42.* Basilius *lib. 7. cap. 61. n. 10.* Candid *disquis. 28. art. 13. dubit. 39.* Villalobos *tract. 14. diff. 21. nu. 4.*

QVÆSTIO LI.

An, Si vterque coniux ingrediatur Religionem, ex præsumptione impotentiæ, ineaque professus, si postea cognoscatur impotentiam non esse perpetuam, solutum sit matrimonium non consummatum, per professionem, aut possint redire ad sæculum?

Non esse solutum tale matrimonium, & sic optime posse vtrumque coniugę redire ad sæculũ, docent, & nõ improbabiliter. DD. quos sup. *disp. 5. q. 10.* citauimus.

Sed probabilius Respõdeo: nullo modo posse dictos cõiuges, etiã postquam cognouerunt impotentiam non fuisse perpetuã, ad sæculũ redire. Quia probabilius est solutum fuisse eorum matrimoniũ non consummatũ per eorũ in Religione professionẽ, *vt loc. cit. est habitũ.* Sic DD. ibidẽ citati, & Bonac. & Candid. *locis citatis.*

QVÆSTIO LII.

An Etiam, qui ex præsumptione impotentiæ perpetuæ suscepit ordines Sacros, restituendus sit vxori, si cognoscatur, impotentiam tantum fuisse temporalem?

Respondeo: Restituendum esse vxori permanenti in sęculo. Quia vinculum matrimonij adhuc perseuerat, eo quod nec sit dissolutum per impotentiam præsumptam, nec per susceptionem Ordinis Sacri, vt suprà iam habitum est. Sic Sanchez *lo. cit. n. 39.* & penes ipsum, Enriq. *lib. 12. de matr. c. 8. n. 3.* Petr. de Ledesma *q. 8. ar. 2. dub. 2.* Bonac. Candid. Basilius, & Hurt. *loc. cit.* Qui bene notant, quod vir, qui in dicto casu, Ordines suscepit Sacros, nequibit ad vxorem redire, nec ipsã repetere, si vxor ipsũ nõ repetat. Quia per Sacri Ordinis susceptionem ipsi præiudicauerit. Vxore vero ipsum repetente, tenetur, ille reddere debitum vxori, cũ ipsa non sit priuata lege petendi. Non tamen ipse poterit debitum exigere (quidquid dixerint Astensis, & Ricardus penes Sanchez) propter votum castitatis emissum in Sacrorum Ordinum susceptione.

QVÆSTIO LIII.

An Separatus à matrimonio ratione frigiditatis, si aliud ineat, statim, absque alia probatione, ita sit dissoluendum?

Respondeo: Affirmatiue. Quia si re vera est frigidus, nõ potest cõstare secundũ matrimoniũ; si vero, se finxit frigidũ, nõ est dissolutum primum, quo valido, secundũ est nullum: ergo. Sic omnes, præcipue Sãchez *lib. 7. disp. 99. n. 6.* & Basilius *lib. 7. c. 64. n. 2.* & alij penes ipsos; Notantes adhuc; quod etiãsi tempore, quo frigidus hic ad alias nuptias transijt, prior vxor obijsset, adhuc

adhuc statim separandus est à posteriori matrimonio, donec se potentem probet, & deceptam fuisse Ecclesiam, seu iudicē. At si prima vxor adhuc viuat, vel illa alteri nupsit, vel adhuc vitā cælibem agat, nō debet frigidus statim ad primum matrimonium reuocari, donec constet legitime ipsum secundum matrimoniū cōsummasse, aut fornicatum esse.

QVÆSTIO LIV.

An, Si fœmina, ratione arctitudinis separata à viro, alij nubat, ab illo, aut ab alio, cognoscatur, sit restituenda priori marito?

AFFIRMANT, restituendam omnino esse priori marito, omnes Doctores, quos supra *q.* 22. retuli, censentes, impedimentum dictum esse temporale, ac proinde prius matrimonium fuisse validum, à quocumque viro, siue simili, siue dissimili, fœmina illa postea cognoscatur.

Sed probabilius, iuxta doctrinā ibi data, nimirum, primum matrimonium irritum fuisse, quando fœmina absque mortis periculo vere non potuit aperiri priori viro, nec per proprium vsum, sed per vsum viri longe potentioris. Respondeū est, sic sub distinctione: Si dissolutum est primum matrimonium, eo quod illa fœmina iudicatur cuicumque viro ob arctitudinē inepta, de illa dicendum est iddem, quod de frigidi separatione dictū est, quæstione præcedēti. Si vero dicta fœmina respectiue arcta erat, & nō absolutē, si trāsijt ad secundas nuptias, cum (iuxta quæst. 22. dicta) legitime nupserit, non est statim à viro secundo separanda, & restituenda primo, sed considerandum, an à secundo viro similis proportionis cum primo fuerit cognita, tunc ad primum virum reuocari debet, & secundum coniugium declarandum non subsistere. At vero, si à dissimili viro fuerit cognita, non est restituenda primo viro, quia tunc, omni lite remota, secundum matrimonium iudicandum est, validum fuisse. Sic expresse Basilius *loco cit. num. 3.* & antea Sanchez *loc. cit. à nu. 16.* & alij Doctores *q.* 22. citati.

DISPVTAT. VIGESIMASECVNDA

De Impedimento Raptus.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid sit raptus, & an impediat matrimonium?

RESPONDEO: Quod raptus est, *extractio violenta puellæ de domo parentum.* Dirimit autem matrimonium, iure ciuili *in L. Vnica de raptu inter raptorem, & raptam.* quod approbatur *in cap. placuit 36. q. 2.* & nouissime in Trident. *sess. 24. cap. 6. de reformat. matrim.* Vbi expresse irritatur matrimonium inter raptorem, & raptā, quandiu rapta est in potestate raptoris, non vero si sit à raptore separata, & in loco tuto, ac libero constituta. Sic enim ait Concilium. *Decernit Sancta Synodus inter raptorem, & raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem præbentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & si Clerici fuerint de proprio gradu decidant.* Sic Concilium, & omnes.

QVÆSTIO II.

An Raptus, quo fœmina rapit virum dirimat matrimonium?

AFFIRMANT Enriquez *lib. 12. de matrim. c. 14. n. 4.* Rodrig. *1. tom. sum. c. 232. (alias 230) n. 4.* per hæc verba: Lo quinto se ha de notar, que este decreto ha lugar tambien, quando vna muger robusta arrebata a vn hombre de menos fuerças, pues ay la misma razon. Ita ille. Vega *2. to. c. 34. casu 157. notab. 5.* & Gutierr. *de matr. c. 80. num. 6* penes Bonacinam.

Sed

Sed probabilius Respondeo: Non dirimere. Quia dictum Tridentinum decretum de solo viro rapte verba facit, vt constat: ergo non est extendendum ad raptrices fœminas, cum sit odiosum, & pœnale. Verum est, quod si viro esset illata vis, matrimonium esset nullũ, non hoc iure, sed naturali ob contensum coactum. Sic Veracruz *in apend. ad ar.* 32. 1. *par.* Sanchez *lib.* 7. *disp* 12. *n.* 25. *& disp.* 13. *nu.* 16. Farinac. *in praxi crimin. q.* 145. *nu.* 45. Rebell. 2. *par. q.* 3. *q.* 11. *nu.* 6. Reginald. *lib.* 31. *num.* 165. Bonac. *q.* 4. *de matrim. pun.* 18. & penes ipsum, Gutierrez (quem pro contaria parte illum etiam refert) *nu.* 23. Basilius *lib.* 7. *cap.* 69. *nn.* 6. Ægidius *disp.* 30. *dub.* 4. Hurtado *disp.* 23. *diff.* 3. *nu.* 12. Barbosa *cap.* 6. *in Trid. sess.* 24. *de reform. matri. nu.* 3. Candid. *disquis.* 28. *ar.* 14. *dubit.* 3. qui tamen male, vt vidimus, citat Emmanuelem Rodriguez, pro hac parte.

QVÆSTIO III.

An Raptus, quo consentiens fœmina, inuitis tamen parentibus, extrahitur, matrimonium dirimat?

AFFIRMANT Nauar. *lib.* 4. *consil. lib.* 5. *consil. tit. de raptor. consil.* 2. *num unico.* Enriquez *lib* 12. *de matrim. cap.* 14. *num.* 4. Sa *Verb. Matrim. num.* 9. Vega *tom.* 2. *cap.* 34. *casu* 157. *notab.* 1. Rodriguez *dict. cap.* 232. *num* 1. Toledo *lib.* 7 *sum. cap.* 13. *num.* 2. Zerola *in praxi Episcop par.* 2. *Verb. Raptus.* §. 1. Rebellus *dict. quæst.* 11. *num.* 6. Candid. *loc. cit. dub.* 2. *dicto* 6.

Sed probabilius Respondeo: Talẽ raptum non dirimere matrimonium. Quia in dicto decreto, solum loquitur Concilium, de raptu, quo læditur libertas ad matrimonium: at sic est, quod præfato raptu, quamuis vero, non læditur libertas fœminæ, cuius tantum libertas, & non parentum conducit ad matrimonium: ergo. Sic Sanchez *disp.* 13. *num.* 13. Lesius *lib.* 4. *cap.* 3. *dubit.* 9. *num.* 70. Reginald. *lib.* 22. *num.* 31. *& lib.* 31. *num.* 165. Ægidius *disp.* 21. *num.* 48. Barbosa *loco cit. num* 3. Hurtado *loco cit. num.* 12. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 38. *q.* 3. *pag.* 1017.

(§)

QVÆSTIO IV.

An Raptus, quo sponsus rapit propriam sponsam, ipsa inuita, dirimat matrimonium?

NEGAT Enriquez *lib.* 12. *de matrim. cap.* 14 *nu.* 5. per hæc verba: Nec dicitur raptor, qui fœminam sponte consentientem, aut etiam inuitam, defert secum, nec incurrit pœnas raptoris. Ita ille.

Sed probabilius Respondeo: Affirmatiue. Quia Tridentinum indiscriminatim loquitur de raptu, quo libertas ad matrimonium læditur at in hoc casu vere læditur, vt constat: ergo. Sic Sanchez *loc. cit. numer* 5. Sa, *Verb. Matrim. numer.* 9. Hurtado *loc. ci. nu.* 12. Cornejo *loc. ci. c.* 4. & alij. Qui bene addunt; secus dicendum, casu, quo sponsa rapiatur, inuitis parentibus, ipsa tamen volente, vt ex nuper dictis colligitur. Legantur Sanchez *loc. cit.* Rodriguez *cap.* 230. (alias 227.) *nu.* 4. Candidus *loc. ci. dub.* 1. & alij penes ipsos.

QVÆSTIO V.

An Raptus, non factus causa contrahendi matrimonium, sed tantum causa explendæ libidinis cum rapta, dirimat matrimonium?

AFFIRMANT Sa, *Verb. Matrim. nu.* 9 dicens, sic declarasse Congregationẽ Cardin. Vela *de pœnis delictor. cap.* 29. § *Sed ego.* Ochagau. *tract.* 3. *quæst.* 446. Bonac. *q.* 4. *de matrim. punct.* 18. *nu.* 2. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 38. *quæst.* 2.

Sed probabilius Respondeo: Non dirimere. Quia, qui fœminam rapit non ad contrahendum matrimoniũ, sed ob exercendam libidinem, non violat libertatem ad illud, neque ad illud cogit: ergo nullã pœnam à Tridentino asignatam incurrit. Sic Sanchez *disp.* 13. *num.* 4. Rodriguez 1. *tom. sum. cap.* 212. *alias* 213. Vega 2. *tom. sum. cap.* 34. *casu* 157. *notab.* 1. Lesius *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 9 *num.* 70. Reginald. *lib.* 31. *num.* 165. Hurtado *disp.* 23. *diff.* 3. *num.* 14. Candid. *loc. cit. dubit.* 2. *dicto* 7. Ægid. *disp.* 30. *dub.* 4. Barbosa *loc. cit. num.* 3.

(§)

QVÆS-

QVÆSTIO VI.

An Raptus, quo solis importunis precibus, aut pretio conducta, fœmina extrahitur, dirimat matrimonium?

RESPONDEO: Non dirimere, nisi alias tales essent preces, vt violentiæ æquiparētur. Quia in hoc solum casu, datur vere raptus. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 11. *Vbi num.* 12. etiam non esse locum his pœnis, si dolis circumuenta virgo extrahatur. Barbosa *loc. cit. num.* 7.

QVÆSTIO VII.

An Sit raptus dirimens matrimonium ille, quo, quis opprimit fœminam in domo patris?

RESPONDEO: Negatiue. Quia ad hoc vt raptus talis dicatur, necessum est, vt fœmina rapta sit, & traducta de vno loco in alium, in quo sub potestate raptoris sit constituta. Sic colligitur clare ex Trident. *loc. cit.* & tenent Nauar. *consil.* 1. *sub. titul. de raptor.* Sa *num.* 9. *cit.* Rodriguez, & Vega *loco citato*, Ægidius *disput.* 31. *numer.* 48. Sanchez *d. disp.* 13. *numer.* 7. Bonacina *d. punct.* 18. *num.* 8. & alij omnes, notantes nil referre ad pœnas decreti Tridentini incurrendas, vt copula sequatur, aut non, & hæc sufficiunt de impediments dirimentibus matrimonium. De impedimento autem absentiæ Parochi, & testium egimus sup. disp. 7. quasi per totam.

(§)

DISPVTAT. VIGESIMA TERTIA.

De Impedimentis tantum impedientibus.

QVÆSTIO PRIMA.

Quot, & quæ sint impedimenta solum impedientia matrimonium?

RESPONDEO: Quod sunt duodecim. Quinque, quæ non consurgunt ex crimine, & his continentur versibus.

Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum,
Atque Catechismus, sponsalia, iungito votum,
Impediunt fieri; permittunt facta teneri.

Septem vero, quæ ortum habent ex crimine, & hæc sunt sequentia.

Incestus, raptus, sponsatæ, mors mulieris,
Susceptus propriæ sobolis, mors præsbyteralis,
Vel si pœniteat solemniter, aut monialem
Accipiat: prohibent hæc coniugium sociandum.

Hæc igitur duodecim matrimonij impedimenta, non dirimunt matrimonium factum, solum impediunt licite fieri. Sic omnes DD. Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 6. Basilius *lib.* 7. *de matrim. cap.* 6. Bonac. *quæst.* 3. *de matrim. punct.* 14 Candidus *disquis.* 28. *art.* 16. (licet hic author, forte omissione Typographi, vnde-cim tantum enumeret impedimenta) Hurtado *disp.* 25. *diff.* 1. Villalobos *tract.* 14 *diff.* 2.

§. I. *De Impedimento primo, quod est Ecclesiæ vetitum.*

QVÆSTIO PRIMA

Quid nomine hoc, Ecclesiæ vetitum, intelligatur?

RESPONDEO: Quod intelligitur, prohibitio, seu interdictum hominis interdicentis aliquibus contrahere matrimonium ad tempus, ob aliquam legitimam causam: nempe ob sedandam scandalum, vel ob discutiendam veritatem, circa aliquod impedimentum; vel ne oriantur aliquæ rixæ, vel in alicuius festi venerationem, &c. Hoc igitur interdictum, seu pro-

prohibitio, impediet matrimonium licite contrahi, non tamen dirimet. Sic omnes DD. Legantur citati. Præcipue Sanchez *Vbi num. 6.* bene aduertit, cauendum esse ab Angles. *florib. 1. par. de matrim. q. 11. de impedim. Ordinis. ar. 2.* Vbi ait, hoc impedimentum esse dirimens post Trident. *sess. 24. de impedim. cap. 1.* Quia id non est verum, cum non obstanti prohibitione iudicis, potest fetuari solemnitas petita ab eodem Concil. *eo. c. 1.* Veluti, si Parochus, & testes, non obstante ea prohibitione Episcopi, assistant.

QVÆSTIO II.

An Non solum Pontifex, & Episcopus, sed etiam Parochus, interdicere possit ad tempus, nè contrahatur matrimonium?

NEGANT Gotfredus *in sum. tit. de matrim. contracto, contra interd. Ecclesiæ n. 1.* Angelus *Matrim. 3. imped. 1.* & Innoc. *in cap. fin. de cland. desponf.* asserentes, id solum ad Ordinarios pertinere, eo quod actus sit iurisdictionis.

Sed certissimè ferè Respondeo: Etiam Parochum posse matrimonium ad tempus interdicere, licet non possit de impedimentis cognoscere, sed Ordinarium dũtaxat. Sic enim expresse habetur *in c. fin. cit.* vt bene vidit Sanchez. Sic ipse *lib. 3 de matrim. disp. 15. nu. 3. & lib. 7. disp. 6. nu. 6* & penes ipsum. D. Anton. *3. part. tit. 1. c. 16.* Palud. *in 4. dist. 34. q. 1. ar. 1 num. 10.* Nauar. *in sum cap. 22.* (non 12. vt habet Basil.) *num. 68.* Sa *ver. de impedim. non dirim. num. 1.* Siluest. Armilla, Caiet. & alij. Basilius *lib. 6 cap. 7. num. 2.* Villalob. *loc. cit.*

QVÆSTIO III.

An Prohibitio, seu interdictum, Pontificis, reddat irritum matrimonium contractum, contra eam prohibitionem?

NEGANT absolute Glossa *in c. penult. in fine de de desponf. impub.* Innoc. *ibid. in fine*, & Monachus *cap. vni. de voto in 6.* & ibi Probus *in addit. fine.* docẽtes, matrimonium aduersus prohibitionẽ Pontificiam initum, etiam si prohibitio sit cum decreto irritanti, non esse inualidũ.

Negant secundo alij, asserentes, matrimonium celebratum contra prohibitionem perpetuam Pontificis, esse inualidũ; secus vero celebratum contra prohibitionem temporalẽ, ideſt, contra prohibitionem, cuius causa est temporalis, nempe ob litem dependentem, ob diei venerationem, &c Ita Angel. Rossella, Syluester, Armilla, Gutierrez, Couar. Greg. Lopez, & alij vsque ad 18. DD. quos refert Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 2. n. 4.* Vbi à num. 5. vsque ad 8. alias quatuor sententias circa præsentem quæstionem affert, à quibus consulto recensendis cum Basilio abstinens, sic cum ipso Basilio distinguo.

Respondeo. Dicendum. Si interdictum Pontificis sit simplex & sine clausula irritante, nullo modo irritat matrimonium: secus vero si tale interdictum aut prohibitio sit lata cum clausula irritante. Sic expresse esse, & optime Basilius *lib. 6. cap. 7. à nu. 3.* & ex parte Sanchez *loc. cit. à nu. 9.* & alij penes ipsos. Qui omnes, vt verũ supponũt, interdictũ Parochi (Imo nunc, Episcopi) minime dirimere matrimoniũ.

§ II. De Impedimento Temporis ferialis.

QVÆSTIO PRIMA.

Quonam tempore prohibitum sit, nuptias solemniter celebrare?

RESPONDEO: Quod licet, iure antiquo, pluribus temporibus solemnitates nuptiarum interdicerentur celebrari; nempe à septuagesima vsque ad octauam Paschæ, & ab Aduentu Domini vsque ad Epiphaniam; & atribus diebus ante Ascensionem, vsque octauam Pentecostes, vt constat, *ex cap. Capellanus. de Ferijs. cap. Non oportet, 1. & 2. cap. Non licet. cap, Nec vxorem, 33. quæst. 4.* Nunc autem, iure nouo Trident. *sess. 24. c. 10.* tantum prohibentur celebrari ab Aduentu, vsque ad diem Epiphaniæ: & à die Cinerum vsque ad Octauam Resurrectionis inclusiue. Prohibentur autem, tam antiquo, quam nouo iure, cõtrahere hisce temporibus, non matrimonium, sed solemnitates, quæ in benedictionibus nuptialibus, in traductione sponsæ in domũ sponsi cum apparatu, &c. consistunt de quibus, & alijs ad hæc concernẽtibus late egimus supra *disp. 7.* Legantur Sanchez *lib. 7. disp. 7.* & Basilius *lib. 6. cap. 8.*

QVÆS-

QVÆSTIO II.

An Matrimonium, tempore interdicti, & in loco interdicto, contractum, validum sit?

RESPONDEO Affirmative. Quia nullus est Canon illud irritans: imò potius in capite *Capellanus*, cit. plane dicitur, Romanæ Ecclesiæ consuetudinem esse, vt quocumque tempore, matrimonium contrahatur. Sic Sanchez *lib. 7. disp. 8. num. 4.* & Basilius *lib. 6. cap. 9. num. 2.* dicentes, id apud omnes certissimum: etiam cõtractum tempore cessationis à diuinis.

QVÆSTIO III.

An, Non solum valide, sed etiam licite, possit in loco, & in tempore interdicti, & cessationis à diuinis, matrimonium celebrari?

AFFIRMANT Siluester *interdictum* 5. *q. 7. nu. 9.* Armilla *ibi. n. 53.* Nauar. *in sum. cap. 27.* Palud. *in 4. dist. 18. q. 8. art. 2. concluf. 4.* Enriq. *lib. 11. cap. 16. nu. 2. commen. lit. S. & lib. 12. cap. 2. n. 1. lit. F. & lib. 13. cap. 45. nu. 3.* Pet. de Ledesma *q. 50. art vnico. dub 3. conc. 4* Vega, Sa, & alij vsque ad 33. Doctores, quos affert, & sequitur Sanch. *lib. 7. disp. 8. num. 2.* & quamuis hæc sententia sit probabilissima.

Nihilominus, probabiliter æque, Respondeo: Non posse licite. Quia, vt diximus *1. par. tr. 4. disp. 3. q. 17.* Tria tantum Sacramenta permittuntur tempore interdicti ministrari, nempe, Baptismus, Pœnitentia, & Eucharistia, vt colligitur ex cap. *Alma mater. de sent. excommunicat. lib. 6. & cap. Quoniam eo. tit. cap. Non est vobis de sponsalib:* Ergo cũ matrimonium vere & proprie sit Sacramentum, nec excipiatur alibi, in generali prohibitione comprehendi debet. Nec certe (vt contrarij volunt) excipitur *in cap. Capellanus.* Quia ibi Pontifex solum intendit, matrimonium, quocumque tempore valere, & eam esse Romanam consuetudinem, & mentem. Sic Vgolinus *de cens sur. Vbi de interd tabula 5. cap. 7. §. 3. nu. 1. & cap. 10. §. 1. n. 1.* Sayrus *in Thesauro casuum conse. lib. 5. cap 7. nu. 43.* & Basilius *lib. 6 cap. 9 à num. 3.* Qui notant, ferè omnes Doctores antiquos tantum sentire, valide inire matrimonium, non verò decernere an licite.

§ III. De Impedimento ex Catechismo.

QVÆSTIO I.

Quid sit Catechismus, & an ex illo contrahat quis cognationem spiritualem impedientem, sed non dirimentem, matrimonium?

RESPONDEO: Quod Catechismus, est instructio fidei, quæ fit solemniter ante ianuam Ecclesiæ super baptizãdo, vel, iam domi baptizato, sicut igitur ex eo quod quis tenens in baptismi celebratione infantem, contrahit cognationẽ quandam spiritualem, quæ est impedimentum dirimens matrimonium, vt supra est habitũ: sic similiter ex eo quod quis in Catechismo teneat, contrahit etiam quandam cognationem spiritualem imperfectam, quæ tantum est impedimẽtum impediens, non dirimens, matrimoniũ. Sic habetur expresse *cap. 2. de cognatione spirit. in 6. & cap. Contracto, eo tit.* Sicquè tenẽt D. Thom. *in 4. dist. 42. q. 1. art. 2. ad 3.* Durand. & Ricar. ibidem. Sanchez *lib. 7. disp. 10. n. 1. & 2.* Basil. *lib. 6. de matr. c. 111. n. 1.* Bonac. *q. 3. de matri. pun. 14. n. 6* & omnes communiter. Vnde reijciẽdus est Hugo, qui *cap. Peruenit, 30. q. 1.* Affirmat hoc impedimentum dirimere etiam matrimonium.

QVÆSTIO II.

An Dicta imperfecta cognatio, etiam extentione baptizati in exorcismis, oriatur?

AFFIRMAT Palud. *in 4. d. 42. q. 1. ar. 1. nu. 7.* docens, ex exorcismo solum oriri.

Sed, tanquam verum, Respondeo: Nullo modo oriri ex exorcismis, sed solum extentione in Catechismo. Quia hic est quædam futuri baptismi professio, eiusque initium, & quædã regeneratio imperfecta per fidem, quam protestatur patrinus pro paruulo: ergo ex illo solem ortum habere debet dictam cognationem spiritualiem imperfectam. Sic D. Thom. *in 4. dist. 42. q. 1. ar. 2. corp.* Enriq. *lib. 2. sum. cap. 15. num. 4. lit. K. & lib. 12. cap. 2. num. 1. lit. M.* Sanchez *loc. cit. num. 5.* Basilius *loc. tit. num. 2.* & communis.

QVÆSTIO III.

An, Vt patrinus hic, præfatam cognationem contrahat, sitne necessarium, vt baptizatum, aut baptizandum, in Catechismo teneat?

NEGAT Pater Hurtado *disp.25.diff.1 num.4.* docens, solum requiri, vt quis pro baptizãdo, aut pro iam baptizato respondeat Sacerdoti interroganti, an credat, & an renuntiet diabolo, quamuis non teneat baptizatum.

Sed longe multo probabilius, Respondeo: Non solum requiri ad cognationem contrahendam, vt qui infantis personam gerit respondeat Sacerdoti roganti, an credat; verum, vt etiam teneat. Sic Glossa *in cap. Contracto, de cognatio. spirit. infine.* Sanchez *disp.10. cit. nu.4. & 5.* & Basil. *cap.11. cit. nu.2.* Addentes, contrahi huiusmodi impedimentum per Catechismum, siue præcedat, siue sequatur Baptismum; siue Baptismus sequatur, siue non. Licet alij contrarium senserint, vt videre, est apud Sanchez *num.8. & 9.*

QVÆSTIO IV.

An Hoc Catechismi impedimentum sublatum sit prorsus per Tridentinũ?

NEGANT Palacios *in 4. dist. 42. diff. vnica col.29. & 30.* Barthol. de Ledesma *de matrim. dub.46. in priori edit.* Ochag. & alij penes Sanchez *lib. 7. disp.10. num.10. & 11.* dicens id esse valde probabile. Ita etiam Valentia *disp. 10. q.5. pun.4.* Rebell. *lib.3. q.18. n.20. pag.360.* Candid. *disquis.28. ar.16. dubit.1.*

Sed probabilius Respondeo: Omnino sublatum esse per Trident. *sess.24. cap.2.* illis verbis: *Omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis.* Quibus verbis sublatum esse dictum impedimentum sensit Congregatio Cardinalium apud Farinac. *in cap.2. sessionis citatæ*, per hæc verba: *Qui in Ecclesia fuit præsens ei, qui dominus fuit baptizatus, si deinde in Ecclesia fuerunt seruatæ solemnitates, nullam cognationem spiritualem contraxit. Itaque committatur ordinario, vt si legitimis probationibus comperierint D. N. filium prius fuisse baptizatum, declaret, nullum inter N. ipsum, & dictum filium ad esse impedimentum cognationis spiritualis* Hactenus. Adest etiã alia declaratio apud Rebellum *in Append. ad lib.4. n.88. pag.399. Nulla cognatio spiritalis contrahitur, nisi inter personas, quæ nominantur in hoc decreto.* Sic Sanchez *n.12.* & penes ipsum Enriq. *lib.2. de baptis. c.15. n.4. & c.18. n.2. & lib.12. c.2. nu.1.* Sa *Ver. impedim. non dirim. nu.4.* Pet. Ledes. *q.56. ar.3* & alij. Imô, & Barth. de Ledes. *in posteriori edit. dub.46.* His addi possunt Basil. *lib. 6. c.11. n.3.* Ægid. *disp.30. dub.3. nu.24.* Hurt. *disp.25. diff.1. n.4.* Villalob. *tr.14. diff.2. n.5.* citans pro hac prate Barth. de Ledes. Diana *3 par. tr.4. resol. 260.* Filiuc *tract.10. par.1. cap.9. num.273.* Reginald. *lib.31. nu. 190.* & dicit probabile Bonac. *q.3. de matrim. pun.14. n.6.* & alij. Ex quibus bene, ex Sanchez, aduertit Basilius, debere, imô & teneri, Parochũ in libro, vbi scribit patrinos, an fuerint in Baptismo, an in Chatechismo tãtum; eo quod iam ex Catechismo nullum oriatur impedimentũ, & ita expedit, vt manifestum sit, an sint impediti ad contrahendum, vel, non.

§ IV. De Impediment Sponsalium.

QVÆSTIO VNICA.

An Sponsalia prius inita cum vna; impediant, ne licite contrahatur matrimonium cum altera?

RESPONDEO: Impedire. Quia, qui cõtraxit sponsalia cum vna, cõtraxit obligationem grauem standi spõsalibus: ergo impedimento sunt, quo minus matrimonium cum alia contrahatur: vt habitũ est sup. disp.1. de matrimon. q.64. Sic omnes fere DD Legantur ibi citati. Rebell. *lib.3. q.18.* Reginal. *lib.31. n.187.* Bonac. *q.3. de matri. pun.14. nu.5.* Sanchez *lib.1. disp.27.* & alij.

§ V. De Impedimento voti simplicis castitatis, aut Religionis.

QVÆSTIO I.

An Votum simplex castitatis impediat, & dirimat matrimonium?

AFFIRMAT impedire; imô, & dirimere, si vterq. cõiux voto castitatis adstrictus erat Glosa *in c. si quis votũ. 27. q.1.*

Sed certissime Respondeo: Impedire quidem, matrimonium licite iniri, nullo tamen modo dirimere initum, etiam ca-

su

su, quo vterque astrictus sit castitatis voto. Quia iura, solum impediunt matrimonium contrahi, habenti simplex votũ castitatis; non tamen, contractum dirimunt. Sic enim definit Alexand. III. *p. 5. cap. 5. & p. 6. cap. 9. p. 21. cap. 3. p. 45. cap. 4.* & habetur etiam *in cap. Consuluit. & cap. Rursus, qui Clerici, vel vouentes. & cap. vnico de voto in 6.* & tenent omnes DD. Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 11. nu. 4. & 10.* & penes ipsum Nauar. *cap. 22 nu. 73.* Rossella, Siluester, Veracruz, & alij. Basilius *lib. 6. de matrim. cap. 12. nu. 1.* Hurtado *disp. 25. diff. 1.* Bonac. *q. 3. pun. 14. nu. 7.* Luysius *in sum. 2. par. c. 112. dub. 1.* Gutierrez *cap. 85. nu. 1.* Villalob. *loc. cit. num. 7.* & alij. Qui iddem dicendum dicunt, de voto, aut iuramento, ingrediendi Religionem, assumendi statum Clericalem, & Ordines Sacros, aut non contrahendi matrimonium. Quia hęc omnia vota, cum statu matrimonij pugnant; ideoque impediunt, licet non dirimant: etiam casu, quo hæc vota sint conditionalia: nam, posita conditione, eodem modo obligãt. Quamuis in ordine ad dispensationem possit esse diuersitas, de qua *1. par. tract. pœnit. egimus.*

QVÆSTIO II.

An Votum castitatis, vel Religionis, vel non nubendi, factum ab eo, cui sit dubrius est matrimonium, ob incontinentiam, sit validum; impediatque matrimonium licite iniri?

NEGATIVAM sententiam, videlicet, neque esse validum tale votum, nec matrimonium impedire, suadere potest quis his argumentis.

Primô. Quia votum ineundi matrimonium est validum in illis, quibus salubrius iudicatur, fore vt matrimonium, ob incõtinentiam, ineant; eo quod sit de meliori bono respectu vouentis: ergo prædicta vota huic contraria, sunt de minori bono respectu illius vouentis: ergo irrita; patet, quia duæ res contradictoriæ nequeunt in eodem, legitima materia esse, & pro eodem tempore.

Secundô. Quia votum castitatis, vel Religionis &c. factum ab eo, quem carnis molestiæ, & frequentes ruinæ antecedunt, non est de materia satis idonea, & iusta; imô potius, contra consilium D. Pauli. I. Cor. VII. dicentis; *Quod si non se continent, nubant: melius est enim nubere, quam vri*: ergo non potest esse validum. Propter hæc argumenta, hãc tuentur sententiam Valentia *2. 2. disp. 6. q. 6. pun. 2 diff. 4.* & expressius Pet. de Ledes. *2. tom. sum. tr. 10. c. 2. dub. 5.* per hæc verba: Lo sexto digo: Si Pedro se siente muy flaco, y con mucho peligro de ofender a Dios en materia de carne, no esta obligado a cũplir el voto simple q haze de Religion, presumiendo de ũ, no almẽte hablando, que la Religion por la imperfection suya le ha de ser de mas daño, que prouecho. Mas esta à obligado a pedir dispensaciõ del tal voto, como enseña S. Thomas, tratãdo de esta materia. Mas si haze voto solemne de Religion, es valido el voto, y y obligatorio. Y no solo esta obligado a no pedir dispensacion del tal voto, sino a cumplille de echo. Esta doctrina se saca, ca si claramente de S. Thomas, y de Caietanõ en el lugar poco ha citado (*Videlicet. 2. 2. q. 88. ar. 2. ad 3.*) Prueuase lo primero, quanto a la primera parte. Solo el acto de virtud es legitima materia del voto, como ya està declarado, a cerca de la primera conclusion de este capitulo. Y en nuestro caso el tal voto, considerado en tal individuo, dexa de ser acto de virtud, y redũda en daño espiritual del que le haze: luego no es valido. Lo segundo, se prueua. El voto se deue hazer de lo que es mas vtil, y prouechoso al alma del que le haze, como consta de su definicion y de la doctrina de todos, y en nuestro caso, no se halla esto, como consta de sus terminos; Luego no es valido el tal voto. Huc vsque Petrus. Cuius sententiã sequitur Bonac. *tom. 2. disp. 4. q. 2. pun. 1. n. 26.* Addens etiam cum illo, teneri nihilominus vouens petere dispensationem, ante quam matrimonium ineat. Horum autẽ Authorum sententiã esse probabilem aperte docet Homobonus (vt refert Diana) *in consult. moral. volum. 1. par. 2. resposs. 28.* & Trullench. *lib. 2. in Decalog. cap. 2. dub 5. n. 18.* Vbi solum dicit. contrariam, sententiam forte esse veriorem.

Iddem fortè docerent authores huius sentẽtiæ, in casu, quo, alicui, dictis tribus votis, aut aliquo eorũ, emissis, cõsultius esset, ob frequẽtes carnis tentationes; & lapsum in res veneras superuenientes, matrimoniũ contrahere. Tum: quia quando, ei, qui vouit, constat aliquid esse melius, quã

præteritam voti materiam, poteſt propria authoritate à voto recedere, & in dictam meliorem materiam commutare: at huic conſtat, ſalubrius, & melius fore matrimonium: ergo in illud poteſt dicta vota cõmutare. Tum etiam: quia, quod ante emiſſum votum efficit, vt res promiſſa ſit inepta voti materia; ſi, eo emiſſo, ſuperuenit, tollit voti obligationem: at ſic eſt, quod in ſentẽtia horum Doctorum, frequentes lapſus inuenerem irritant vota Religionis, Caſtitatis &c. ſubſequentia: ergo idemmet lapſus irritabunt eadem vota antecedentia: ergo &c. Sanchez, vbi infra, ingenue fatetur hæc argumenta eſſe fortiſsima, & ſpeculatiue conuincere.

Affirmatiuam nihilominus ſententiam, videlicet, & talia vota eſſe valida, & vere matrimonium impedire, nec poſſe abſque eorum diſpenſatione matrimonium contrahere quem; tenent communiter Doctores, quos ipſe ſequitur *lib.7. de matrim. diſp.11.num.8.* dicens, hanc ſententiam eſſe certiſsimam. Iddem poſtea docuit (licet mitius) *in ſum. lib.4. cap.8. num.10.* Vbi, propoſita contraria ſententia, & argumentis à nobis pro ea factis, in hęc prorrumpit verba: Fateor argumenta hæc fortiſsima eſſe, & ſpeculatiue perſuadere intentum. At practicè neutrum aſſerere auderem, ſed dicendum eſt valere ea vota emiſſa ab eam incontinentiam patienti; & a fortiori quando illis emiſsis hæc ſuperuenit, non ceſſare eorum obligationẽ. Ducor: quia oppoſitum aſſerere video eſſe contra communem Eccleſiæ vſum: quantumuis enim quis carnis illecebris vexetur, & incontinens ſit, ſi voto caſtitatis ſe deuinciat, aut antea deuinxerit, ſolet à Pontifice diſpenſationem impetrare, nec illi conceditur, niſi regidiſsima commutatione iniuncta. Nec credo virum aliquem doctum,, & pium auſſum fuiſſe hunc ab ea obligatione eximere. Huc vſque Doctiſsimus Sanchez. Cuius ſententiam ſequitur Baſilius *lib.6. de matrim. cap.12. nu.2.* ſic dicens: Ex his colligitur primo, cũ qui huiuſmodi votis tenetur, ſine eorum diſpenſatione non poſſe contrahere matrimonium, cum certa ſit obligatio voti impediens matrimonium. Quod verum eſt, quantumuis ſtimulis carnis vrgeatur; ea enim moleſtia non liberat illum obligatione voti, ſed reddit cauſam diſpenſationi, atque ita in hac ſpecie docet Thomas Sanchez *diſp.11. num.8.* Sic ille. Et antea, Suarez *lib.4. de voto cap.19. num.9.* eam, eſſe doctrinam cõmunem. Diana, & Trullench, *locis citatis.*

Ego in hac difficillima quæſtione, quid ſentiam (quamuis, vt verum fatear, cum timore) dicam. Reſpondeo ergo dicendum: Quod ex duabus relatis ſententijs; *Prima*, ſit probabilior ſpeculatiue: *Secunda*, vero, practice. Primam partem huius reſponſionis probant argumenta pro prima ſententia facta, quia certe, vt fatetur Sanchez, fortiſsima ſunt, & perſuadent ſpeculatiue, prædicta vota facta ab eo, cui ſalubrius, & melius eſt, ob incontinentiam antecedentem, aut ſuperuenientem, matrimonium contrahere, eſſe irrita, & inualida, & conſequenter poſſe abſque vlla diſpenſatione, licite matrimonium inire. In intelligibile namque eſt (vt bene Sanchez aduertit) id quod Petrus de Ledeſma, & Bonacina, docent, nempe, prædicta vota facta in propoſito caſu, eſſe inualida, & irrita, teneri tamen vouens diſpenſationem petere, antequam matrimonium ineat. Si enim vota ſunt irrita, & inualida, certe diſpenſatione non egent; & ſi egent nullo modo erunt inualida: ergo ſpeculatiue, probabilior eſt.

Secundam vero partẽ reſponſionis, clare probat perpetua praxis Eccleſiæ, & authoritas omnium Doctorum, affirmantium, ſecundam ſententiam eſſe in praxi communem: ergo hæc in praxi certa fere, aut ad minus longe probabilior, aut verior eſt, & ſine dubio tenenda.

QVÆSTIO III.

An Prima ſententia, ex duabus nuper relatis, ſit etiam practicè, aliquo modo, probabilis, & tutò amplecti poſſit?

NEGAVIT forſitan, & non inconſequẽter, Sanchez. Quia exiſtimat, poſſe ſtare aliquam opinionem eſſe probabilem ſpeculatiue, & in praxi, tutò amplecti non poſſe. Sic enim ſentit *lib.7. de matrim. diſp.32.* (non 7. vt habet Diana in impreſsione Matritenſi) *num.17. in fine.* Vbi docet ſententiam aſſerentem; fœminas quinquagenarias eſſe à ieiunio liberas, eſſe quidem probabilem, ſpeculatiue loquendo; at in praxi non eſſe tutam. Pro hac ſententia, legatur Granados *1.2. tract.12. diſp.4. ſect.4. num.32.*

Sed

Sed ego probabiliter Respondeo: Esse prædictam opinionem, practice etiam loquendo, aliqualiter probabilem, tutoque amplecti posse: Ratio est. Quia probabile est (quidquid immerito dubiter Diana *2.par.tract.13 resol.12.* & dubitando, aliorum remittat iudicio) quod id, quod hic, & nunc, est speculatiue probabile, sit etiam practicè, vt doctè, & late probat Sancius *in selectis disp.44.nu.63. & disp. 54.num.11.* quem postea secuti sunt Diana *loc.cit.resol.5.* (licet statim *resol.12. cit.* adhuc de probabilitate prælatæ propositionis dubitet) & Machado *tom.1. summæ discursu practico art.4.§.2.* ait sic est, quod prædicta opinio asserens, vota Religionis, castitatis &c. facta ab eo, cui melius, & salubrius est matrimonium, esse irrita, & invalida, est hic, & nunc speculatiue probabilis, & satis (vt ingenuè fatetur Thomas Sanchez) ergo hic, & nunc, talis opinio, etiam practice erit probabilis: ergo tuto amplecti potest ab eo, cui salubrius est matrimonium, quam, ob suam incontinentiam, sunt vota Religionis, vel castitatis &c. ergo absque dispensatione potest ille matrimonium inire. Sic expresse tenuit præfatus Ioan. Sancius de hac re ab amico, in casu occurrenti, consultus.

Nec ex hac opinione sequi possunt inconuenientia aliqua, mala vè, aut scandala, quæ ex alijs opinionibus, circa materiam grauissimam versantibus, sequi non possunt. Possunt etenim ab omnibus, & tam ab alijs, quam ab ista, oriri si circunstantiæ requisitæ non obseruentur. Minime vero, si tales seruentur circunstantiæ. Quæ tamen vna in præsentiarum erit, si non cuiuscumque iudicio, quantumuis moraliter certo, relinquatur; an vouenti omnibus cõsideratis, hic, & nunc sit expedientius, & salubrius matrimonium; sed maturo iudicio pij, & prudentis confessarij.

QVÆSTIO IV.

An Peccet mortaliter scienter contrahens cum habente votum castitatis?

RESPONDEO: Peccare. Primo: quia cooperatur alterius peccato. Secundo: quia cum votum illud sit matrimonij impedimentum, quod inter duos necessario debet consistere, vtrumque contrahentem afficit: ergo. Sic expresse Sanchez *lib.7.de matr.disp.11.n.11.* & penes ipsum, Nauar. *c.22.n.73.* Astensis, Siluester, Veracruz, & alij. Basilius *lib.6.de matrim.c.12.nu.3.* Qui iidem dicunt, de contrahente cum habenti votum Religionis, aut Ordinis Sacri assumendi, aut non ineundi matrimonium. Quia eadem est ratio, cum similiter impediant matrimoniũ.

QVÆSTIO V.

An Habenti votum castitatis, vel Religionis, vel non nubendi, &c. & interroganti, an valeat matrimonium cum his votis celebratum, denegãda sit responsio?

AFFIRMANT: denegandã esse responsionẽ sub culpa lethali; Quia si respondetur, inualidũ esse, est mẽdaciũ, si autem validum, præbebitur occasio ineũdi matrimonium cum peccato mortali, Hostiens. *in sum.tit.de voto, §. Quot sunt species votorũ n.5.* Albericus *in suo diction.lit. I.verb.impedimentũ 4.* Astens. *2.p.sum. lib.8.tit.16.ar.vni.q.9.* Greg. Lop. *l.2. verb.Tan tenudo tit.8.p.1.* D. Anton. *3. p.tit.1.c.16.§.1.* Vega *2.to.sum.c.129. casu 13.* & penes ipsum, *Sum. Confessor. lib.1.tit.8.q.22.* & alij.

Alij verò Respondent: Nullomodo teneri denegare responsionẽ: sed debere interrogatũ eludere in primis interrogantẽ, cauta responsione, respondere q; illi verbis ambiguis, aut cũ æquiuocatione, ne detur occasio ruinæ, & scandali: Quod si nequeat illũ eludere, potest optime illi veritatẽ aperire, explicata tamen prius grauitate delicti, & sacrilegij, quod admittitur ab eo, qui cũ prælatis votis audet matrimoniũ cõtrahere. Sic Sanch. *lo.cit.n.12.* Gutier. *de matr.c.85.nu.5.* Ægid. *disp. 30.dub.3.n.32.* Reginald. *lib.31.c.24. n.186.* Quos refert, & sequitur Bonac. *q. 3.de matr.pun.14.n.8.* & communis.

Sed ego probabilius, absolute Respondeo: Posse respõdere, matrimonium quidem valide contrahi, cum peccato tamen grauissimo. Sic Basilius *lib.6.de matrim. c.12.n.12.* per hæc verba: Interroganti, quid res habeat in hac re, an scilicet contrahere possit, qui impeditus voto est, nec damnũ aliud intulit, posse responderi, matrimonium cum peccato contrahi, valide tamen; nec in hoc scrupulus vllus est. Parum enim refert, quod alius ex eo sumat occasionẽ contrahẽdi cũ peccato, & alias

iddem damnũ ſequitur, ſi ea doctrina materna lingua ſcribatur, in qua addiſcere poſsint contrahentes. Sic ille.

QVÆSTIO VI.

An, Qui ligatus caſtitatis voto matrimonium iniit, teneatur, ante conſummationem matrimonij, Religionem ingredi, vt ſuum votum ſeruet?

AFFIRMANT Azor 1. *par. inſtit. moral. lib. 11. cap. 19. quæſt. 20. §. Sed dubiæ quæſtionis eſt.*

Sed longe probabilius Reſpondeo: Nõ teneri Religionem ingredi. Quia durum eſt illum in tam arctas redigere anguſtias, vt ſuum votum obſeruet. Sic Sot. *in 4. diſt. 38. quæſt. 2 ar. 1.* Candidus *diſquiſ. 27. dub. 20.* & alij.

QVÆSTIO VII.

An Habenti votum caſtitatis, vel alia matrimonio obſtantia, liceat ſuadere, vt matrimonium ineat, quando paſſim in venerea labitur?

NEGANT id licere Aſtenſis *loc. cit. q. 10.* Hoſtienſ. & Gregor. Lopez *locis citat.* & Silueſter *matr. 7. q. 5. dicto 9.*

Sed probabilius Reſpondeo: Licere; caſu, quo eo voto ligatus, ita malo inhæret, vt nec diſpenſationem petere vellet, nec à venereis deſiſtere. Sic Baſilius *loc. cit. num. 13* per hæc verba: Alterum eſt; homini, qui tenetur voto caſtitatis, parato plura committere peccata contra votum pro fragilitate ſua, ſi alia via cito illi ſuccurri non poſsit, poſſe conſuli tanquam minus malum, vt contrahat matrimonium, cum in eo contrahendo, vnum tantũ peccatum cõmitat, vitet plurima, & poſt contractum matrimonium facilis ſit impetratio diſpenſationis voti in ordine ad petendum debitum. Quæ doctrina ex illa generali deducitur, qua docetur, poſſe conſuli minus malum ad euitandum maius, ei, qui paratus eſt maius peccatum cõmittere, de quo iam dixi ſupra lib. 5. Huc vſque Baſilius, & ante illũ, ſuus amicus Sanchez *lib. 7. diſp. 11. n. 29.* & alij penes ipſum. An vero his aſtrictus votis, licite poſſit matrimonium inire, animo tranſeundi ad religionẽ, ante cõſummationem matrimonij diximus ſup. *diſp. 2. à q. 1.* Vbi de alijs ad hæc cõcernẽtia queſtionib⁹ egim⁹.

§. VI. *De Impedimento, quod oritur ex Inceſtu.*

QVÆSTIO PRIMA.

Quid ſit crimen inceſtus; & an impediat omne matrimonium?

RESPONDEO: Quod crimen inceſtus, nil aliud; impreſentiarum, ſit: quam ornicatio alterius cũ conſanguinea ſua, fvel alterius coniugis, hoc eſt, affini in gradu prohibito. Crimen autem inceſtus, olim ſeueriſsimis pœnis vindicatũ eſt, inter alias, illa, vt ſcilicet, inceſtuoſi ſpe coniugij priuarentur, & illis interdiceretur matrimoniũ. Sic habetur *in cap. concubuiſti. & cap. Quædam cum fratre viri. cap. ſiquis viduam. cap. Qui dormierit. & cap. ſiquis cum nouerca. 32. q. 7. cap. intellectum. cap. ſiquis cum duabus. 34. q. 1.* de quo late, & optime Baſilius *lib. 6. de matrim. cap. 13. num. 2. & 3.* & omnes Doctores.

QVÆSTIO II.

An Inceſtus viri cum conſanguineis vxoris, non ſolum impediat, ſed etiam dirimat matrimonium ratum non cõſummatum?

AFFIRMARVNT duo Concilia (ſeu potius conciliabula) tempore Nicolai I. nempe Concilia Metenſe, & Aquis grænenſe; quæ Lotharium Regem à vinculo matrimonij cum Theutperga contracto liberum declararunt, eo quod illam poſt matrimonium ſe Lotharij fratri dicerent commiſcuiſſe. Affirmarunt etiã alij, quos tacito nomine refert, nec improbat, Gloſſa *cap. Si quis cum duabus. Verb. Pœnitentiam. 33. quæſt. 2.*

Sed certiſsime omnino Reſpondeo: Dictum crimen inceſtus, ſolum impedire; non dirimere, matrimonium. Quia nullus eſt textus, qui id eſſe impedimentum dirimens decernat. Sic tenuit Concilium Romanum III. Sub Nicolao I. Vbi reprobata ſunt præfata duo cõciliabula. Et tenent vniuerſi DD. Legantur Sanchez *libro 7. de matrimon. diſput. 15. num. 1.* & Baſilius *lib. 6. de matrim. cap. 13. num. 4. & 5.*

QVÆS-

QVÆSTIO III.

An, Etiam fœmina, quæ cum consanguineis viri incestum committit, teneatur hoc impedimento, & interdicatur coniugio?

RESPONDEO: Affirmatiue. Quia sic expresse deciditur *in capit. si quis viduam. 32. q. 7.* ibi. *Aut si qua cum duobus fratribus, aut patre, & filio. & cap. si quis cum matre 34 q. 2.* & alibi. Vbi eadem ponitur pœna fœminæ, quæ duobus fratribus, vel patri, & filio copulata fuit. Sic Sanchez *loc. cit. num. 2.* & penes ipsum, Palud. Petrus Soto, Gutierrez, Toledo, & alij. Basilius *loc. cit. nu. 6.* Vbi ait hanc doctrinam frustra à nonnullis indubium reuocare.

QVÆSTIO IV.

An, Hoc impedimentum incestus oriatur ex coniunctione cum consanguineis, vsque ad quartum gradum?

AFFIRMANT Astensis 2. *part. sum. lib. 8. tit. 20. ar. 1.* Gutierr. *lib. 1. quæst. canon. cap. 23. nu. 5.* Toledo *lib. 7. sum. cap. 15. nu. 2.* & Bonacina *q. 3. de matr. pun. 14. nu. 10.* Ita dicens: Primum crimen est incestus, qui in præsenti est fornicatio cum affine in gradu prohibito; vnde vir qui scienter commisit incestum cum affine; idest, cum consanguinea vxoris vsque ad quartum gradum, & vxor, quæ copulam habet cum consanguineo viri vsque ad quartum gradum, non potest, mortuo altero coniuge, contrahere matrimonium, quãuis incestus sit occultus. Ita ille.

Sed certissime Respondeo: Non oriri dictum impedimentum; nisi ex incestu habito cum consanguineis coniugis intra secundum gradum. Quia sic decretum est (etiam ante Tridentinum, quidquid dicat Sanchez) per Alexand. III. in Append. Lateran. *par. 6. cap. 15. & par. 12. cap. 1.* vt refert Basilius *loc. cit. nu. 8.* & nouissime per Trident. *sess. 24. de matrim. cap. 4.* & tenet Ouandus, Sa, & Viualdus, quos refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. nu. 4.* Basilius *loc. cit.* Sic dicens: Quarto obseruandum est, hoc impedimentum incestus, non oriri ex coniunctione cum qualibet consanguinea vxoris, vel viri, sed tantum cũ ea, quæ esset in primo, vel secundo gradu, tam lineæ transuersalis, quam rectæ. Quare si ea fœmina est in tertio gradu, non oritur ex eo incestu, eiusmodi impedimentũ. Quod ita plane asseritur à Pontificibus, & Concilijs, vt valde mirer nonnullos Doctores aliter sensisse. Sic Basilius.

QVÆSTIO V.

An Hoc impedimentum, etiam oriatur ex incestu cum proprijs consanguineis, intra dictos gradus?

NEGANT oriri, eo quod Canones, qui id impedimentum statuunt, non loquuntur expresse de incestu cum consanguineis proprijs, D. Anton Rosella, Siluester, Cajet. Enriquez, Toledo, & alij vsque ad viginti Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 15. num. 16.* Bonacina *loc. cit.* Candidus *disquis. 28. art. 16.*

Sed probabilius Respondeo: Etiam oriri. Quia sic clare deducitur *ex cap. de incestis. 35. quæst. 3. cap. si quis viduam. 32. quæst 7. cap. si quo. 35. quæst. 6.* vt probat Basilius *lib. 6. cap. 13. num. 10.* Sic ipse, & antea Nauar. *in sum. cap. 22. num 74. & lib. 4. consil. tit. qui cognouit consang. consil. 1. numer. 2.* Sotus *in 4. dist. 37. q. vnic. art. 1. post. 1. concl.* Rodriguez *tom. 1. sum. cap. 229. concl. 3. num. 3.* Vega 2. *tom. sum. cap. 5. casu 3.* & alij plures penes Sanchez *loc. cit. num. 15.* Qui dicit hanc sententiam esse valde probabilem. Rebellus *par. 2. lib. 3. quæst. 18. num. 7. pag. mihi 359.*

QVÆSTIO VI.

An, Vt incestus impediat matrimonium debeat necessario esse publicus?

NEGANT Glossa *in cap. Qui dormierit. verb. Neutram. 32. quæst. 7.* Castro *lib. 2. de lege pœnali cap. 5. §. Rursus quinto.* Et Gutierrez *lib. 1. quæst. can. c. 23. nu. 8.* quos citat, & sequitur Sanch. *lib. 7. disp. 15. n. 13.* Bonac. *q. 3. pun. 14. n. 9.* Rebellus *loc. cit. n. 9.* & alij; docentes, sufficere incestum occultum esse. Quia contrarium nullo iure probari potest.

Sed probabilius Respondeo: Debere necessario esse publicum, vt matrimonium impediat. Quia id expresse deffiniuit Alexand. III. *in Append. Lateran. par. 12. c. 1. 5. & 7. & p. 50. c. 4.* Cuius verba re-

fert Basil. Sic ipse *loc. cit. n. 9.* dicens, contrariam sententiam esse contra manifestas Pontificum decisiones. Angel. *verb. Incestus. n. 4* Sa, *ver. matr. vbi d. impedim. impedient. n. 7.* Ludou. Lop. *1. p. instruct. c. 296. §. Nunc superest.* & alij.

QVÆSTIO VII.

An Incestus commissus cum consanguineis vxoris defunctæ, matrimonium etiam impediat?

NEGANT Sotus *in 4 d. 37. q. vni. ar. 1. post. 1. concl.* Cordub. *lib. 1. q. 12. ar. 1.* Enriq. *lib. 12. c. 2. nu. 1.* & penes ipsum Nauar. *c. 22. n. 75. §. 3.* Speculum, Armilla, Angel & Sarmiento. Sed hic Author pro opposita sententia refertur à Thoma Sanchez, vt infra. Tenet etiam Candid. *disquis. 28. ar. 16.* Viuald. *in suo candelab. vbi de matr. n. 96* Sa, *locit.* Vega *loc. cit. casu 2.* (dicens esse omnium) & alij, existimantes nullum ex tali incestu oriri impedimentum.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Etiam impedire matrimonium. Quia tunc vere incestus reperitur. Et vltra hoc, expressus est textus id decidens, *c. Transmissæ, de eo, qui cognouit consang.* Sic Petrus Ledesma, dicens rem esse certissimã, *de matr. q. 58. art. 4. dub. 1.* Palud. Gabriel, Gaeta, Sarmiento, & Ouandus, quos refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. nu. 12.* Basil. *lib. 6. de matr. c. 13. n. 7.* Rebellus *loc. cit. n. 10.*

§. VII. De Raptus Sponsatæ Impedimento.

QVÆSTIO I.

An Raptus alienæ sponsæ impediat matrimonium?

RESPONDEO: Impedire; ita vt raptorẽ, nec cũ rapta (vt supra iam est habitũ) nec cum quacumque alia matrimonium inire possit, licet cum hac non dirimatur matrimonium contractum. Sic enim dicitur *in c. statutũ 27. q. 2.* & bene. Quia, qui alienum matrimonium perturbare ausus est, iure proprij contrahendi merito priuatur. Sic Sotus *loc. cit.* Palud. Caiet. & alij, quos affert, & sequitur Sanch. *lib. 7. disp. 12. n. 43.* & 44. Basilius *loc. cit. c. 14. n. 3.* Bonac. *q. 3. pun. 14. n. 13.* Rebellus *loc. cit. n. 4.* & omnes, iddem docentes de sponsa rapta, si ipsa postea raptori consentiat, quod videlicet, non possit alio matrimonio cupulari.

QVÆSTIO II.

An Hoc impedimentum incurrat, qui sponsam solum de futuro, rapit?

AFFIRMANT Bonac. *loc. cit. nu. 13.* qui pro hac parte citat Nauarrum *in sum. c. 22. n. 74.* Speculum *1. p. ar. 25.* Rebellum *lo. cit.* Enriq. *lib. 12. c. 2.* Sanch. *lib. 7. disp. 12. n. 43.* Gutier. *c. 86. n. 5.* & Ægidium *nu. 25.* Sed ex his, Authoribus, nec Nauarrus, nec Enriquez, nec Sanchez (ad minus) hanc partem docent. Bene tamen Rebellus, *lo. cit.* per hæc verba: Qui alienã, siue virgo, siue corrupta sit, sponsam, siue per verba de futuro, siue de præsenti, hoc est, vxorem, rapuit, in pœnam criminis prohibetur, non solum eandem ducere, prohibitione dirimente; sed etiam quamcumq; aliam, cum qua tamen non dirimetur matrimonium. Ita ille. Candidus *disquis. 28. art. 16.*

Sed probabilius Respondeo: Non incurrere nisi illum, qui rapit alienam de præsenti sponsam, ideſt, vxorem alienam. Quia cum hæc lex sit pœnalis, & odiosa extendi non debet ad rapientem sponsam de futuro. Sic Sanchez *disp. 12. cit. n. 45.* & penes ipsum, Paludan. *dist. 34. q. 1. ar. 2. nu. 13.* Basil, *lib. 6. c. 14. n. 3.* dicens, oppositum nullum habere fundamentum, & alij.

§. VIII. De Impedimento vxoricidij, seu homicidij vxoris propriæ.

QVÆSTIO I.

An Vxoricidium, sit crimen impediens quodcumque matrimonium?

RESPONDEO: Esse crimen impediens, ne maritus aliam ducere possit vxorẽ. Quia sic expresse habetur *in cap. interfectores. 33. q. 2. & c. Admouere. & cap. Quicumq;* eadem causa, & quæst. Sic D. Thom. *in 4. dist. 37. q. 2. ar. 2.* Sanch. *lib. 7. de matr. disp. 16. n. 1.* Basil. *loc. cit. n. 2.* & omnes.

QVÆS-

QVÆSTIO II.

An Hoc impedimentum matrimonij incurrat vir, qui vxorem, in flagranti delicto adulterij deprehensam, propria authoritate, occidit?

NEGANT incurrere, Palud. *in* 4. *dist.* 34. *q.* 1. *ar* 2. *nu.* 13. Speculum 1. *p. ar.* 24. Sa, *de impedim. non dirim. nu.* 6. Quos omnes refert, & sequitur Bonac. *q.* 3 *de matr. pun.* 14. *num* 16. Quamuis hic Author citet Paludanum *in disp.* 57. *q.* 22. Sed male, vt vides.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Incurrere. Quia quamuis leges ciuiles prædictum delictum impune dimittant: Sed non sic ius Canonicum; hoc enim, spectans culpam mortalem in ea occisione repertam eam minime permittit, sed punit. Sic colligitur *ex cap. it. Quicumque cit.* quod est Pij Pontificis, vbi hæc verba habentur: *Quicumque propriam vxorem, absque lege, vel sine causa, & certa probatione interfecerit, aliamque duxerit vxorem, publicam agat pœnitentiam.* Vbi notanda sunt illa verba, *absque certa probatione.* Sic docent D. Thom. *dist.* 37. *q.* 2. *art.* 2. *& ibi* D. Bonau. *ar.* 2. *q.* 3. Durand *q.* 2. *ar.* 2. *n.* 6. Paludan. (sibi contrarius) *q.* 2. *art.* 2. *num.* 9. Enriquez *lib.* 12. *cap.* 2. *nu.* 1. *& cap.* 14. *nu.* 2. Rodriguez *tom.* 1. *cap.* 229. *nu.* 4. Vega *tom.* 2. *cap.* 34. *casu* 74. Petrus Sotus, Barthol. de Ledesma, Sotus, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 2. Basilius *cap.* 14. *cit. num.* 2. Rebellus *lib.* 3. *cit. quæst.* 18. *num.* 5.

QVÆSTIO III.

An Etiam dictum impedimentum incurrat, casu quo vir non propria authoritate, sed iudicis, adulteram vxorem neget?

AFFIRMAT adhuc, Ouandus *in* 4. *d.* 37. *disp. vnica, fine.* Eo quod ius Canonicum indistincte loquatur, nec tradat adulteram viro necandam, sed ius ciuile.

Sed certissime Respondeo; Non incurrere. Quia in eo euentu, culpa ab est: at sine culpa nemo pœnam incurrere debet: ergo. Sic colligitur clare ex verbis Pij Pontificis nuper relatis: ibi; *absque lege, absque certa probatione.* Et tenent D. Thom. *in add. quæst.* 60. *art.* 1. Sanchez, Basilius, Enriquez, Vega, Rodriguez, *loc. cit.* à fortiori, Palud. Speculum, Sa, & Bonac. nuper citati.

QVÆSTIO IV.

An Iddem impedimentum matrimonij incurrat vxor, maritum suum interficiens?

AFFIRMANT Nauar. *cap.* 22. *num.* 74. Sotus *dist.* 37. *quæst. vnica art.* 1. Enriquez *lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 1. Palac. Ludou. Lopez, Viuald. Viguerius, & alij, quos refert Sanchez *loc. cit. num.* 5. Quibus addi possunt Basilius *lib.* 6. *de matr. cap.* 14. *num* 2. Rebellus *loc. cit. quæst.* 18. *num.* 5. Gutierrez *cap.* 88. *num.* 4. & alij. Et licet hæc opino sit valde probabilis.

Sed probabilius adhuc Respondeo: Non incurrere. Quia Canones hoc impedimentum statuentes, solum de vxoricidio loquuntur. Addo, quod de viricidio non est eadem ratio. Quia viricidium est rarissimum, & vxores non sunt pronæ ad id: imo sunt timidæ: at vero vxoricidium est frequens, virique sunt audaciores, & procliuiores ad id delictum perpetrandū Quam obrem ad virorum audaciam, & inclinationem cohibendam, ius canonicum pœnam hanc statuit viro interficienti vxorem; non autem è contra, vxori virum necanti. Sic Silvest. *matrim.* 7. *quæst.* 6. *dicto* 1. Armilla, *matrimonium num.* 58. Toledo *lib.* 7. *cad.* 15. *num.* 3. Sa, *loc. cit. num.* 6. Veracruz, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *disp.* 16. *cit. num.* 6. Candidus *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. num.* 13. *Qui n.* 14. bene aduertit differentiā inter crimen homicidij dirimens matrimonium & inter crimen homicidij tantummodo impediens, quod illud, non solū inducit impedimentū quando vir occidit vxorē; verum etiam quando vxor occidit maritum; quod non accidit in præsenti crimine, quidquid velint Authores sententiæ oppositæ. Nec textus, quos pro se adducit Basilius, videlicet, *text. in cap.* 1. *de diuortijs. Et text. Si qua mulier.* 31. *q.* 1. illum iuuant, nam expressissime loquuntur de homicidio dirimente matrimonium.

§. IX. De Impedimento Presbytercidij, seu homicidij Sacerdotis.

QVÆSTIO I.

An Presbytercidium impediat matrimonium?

RESPONDEO: Impedire. Quia ita decidit *in cap. Qui Presbyterum. de pœnit. & remissio.* & tenent Panormit. ibidem. Nauar. *c. 22. nu. 74.* Basil. *lib. 6. c. 14. n. 3.* Rebell. *q. 18. cit. n. 6.* Bonac. *loc. cit. n. 18.* Sa, *loc. cit. nu. 9.* Toledo *lib. 7. sum. cap. 19.* & communis.

Addit Basilius *loc. cit. nu. 1.* Iddem dicendum esse de crimine patricidij, matricidij, & fratricidij, quod scilicet, sit impediens matrimonium. Legatur.

QVÆSTIO II.

An Quilibet homicida Presbyteri, etiam non convictus in iudicio, hac pœna plectatur?

AFFIRMANT Viuald. *in eandel. 1. p. vbi de matr. n. 105.* Enriq. *lib. 12. de matr. c. 2. n. 1.* & inclinat Nauar. *loc. cit.*

Sed probabilius Respondeo: Non plecti dicta pœna, nisi in casu, quo interfector de crimine sit in foro contentioso convictus. Quia id exigitur clare *in cap. Quicumque citato.* Et sic sentiunt Abbas, & Hostiens. ibid. Sotus, Sa, Toledo, & alij quos citat, & sequitur Sanch. *lib. 7. disp. 6. n. 9.* Basil. *lo. cit.* Rebellius *lo. cit. nu. 6.* citans pro hac parte, haud bene, Nauarrum. Bonacina, & Candid. *locis cit.*

§. X. De Impedimento proueniente ex susceptione filij in Baptismo, aut Confirmatione.

QVÆSTIO VNICA.

An, Qui fit patrinus filij, vt priuet vxorem iure petendi debitum; possit, mortua vxore, secundò contrahere?

RESPONDEO: Non posse. Quia in pœnã sui delicti, non solũ amittit ius petendi, exigendi ve debitũ, quãuis reddere teneatur, sed etiã interdicitur matrimonio. *ex can. de eo. 30. q. 1.* Sic tenẽt omnes Doctores Basil. *lo. cit. n. 2.* Tercio. 17 Hurt. *disp. 25. diff. 1.* Rebellus *q. 18. cit. n. 18.* Candid. *lo. cit.* & alij. Legatur Suarez *lib. 7. de matrim. disp. 6. nu. 8.*

§. XI. De Impedimento Pœnitentiæ publicæ.

QVÆSTIO VNICA.

An Pœnitentia publica matrimonium impediat?

RESPONDEO: Impedire, quãdiu ipsa durat, nã peracta pœnitẽtia, matrimoniũ conceditur. Sic habetur *in c. audiuimus. c. siquis, cum duobus sequent. 33. q. 2. in Concilio Arelatensi 2. can. 21. Toletano 6. c. 7.* & tenent Palud. Durand. Sotus, Viguerius, & Sa, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 6. n. 10.* Basil *lib 6. c. 14. n. 3.* Rebell. *q. 18. cit. n. 22.* Huc reuocans impedimentum excõmunicationis, etiam minoris, quæ huius, & aliorũ Sacramentorum receptionem impedit Bonac. *n. 19.* & penes ipsum, Nauar. Perez, & Ægidius. Candid. Hurtado *ll. cc.* & omnes.

§. XII. De Impedimento coniugij cum Moniali.

QVÆSTIO I.

An Matrimonium, scienter cum Moniali professa contractum, matrimonium impediat?

RESPONDEO: Impedire. Vnde in hoc casu contrahens, non solũ inualide contrahit cũ Moniali; verũ etiam impeditur, ne cum alia possit contrahere. Sic decidit *in can. Hi ergo. can. siquis. 27. q. 1.* & merito profecto: quia delinquens in matrimonium sponsæ Christi, indignus est matrimonio: quamuis si contrahat, factum teneat. Sic Sanch. Basil. Bonac. Rebell. & alij, *ll. cc.* & omnes.

QVÆSTIO II.

An Mortaliter delinquat, qui cum dictis impedimentis non dirimentibus, matrimonium contrahit?

AFFIRMANT Bonac. *q. 3. de matrim. pun. 14. n. 21.* qui pro sua sententia citato

tato Nauar. *c.* 22. *n.* 74. Siluest. *matr.* 8. *q.* 6. & Tolet. *lib.* 7. *c.* 18. Addit tamen, contrarium esse dicendum casu, quo alicubi cõsuetudo inualuerit, vt dispensatio dictorum impedimentorum non petatur, nec transgressores puniantur. Affirmat etiam, & absolute loquendo, Rebellus *lib.* 3. *cit. q.* 18. *n.* 23. *fine*. docens mortaliter delinquere illum, qui cum præfatis impedimentis contrahit, antepetitam, & obtentam eorum dispensationem: quia existimat talia impedimẽta adhuc vim habere:

Sed probabilius Respondeo: Non delinquere mortaliter, nisi solum illum, qui cõtrahit cum tribus impedimentis, nempe cum voto, spõsalibus, vel interdicto. Quia cætera impedimenta in desuetudinẽ abierunt, ideoque nullum erit mortale in istis criminibus sine dispensatione cõtrahere. Quod enim maius signum (inquit Basilius *lo. cit. n.* 4. inductæ consuetudinis, quod à longo tempore nunquam dispensatio petatur, neque Prælati de petenda dispensatione fideles vllo vmquam tempore monere curent, cum tamen satis verisimile sit esse huiusmodi crimina. Sic Basilius, post Sanchez *disp.* 17. *n.* 7. 8. & 9. Hurt. *lo. cit. fine*. per hæc verba: Ex dictis cõstat, iam nullum impedimentum tantum impediens iure positiuo statutum perseuerare, quia iam tantum impediunt spõsalia, & votum, quæ suo iure naturali tantum impediunt; prohibitio autem iudicis tantum impedit, quando apponitur a iudice. Sic ille, & alij.

Nec Nauarrus est pro Bonacina, nam potius est pro nobis, ait enim talia impedimenta desuetudine cessasse per hæc verba: Tum quia videtur, quod consuetudo non tantum id habeat, sed quod etiam, nec a Papa, nec ab Episcopo petatur dispensatio quando cum illo impedimento aliud dirimens non concurrit, nondum enim adhuc in tanta ætate vidi, vel audiui id fieri. Sic Doctissimus, & excellentissimus Doctor Nauarrus *cap.* 22. *nu mihi* 85. *fol.* 130. *alias nu.* 75. Vnde merito pro nostra sententia citatur a Thoma Sãchez, & Hurtado. Toletus autem licet Bonacinæ sententiam tueri videatur; non facit id constanter, vt ipse per hæc verba fatetur: Hæc sunt crimina propter quæ homo à matrimonio contrahendo prohibetur. Armilla §. 60. putat hæc omnia non prohibere sub mortali: sed, vt iam dixi, non id auderem affirmare, non enim talis prohibito fieret, & pro crimine tam graui, nisi obligaret sub mortali. Vnde cum sciens quis contrahit, & absque dispensatione, quam Episcopus potest dare, vix à peccato mortali excusarem, quamuis non constanter affirmẽ. Sic Toletus.

DISPVT. VIGESIMAQVARTA.

De Dispensatione Impedimentorum Matrimonij.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid Sit dispensatio in communi?

Respondeo: Quod dispensatio, sic ab aliquibus definiatur: *Est relaxatio iuris facta cum cognitione causæ, ab eo, qui potest relaxare*. Ita definiunt Innoc. Abbas, Nauar. Graffis, Rodrig. & alij, penes Sanch. *lib.* 8. *de matr. disp.* 1. *num.* 2. Cui, & merito, non placet; cum vera dispensatio, sine causę cognitione dari queat. Vnde.

Alij aliter dispensationem definiunt, videlicet; *Est iuris relaxatio facta ab habente potestatem relaxandi*. Sic Sanchez *loc. cit.* Ægid. *disp.* 33. *sub.* 1. *n.* 1. & alij, communiter. Et licet bene.

Clarius, & breuius sic dispensationẽ difinio: *Est iuris alicuius relaxatio*. Sic Basil. *lib.* 8. *de matr. c.* 1. *n.* 3. Vnde dispensare nihil aliud est, quam eximere aliquẽ ab obligatione alicui⁹ legis, quæ & manet circa alios, & ipsum obligaret in eo casu, nisi Princeps a dicta obligatione liberaret. Legatur Sanchez *lo cit. à disp.* 1. *vsque ad* 6. Vbi late de hac materia.

QVÆSTIO. II.

An Pontifex dispensare possit in impedimentis, iure diuino, & naturali, matrimonium dirimentibus?

Affirmant, penes Sanchez *lib.* 8. *disput.* 6. *n.* 8. Milis, Loaiez, Borgasius Ange-

Angelus, & alij, defendentes, posse Pontificem in dictis impedimentis, in aliquo speciali casu, dispensare. Iddem sentit Enriquez *lib. 12. cap. 1. nu. 2. & cap. 9. nu. 3.* Vbi sic ait: Secundo in linea recta irritum videtur matrimonium inter auum, & neptem iure naturæ: & probabile est in quarto etiam gradu (non autem vlterius, aut in infinitum) ita tamen, vt á Christo sit Papæ cõmissum dispensare inter auum, & neptem. Ita ille. Et apud illum Ledesma *quæst. 57. art. 4. concl. 2.* & alij. Quorũ sententiã esse probabilẽ clare insinuant Silvest. *verb. Papa q. 16. & 17.* & Petr. Sotus *lect. 11. de matrim. ad finem:* cum tantum oppositam sententiam, probabiliorem vocent. Quod notat Sanchez *loc. cit.*

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia certissimum est, nullam reliquisse Deum in Ecclesia facultatem in dictis impedimentis dispensandi. Ne ad plures, quam par erat, dispensationes, viá aperiretur. Sic Sanchez *lib. 8. disput. 6. num. 10,* & penes ipsum, triginta tres Doctores. Basilius *lib. 8. cap. 2. num. 16.* Bonacina *quæst. 3. de matrim. punct. 15. numer. 1.* Rebellus *lib. 2. quæst. 5. sect. 4. num. 19.* Cornejo *disp. 7. dub. vltimo pag. 1024.* Hurtado *disput. 26. diff. 1.* Villalobos *tract. 14. diff. 25.* & omnes communiter.

QVÆSTIO III.

An Saltem, in casu extremæ necessitatis, possit Pontifex in aliquibus ex impedimentis iure diuino, & naturali dirimentibus, dispensare?

AFFIRMAT Cornejo *loc. citat.* per hæc verba: Excipitur tamen dum taxat casus, in quo necessaria esset pluralitas vxorum, aut quod pater filiam, vel filius matrem duceret ad generis humani conservationem, quia tunc posset Pontifex dispensare in impedimentis ligaminis, & consanguinitatis in primo gradu lineæ rectæ, quia merito præsumitur Christum dedisse ei hanc potestatem pro tali euentu. Ita ille.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Nec in tali casu posse dispensare. Quia probabilius longe est, nec pro illo casu relictam esse potestatem Ecclesiæ auferendi dicta impedimenta. Sic Sanchez, & Basil *loc. cit.* & communis.

An autem in eo euentu posset Pontifex declarare licere cum aliquo ex his impedimentis iure naturæ dirimentibus, matrimonium iniri, affirmant dicti Doctores cum alijs. *sup. disp. 13 q. 5.* relatis. Sed nobis contrarium, iuxta ibidem dicta, probabilius respondendum est; cum probabilius, sit neque in casu extremæ necessitatis posse contrahi matrimonium cum aliquo ex dictis impedimentis, sine speciali Dei dispensatione.

QVÆSTIO IV.

In quibus impedimentis in speciali nequeat Pontifex dispensare?

RESPONDEO: Dicendum, quod, iuxta nostram sententiam, nequit Pontifex dispensare in errore personæ; in voto solemni professionis ita, vt voto manente, & statuto Religionis perseuerante, matrimonium postea contractum validum sit; inconsanguinitate in primo gradu lineæ rectæ. In impedimento metus cadentis in virum constantem. In impedimento ligaminis. In impedimento in potẽtiæ. Quia hæc omnia impedimenta dirimunt, iuxta nostram sententiam, iure diuino naturali: ergo nequit in eis Pontifex dispensare: consequentia est legitima, vt ait, ex Soto, Sanchez *loc. cit. num.* 12. antecedens vero constat ex dictis supra *disp. 10. quæst. 3. disp. 12. quæst. 2. disp. 13. quæst. 5. disput. 16. quæst. 20. disp. 18. quæst. 5. disp. 21.* per totam. Sic authores *locis citatis*, citati.

QVÆSTIO V.

An Pontifex possit dispensare in omnibus impedimentis, iure solum Ecclesiastico dirimentibus?

RESPONDEO: Tanquam certum, Posse, Quia hoc toto iure superior est. Sic omnes Doctores. Vnde, iuxta nostram doctrinam, superius traditam, optime potest dispensare Pontifex impedimento cõsanguinitatis in linea recta vltra primum gradũ; in transuersali in quocũque. In impedimento cognationis spiritualis,

&

& Legalis. In impedimento affinitatis in quacumque linea, & gradu. In impedimento Ordinis sacri, & in omnibus alijs, præter supra assignata, impedimentis. Quia, iuxta à nobis tradita, hæc omnia solum diriminnt iure Ecclesiastico. Legantur Basil. & Sanchez loc. cit. Luysius in Sum. par. 2. cap. 130. Hurtado disp. 26. diff. 1. & alij.

QVÆSTIO VI.

An solus Pontifex dispensare possit in impedimentis, iure humano dirimentibus.

NEGAT in primis, Goffredum (apud Sanchez) dicens, posse etiam Legatũ Pontificis, licet non Generaliter, specialiter tamen cum aliquibus personis in his impedimẽtis dispensare. Negãt deinde Sotus, Ludou. Lopez, & Sa, apud eundem Sanchez, quatenus affirmant, posse Episcopum dispensare in impedimento cognationis spiritualis orto ex baptismo, non solemniter collato; & in impedimento publicæ honestatis ex sponsalibus orto; & in impedimento cognationis Legalis, casu, quo non pateat facillimus aditus ad superiorem.

Sed certissimè Respondeo. Solum Pontificem posse in dictis impedimentis dispensare. Quia omnia illa sunt iure communi inducta, & à superioti: ergo nequeunt in illis inferiores, quales sunt Legati, vel Episcopi, ordinarie dispensare. Sic Sanchez *lib.* 8. *disput.* 6. *à num.* 14. & penes ipsum, quam plures DD. Basilius *lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 1. & communis.

QVÆSTIO VII.

An saltem, possit Episcopus in casu magnæ necessitatis, in dictis impedimentis dirimentibus, post contractum matrimonium, dispensare?

NEGANT Sotus, Corduba, Veracruz, & Medina apud Sanchez *lib.* 2. *disp.* 40. *num.* 2. & Nicolaus Garcia *par.* 11. *cap.* 5. *à num.* 343. apud Basilium *lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 2.

Sed, longè multo probabilius Respondeo: Posse Episcopum dispensare, concurrẽtibus tamen his conditionibus; *Prima est*, vt matrimonium sit publice contractum, & impedimentum occultum (regulariter saltem loquendo, iuxta dicenda infra *quæst.* 9.) *Secunda*, quod sit contractum bona fide, saltem alterius ex contrahentibus. *Tertia*, quod separatio coniugum, fieri non possit, absque magna famæ iactura, aut scandalo, aut alio graui inconuenienti. *Quarta*, quod non sit facilis aditus ad Pontificem, vel ad alium habentem priuilegium dispensandi, ob inopiam contrahentium, seu ob aliam causam; aut, *si aditus sit*, quod dispensatio differri nequeat, ob vrgens periculum in continentię, aut alterius damni secuturi, si impedimentũ publicaretur, veluti se impedimentum se teneret ex parte fœminæ, & esset affinitas ex copula illicita cum consangineo mariti, ante matrimonium. Ratio autem est. Quia id fieri ab Episcopis, in dictis casibus, Romano Pontifici est notum: & nihilominus tacet: ergo id approbare præsumendum est. Sic Nauarr. *in man. cap.* 22. *num.* 85. dicens id praxi receptum esse. Enriquez *lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 2. vbi *in Glossa lit. R & O.* ait, posse in dictis casibus, dispensare Episcopum, quamuis bona fides in contrahentibus, non interesserit. (Quod idem docet Moscoso *in Sum. tract.* 10. *cap.* 29. *num.* 22.) Bartol. de Ledesma, Rodriguez, Capua, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 3. *& lib.* 8. *disp.* 6. *num.* 20. Basilius *loc. cit. à num.* 2. *vsque ad* 6. & penes ipsum, Vazquez 1. 2. *disp.* 178 *cap.* 2. *n.* 16. Rebell. 2. *par. lib* 3. *quæst.* 5. *num.* 20. Salas *de Legib. disp.* 20 *sect.* 3. *num.* 25. & Riccius *in praxi decis.* 261. Hurtad. *disp* 26. *diff.* 2. *num.* 6. Diana 2 *par. tract.* 16. *resol.* 19. *& 5. par. tract.* 14. *resol.* 18. Ludou. de S. Iuan *quæst.* 7. *art.* 1. *dub.* 2. (qui tamen male citat Sotum, & Cordubam pro hac parte) & alij mox citandi.

QVÆSTIO VIII.

An rursus, possit Episcopus dispensare in casu posito, in impedimentis dirimentibus, etiam ante contractum matrimonium.

NEGANT, & à fortiori, authores nuper pro prima sententia adducti, & conniti negant alij, præcipue Nicol. Garcia *loc. cit.* & Gutierrez *c.* 49. *n.* 11.

Sed probabiliter ęque Respondeo. Posse etiam in casu vrgentis necessitatis. Vt si quis, v. g. morti proximus ad legitimandos filios, vel restaurandum honorem, vel pro bono pacis, &c. deberet cito contrahere, & obstaret impedimentum dirimens. Quia etiã in isto casu, præsumitur habere Episcopum, facultatem à Summo Pontifice: cum re vera id ei concessisset, si de eo requisitus esset,

ob animarum salutem. Sic Sanchez *lib.* 2. *disp.* 40. *n.* 7. Basilius *loc. cit. num.* 6. citans pro hac parte Gabrielem, Vazquez, & Salas locis nuper citatis Bonacina *q.* 3. *pu.* 15. *n.* 6. qui citat pro hac parte Enriquez *lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 2. & Valentiam *tom.* 4. *disp.* 10. *quæst.* 5. *pun.* 5. Sed male. Quia hi authores, solum id concedunt Episcopis, loquendo de impedimentis irritantibus circa matrimonium iam contractũ Hurtad. *loc. cit.* Diana *loc. cit.* & penes ipsum Villalob. *tract.* 14. *diff.* 25 *n.* 6. Molfes. *tom.* 1. *tract.* 4. *c.* 12. *num* 35. Barbosa *de potest. Episcop. par.* 2. *allegat.* 35. *num.* 5. Homobonus *de Exam. Eccl. par.* 1. *tract.* 5. *cap.* 5 *quæst.* 32. Victorell. in notis ad Man. Nauarri *cap.* 22. *num.* 85. & Reginald. *lib.* 31. *cap.* 27. *num.* 205. His adhuc addi possunt Cornejo *disp.* 7. *dub. vltimo*, sine Machado *lib.* 4. *par.* 6. *tract.* 16. *docum.* 11. *num.* 4. & 5. Candidus *disquis.* 28. *art.* 16. *dub.* 3. & alij Recentiores. Notantes, in eisdem casibus, in quibus potest Episcopus in sua Diœcesi dispensare, posse, & Legatum in Provincia suæ legationis; non tamen Vicarium Episcopi, nisi ex peculiari commissione eiusdem, vt infra.

QVÆSTIO IX.

An facultas dispensandi, quam in eventu dicto, habet Episcopus, tantum sit pro interiori foro?

AFFIRMAT cum communi Sanchez *lib.* 2. *disp.* 40. *num.* 10. per hæc verba: Secundo obseruandum est, hanc potestatem Episcopi dispensandi in dictis impedimentis occultis, esse pro solo conscientiæ foro: vt bene Enriquez *lib.* 12. *de Matrim. cap.* 3. *num.* 2. sicut Tridentinum *sess* 24. *cap.* 6. *de Reformat.* similiter concedit casus occultus Episcopo, pro solo conscientiæ foro. Dicetur autem impedimentum occultum, quando non publice constat, nec facile constare potest, periculumque non est, vt in foro externo detegatur: vt benè docet Enriquez *eod. cap.* 3. *num.* 1. & 2. Sic Sanchez, & Basil. *lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 4. sic dicens: vt enim ea limitatio locum habeat, debet intelligi, de impedimento occulto, vt citatis multis docet Riccius *loc. cit.* Quare si impedimentum fuerit publicum, non poterit dispensare Episcopus, quia nullum scandalum sequi potest ex eo, quod separentur. Ita Basilius, & alij authores, præcipue citati.

Negatiuam nihilominus sententiam; nempe facultatem dispensandi in assignatis casibus, habere Episcopum, non tantum pro foro interno, sed etiam pro externo, posset quis his argumentis suadere. Primo. Quia Episcopus absolute potest dispensare contra Concilium in casu magnæ necessitatis, vel vtilitatis, vt docent Tiraquell. Lambert. Rebuff. Spino, Humada, Cenedo, & alij quos citat, & sequitur Barbosa in Trident. *sess* 1. *num.* 4. Deinde, potest statuere contra ius commune, casu, quo id faciat ex euidenti, & necessaria causa, quæ superiorem ad id concedendum moueret, vt ex Iasone *in l. omnes populi lect.* 2. *ff. de Iust. & Iure.* & ex Riccio *in praxi decis.* 261. docet Basilius *loc. cit. cap.* 13. *num.* 2. ergo optime poterit dispensare in impedimentis, tam pro foro interno, quàm pro externo, si id euidens causa exigat.

Secundo. Quia ideo potest dispensare Episcopus in impedimentis dirimentibus, in casu magnæ necessitatis, quia Romanus Pontifex id concessisset, ob animarum salutem, si de eo requisitus esset; ac per inde est, ac si concessisset; ergo ex rationabili voluntate Pontificis præsumpta, pro vtroque foro dispensare poterit. Hæc argumenta ita mouerunt Basilium, *loc. cit.* vt in hanc partẽ, cõtra doctrinam à se supra traditam, aliqualiter inclinauerint, vt per hæc verba indicat: Limita etiam, vt talis Episcopi dispensatio tantum sit pro interiori foro, vt docet Enriquez *lib.* 12. *de Matrim. num.* 2. quamuis de hac limitatione dubito, cum considero rationes quibus nititur ea facultas dispensandi in his casibus. Ita Basilius *loc. cit. num.* 5. sibi non nihil contrarius.

Ego in hac difficultate cum distinctione Respondeo primo. Episcopus, solum potest dispensare in impedimimentis occultis, & foro conscientiæ, in casibus assignatis, communiter, regulariter, & ordinarie loquendo; quia communiter, & regulariter loquẽdo, in impedimentis solum occultis, vrgere potest necessitas dispensandi, vt ex dictis constat & probant bene authores pro prima sententia adducti; & tenent communiter omnes.

Respondeo tamen, secundo. Episcopus etiam potest dispensare in impedimentis publicis, & pro foro externo, casu (& non aliter) quo de facto detur necessitas maxima in illis dispensandi, & non pateat aditus ad Pontificem, aut si patet, est periculum magnum in mora. Probatur primo. Quia ea sola, aut præcipua de causa, potest Episcopus, in dicto euentu, dispensare in impe-

impedimentis occultis, & pro foro interno; quia videlicet, ob vrgentem dispensandi in illis necessitatem, præsumitur à Sum. Pontifice facultate habere, vt docent Sanchez, Basilio, & alij Doctores *q.* 7. & 8. pro nobis relati: ergo si detur casus, in quo vrgeat necessitas magna, etiam in impedimentis publicis, & pro foro externo, dispensandi, censeri etiam debet habere eamdem facultatem à Sum. Pontifice ad dispensandum in illis: nam vtrobique currit eadem ratio.

Secundo probatur, rationibus pro parte negatiua adductis, nam certe hanc nostram, modo explicatam, aperte probant. Quia, dato casu præassignato, Romanus Pontifex, id vere concederet, ob animarum salutem, si de eo requisitus esset: ergo. An autem de facto possit occurri casus, cuius magna necessitas vrgeat Episcopum ad dispensandum in aliquo impedimẽto publico, videant ipsi. Mihi, etsi difficillimum accidere posse videatur, nõ tamen impossibile, vt ex dictis facilè colligi potest.

QVÆSTIO X.

An Generalis Vicarius Episcopi, possit, ex vi officij, in his matrimonij impedimentis dirimentibus dispensare?

RESPONDEO: Non posse. Sic Enriquez: Paz, Gutierr. Ant. Gomez, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *lib.* 2. *disput.* 40. *num.* 12. Basilius *lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 5. Hurtado *disput.* 26. *diff.* 2. & alij communiter. Qui idem dicendum putant de his, qui ex priuilegio dispensare in casibus Episcopalibus, etiam matrimonialibus, possunt; quod scilicet, non possint dispensare in prædictis impedimentis, eo modo, & quando potest Episcopus: Quia iste casus, non competit Episcopis iure ordinario, sed ratione vrgentis necessitatis. Vnde absolute, iste non dicitur casus Episcopalis, quia vere ad Pontificem pertinet, & ex quadam iuris interpretatione Episcopo censetur permissus: vt bene Enriquez *lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 2. & *lib.* 6. *de Pœniten.* (non 16. vt citant Sanchez. & etiam Basilius) *cap.* 14. *num.* 7. Sanchez *loc. cit. num.* 9. & Basilius *loc. cit.*

QVÆSTIO XI.

An saltem, ex speciali commissione Episcopi, possit eius Vicarius Generalis dispensare in impedimentis dirimentibus in casibus, quibus ipse potest?

NEGANT quidam; apud Siluestrũ verb. Delegatus *q.* 8 & apud Sanchez *lib.* 2. *disp.* 4 *n.* 13. existimantes, non posse Episcopum delegare facultatem dispensandi in casibus, in quibus ipse, solum ratione vrgentis necessitatis dispensare valet.

Sed certissime respondeo. Posse. Quia certissimum est, posse Episcopum talem facultatem delegare: cum reuera illa iurisdictio, licet ei competat ex Principis priuilegio, competat Sedi, & ideo sit ordinaria, & cõsequẽter ordinarię potestatis iura habeat. Sic Enriquez *lib.* 12 *c.* 3. *n.* 2. & alii, quos citat & sequitur Sanchez *loc. cit. n.* 14 Basilius *lib.* 8. *cap.* 13. *n.* 5. Hurtad. *disp.* 26. *diff.* 2. *n.* 7. Ægid. *disp.* 33. *n.* 33. Bonac. *quæst.* 3. *pun.* 15. *n.* 6.

QVÆSTIO XII.

An Episcopus, possit, post matrimonium contractum, dispensare in impedimento, cuius est obtenta dispensatio, sub reptitie tamen, & ideo nulla?

AFFIRMANT Glossa, Innoc. Hostiens. Cardinalis, Henricus, Ioa. Andreas, Abbas, Alex. de Neueo, & Præpositus in cap. *Quio circa de consanguin.* Decius, Felinus Siluest. & alij, quos refert Sanchez *lib.* 2. *de Matrim. disp.* 38. *n.* 12. (non *disp.* 25. *n.* 13. vt inuenies citatum in Basil.) & videtur sequi Hurtad. *disp.* 26. *diff.* 2 *n.* 8. & esse valde probabile ait Basilius *loc. cit. n.* 7,

Sed probabilius Respondeo. Non posse absolute loquendo. Quia probabilius est, nõ esse concessam Episcopis Generalem facultatem dispensandi in dicto euentu, per cap. *Quia* citatum (nec per caput aliud) sed solum fuisse concessam Episcopo, pro casu particulari: ex quo non licet Regulam generalem deducere, vt possit quilibet Episcopus dispensare, toties, quoties disputatione subrectitia contractum est matrimonium, vt optimè probant Sanchez, & Basil. *loc. cit.*

QVÆSTIO XIII.

An Commissarius Bullæ Cruciatæ possit dispensare in aliquo impedimento matrimonij?

RESPONDEO. Posse quidem dispensare, sed in vnico tantum impedimẽto, nempè in impedimẽto affinitatis ex copula forni caria, in primo, vel secundo gradu, ortæ: & hoc pro solo foro conscientiæ, & concurrẽtibus his 4. conditionibus. *Prima*, vt illud impedimentum consurgat ex matrimonio iam contracto. *Secunda*, vt sit occultum. *Tertia*, vt matrimonium, contractum fuerit bona fide, saltem ex parte alterius contrahentis *Quarta* (licet Basilio necessaria non videatur) est, vt Comissarius prius detegat alteri coniugi nullitatem matrimonij, vt iterum valide contrahant. Sic Sanchez *lib.* 2. *disp.* 48. *n.* 8. *& lib.* 8. *disp.* 6. *n.* 23. Enriquez *lib.* 12 *cap.* 3. *n.* 3. Moure *in exam. par.* 3. *cap.* 9. §. 20. *n.* 3. Ioan. de Cruce *in Sum. par.* 2. *tract. de* Matrim. *art.* 6 *dub.* 12. Hurtado *disp.* 26. *diff.* 2. Villalob. *tract.* 27. *claus.* 13 *n.* 11. Quos omnes citat, & sequitur Diana 1. *par. tract.* 11. *resol.* 116. Basilio *lib.* 8. *cap.* 13. *n.* 8. & alij. Qui benè notant, & quod primus gradus ille, in quo potest dispensare Commissarius, intelligatur, in vtraque linea, nempe tam in recta quàm in transuersa: & quod tali potestate possit vti in præsentia Pontificis. Legatur Diana loc. cit. & *ibi resol.* 117. 118. & 119.

QVÆSTIO XIIII.

An etiam Mendicantes Religiosi, possint, ex vi suorum priuilegiorum, dispensare in aliquo impedimento dirimenti matrimonium?

AFFIRMANT Rossensis *in Libello de causa matrimonij Regis Angliæ*, & Veracruz 2. *par. speculi art.* 27. *ver. Et hoc confirmatur expresse pag. mihi* 413 Quia existimant, Mendicantes habere priuilegium à Leone X. concessum Augustinianis, ad dispensandum cum ijs, qui scienter, aut ignoranter, matrimonium contraxere cum impedimento affinitatis, modo id notorium non sit, nec in iudicium deductum: at affinitas ex copula licita vsque ad quartum gradum, & ex illicita, vsque ad secundum, inclusiue, est impedimentum dirimens matrimonium: ergo.

Sed oppositum omnino. Respondeo dicendum. Quod videlicet, non possint. Quia, vel dictum priuilegium (quod fuisse Augustinianis concessum, propter maximam sanctitatem Rossensis id affirmantis, vt certum credendum est) non esse in vsu: vel non fuisse generaliter concessum, sed solum pro aliquo casu priuato, seu particulari tantum inductum; quo cessante, iam ipsum cessasse, ex dictis *q.* 12. colligitur. Vel tandem, quod dictum priuilegium non concedit ampliùs quam quod Mendicantes dispensare possint cum incestuosis cum consanguineis coniugis, vt possint petere debitum: ac eo matrimonio dissoluto, ad aliud transeat, non tamen cum affini, vel aliud impedimentum habenti. Sic Enriquez *lib.* 7. *cap.* 28. *n.* 6. *& in Glossa lit. m. & n. & lib.* 12. *cap.* 3. *n.* 3. *& in Glossa lit. a. & b.* Rodriguez *tom.* 3. *quæst. regul. quæst.* 2. *art.* 2. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 6. *num.* 28. Candid. *disquis.* 28. *art.* 17. Ludou. de S. Iuan *de Matrim. q.* 20. *art.* 2. *dub.* 2. *pag.* 1058.

QVÆSTIO XV.

An possit Episcopus dispensare ad petendum debitum, cum coniuge, cui debiti petitio est interdicta, ratione affinitatis contractæ cum altero coniuge?

NEGANT Couarru. Matienzo, & Graffis, apud Sanchez *lib.* 8 *disput.* 12. *num.* 10. Quibus adhærent Hurt. *disp* 26. *diff.* 2. *num.* 8. & Nicol. Garcia *par.* 11. *c.* 5. *n.* 355. existimantes, id ad solum Pontificem pertinere.

Alij verò id concedunt Episcopo, sed tantum in casu necessitatis, & quando non patet aditus ad superiorem. Ita Silu. st. Margarita Confessor. Gutierr & Ludou. Lopez. apud Sanchez *loc. cit. n.* 11.

Sed probabilius Respondeo. Posse, & semper, in huiusmodi impedimento dispensare, siue pateat aditus ad superiorem, siue non. Quia iam consuetudine id Episcopi adquisierunt, & praxis ita testatur, cum passim Episcopi in hoc dispensent. Sic Palud. Sotus, Corduba, Enriquez, Martin. Petrus, & Barthol. de Ledesma, Sa, Rodriguez, Toledo, & alij vsque ad viginti septem Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 13. Qui *num.* 14. cum eisdem Doctoribus idem dicendum putat de

de cognatione spirituali, nempe, posse etiam Episcopum dispensare ad petendum debitum cum coniuge, qui cum suo coniuge cognationem spiritualem contraxit, iuxta dicta 1. *par. tract.* 2. *disp.* 7. *quæst.* 19. Sic etiam Basilius *lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 9. Ioan de Cruce *in Sum. q.* 4. *de Matrim. art.* 6 *dub.* 12. *concl.* 3. Machado *lib* 4. *par.* 6. *tract.* 16. *docum.* 12. *num.* 3. & 4. & *lib.* 6. *par* 7. *tract.* 2. *docum.* 17. Bonac. *q* 3. *pun.* 15. *n.* 5. Villalob. *tract.* 13. *diff.* 51. *num.* 5. & *diff.* 52. *num.* 10.

QVÆSTIO XVI.

An etiam Regulares ab Ordinario approbati, possint ex commissione suorum Prouincialium dispensare ad petendum debitum cum coniugibus, qui inter se affinitatem contraxerunt?

NEGAT Corduba *in annotat. ad Collectorem verb. Dispensatio* §. 17. & penes ipsum, Ortiz (vt refert Sanchez *lib.* 8. *disp.* 16. *num* 8.) dicens, non esse tutum eo priuilegio vti, eo quod nec habeatur in libris Ordinis, nec de eo constet.

Diana verò (attende mi Lector) 3. *par. tract.* 2. *resol.* 14. ècontra omnino affirmat, posse dispensare ad debitum petendum, dum modo à suis Prouincialibus ad id deputati fuerint: Quia hoc, inquit, patet clarissime ex verbis priuilegiorum, quæ hanc facultatem tantum concedunt Confessarijs deputatis ad hoc à Prouincialibus; & ideo docent hanc sententiam omnes, qui super priuilegia Regularium diligentissime scripserunt, vt Rodriguez *tom.* 1. *q* 63. *art.* 1. Port. *in dub. Regul. verb.* Abbas *num.* 5. *& verb. Confessor, erga sæculares n.* 18. & 23. Ioan. de la Cruz *de statu Religion. lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 9. *concl.* 1. & 2. Sanchez *in Sum. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 43. *num.* 10 Hieron. Rodriguez. *in Compen. qq. Regular. resol.* 104. *num.* 15. Rebell. 2. *par. lib.* 3. *quæst.* 18. *num.* 16. & Villalob. *in Sum. tom.* 1. *tract* 13. *diff.* 52. *num.* 19. Vbi sic asserit. Puede dispensar para pedir el debito el Comissario de la Cruzada, conforme al tenor de su Comision, y puede tambien dispensar el Obispo, como tiene Soto, y està en vso. Pueden lo mismo los Confessores de nuestra Orden, y los que gozan de nuestros priuilegios, como tengan comision para ello de sus Prouinciales, y no espira esta comision, aunque muera el Prouincial, ò acabe su oficio. Ita ibi Diana. *Et* 5. *par. tract.* 13. *resol.* 46. ait probabile sibi videri posse dictos Regulares dispensare in dicto casu, etiam absque speciali commissione suorum Prouincialium per hæc verba: Vnde licet ego olim *in* 3. *par. tract.* 2. *resol.* 14. docuerim Confessarios Regulares non posse dispensare cum sæcularibus ad petendum debitum, si à suis superioribus ad hoc minime deputati fuerint, puto nunc tamen cum Cœlestino affirmatiuam sententiam non esse improbabilem. Sic ibi. Sed tandem *part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 32. contrarium prorsus, ab ipso nouo fundamento, docet, per hæc verba: Alibi affirmatiuam sententiam docui, & tenent Miranda *in man. tom.* 1. *quæst.* 47. *artic.* 1. Portel. *in dub. regul. ver. Confessor Regularis erga sæculares num.* 23. Rodriguez *in qq. regul. tom.* 1. *quæst.* 47. *art.* 1. Sanchez *de Matrim. tom.* 2. *lib.* 8. *disp.* 16. *num.* 8. Ioan. de la Cruz *de priuileg. lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 6. *concl.* & alij. Et hoc virtute priuilegiorum, & præcipuè Pij V. Sed aduertat Lector, hanc sententiam veram olim fuisse, nunc vero non esse admittendam, quia priuilegia illa concessa regularibus ad dispensandum in nostro casu, fuerunt ex viuæ vocis oraculo, anno 1631. per Bullam particularem ab Vrbano VIII. reuocata. Huc vsque Diana.

Sed nihilominus mihi certissime. Respondeo. Posse, ex commissione saltem suorum Prouincialium: Quia hanc potestatem habent virtute cuiusdam priuilegij concessi à Pio V. die 27. Septembris anni 1569. in hac forma (vt ex Speculo 1. *par. art.* 5. refert Rebell. vbi infra) *Quod Prouinciales possint committere viris Religiosis, ac doctis, & iuxta Concilij Tridentini decretum approbati, authoritatem dispensandi cum viris, siue mulieribus incestuosis, qui carnaliter peccauerunt cum consanguineis alterius coniugis intra quartum gradum, vt possint petere debitum, idque in foro conscientiæ tantum.* Quod priuilegium habetur etiam in compendio priuilegio Societatis Iesu. *Verb. Dispensatio* §. 4. Vnde de veritate huius concessionis prudenter dubitari nequit: ergo ex vi illius optimè possunt Regulares, de commissione suorum Prouincialium, ad petendum debitum cum incestuosis dispensare.

Neque obstat, si dicas cum Diana: Illud priuilegium Pij V. fuit concessum viuæ vocis oraculo: sed sic est, quod omnia

viuæ vocis oraculo annullata fuerunt per Constitutiones Gregorij XV. & etiam Vrbani VIII. ergo iam Regulares virtute illius indulti, vtpotè reuocati, nequibunt vti prædicta ad dispensandum facultate. Hoc, inquam, minimè obstat, vt à nostra sententia, tantorum sapientissimorum Doctorum authoritate fulcita, recedamus. Respondeo enim; verum esse illud priuilegium concessum fuisse à Pio V. viuæ vocis oraculo; vt omnes fatentur: sed non minus verum esse, quod illud non sit reuocatum per costitutiones Gregorij XV. & Vrbani VIij. In primis namque, quod non sit reuocatum per Bullam Gregorij constat; quia per illam non reuocantur concessiones factæ per viuæ vocis oracula, quæ sortita sunt suum effectum ante prædictam constitutionem, vt in illa habetur; & declarauit sacra Congregatio die 11. Aprilis anno 1625. cuius declaratio Authentica extat apud me, & sic se habet: Regularibus pro parte Patris Fratris Dominici de Molina Magistri Ordinis Prædicatorum, & Procuratoris Generalis omnium Religionum Mendicantium, & non Mendicantium Prouinciæ Bethicæ, stante Constitutione fœl.record. Gregorij XV. reuocatoria oraculorum viuæ vocis, petitur declarari, an gratiæ, & priuilegia viuæ vocis oraculo facta Magistris Generalibus, Vicarijs Generalibus, & Prouincialibus Generalibus concessis eorũ Ordinibus, quæ sortita fuerũt effectum ante reuocationem, licet effectus habeat tractum successiuum, vel aliàs respiciant particulares personas, vt sunt præsentaturæ, vel magisteria, non obstante prædicta reuocatione, maneant in suo robore, & valida censeantur, vti inducta reuocatoria constitutione non comprehensa, vel aliqua indigeant reualidatione, tam in in tẽporalibus, quàm in spiritualibus. *Sacra Congregatio Cardinalium negotijs regularium præposita, illustris. de Cremona referente, prædictas gratias, & priuilegia, in dicta reuocatoria constitutione non comprehendi, nullaq; reualidatione indigere, proindeque validas, & valida fore, & esse, eisdemque securè vti posse censuit, prout aliàs fuit responsum. Romæ die 11. Aprilis 1625.* Deinde, quod nec cassatum, aut reuocatum sit per Bullam Vrbani, etiam constat; tum quia per illam neutiquam reuocantur priuilegia, aut gratiæ, quę sortita sunt effectum, ante dictam Bullam, quæ licet in illa, id non exprimatur, sicut exprimitur in Constitutione Gregorij; non tamen exprimitur contrarium, quod debebat exprimere sua Sanctitas, si, sua constitutione, vellet in hoc coarctare Constitutionẽ Grægorij: ergo per illam, hæc non coarctatur, sed solum confirmatur. Et ita id vt probabile defendit Lezzana in Sum. qq. regul. c. 3. n. 2.

Tum etiam: quia per Bullam Vrbani, solum censeri debent reuocari viuæ vocis oracula, quæ mere talia sunt: sed sic est, quod dictum priuilegium Pij V. non solum habet rationem viuæ vocis oraculi, sed etiam rationem indulti, & gratiæ concessæ per nouam Pontificis Constitutionem: ergo non debet censeri esse reuocatum per dictam Constitutionem. Minor, & consequentia, optime probantur à Peyrino *in priuileg. Minim. to. 3. c. 12 constit. 18. Vrbani VIII. in scol. n. 1. sic.* Quia Gregor. XIII. omnia viuæ vocis oracula ante ipsum concessa (inter quæ stat illud Pij V.) innouauit, & ex certa scientia confirmauit, & de nouo concessit, per suam specialem, & particularem constitutionem: ergo illa iam desiere esse concessa per viuæ vocis oraculum; ergo sub reuocatione Vrbani, cadere non possunt: Poterunt ergo Regulares vti dicta facultate dispẽsandi illis à Pio V. concessa, sicuti ante Bullam Vrbani, nunc.

Tum denique; quia non est credibile de pia, & benigna voluntate, nostri Pontificis, illum, per suam reuocatoriam Bullam, reuocare, voluisse priuilegium à tot sæculis, & à tot, ac tam maximis Pontificibus Religionibus concessum, ab illorumque Religiosis passim practicatum, & ab omnibus Doctoribus firmatum, & vt veritsimum mandatũ typis. Quis, inquam, hoc de nostro Maximo Vrbano Pontifice credet? Nullus certe, qui prudens sit. Valeat ergo Diana, & in 7. parte iterum ad suam, & nostram sententiam redeat, & teneat illam cum Authoribus quos secutus fuit 3. *par. loc. cit.* Quibus addi possunt Basilius *lib.* 8. *c.* 13 *n.* 11. Hurtado loc. cit. Candid. *disquis.* 27. *art.* 1. *dubit.* 9. Machado *lib.* 5. *par.* 3. *tract.* 3. *docum.* 2. & alij. Qui tamen bene notant, contra Rodriguez, non posse huiusmodi priuilegium extendi ad dispensandum cum coniugibus, qui spiritualem cognationem contraxerunt, vt possint licitè petere debitum: quia cum sint diuersæ rationis impedimenta, nec in verbis concessionis vnius possit alterum comprehendi, non potest concessio vnius ad alterum protrahi.

QVÆ-

QVÆSTIO XVII.

An dicti Confessores Regulares possint vti præfata ad petendum debitum dispensatione, etiam si à suis Prouincialibus minime ad hoc fuerint deputati.

AFFIRMANT Peregrinus *in compend. suorum priuileg. part. 1. titul. dispensatio.* §. 8. Sairus *in Claui Regia lib. 6. cap. 11. n. 98.* & Ioan. Suarez *in Enchiridio casuum conscient. lib. 5. verb. debitum coniugale* §. *incestuosus coniux.* Quos refert, & (ni fallor) sequitur Machado *lib. 5. part. 3. tract. 3. docum. 2. n. 2.* & clare secutus fuit cum Cœlestino Diana *5. part. 10. cit. quæst.* præcedenti. Quia existimant, absolute fuisse concessum Confessarijs Ordinum Minorum, & Prædicatorum, vt absque speciali alia facultate, possint in dicto casu dispensare.

Alij è contra negant, posse dictos Regulares, tali dispendandi facultate vti, absque eo quod ad hoc à suis Prouincialibus sint specialiter deputati; quia hac limitatione concessa fuit eis dicta facultas à Pio V. & Inlio II. vt nuper est vissum. Et ita sentiunt Sanchez, Basilius, vterque Rodriguez, Portel. Rebell. Hurtado, Villalob. & Diana locis citatis.

Sed clarius, & probabilius Respondeo non posse quidem vti dicta facultate absque commissione suorum Prælatorum; nempe Prouincialium, aut Conuentualium. Nam quorumlibet horum esse necessarium, & sufficere, constat ex priuilegijs & indultis Pontificum. In primis namque, quod sit necessaria, & sufficiat, commissio Prouincialis, cõstat ex Indulto Pij V. supra relato, ex quo, hanc primam nostræ responsionis partem, vt certam docent Doctores, nuper pro secunda sententia adducti. Deinde, quod ad dictam facultatem vtendam etiam sufficiat commissio Prælati Cõuentualis, docet Ioan. de Cruce *in sum. q. 4. de matrimon. dub. 12. concl. 3.* & *in Epit. cap. 6. lib. 2 dub. 9.* per hæc verba. Isti Religiosi ex commissione suorum Prouincialium possunt, in foro tantum conscientiæ, dispensare cum coniugibus, qui carnaliter peccauerunt cum consanguineis alterius sui coniugis, vt possint petere debitum à suo coniuge. Ita concessit Pius V. inter viua orat. n. 9. Cardinali Cribelo pro Minoritis. Imo & Iulius II. Bulla 23. cũ Martino V. iam concesserat Priori, seu Præsidenti Monasterij Benedictini Vallesoleti, & tribus, aut quatuor Monachis eiusdẽ Conuentus per Priorem, seu Præsidentem deputandis, & ad nutum reuocandis, vt possint in suo Monasterio, imo & extra, vt ex contextu colligi videtur, cum prædictis dispensare. Et ista concessio, vt in eadem Bulla habetur, est iam extensa ad alia Monasteria dicti Ordinis. Et consequenter alijs Ordinibus communicata. Hucusque Cruz, & post illum Candidus loc. citat. vbi sic ait: Per priuilegium tamen Iulij II. concessum congregationi S. Benedicti Vallis Oleti possunt id facere, sine commissione Prouincialis. Ita ille.

QVÆSTIO XVIII.

An possit Episcopus dispensare ad petendum debitum, cum coniuge, qui voto castitatis astrictus matrimonium contraxit?

NEGANT posse, nisi in casu vrgentis necessitatis, & quando illo dato, non patet aditum ad Nuntium, vel ad alium, potentem ex priuilegio dispensare in dicto voto ad petendum debitum, Sotus, Armilla. Palac. Nauarr. Martinus, Petr. & Barthol. de Ledesma, Azor, Graffis, Toledo, & alij vsque ad sexdecim Doctores, quos refert Sanchez *lib. 8. disput. 12. num. 2.* Quibus ego addo Hurtadum *disp. 26. diff. 2.* dicentẽ, oppositũ esse falsum.

Sed longe multo probabilius Respondeo, posse & semper. Quia hanc facultatem consuetudine acquisierunt Episcopi, & ita passim in hoc dispensant, vt testantur & tuẽtur Corduba, Viuald. Valentia, Sa, Veracruz, Enriquez, quos, & alios, vsque ad triginta & septem Doctores citat, & sequitur Sanchez loc citat. n. 4. inter quos sunt Sotus, Palac. Armilla, Toledo, & Graffis, quos pro prima sententia (licet in diuersis locis) citauerat.

Sic etiam Candidus *disquis. 27. dub. 20. Thesaur. Religiosorum de tribus votis lib. 3. de votorum dispens. q. 119.* Trullench. in Bullam *lib. 1. §. 7. c. 3. dub. 15. n. 20.* & in Decalogo *lib. 2. cap. 2. dub. 40. n. 21.* & Machado *lib. 4. part. 6. tract. 16. docum. 12. n. 2.* Quod verum esse affirmo, contra Azor, etiã casu, quo matrimonium non fuerit consummatum; in illo namque, etiam poterit Episcopus dispensare ad petendum debitum, etiã priori bimestri post initum, nec consummatum. Sic Sanchez *lib. 8 de matr. disp. 12. n. 6.* & *disp. 16. n. 3.* & *lib. 4. sum. cap 40. n. 63.* Candid. & Trullenc loc. citat. Qui beneaduertit, quod cum hæc dispensatio solum sit

ad petendum debitum, vere remaneat obligatio voti, quoad abstinendum à venereis, ex tradi matrimonium, & ab alio ineundo, post illud; quod si aliud iniatur postea, opus erit noua Episcopi dispensatione ad debitum petendum.

QVÆSTIO XIX.

An etiam Religiosi, vi suorum priuilegiorum possint dispensare ad petendum debitum, cum his, qui post votum castitatis, matrimonium inierunt?

RESPONDEO Posse, si ad id, à suis Prouincialibus commissionem habeant (secus dicendum si illam minime ab illis teneant, quo casu intelligenda sunt, si de Religiosis intelligas, quæ diximus 1. *part. tract.* 5. *disp.* 14. *q.* 117.) Quia ita eis concesit Pius V. vt referunt Sanchez *lib.* 8 *disp.* 16. *n.* 3. Corduba, Enriquez, Rodriguez, & alij penes ipsum, Basilius *lib* 8 *cap.* 10. *n.* 12. Ioan. de Cruce *in Epitome lib.* 2. *cap.* 6 *dub.* 9. *concl.* 2. Trullench. *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 2 *dub.* 44. *n.* 5. Hurtad. *disp.* 26. *diff.* 2. Candid. *disquis.* 27. *dub.* 21. Machado *lib.* 5 *part.* 3. *tract.* 3. *docum.* 2. *n.* 1. Villalobos *tract.* 34 *diff.* 29. *n.* 1. & alij Sic ipsi. Qui, vt supra, notant, id posse, etiam casu, quo consummatum sit matrimonium, imo etiam casu, quo castitatis votum sit emissum post matrimonium, licet contrarium dicat Basil. cum Rodriguez loc. citat. n. 12. In vtroque enim poterunt dispensare ad petendum debitum, siue virtute huius priuilegij siue alterius: idque poterunt, extra sacramentalem confessionem facere. Vt supra notauimus.

Nota secundo hic; Quod si coniux, ante matrimonium, vel post, eo non consummato, vouerit Religionem, nequibunt Religiosi, sicut neque Episcopi, dispensare ad petendum, aut reddendum debitum: quia tenetur, & potest Religionem, quam vouit, ingredi, si nondum consummauit matrimonium. Legantur Doctores citati.

QVÆSTIO XX.

An, Episcopus, possit dispensare in impedimentis non dirimentibus?

RESPONDEO Posse dispensare in omnibus, exceptis in impedimento proueniente ex voto castitatis, & Religionis, & proueniente ex sponsalibus contractis; quia iam consuetudine obtentum est, vt non sit necessaria dispensatio ad contrahendum, cũ aliquis illis impedimentis affectus est. Sic Basilius *lib.* 6 *sine*, & *lib* 8. *cap* 13. *n.* 12. Sanchez *lib.* 7 *disp.* 17. & omnes.

QVÆSTIO XXI.

An, saltem in casu magnæ necessitatis, possit Episcopus dispensare etiam in voto Religionis, aut castitatis perpetuæ?

NEGAT Rodriguez *in Bullam* §. 9 *dub.* 1. Cui fauet Ludou. Lopez 2. *part. instruct. vbi de clauib.* dicens, in solis remotissimis Indiæ partibus id licere Episcopo.

Sed longe multo verius, imo mihi, vt certissimum, Respondeo: Posse in casu vrgentis necessitatis, vt quando magnum incontinentiæ periculum imminet; grauis scandali, vel magni damni tertiæ personæ, & non sit facilis aditus ad Pontificem, aut si est, est periculum in mora. Quia, vt supra est habitum, in his casibus, bene potest Episcopus in lege Pontificis, aut Concilij dispensare. Præterquam, quod non est credibile, velle sum. Pontificem in his casibus reseruare sibi hæc vota, & ita Sanchez *lib.* 8. *de Matrim. disp.* 9. *n.* 22. ait, se de hac re consultum censuisse, potuisse Episcopum dispensare cum iuuene, qui voto Religionis astrictus virginem defloraret, ac grauidam effecerat, volebatque eius famæ cõsulere eam ducens, eratque periculum in mora: quia si dispensatio Pontificia expectaretur, impediretur matrimonium à consanguineis iuuenis, qui illi repugnabant, ac mutaretur iuuenis voluntas, quæ non tam firma erat quin facile mutari posset. Sic Sanchez, & penes ipsum Siluest. Nauarr. Palac. Enriquez, Sa. Valentia, Aragon, Lopezius, Grassis, Anton. Gomez & ipse Rodriguez citatus pro prima sententia 2. *tom. sum. cap.* 100. *n.* 3. *concl.* 3 *fine* & *tom.* 1. *quæst. regul. q.* 63. *artic.* 6. His addi possunt Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 6 *de Voto. cap.* 26. *n.* 13. Basilius *lib.* 8. *c.* 9. *n.* 1. Villalob. *tract.* 34. *diff.* 26. *n.* 15. Trullench. *in Bullam lib.* 1. §. 7. *cap.* 3. *dub.* 15. *n.* 4 & *in Decalog. lib.* 2. *c.* 2 *dub.* 39. *n.* 6 & 8. Diana *par* 6. *tract.* 6. *resol.* 50. Fagundez *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 45.

Qui bene limitant hanc facultatem ad casum tantum, quo non sit recursus ad Nuntium habentem dispensandi commissionem, vel ad alium ad id priuilegium habentem, quia tunc nequibit Episcopus dispensa-

vt docent dicti Doctores contra Suisam de *censur. 2. part. cap. 7. disput. 1. dub. 6. notat. 4.* & alios afferentes, non improbabiliter in vtroque casu posse Episcopum dispensare Legatur Trullench loco citato.

QVÆSTIO XXII.

An etiam Regulares possint, vi suorum priuilegiorum, dispensare in voto castitatis absolutæ, in casu vrgentis necessitatis, in quo casu potest, vt vidimus, Episcopus?

AFFIRMAT Crousers *in Regula S. Francisci cap. 7. lect. 29 fol.* 785. (vt refert Diana loco citato.) Cuius fundamentum est; quod Mendicantes possunt virtute priuilegij concessi ab Innoc. VIII. & Martino V. dispensare in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi: vt cum communi docet Sanchez *lib. 8. de Matrim. disp. 16 n. 1.* At Episcopi possunt dispensare, in dicto casu vrgentis necessitatis, in voto absoluto castitatis, & Religionis, iure ordinario, eo quod ad similes casus, non est à Pontifice sublata potestas, quam ante reseruationem, habebãt Episcopi iure antiquo, ad dispensandum in omnibus votis per suas Diœceses, sicut Pontifex: ergo & Mendicantes in eodem casu dispensare per sua priuilegia valebunt. Sic ille. Et certe meo iudicio, non improbabiliter.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Non posse. Quia longe probabilius est, Episcopos, in præfato necessitatis casu, non habere facultatem dispensandi in voto absoluto castitatis, per se, aut iure Ordinario; sed ex benigna solum voluntatis Pontificis reseruantis interpretatione; ergo & multo longe probabilius erit, quod in prælatis casibus, nequeant Religiosi in dicto voto absoluto castitatis dispensare. Patet consequẽtia, quia Religiosi, solum possunt dispensare cum sæcularibus in votis omnibus, in quibus iure ordinario potest Episcopus, vt cum communi ipsemet Crousers fatetur. Sic sentiunt Sanchez *lib. 4 oper. moral. cap 43. n. 7.* Enriquez *lib. 9. c. 14 n. 7.* Rodriguez, Suarez, & Fagundez, quos citat, & sequitur Diana *loc. citat.* Trullench *in Decalog. lib. 2. cap. 2. dub. 44. n. 2.* Basilius *loco citato num.* 11.

QVÆSTIO XXIII.

Quot, & quæ sunt iustæ causæ ad dispensandum in impedimentis Matrimonij?

RESPONDEO, Quod inter alias, septem præcipuæ. *Prima est*, Extinctio magnæ litis; impeditio aliquorum discordiæ, pax inter consanguineos; aut euitatio scandali inter illos. *Secunda est*, quando quis, absque graui incommodo, aut maiuis difficultatibus, nequit dignas sui statui nuptias, nisi cum affinibus, vel consanguineis, inire. *Tertia est.* Defectus dotis competentis, cuius defectu nequit fœmina reperire sponsum sibi dignum, nisi ex propinquis. *Quarta est*, Conseruatio illustris familiæ in eodem sanguine. *Quinta* Conseruatio amplissimarum opum intra eandem familiam, ne causa dotis ad aliam deuoluantur. *Sexta* Merita petentium dispensationem erga Ecclesiam; quia digni sunt, vt Ecclesiæ benignitatem experiantur, qui de ea benemeriti sunt. *Septima*, Magna pecuniæ quantitas ad opera pia. Sic Sanchez *lib. 8. disp. 19.* Ægid. *disp. 33. dub. 5.* Hurtado *disp. 26. diff. 3.* Basil. *lib. 8. cap. 14.* Villalob. *tract. 14. diff. 26.* & alij communiter, notantes sæpe fieri, vt plures causæ simul iunctæ sint ad dispensandum sufficientes, quæ tamen singulæ sumptæ non sunt.

QVÆSTIO XXIV.

An Dispensatio impedimenti Matrimonij, subreptitie, vel obreptitie obtenta, sit prorsus irrita, & nulla?

RESPONDEO dicendum, quod prorsus sit irrita ipso iure, ex defectu consensus dispensantis. Et ita quidquid virtute illius fit, nullius est momenti. Ratio est. Quia deceptio impetrantis dispensationem & inducentis Pontificem ad illam concedendam, tacendo vera exprimenda; & exprimendo falsa, aufert consensum, & voluntatem concedentis; ex defectu ergo illius redditur nulla, in eo casu, dispensatio. Sic omnes Doctores. Legantur Sanchez *lib. 8. disput. 21.* Basilius *lib. 8. à cap. 16.* & alij penes ipsos.

QVÆSTIO XXV.

Quot, & quæ sunt causæ conducentes ad concessionem dispensationis?

RESPONDEO dicendum, quod duplex: Finalis videlicet, & Impulsiua. Causa fina-

finalis est illa, qua non existente, Pontifex dispensationem minime concessisset. Impulsiua vero est illa, qua existente, facilius mouetur Pontifex ad dispensandum. Vel clarius. Causa finalis est illa, quam prescribens præcipue spectat, & qua rationaliter mouetur, vt postulatam dispensationem concedat, & sine qua, eam, aut nullo modo, aut non nisi cum quibusdam limitationibus. Impulsiua vero est illa, quæ non conducit ad concessionem dispensationis, sed tantum impellit, vt facilius concedatur, vnde ex eo, quod causa impulsiua non exprimatur, non negabitur dispensatio. Similiter è contra illa causa erit finalis ad negationem dispensationis, quæ si exprimatur mouebit rationaliter ad negationem illius. Impulsiua vero, quæ quamuis exprimatur, non mouebit ad negandam de facto dispensationem, sed tantum ad facilius negandum. Sic Sanchez *disp.* 21. *cit à num.* 8. Ægid. *disp.* 33. *à num.* 58. Hurtad. *disp.* 26. *diff.* 4. & omnes: solumque potest esse difficultas in singulari explicando, ex qua suppressione, vel expressione sit dispensatio nulla. Sit ergo.

QVÆSTIO XXVI.

An, illa suppressio veri reddat dispensationem subreptitiam, & nullam, quæ si exprimeretur, omnino retraheret Pontificem à Dispensatione, vel saltem difficilius eam concederet?

AFFIRMANT Abbas, Felinus, Dominicus, Francus, Imola, Angel. Armilla, Tabiena, Couar. Gutierrez, Molina, & alij, quos refert Sanchez *lib.* 8. *disp.* 21. *n.* 10.

Alij dicunt, non omnem suppressionem veri reddere dispensationem subreptitiam, sed solum suppressionem illius rei, quæ est causa finalis concessionis, ideſt, illius rei, quę si exprimeretur, non concederet Pontifex dispensationem, aut si eam concederet, esset cum aliquibus limitationibus. Ita Speculator, Innoc. Hostiens. Siluest. & alij apud eumdem Sanchez *loc. cit. n.* 11 Et licet hæc sententia, si rectè intelligatur sit vera, vt infra, contra primam tamen.

Probabilius Respondeo: Dicēdū, quod nō omnis suppressio veritatis reddat dispensationem subreptitiam, quamuis ea veritate cognita Pontifex non concessisset; sed solum suppressio eius, quod iura iubent exprimi. Quia forma, quam ius exigit, ad vnguem obseruanda est. Sic Glossa, Calderinus, Enriquez, Petr. Ledesma, Sa, & alij plures, quos citat, & sequitur Sanchez *num.* 12 & 13. Basilius *lib.* 8. *cap.* 17. *n.* 2. Sa *as disp.* 20. *de Legibus fict.* 15. Hurt *disp* 26 *diff.* 4. Ægid. *disp* 33. *n.* 61. & alij communiter Doctores. Quamvis dissentiant in assignando, quæsint illa, quæ iura præcipiunt exprimi, & ideo à nobis sigillatim explicari debent.

QVÆSTIO XXVII.

An Taciturnitas causæ finalis reddat dispensationem subreptitiam, & nullam?

RESPONDEO Affirmatiue. Quia, quando taciturnitas est causa finalis, & motiua, quasi substantialis, intrinseca, & per se cōcedendæ dispensationis, taliter, quod, ea nō existente, minime concederetur, iura expresse iubent talem qualitatem exprimi, vt *ex c. postulasti, de rescript.* & ex alijs textibus optime probat Sanchez: ergo taciturnitate illius, subreptitia & nulla reddetur dispensatio. Sic Sanchez *n.* 17 Hurtado *loc. cit. n.* 18. Ægid. *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO XXVIII.

An Etiam taciturnitas veri, aut expressio falsi pertinentium tantum ad causam impulsiuam, reddat dispensationem subreptitiam?

AFFIRMANT Abbas, Angel. Tabiena, Armilla, Nauar. Gutierrez, Rodriguez & alij, quos citat Sanchez *loc. cit. n.* 31.

Sed probabilius Respondeo: Non reddere eo casu, dispensationem subreptitiam; (nisi alias verum quod tacetur, iure iubeatur exprimi.) Quia tunc, quamuis verum illud non taceretur, & falsum aliud exprimeretur, etiam fieret dispensatio, vt omnes communiter concedunt: ergo tunc dispensatio non erit subreptitia. Sic Silueſt. Angles, Couarr. Enriquez, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *libr.* 8. *disp.* 21. *n.* 17. & 22. Sa, Ver. Gratia. *n.* 10. Ægid. *disp.* 33. *num.* 62. Hurtad. *diff.* 4. *cit. n.* 20. Villalob. *tract.* 2. *diff.* 43. *n.* 3. & alij penes ipsos.

QVÆS-

QVÆSTIO XXIX.

An impetratio dispensationis sit subreptitia, si semel petita & à Pontifice denegata, quando postea impetratur, non fit mentio prioris denegationis?

AFFIRMAT Menochius *lib.2. de arbitrar. 2.centur.3.casu 203. n.6.* existimans, esse necessarium prioris denegationis mentionis facere.

Sed certissime Respondeo; Non esse subreptitiam, quia nullo iure disponitur in dispensatione faciendam esse necessario, mentionem prioris denegationis. Sic Sanchez *lib.8.disp.22 n.14.* Suarez *lib.6.de Legib c. 22.n.1.* Basilius *lib 8.c.17.n 3.* Addens hanc doctrinam habere locum, siue idem sit superior à quo secundo petitur dispensatio, qui negaueret, siue eius prædecessor; siue dispensatio negata sit ab inferiori, & petatur à superiori. Imo etiam, si negata sit à superiori, & petatur secundo ab inferiori ordinariam iurisdictionem habente (quidquid dicat Tho. Sanchez *lib.8.disp.14.n 5.*) Legantur hi duo Sapientissimi Doctores.

QVÆSTIO XXX.

An si femina impetret dispensationem ad nubendum consanguineo, & illa, nolens vti hac dispensatione impetret aliam ad nubendum alij consanguineo, valeat hæc secunda non facta mentione primæ?

NEGAT eo casu valere Basilius *lib. 8. loc.citat.n.9.* concedit tamen valere in casu quo fœmina via esset dispensatione prima, vel non esset via illa, eo quod aliquod superueniisset impedimentum, quo minus ea vti posset. Ita etiam Suarez *de Legibus lib 6. c.23.n.20.*

Sed probabilius Respondeo valere secundam, non facta mentione primæ, non solum in casibus, à Basilio concessis; verumetiã in casu à nobis proposito. Quia, cum secunda dispensatio sit pro diuerso matrimonio, nullo modo habet connexionem cum dispensatione prima: ergo non erit necessaria huius mentio, in impetratione secundæ, in casu vllo. Sic Sanchez *disp.22.cit.n.13.* Gutierr. *de Matrim.cap.123.n.20.* Layman *lib.1.tract 4.c.32. n. 20.* & Diana 1. *part.tract. 10.resol.40.*

QVÆSTIO XXXI.

An, vt dispensatio matrimonij, inter consanguineos, & affines, sit valida, sit copulæ inter eos habitæ mentio facienda?

AFFIRMANT Nauarr. *in Man.c. 22.n. 86.* Sarmiento *l.1. selectar.cap.9. n. 1. & 3.* Gutierr. *q.can.l.1. cap.15.n.16. & 24.* Petr. Ledesma *de Matrim.q.56. art. vltim. dub.2.concl.2. & 4. & in Sum.c. 27. circa primam concl.dub.3. & 4.* Gallego, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 8. disp. 25. n.8* Quibus addi possunt Ægid. *disp. 33. n.83.* Laiman. *lib.1.tract.4.c.22.n.18.* Rebellus *lib.3.q.5.sect.4 n.24.* Riccius *part.4. decis.308.* Garcia *de Benef.tom.2 p.8.cap.3. n.32.* Sanctarell. *part.1.variar.resol. q. 52.* Filliuc. *tract.10.cap.10. n. 336.* Ochagau. *tract.4 de matrim.q.11.n.4.* Homobonus & Tannerus apud Dianam *4.part.tract. 4. resol.135.* & alij, probantes primo: quia id petit stylus Curiæ. & Secundo. Quia id declarauit Sac. Congregat. Cardin. apud Gutierrez, & apud Ledesmam *loc.cit.* & apud Rebellum *n.122. & 149. & 154.* per hæc verba. Congregatio Concilij Tridentini censuit dispensationem reddi nullam, ex copula præcedente dispensationem, si de ea non fuerit facta mentio in supplicatione, copulam vero superuenientem post dispensationem ab Ordinario factam, non impedire matrimonij validitatem. Sic ibi.

Sed æque probabiliter Respondeo: Non esse necessarium ad valorem dispensationis copulæ habitæ mentionem facere. Quia copula illa incestuosa, nec est impedimentum, quod ratione sui eget dispensatione; nec iure aliquo iubetur exprimi; quia non præiubetur iure aliquo scripto, vt patet; nec iure introducto consuetudine, seu stylo Curiæ, cum ex consilio Virorum Doctorum, non semper exprimatur; & quando exprimitur, non fit, vt causa motiua ad negandam dispensationem inter consanguineos, & affines, cum potius expressio talis copulæ faciliorem reddat Pontificem ad concedendam dispensationem: ergo ex nullo capite est necessarium ad valorem dispensationis mentionem præhabitæ copulæ facere. Sic Doctissim. Nauarr. *libr. 4. consil. in 1. edit. tit. de consang. cons. 1 & 5 & tit. de spons. cons. 2. & in 2 edit. eod. tit. de consanguin. cons. 8. & 9. 10 & 11.* Gutierrez *quæst. can. lib. 1. c. 15. num. 11.* Zauallos *qq. practicar.*

737. *à num.* 7. Sa, *verb. dispensat. n.* 10. Rodriguez 1. *tom. Sum. in* 2. *edit. cap.* 228. Vega *tom.* 2. *cap.* 34. *casu* 97. Salzed. Bernardo Diaz, & Quandus; quos omnes refert Sanchez *loc. cit n.* 6. Tenent etiam alij viri grauissimi de hac re Romæ, & Hispaniæ consulti, vt refert, eos sequens, Enriquez *lib.* 12. *cap.* 2 *n.* 4. 5. & 6. *in marg. lit P.* Basilius *lib.* 8. *cap.* 17. §. 6. *à num.* 32. dicens, hanc sententiam esse probabilissimam, tutoque sequi posse. Hurtad. *disp.* 26 *diff.* 5. *n.* 23. qui ad congregationem Cardinalium in contrarium adductam, respondet, illam secutam fuisse partem probabilem, & tutiorem, sed nō probabiliorem. Ioan de Cruce *in Sum. q.* 4. *de Matrim. dub.* 14. Qui & citat Lopezium 1. *part. c.* 296 & explicat declarationem Cardinal. dicens, illam fuisse factam pro tempore Pij V. Qui declarauit mentem suam non esse dispensare cum occultante talem copulam, vt refert Nauar. *lib.* 4 *consil.* 8. *cit. tit. de consang.* & ita censuit pro tempore illius Pōtificis, Congregatio Card. vt refert Gutierr. *c.* 15 *cit. n.* 23. Sic etiam Villalob. *tom* 1. *tractat.* 14 *diff.* 27. *n.* 7. Diana 1. *part. tract.* 10. *resolut.* 44. Licet postea *part.* 4. *loc. citat.* cōtrarium teneat, ob stylum Curiæ, qui in hoc, inquit, facit ius. Sed certe hic author sine no. uo fundamento recessit à sententia, quam 1. *part, loc. citat.* docuerat: cum ibi ad argumētum de stylo Curiæ factum, cum Villalobos respondeat, quod non faciat ius; per hæc verba: Ad argumentum contrariæ sententiæ ita respondet Villalobos. Al estilo de la Curia digo, que no es derecho, ni hace irrita la dispensacion en el fuero interior el callar la qualidad que conforme a el se deuia explicar. Ludouic. de San Iuan *q.* 7. *de Matrim. art.* 3. *dub.* 1. Ioan. Præpositus *in* 3. *p. q.* 8. *de Dispensat. Matrim. dub.* 6. *n.* 61. Vbi docet, quod stylus Curiæ, & declaratio Cardinal. solum intelligantur pro foro exteriori & alij. Qui bene, & à fortiori, colligunt, minus vitiare dispensationem; taciturnitatem copulæ habitæ post commissionem Papæ, ante expeditionem dispensationis ab Ordinario.

QVÆSTIO XXXII.

An saltem, si contrahentes habeant copulam, vt facilius dispensationem obtineant, sit is animus explicandus, ne dispensatio sit subreptitia?

AFFIRMANT Authores primæ sententiæ nuper relati, præcipue Sanchez *loc. cit. num.* 38. & penes ipsam, etiam Sa *verb. Dispensatio, n.* 10. Gutierrez *loc. cit. n.* 15. Ludouic. Lopez *loc. citat. col.* 12. *ver. Tertio dicit.* Corduba *q.* 45. *opinio* 1. *punct.* 1. & Rodriguez *tom.* 2. *quæst. regul. q* 46. *articul.* 6. Ita etiam Villalobos *tract.* 14. *diff.* 27. *num.* 10. & alij, docentes talem spem, & animum esse manifestandum, vt valida sit dispensatio.

Sed probabiliter æque Respondeo: Adhuc non esse necessarium nunc, talem animū explicare; licet fuerit tempore Pontificatus Pij V. eo quod ipse declarauerat, vt vidimus, suam intentionem esse non dispensandi cum occultante copulam, habitam intentione facilius obtinendi dispensationem; ratio est: tum, quia nunc, nullo iure præcipitur, vt exprimatur talis animus; seu copula cum tali animo exercita. Tum quia, vt nuper vidimus, absque vitio subreptionis potest quis tacere copulam præhabitam, non exprimendo illam pro causa ad obtinendam dispensationem: ergo & poterit tacere eius malitiam. Sic Nauar. *lib.* 4. *consil. tit. de consang. in* 1. *edit. consil.* 5. *n.* 5. *in* 2 *consil.* 8. *n.* 5. Enriquez *lib.* 12. *cap.* 2. *n.* 6. & clarius *c.* 3. *n.* 8. Sic dicens: Tertio, qui admittit delictum punibile, puta, copulam cum cognata, ea intētione, vt moueat Principem ad facilius dispensandum, ne Virgo maneat sine remedio quidam aiunt exprimendam esse dolosam intentionem istius finis: saltem pro foro exteriori: quasi videatur virtualiter falsum exprimere. At in foro conscientiæ valet, si cum illa non præcesserit obligatio vlla matrimonij, aut sponsalium. Sic ille. Petr. Ledesma *q.* 56. *artic. vltimo dub.* 2 *diff.* 3. *post.* 3. *concl. corollar.* 2. *pag. mihi* 500. Humada *lib.* 2. *tit.* 15. *pag.* 2. *glossa* 10. *n.* 6. Quos omnes pro hac parte refert Sanchez *n.* 37. Sic etiam Basilius *loc. citat.* §. 6. *n.* 32. Ioan. de Cruce *loc. citat. concl.* 2. Vbi ex Enriquez ait, hanc esse praxim in diœcesi Salmantina, Palentina, & alijs. Hurtado *loc. citat. n.* 26. & alij. Qui bene ex dictis contra Sanchez, vbi infra, colligunt, quod quando in dispensatione, aut rescripto, non apponitur illa clausula: *Dummodo copula non fuerit*, valida sit dispensatio, quamuis contrahentes de copula interrogati ab Ordinario taceant. Quia hi in eo casu non tenentur respondere quamuis sub iuramento interrogentur de copula habita, & ita possunt illam sine peccato negare retinendo in mente; *vt tibi dicam*, quamuis copulæ adsit infamia, aut semiplena probatio; eo quod tunc non interroget iudex, quia

quia interrogat de re non pertinente ad dispensationem sibi comissam. Legantur Basil. & Hurtado *loc. cit.* & Sanchez *disp.* 25. *num.* 14. & 15. & Lussius *in Sum. par.* 2. *cap.* 130. *dub.* 16.

QVÆSTIO XXXIII.

An, quando Papa committit Ordinario, vt dispenset cum aliquibus dummodo copula non interuenerit, *possint contrahentes absque subreptionis vitio, negare copulam habitam?*

NEGANT, quod possint negare, Petr. de Ledesma *de Matrim. quæst.* 56. *art. vltimo, diff.* 3. Rodriguez *tom* 1. *Sum.* 2. *edit. cap.* 238. *num.* 8. *fine.* & Ioan de Cruce *loc. cit. concl.* 1. asserentes, teneri dictos contrahentes interrogatos ab Ordinario dictam copulam, quamuis non adsit iuramentum, sub mortali, fateri, aliàs non valere dispensationem, ratione conditionis à Pontifice appositæ.

Sed probabilius Respondeo. Posse aliquando dictam copulam, in dicto casu, negare. Quia si ea dispensatio fuit obtenta pro foro externo, adhuc valebit, quamuis negent copulam, dummodo hæc non probetur in foro exteriori. Ratio est, quia dicta conditio seu clausula, *dummodo copula non interuenerit*, intelligenda est iuxta naturam dispensationis concessæ, vnde contrahentes non tenentur copulam fateri nisi casu, quo interrogentur ab Ordinario, præcedentibus indicijs, aut infamia. Sic Enriquez *lib.* 12. *de Matrim. cap.* 2. *num.* 7. Sa *verb. dispensatio num.* 10. Basilius *lib.* 8. *cap.* 17. *num.* 33. Hurtado *disp.* 26. addens, quod quamuis in præfato casu, sit infamia, aut semiplena probatio copulæ; & quamuis contrahentes interrogati negent illicite (vt facient si neguent) dispensatio ab Ordinario facta sit valida, dummodo copula Ordinario non plene cõstet; quia dum non constat plene, non dicitur interueniisse copula modo sufficienti, eo quod, cum commissio facta fuerit Ordinario in foro exteriori, seu iudiciali, etiam clausula intelligenda est in eodem foro: At si Ordinario plene constet, & dispenset, dispensatio erit nulla, quia clausula illa est conditionalis, qua commissio ei limitatur. Quamuis Enriquez *loc. cit. lit.* X. sustineat illam clausulam, non solere adijci per modum cõditionis; sed vt modus, aut onus, quod Ordinarius, cui dispensatio committitur, examinare debet. Legatur Sanchez *lib.* 8. *disp.* 25. *num.* 12. vbi hæc omnia probabilia iudicat, imò & sustinenda, vt veriora à Doctoricus, qui nostram sustinet sententiam *quæst.* 31. relatam.

QVÆSTIO XXXIV.

An saltem, quando Papa, pro foro conscientiæ, committit viro discreto, vt dispenset cum aliquibus, dummodo copula non fuerit; *valeat dispensatio casu, quo copula vere fuerit habita?*

AFFIRMARE posset quis, ex doctrina Enrici, loco nuper citato, cum asserat talem clausulam, nunquam addi per modum conditionis, sed per modum oneris.

Sed certissime Respondeo. Non valere dispensationem in eo casu, etiamsi copula fuerit omnino occulta, & non constet Commissario. Quia tunc commissio fit Commissario, vt dispenset cum illa limitatione, nempe dummodo, non fuerit habita copula. Sic Hurtado *loc. cit.* Qui idem asserit, quando in dispensatione additur hæc clausula: *Dummodo copula habita non sit, spe facilioris dispensationis*, quod scilicet, non valeat dispensatio, si præhabita fuerit copula dicta spe, exterius tamen, significata, quia spes interius tantum concepta, non subest humanæ potestati. Legatur Sanchez *loco citato.*

QVÆSTIO XXXV.

An quando sunt plura impedimenta, oporteat omnia illa in eadem petitione, vt simul dispensentur, referre?

NEGANT Enriquez *lib.* 12. *cap.* 3. *cap.* 8. *lit. N.* & penes ipsum. Nauarr. *consil.* 12. *tit.* 33. *de Priuileg. lib.* 5. Sa *verb. dispensatio num.* 16. Petr. Ledesma, Rodriguez, Vega, & alij quos citat Sanchez *lib.* 8. *disput.* 23. *num.* 1. dicens hanc sententiam esse probabilem, nec posse iuste damnari, qui illam amplecteretur: nisi tot impedimenta in eadem persona concurrerent, vt iuste posset credi Pontificem non dispensaturum ex causis sibi propositis, si tot impedimenta concurrere nosset. Tenet etiam hanc sententiam Salas *de Legib. disput.* 20. *sect.* 15. *num.* 122. & dicit probabilem Villalob. *tract.* 24. *difficul.* 27. *num.* 4.

Affirmant verò è contra, esse necessariò omnia impedimenta simul exprimi in eadem petitione, ne dispensatio subreptitia sit, Dominius, Mandosius, Decius, Menoch. Petr. de Ledesma, Conarr. Lopezius, & alij quos citat, & ex parte sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 2. Quibus addi possunt Suarez, Sanctarell. Laymān. Gutierr. & Garsias, quos citat, & sequitur Diana 1. *par. tract.* 10. *resol.* 59. dicens, contrariam opinionem esse contra praxim, & vsum Romanæ Curiæ, & ideò esse improbabilem. Ita etiam Basilius *lib.* 8. *cap.* 17. §. 4. dicens cum Sanchez, hanc communem sententiam esse veram, si limitetur, vt nec habeat locum, quando vnum ex impedimentis aliter tolli potest, vt scum concurrit votum, quod auferri irritatione potest, nec quando concurrit impedimentum occultum cùm publico, quia tunc non præsumitur velle Pontificem, vt occultum manifestetur illi, sed Pœnitentiario, cui tamen manifestandum est vtrumque impedimentum, etiam illud in quo Pontifex dispensauit. Legatur Sanchez *n.* 2. 6. & 7.

Alij tertiò, sub distinctione respondent dicendo; quod quando impedimenta sunt adeò diuersæ rationis, & disparata, vt quamuis coniungantur, nullum augeat indecentiam alterius ad matrimonium cōtrahendū, qualia sunt affinitas, & votum, posse separatim dispensationem peti; quando verò sunt eiusdem rationis, siue specificæ, vt sunt duæ consanguinitates; siue genericæ, vt affinitas & cognitio, tunc necessarium sit simul exprimi in vna petitione; quia tunc quodlibet impedimentum fit strictius ex coniunctione cum altero, ac proinde quodlibet difficilius dispensatur, & maiorem requirit causam. Sic Hurtado *disp.* 26. *diff.* 6. *num.* 30. & Ægid. *disp.* 33. *n.* 74. & 75.

Ego in hac difficultate Respondeo. Dicendum, quod licet omnes hæ tres sententiæ sint probabiles (quidquid Diana id primæ deneget) sed probabilior longe sit secunda. Tum propter maiorem authoritatem Doctorum, qui illam amplectuntur. Tum etiam propter maiorem efficaciam rationum, quas affert Sanchez.

Lege illum *loc. cit.* & *disput.* 24.

(.t.)

QVÆSTIO XXXVI.

An in petitione explicanda sit qualitas impedimenti, ne dispensatio subreptitia sit?

RESPONDEO Affirmatiuè. Vnde necesse est distincte, & specifice exprimere gradum coniunctionis; vt quoto gradu consanguinitatis, vel affinitatis, vel publicæ honestatis ex matrimonio rato, coniuncti sunt, contrahere volentes. Quia sic habet stylus Curiæ. Et quia non ex eadem causa, neque cum eadem compensatione, conceditur in his gradibus dispensatio. Sic omnes Doctores. Legatur Sanchez *lib.* 8. *disput.* 24. Basilius *lib.* 8. *cap.* 17. §. 3. & Bonac. *de Legib. disp.* 1. *q.* 2. *pun.* 5 *num.* 2.

QVÆSTIO XXXVII.

An, ne subreptitia sit dispensatio, sit necessaria facienda mentio de multiplicitate eiusdem gradus (vel diuersi) in consanguinitate, affinitate, publica honestate, & cognatione spirituali?

NEGAT Enriquez *lib.* 12. *cap.* 10. *num.* 3. per hæc verba: Si duplici titulo sunt cognati in eadem specie (vt si per viam vtriusque parentis sint patrueles (*ideſt, primos hermanos por dos partes*) vel si quis, cum duabus sororibus istius desponsandæ, fuit fornicatus) non videtur necessarium exprimere in dispensatione nisi vnum cognationis gradum, propinquiorem: sicut dum irregularitas contrahitur, ex eo quod excommunicatus sæpius celebrauit, satis est semel dispensari in vna irregularitate, quia ex actionibus vnius speciei in vno subiecto accidens fit moraliter vnum numero. Ita ille. Qui *in marg. lit. N.* ita tenere aliquos viros doctos affirmat. Et quidem loquentes de affinitate idem docent Petr. Ledesma *in Sum. vbi de Matrim. cap.* 27. *post* 6. *concl. diff.* 2. *pag. mihi* 108. Rodriguez 1. *tom. Sum.* 2. *edit. cap.* 238. *num.* 1. *fine*, & Vega 2. *tom. Sum. cap.* 34. *casu* 98. *fine*. Sic dicens: Nota que los que por dos titulos son a fines, no es necessario que en la suplica se haga mencion de entrambos, y assi el que se quiere casar con cierta persona, no es necessario que diga, que conocio a dos hermanas suyas. Ita ille, & Ludou. de S. Iuan *quæst.* 7. *de Matrim. art.* 3. *dub.* 1. per hæc verba: El q quiere casar cō Antonia, auiendo conocido a dos

he dos hermanas de Antonia, no es necessario decir, que ha conocido dos hermanas de la contrayente, mas basta que diga, auer contrahido afinidad con ella en tal grado, de tal linea como arriba se dixo. Ita ille. Et hanc sententiam probabilem censet Basilius.

Sed probabilius Respondeo. Necessariũ esse mentionem facere de multiplicitate, vel numero gradus consanguinitatum, vel affinitatum, vel cognationum spiritualium, &c. Quia dicta multiplicitas eiusdem gradus, vel diuersi, in consanguinitate, affinitate, &c. vere efficit vnum vinculum, longe grauius; ergo necessarium explicandum, vt non sit subreptitia dispensatio. Sic loquendo de cõsanguinitate docent Rota *in nouissimis volum. 3. lib. 1. decis. 117. num. 2. & lib 2 decis. 70.* Molina *tom. 1. de Inst. tract. 2. disp. 161. col penul. vers. Illud tamen.* Petr. de Ledesma *loc. cit. concl. 6.* (quamuis non ita consequenter, cum contrarium dicat loquendo de impedimento affinitatis *loc. cit.*) Mandosius, & alij quam plures, quos citat, & sequitur Sanchez *lib 8. disp. 24. num. 5.* Quibus addi possunt Basilius *lib. 8. cap. 17. § 5. num. 25.* Ochagauia *tract. 4. de Matrim. q. 10. num. 4.* Hurtado *disp. 26. diff. 6. n. 28.* Ægid. *disp. 33. dub. 6. num. 81.* Villalob. *tract. 14. diff. 27. num. 1.* Bonac. *de Legib. loc. cit. num. 3.* Qui tamen *num. 18.* benè id limitat dicendo id esse verum, & necessariũ, nisi aliàs casu, quo expressione vnius certi gradus, v. g. affinitatis, sufficienter censeatur expressus alter consanguinitatis: vnde valida erit dispensatio, si quis contracturus matrimonium cum Maria, vxore quondam sui patrui, solum explicet secundum gradum affinitatis; quia expresso hoc gradu, sufficienter censetur expressus secundus gradus consanguinitatis, in quo est cum suo patruo; eo quod matrimonia inter affines semper celebrentur cum aliqua persona constituente stipitem affinitatis.

QVÆSTIO XXXVIII.

An, quando affinitas est contracta ex multiplicata copula cum eadem consanguinea illius, quam quis ducere vult, opus sit exprimere in petitione, hanc copulam fuisse multiplicatam?

Respondeo negatiuè. Primò. Quia id constat ex praxi, cum nullus vnquam id exprimat. Secundò, Quia non consurgit impedimentum affinitatis ex vna, quam ex pluribus copulis cum eadem. Sic omnes Doctores citati, præcipuè Sanchez *num. 7. & 8.* & Basilius *num. 25.* Qui ex hoc colligunt; quod si obtenta Pontificia dispensatione in affinitate, antequam Ordinarius eam exequatur, iteraret quis copulam cum eadem consanguinea fœminæ à se ducendę, non esset necessaria alia dispensatio; benè tamen, si post dispensationem per Ordinarium factam iterum illam cognosceret; quia tunc iam esset noua affinitas, cum prior per dispensationem omnino esset sublata, & ita opus esset noua dispensatione, cum nulla adsit dispensandi in hac copula commissio.

QVÆSTIO XXXIX.

An quando contrahentes consanguinei, vel affines distant inæqualiter à stipite, sat sit in petitione, mentio remotioris gradus fieri?

Negarvnt quidam asserentes, necessarium esse, mentionem fieri gradus propinquioris, quo alter à stipite distat. Ita Alex. de Neuo, Gambara, Molina, & alij, quos refert Sanchez *lib. 8. disp. 24. num. 23.* eo quod ita decreuerat Pius IIII. in quodam motu proprio.

Alij è contra affirmarunt, sat esse explicare remotiorem gradum; Tum, quia is solum impedit matrimonium *ex cap. fin. de consanguinit.* Tum etiam, quia id decidit Clemens VI. in Extrauag. quæ incipit, *Nuper.* Et ideo hanc sustinuerunt sententiam, Angel. Siluest. Tabiena, Sotus, Ledesma, Toledo, Sa, Cañedo, & alij, quos refert Sanchez *num. 24.*

Sed nunc iam tanquam certum, Respondeo. Solum esse necessarium fieri mentionẽ remotioris gradus, habitis tamen postea literis declaratorijs super propinquiori. Quia sic decreuit Pius V. motu quodam proprio anno 1566. die 26. Augusti, incipienti. *Sanctissimus.* Vbi reuocans motum proprium Pij IV. id ad ius commune, dicta limitatione, reduxit. Sic tenent iam omnes. Veracruz, Gutierrez, Enriquez, Lopezius, Rodrig. Petr. de Ledesma, & alij quos citat, & sequitur Sanchez *à num. 25.* Ochagau. *tract. 4. quæst. 10. n. 9.* Hurtad. *disp. 26. diff. 7.* & Basil. *lib. 8. cap. 17 num. 26.* (Qui *num. 27.* benè contra Sanchez docet, id esse verum, etiam casu, quo fœmina sit, quæ propinquior est.) & alij communiter. Aduertentes, circa prædictum Pij V. motum, Primo,

quod solũ loquatur Pontifex de gradibus cõsanguinitatis & affinitatis: Et ita habebit locũ in gradibus affinitatis ex fornicatione oriæ; minime verò in gradibus publicæ honestatis ex matrimonio rato, & ideo si petatur dispensatio in hoc impedimento, sufficiet explicatio remotioris gradus, nullis literis declaratorijs postea impetratis.

Secundo, quod dictus proprius motus non habeat locum, quando gradus remotior est extra quartum: Quia tunc non est necessaria dispensatio, vt declarauit Sacra Congregatio, vt supra est habitum. Tertio. Quod nec habeat locum, quando propinquior gradus stipiti fuerit primus; vt si concurrat secundus, tertius, vel quartus gradus cum primo, nam tunc nullatenus valebit dispensatio, nisi etiam primi gradus mentio fiat: qua hic expresse excipitur in dicto motu. Legantur Sanchez, & Basilius *loc. cit.*

QVÆSTIO XXXX.

An Valeat matrimonium initum, solo gradu remotiori expresso, non obtentis literis declaratorijs super propinquiori?

RESPONDEO affirmatiuè. Quia dictæ literæ declaratoriæ, quas exigit Pius V. non sunt necessariæ advalorem matrimonij, sed solum pro foro externo, & ad vitandum scandalum, vt docet Enriquez *lib. 12. cap. 3. num. 6. in Glossa lit. T. & c. 9. n. 2. in Glossa lit. Z.* Quare si absque illis dispenset Ordinarius, siue credens allatas esse, siue ex malitia, matrimonium valet, nec retractari potest. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 28. & Basilius *num.* 25. concludentes, ablato scandalo, non peccare eos, qui non adducunt literas declaratorias, præcipuè casu, quo dispensatio petatur tantum pro foro interno.

QVÆSTIO XXXXI.

An sit necessarium explicare; An propinquitas graduum sit in linea recta?

AFFIRMANT Sanchez *loc. cit. num.* 14. Bonac. *punct. 5. cit. num.* 5. & penes ipsum, Gutierrez *de Matrim. cap.* 124. *num.* 6. & alij Recentiores. Quia multo indecentius, inquiunt, est, inire matrimonium cum consanguineo, vel affine in linea recta, quàm cum sanguineo in linea transuersa: ergo necessarium est id explicari.

Sed probabilius Respondeo. Non esse necessarium explicare, an ea distantia sit in linea recta, vel transuersali. Quia, si ex constitutione Pij V. non est necessaria inæqualitatis explicatio, quando gradus propinquior concurrit cum remoto, ergo nec necessarium erit explicare, qualis sit ea propinquitas, vel distantia. Sic Basilius *loc. cit. num.* 27. Addens, id omnino tenendum, casu quo Pontifex, aut stylus Curiæ, contrarium ad valorem dispensationis non exigat.

QVÆSTIO XXXXII.

An in impedimento cognationis spiritualis, oporteat explicari, an inter contrahentes sit filiatio spiritualis?

RESPONDEO Affirmatiuè. Sic Basilius *loc. cit. num.* 28. per hæc verba: At si impedimentum sit cognationis spiritualis explicari quidem debet, si sit cum filia spirituali: quia licet sit distantia, attamen propinquior gradus est primus cum patre eius, quam tenuit. Et quamuis Pius V. in sua constitutione non agat de impedimento cognationis spiritualis, colligitur tamen ex ea, Pontificem in primo gradu dispensare nolle. Cui adde, id quod Thomas Sanchez dicit, eadem *disput.* 15. non legi dispensationem patris cum filia spirituali, licet legatur concessa dispensatio inter parentes spirituales, & naturales. At postea cognoui, quod Gregor. XIV. dispensauit cum patre, & filia spirituali; pater erat Nobilissimus Hispanus, & apud Mediolanenses Regius Præses, filia nomine Ersilia; quorum infaustas nuptias, infaustamque prolem vita breui (forsam veneno) extinctam, Mediolanenses viderunt. Huc vsque Basilius. Et benè: excepto in eo, quod dicit, nempè, Thomam Sanchez asserere, concessam fuisse aliquando dispensationem inter parentes naturales. Hoc enim falso illi imponit, cum solum id affirmet, loquendo de dispensatione inter parentes spirituales, seu inter compatres, per hæc verba: Et ideo *disp. 19. num. 7.* diximus cum multis, nunquam legi Pontificem dispensasse ad contrahendum cum impedimento filiationis spiritualis: cum tamen sæpe in compaternitate dispensarit.

Sic ille. Legatur *disp. 19. n. 7.* & Bonac. *loc. cit. num. 6.*

QVÆ

QVÆSTIO XXXXIII.

An quãdo petitur dispẽsatio in primo gradu impedimenti publ cæ honestatis, oporteat explicare, an proueniat ex matrimonio rato, vel sponsalibus?

NEGAT Basilius *loc.cit.n.* 29. dicens, ad contrarium dicendum, nullum esse fundamentum firmum.

Sed probabilius Respondeo. Esse necessarium explicare publicam honestatem ortam esse ex matrimonio rato. Quia multo indecentius est, matrimonium inire cum sorore sponsæ de præsenti, quam cum sorore sponsæ de futuro. Sic Sanchez *lib.* 8 *disp.* 24 *num.* 16. Bonac. *loc. cit.n.* 7. & alij. Qui tamen cum omnibus, notant, quod quando vltra primum gradum petitur dispẽsatio in publica honestate, non sit opus exprimere vnde orta sit, quia post Tridentinum, non potest extendi honestas publica proueniens ex sponsalibus vltra primum gradum.

QVÆSTIO XXXXIV.

An, quando impedimenta affinitatis, & publicæ honestatis concurrunt, sat sit mentio affinitatis, tacita publica honestate fieri?

NEGANT Dominicus *consil.* 33. *num.* 8. & alij apud Sanchez *loc. cit. num.* 37. Quibus adhæret Enriquez *lib.* 7. *de Indulg. cap.* 30. *num.* 2. vbi ait, quod dispensatus in affinitate, non est in publica honestate, citatque pro se Silnest. *verb. priuileg.* §. 3.

Sed probabilius sub distinctione sic Respondeo. Si in petitione explicetur affinitas ex copula licita proueniens, vel intra tertium, & quartum gradum, non est necessarium explicare publicam honestatem, quia jam ibi intelligitur, cum necessario includatur. At, si explicetur affinitas in genere non erit satis: quia in affinitate in genere, non includitur publica honestas, cum detur affinitas aliqua, illa videlicet, quæ consurgit ex illicita copula, cui publica honestas non coniungatur. Maxime cum supra *q.* 36. sit habitum, necessarium esse explicare, an affinitas sit ex copula licita, vel illicita, & non sufficere, si exprimatur affinitas in genere. Sic Alex. Abbas, Tabiena. Nauarr. Petr. de Ledesma, Ludou. Lopez Toledo, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *à num.* 38. & Basilius *num.* 30. & communis.

QVÆSTIO XXXXV.

An sit valida dispensatio, si petens illam erret in gradu?

RESPONDEO dicendo: Quod si petens erret in gradu, explicando maiorẽ, pro minori, hoc est, tertium pro quarto, aut secundũ pro tertio, tunc valida sit dispẽsatio; cum quartus contineatur in tertio; & tertius in secundo, & ideo qui dispensat in maiori, eo ipso dispensat in minori; quod intelligitur quando maior & minor sunt eiusdem generis, vt consanguinitatis, & affinitatis: quia si sunt diuersi generis, vt si exprimatur, secundus consanguinitatis, pro tertio affinitatis, dispensatio erit nulla; quia tunc gradus minor tacitus, non continetur in maiori expresso. Sic Sanchez *loc. cit. à num* 17. Basilius *loc.cit. num.* 31. Hurtad. *disp.* 26. *diff. vltima* Ochagau. *tract.* 4. *de Matrim. q.* 10. *à num* 6. Ludouic. de S. Iuan *q.* 7. *de Matrim. art.* 3. *dub.* 3 Bonac. *loc. cit num.* 8.

QVÆSTIO XXXXVI.

An valida sit dispensatio, quando erratur in nomine eius, cum quo dispensatur, ve uti quando nomen Petri, exprimitur nomine Ioannis?

RESPONDEO tanquam certum, esse validam. Quia error nominis proprij, quãdo constat de corpore, nõ vitiat relatum, vt late probat Sanchez *lib.* 8 *disp.* 21. *n.* 37. Sic ipse ibidem; & penes ipsum, Hostiens. Anton. Felin. Petr. de Ledesma, & alij, præcipue Perez, *addit*, ad Seguram, *l. Imperator n* 41 *ff.* ad Trebell. dicens, se ex multis defendisse valuisse gratiam à Papa, cuidam concessam, in cuius patris cognomine erratum est: quia dictum fuit, eum esse filium Ioannis Sanchez, cum esset Ioannis Lopez. Sic etiam Basilius, & alij mox citandi. Et communis.

QVÆSTIO XXXXVII.

An etiam valida sit dispensati, quando erratur in Diœcesi eius, cum qui dispensatur, veluti, si dicat esse Toletanum, cum esset Pampilonensis.

NEGANT Sanchez *loc.cit.num.* 38 Moneta *de commun. vlt. Vol. cap.* 12. *conc.* 9. *n.* 206. & Villalob. 1. *par. tract.* 2. *diff.* 43.

*num.*10.& 11.Vbi sic ait. Sexta conclusion. Quando se yerra en el nombre y no en la persona, no es la dispensacion subrepticia, que el error en el nombre, quando consta del cuerpo, no haze vicioso el rescripto cõforme a derecho. Mas no es lo mismo quãdo la dispensacion viene errada en el Obispado, como si se comete al Prouisor de Zamora, y el que ha de ser dispensado, es del Obispado de Salamanca: porque como no se comete al de Salamanca, no puede dispensar, y assi este no es error en el nombre, sino en la persona. Assi lo tiene Inoc. y Abbad. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo. Etiam esse validam. Quia si Ordinarius potest dispensare, quando erratum est in nomine dispensationem petentis; sic etiam poterit dispensare, quando erratur in nomine ipsius Episcopi. Et certè satis constat, intentionem Papæ esse, vt petentis Ordinarius, dumtaxat, dispẽset. Sic Basilius *lib.* 8. *cap.* 17. *fine.* Salas *de Legib disp.*20 *sect.*16.*num.*123. Bonacina *de Legib disp.*1.*quæst.*2 *pun.*4 *num.*6. Sanctarell.*var.resol. par.*1. *quæst.* 63. Diana 1. *par.tract.*10.*resol.*36.

QVÆSTIO XXXXVIII.

An sit invalida dispensatio, eo solum, quod in ea taceatur aliquid, quod ex stylo Curiæ Romanæ est exprimendum?

AFFIRMANT absolute Sanchez *lib* 8. *disp.* 21. *num.* 16. & penes ipsum, Decius, Rebuffus, Menoch. Gutierrez, Mascardus, & Flamin. Quibus addi possunt Laymã. *lib.*5. *tract.*4 *c.*22.*num.* 18. Salas *de Legib.* *q.* 97. *tract.* 14. *disp.*20. *sect* 15. *num.*117. Sanctarell *var.resol.par.*1.*q.*50.*num.*17.& Barbosa *in collectan.tom.*1.*lib.*1. *tit.*2.*cap.* 11.*num.*3. Quos citat & sequitur Diana 1.*p.* *tract.* 10.*resol.*42. dicens, oppositam sententiam esse periculosam. Horum omnium, vna est ratio, nempe, quod stylus Curiæ faciat ius. Ægydius *loc.cit.n.*64. Ochagau. *tract.*4. *quæst* 9.*num.*6. Bonac.*de Legib.disp.*1.*q.*2. *pun.*5.*num.* 1.

Sed æque probabiliter Respondeo, Non ex eo solum præcisse, reddi invalidam dispẽsationem. Quia æque probabile est, quod stylus Curiæ non semper sit lex, nec faciat ius. Primò. Quia sæpe à Curialibus, & officialibus Curiæ, ignorante Pontifice, introducitur: tunc ergo non faciet ius. Secundò. Quia hodie datur, & stylus Curiæ exigens, vt gradus propinquior exprimatur; & tamen in tali casu, nec facit ius; imò nec obseruari potest talis stylus, vt ingenue fatẽtur Sanchez *disp.* 24.*n.*24 & Bonac.*loc.cit.n.*18.eo quod aduersaretur motui proprio Pij V. relato *q.*39. ergo non semper stylus Curiæ facit ius, aut obseruari necessario debet, vt expresse concedunt, in casu assignato, dicti Doctores. Id enim in primis Enriquez *lib.*12.*de Matrim.* (vbi infra) docet, taciturnitatẽ veri non vitiare dispensationem in foro conscientiæ, sed solum, in externo, licet stylus Curiæ petat, vt non taceatur. Sic namquè ait: Quæ tamẽ retardarent concessionẽ ex praxi, & stylo Curiæ, non vitiant in conscientia dispensationem, si taceantur, quando expresso iure, non iubentur explicari. Sic ille. Deinde, alij docent, prædictum stylum non obligare extra Curiam Romanam. Ita sentire Zauallos vbi infra, Bald. & alij, quos citat, & sequitur Rebuff. *tom* 3.*constit.regiarum tract.de consuetud.art.*2.*Glossa* 13.*n.*57. Quorum omnium sententiam, & modum dicendi, licet impugnet Sanchez; approbat tamẽ & sequitur Granados *in* 1. 2.*controu.* 7.*tract.*3.*par.*2 *disp.* 27.*sect.* 5.*n.*46.*pag. mihi* 302. Vbi sic ait: Quare quod diximus; scilicet, stylum Curiæ facere ius, intelligendũ est, quando constiterit eum esse talem, vt prudentis arbitrio induçat obligationẽ, etiam in foro conscientiæ, quod non semper constat. Imò Enriquez *lib.* 12.*de Matr.c.*3.*n.*7. asserit taciturnitatẽ veri non vitiare dispensationẽ in foro conscientiæ, sed solũ in externo, licet stylus Curię petat, vt non taceatur. Et Zauallos *in quæst.practicar.q.*737.*à num.*20. ait, eiusmodi stylum nõ obligare extra Curiã, quod idem sentiunt alij Doctores. Et præterea stylũ Curiæ variari, variato Pontifice, & non obligare nisi sit scriptus, notorius, & à Papa approbatus, quod quidẽ deseruiet, vt non reputetur subreptitia dispensatio, in qua tacetur verũ contra stylũ Curiæ, nisi certò constiterit, talẽ esse stylum, vt in foro animæ obliget, & in eo loco in quo traditur dispensatio: sic enim intelligenda est nostra conclusio, quoad hanc partem. Huc vsque doctus Pater.

Hanc eamdem sententiam approbat Villalob. 1.*tom.tract* 2.*diff* 43 *num.*4. per hæc verba: Acerca de la qualidad, que se suele declarar conforme al estilo de la Curia Romana, dudan los Doctores, si aquella se calla, si vale la dispensacion. Decio, Menochio, Gutierrez, y Sanchez con otros que citan, tienen que, sino se declara es la dispensacion subrepticia, porque este estilo de la

Curia,

Curia, *facit ius*, demanera que es ley, como se prueba de vn texto. cap. *Quam graue de crimine falsi*. Y aunque en el fuero exterior esto sea cierto, en lo interior no lo es tanto, que Enriquez tiene lo contrario, porque dice que el estilo de la Curia, ni es ley ni *facit ius*: y el texto en que se funda lo contrario, solo prueba que del estilo de la Curia se puede colegir quales letras son falsas: porque si en ellas no se guarda el estilo, de creer es q̃ lo son. Mas decir que el estilo sea derecho, no ay texto que tal diga, y assi por esse camino no parece basta para hacer la dispensacion subrepticia el callar aquella condicio̅. Et licet statim hæc subdat: En esta controuersia soy de parecer, que no nos apartemos del estilo, como largamente prueba Mascardo. Y assi; sino estuuiese echo el matrimonio, se debia aconsejar se voluiesse por otra dispensacion: mas despues de ya echo, se deue seguir la opinion de Enriquez, por lo que queda dicho arriba: nihilominus, clare esse pro nostra sententia prospitiet quis. Hanc eamdem sententiam iterum docet *tract.* 14. *diff.* 27. *n.* 7. Quem secutus fuit Diana 1. *par. tract.* 10. *resol.* 44 postquam contrarium asseruerat ibidem resol. 42.

Demum id ipsum clare docet Basilius *lib.* 8. *cap.* 17. § 6 *n.* 33. per hæc verba: Nec me mouet, quod soleat exprimi copula de stylo Curiæ. Mihi enim propter ea, quæ dixi, valde dubium est, ex eo stylo effici explicationem copulæ necessariam esse ad valorem dispensationis. In quibus verbis, non dubitat Basilius, vt male illum intellexit Diana *resol.* 44. an detur stylus Curiæ de manifestanda copula; sed affirmat, quod adhuc illo supposito, non sit id necessarium. Tenent etiam alij Doctores sup. q. 31. citati, ex quo constat, quam sine fundamento dixerit Diana, hanc opinionem esse periculosam, cum tantos Patronos, inter quos aliquando fuit ipse, habeat.

QVÆSTIO XLIX.

An sit valida dispenatio quoties impedimentum certum, narratur sub dubio v. g. si quis petat dispensationem voti castitatis, quod certò nouit à se emissum, sed in petitione, votum dubium exprimit, allegans tamẽ veriũ causam, scilicet, carnis stimulos?

AFFIRMATIVAM partem posset quis vel tam existimare, cum ad valorem dispensationis altera sufficiat verificari causa: at in casu præsenti, verificatur in petente dari graue periculum incontinentiæ, ob carnis stimulos: ergo. Nihilominus.

Certissimè Respondeo: Non esse validam. Quia in præfato casu est error in ipsa met substantia rei, super quam cadere debebat dispensatio, & ita Pontifex nõ dispensauit in impedimẽto, seu voto certo, sed in impedimẽto, seu voto dubio: ergo non fuit valida talis dispẽsatio. Sic Sanchez *lib.* 8. *disp.* 21. *n* 40. & *in Sum. lib.* 4. *c.* 47. *n.* 34. Bonac. *de legib disp.* 1. *q.* 2. *pun.* 4 *n.* 7. Ochagauia *tract* 4. *de Matrim. q.* 9 *n.* 12 addens, Pium V. præcepisse Procuratoribus dispẽsationum matrimonialium, & alijs, sub pœna falsi, vt veritas exprimatur. Imo Enriquez *lib.* 12. *c.* 3. *n.* 7. fine adiungit, prædictos Procuratores, & Curiales, manere per prædictum motum, excommunicatos: sed hoc non esse verum, bene notãt Sanchez *loc. cit. n.* 58 & antea Rodriguez, & Vega, penes ipsum.

QVÆSTIO L.

An qualiscumque sit falsa causa, si ipsa sola proponatur Pontifici, vitiet dispensationẽ?

RESPONDEO vitiare. Quia Pontifex, nõ aliter dispensare intẽdit, nisi causa, precibus ipsi proposita, verificata: ergo ipsa à veritate deficiẽte, deficiet etiam dispẽsatio. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 41. & *in Sum lib.* 4. *c.* 47. *n.* 17. Gutierrez *q. can. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 103. & 104. *vbi n.* 133. addit, & bene, hoc procedere, etiam casu, quo per simplicitatẽ, aut ignorantiam, aut errorẽ contigeret ea falsitas. Ochagauia *loc. citat. n.* 15. & alij: ex hoc bene colligẽtes, quod si Pontifex dispẽsaret cum consanguinea, allegata sola copula pro causa, & ea non esset habita, dispensatio esset subreptitia. Legantur Sanchez *num.* 45. Enriquez *lib.* 12. *c.* 3. *n.* 7. Rodriguez *cap.* 238 *concl.* 9. Vega 1. *tom. Sum. c.* 88 & Corduba *Sum. q.* 45 *opini.* 2. *pun.* 1. Bonac. *loco cit. num.* 8.

QVÆSTIO LI.

An etiam vitiet dispensationem, qui in petitione plures enarrat causas; ex quibus aliquæ sunt veræ, aliquæ falsæ?

AFFIRMAT absolute Gutierr. *q. can. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 108. docens, dispensationẽ ad matrimoniũ esse subreptitiã si, vel vna causa, ex pluribus allegatis sufficientibus, falsa sit. Affirmare deinde videntur Corduba, Rodriguez, & Vega locis nuper citatis, quatenus asserunt, quod in casu, quod quis petat à Pontifice

Pontifice dispensationem in secundo gradu consanguinitatis, allegans ex vna parte, copulam inter consanguineos ipsos habitam; & ex alia, scandalum, & infamiam secutam, aut subsequendam, si prima causa sit falsa, etiam si secunda sit vera, sit irrita, & inualida dispensatio.

Sed probabilius certe Respondeo: Non viciare dispensationem casu, quo causa qua nititur dispensatio, & qua sola posita, solet Papa dispensare, existat vera; licet cætera sint falsæ. Quia cum plura copulatiue narrantur, quæ de iure non sunt necessaria, resolvitur copulatiua in disiunctiuam, vt habetur cap. *iam dudum, de præbend.* at cum disiunctiue narrantur causæ; sufficit alteram esse veram, ne rescriptum sit subreptitium; vt etiam habetur expresse *in cap. inter cæteras, de rescript.* ergo Sic, citatis plutibus, tenet Sanchez *lib.* 8. *disp.* 21. *à n.* 42. Vbi *n.* 45. contra Cordubam, & alios docet, ob rationem dictam, validam esse dispensationem in casu, quo illi inualidam esse contendunt. Quia Pontifex, secluſa copula, ob solam iacturam famæ fœminæ ac timorem, vt ob id inupta maneat, solet dispensare: ergo copula tacita, adhuc ea dispensatio concederetur; ergo nō est subreptitia ea falsè proposita. Ita etiam Bonac. & Ochagau. *loc. cit.* Basilius *lib.* 8. *c.* 17. §. *vltim.* 41, addens id esse verum, etiamsi falsis testibus ea causa probetur, dummodo vera illa sit.

QVÆSTIO LII.

An valida sit dispensatio, in cuius petitione allegatur; fœminam mansuram inuptam defectu dotis; si non ob hanc causam sed ob aliam; nempe, infamiam, ætatem &c. id cōtingat?

NEGATIVAM partem ex dictis *quæst.* 50. posset quis probabiliter defendere. Quia in præsenti casu, vnica tantum dispensationis allegatur causa, nempe, timor cœlibatus ex dotis defectu; at hæc est falsa, vt supponit casus: ergo & irrita dispensatio.

Sed probabilius Respondeo: Esse validam talem dispensationem, si semel verificetur, fœminam inuptam remansuram, licet id non ex defectu dotis, sed ex defectu alio, nempe, ex eo quod sit grandæua, vel deformis, vel de aliquo crimine infamata, aut ob illud punita, vel filios ex alio matrimonio habeat, vel aliunde ille id proueniat. Ratio est. Quia id, quod mouet Pontificem ad dispensandum, est ne prædicta fœmina inupta maneat: ergo si semel verificetur, fœminam præfatam inuptam fore, parum refert, vt id illi ex alio capite, aut ex defectu alio, Pontifici non defecto, dimanet, & proueniat. Valida ergo erit talis dispensatio. Sic docet Sanchez *lib* 8. *disp.* 19. *n.* 29. & alij Docti Recentiores. Vnde ad rationem dubitandi, dicendum est, Pontificem non moueri ad dispensandum, ob defectum dotis, tanquam ob causam finalem, & motiuam, cum solum sit causa motiua, ne fœmina inupta maneat, & propter hanc concedit dispensationē, quare defectus dotis expressus in petitione, solū efficit, vt Pontifex credat talem fœminam inuptam permanere, nisi cum illa dispenset.

QVÆSTIO LIII.

An Dispensatio voti castitatis, vel Religionis ad ineundum matrimonium, facta his verbis: Dispensa ad hoc, vt matrimonium tunc contrahere possit: *vel*, Ad hoc tantum, vt tunc matrimonium contrahere possit: *vel*, Hac vice dispensa: *vim suam amittat per primum actum?*

RESPONDEO. Non amittere per primum actum, vel vicem; quia per prædicta verba, non limitatur dispensatio ad vnicum matrimonium. Patet, nam quando limitatur, & restringitur ad vnicum matrimonium, id apertis solet fieri verbis; sub hac clausula: *Ita quod si viro, cui coniugetur, superuixerit, Viuat postea cœlebs, & in castitate, vtpotè eodem voto obligata.* Sic Sanchez *lib* 8 *disp.* 31. *n.* 1. Qui *n.* 2. bene notat, quod casu quod dispensatio, expressis verbis, ad vnicum matrimonium restringatur, intelligenda est, si id sit validum, quia dispensatio debet intelligi cum effectu. Imo quamuis sit validum, sed ante consummationem, quacumque sit de causa, dissolutum, non extinguetur, primo matrimonio. Legantur Sanchez *loc. citat.* & Basilius *lib.* 8. *cap.* 20. *num.* 9. & 10.

QVÆSTIO LIV.

An quando dispensatio voti castitatis &c. non explicat esse ad vnum, aut ad plura matrimonia, tunc possit extendi ad plura?

NEGAT Ochagau. *tract.* 4. *de Matrim. q.* 13. *n.* 9. per hæc verba: Cum dispensatio non explicat, an ad plura matrimonia, vel

vel ad vnicum tãtum se extendat, siue sit absoluta & sine limitatione, concessa, atque in totum alicuius voti impedientis matrimonium: sine sit partialis, vt cum in ea conceditur facultas tantum ad matrimonium celebrandum, non obstante voto, si tamen dispensatio prædicti voti postuletur à Pontifice cum expressione finis intenti ineundi matrimonium, solum censetur prodesse ad hoc, vt vnicum tantum matrimonium licite possit celebrari Ita sentit Enriquez *lib.* 12 *de Matrim. cap.* 5. *n.* 7. *in Commento, lit. V.* Huc vsque Ochagauia. Addens tamen id solum esse verum, quando dispensatio petitur ad finem matrimonij; vnde si petitur absolute & sine fine matrimonij, omnino censebitur auferri votum, ac proinde licebit sæpius contra promissa in voto; matrimonium celebrare.

Sed probabilius Respondeo: In dicto casu posse extendi ad plura matrimonia. Vnde qui emisit votum castitatis, aut Religionis & postea obtinuit dispensationem contrahendi matrimonium, non obstante voto, licite poterit non tantum semel, sed sæpius etiam, matrimonium inire. Ratio est. Quia dispensatio absoluta voti, est voti relaxatio: at sic est, quod voto relaxato, non est quod impediat transitum ad vlteriores nuptias, prioribus solutis: ergo. Confirmatur. Quia quando Pontifex vult restringere dispensationem ad primum matrimonium, expresse id exprimit in literis: ergo signum est, ea clausula non adiecta, non esse illius mentem restringere. Sic omnino Sanchez *lib.* 8. *disp.* 31 *n.* 8. & penes ipsum, Angles, & Stunica. Basilius *lib.* 8. *cap.* 20. §. *vnico n.* 11. & *n.* 13. per hæc verba: Ex contraria autem consideratione colliges licentiam alicui datam vt nubat, non expirare primo coniugio, etiam si data sit, ex causa periclitantis continentiæ. Diximus enim non cessare dispensationem semel datam, etiam cessante causa finali. Sic ille. Legatur Diana *part.* 5. *tract.* 14. *resolut.* 30. Vbi refert vtramque sententiam, dicens, vtramque esse probabilem. Legantur de hac materia Sanchez, & Basilius locis citatis.

DISPVTATIO VIGESIMAQVINTA.

De Debito Coniugali.

QVÆSTIO PRIMA.

An actus coniugalis sit ex se licitus?

NEGARVNT olim quidam hæretici, quorum princeps fuit Simõ Magus; Saturninus eius discipulus, qui aperte asseruit, nubere, & liberos gignere à diabolo esse. Marcion & alij, quos refert & late confutat, Bellarmin *lib. vnic. de Matrim. à cap* 1. *vsque ad* 5. asserentes, nuptias illicitas esse, & actum coniugalem, malum, & inhonestum.

Negarunt etiam id non nulli ex catholicis, quos tacito nomine, refert D. Bonau. *in* 4. *d.* 31. *art.* 2. *q.* 1. & secutus fuit Hugo *cap. vir cum propria.* 33. *q.* 4. docentes, actum coniungalẽ non posse absque culpa veniali exerceri. Eo quod D. Gregor. vt refettur capit. citat. hæc verba dicat: Vir cum propria coniuge dormiens, nisi lotus aqua, intrare Ecclesiam non debet, sed neque lotus intrare Ecclesiam debet. Tunc igitur sic: sed nemini prohiberi debet ingressus Ecclesiæ, nisi ex culpa aliqua: Ergo

Sed de fide certissimè Respondeo: Actũ coniugalem, vsumque matrimonij, ex se, licitum, & honestum esse. Primo. Quia de fide est, licitum, & honestum esse matrimonium: ergo & actus coniugalis, qui est matrimonij vsus.

Secundo. Quia actus coniugalis, est actus iustitiæ commutatiuæ; cum per illũ reddatur coniugi debitum ex pacto matrimonia li contractum: ergo. Sic tenent omnes Patres, id optime colligentes ex illo Genes. 1. *Crescite & multiplicamini*, vt videre est apud Bellarmin. *loc citat.* Sanchez *lib.* 9. *de Matrimon. disp.* 1. *n.* 2. Basilius *lib.* 10. *cap.* 1. per totum. Ochagauia *tract.* 5. *de Matrim. quæst.* 1. Hurtado *disp.* 10. *de matrimon. diff.* 1. Bonac. *q.* 4. *de Matrim.* in principio, & alij omnes. Qui ad fundamentum Hugi desumptum ex authoritate D. Gregorij bene respondent, videlicet, quod actus coniugalis, licet absque vlla culpa exerceri possit, habet tamen quamdam turpitudinem naturalem

ralem propter deformitatem, & rebellionē concupiscentiæ, & membrorum, & ob hanc causam exigit D Gregor. vt vir, qui cum propria dormierit, lauetur, nec statim Ecclesiam ingrediatur, ob decentiam quandam.

QVÆSTIO II.

An actus coniugalis possit esse meritorius; non solum ex opere operantis, sed etiam ex opere operato?

AFFIRMARVNT nonnulli ex Catholicis, quos, suppreso nomine, refert Basilius *lib.* 10. *de Matrimon. cap.* 1. *num.* 5. docentes, in copula, seu actu coniugali, vere dari gratiam, non solum ex opere operantis, sed etiam ex opere operato. Quorum sententiam videtur sequi Fagundez. *tom.* 6 *in Decalog. cap.* 3. *n.* 2. cum hæc proferat verba. Suppono igitur in primis vsum legitimi matrimonij, nisi ex aliquo malo fine, vel circunstantia vitietur, esse licitum, & meritorium, si debite exerceatur ab existente in gratia: est enim vsus sacramenti, & omne Sacramentum rite, & debite exercitum confert gratiam. Ita ille. Deinde, eamdem sententiam ex parte sequitur Sanchez. *lib.* 9 *de Matrimon. disp.* 1. *n.* 3. existimans, quod antiquitus, quando matrimonia clandestina erant valida, & ipō salia de futuro transibant per copulam in matrimonium, tunc dabatur gratia ex opere operato in ea priori copula, quia vicem formæ sacramentalis gerebat: ita Sanchez, ex Bellarmino *loc. citat. cap.* 5. *pag. mihi* 993. *versu: Ex opere operato.* Cui addit Sanchez, etiam hodie, posse aliquando perficere matrimonium, quod prius per verba de futuro erat initum, & tunc conferre gratiam ex opere operato, tanquam formam perficientem sacramentum.

Sed certissime Respondeo: Quod licet actus coniugalis possit esse, & de facto sit, meritorius gratiæ ex opere operantis, si in gratia fiat, & cum debitis circunstantijs, fine, & auxilio gratiæ: nunquam tamen possit esse meritorius ex opere operato. Prima pars huius responsionis constat ex dictis; quia actus coniugalis est actus iustitiæ: ergo & meritorius, sicut cæteri boni iustitiæ actus. Ita tenent Omnes Theologi. Bellarm. Sanchez, Basilius *loc. cit.* Moure. 3. *part. Theolog. moralis cap.* 20. §. 1. *n.* 1.

Secunda responsionis pars, etiam est constans. Quia actus coniugalis, nec est sacramentum, nec pars sacramēti: ergo in illo nequit conferri gratia sacramentalis ex opere operato. Quod quidem verum est, in casibus etiam assignatis à Bellarmino, & Thoma Sanchez, quia in illis, non in copula, seu actu coniungali, dabatur gratia ex opere operato, sed in consensu præcedenti copulam & ante illam, sufficientibus signis, explicito vt optime Basilius *loc. cit. num.* 5.

QVÆSTIO III.

An coniux teneatur petere aliquando debitum?

RESPONDEO, propriè loquendo, non teneri, etiam casu, quo in eo sit periculum incontinentiæ, cum possit orationibus, & ieiunijs mederi tali periculo. Ratio est; Quia nullus tenetur, vti iure suo, quod pro se tantum introductum est. Sic Sanchez *lib.* 9. *disp.* 2. *n.* 2. Basilius *lib.* 10. *cap.* 2. *num.* 2. Ochagauia *tract.* 5. *q.* 1. *n.* 5 & omnes, vt bene Hurtad. *disp.* 10. *diff.* 11. & Cornejo *disp.* 5. *dub.* 1.

QVÆSTIO IIII.

An saltem, teneatur coniux petere coniugale debitum, casu, quo in altero coniuge probabiliter præuideat periculum incontinentiæ?

RESPONDEO Teneri petere (sen, vt melius, proprius, & consequenter dicā, reddere, quia in proposito casu, potius redditio quædam est, qua necessitati clamanti, & exigenti subuenitur, quam petitio). Ratio est. Quia matrimonium etiam in remedium cōcupiscentiæ est institutum: ergo vbi alter coniux copula in remedium indiget, licet nō petat, tenetur alter coniux eam offerre, imo & petere: quemadmodum medicus tenetur ægroto, cui medetur offerre medicinam salutarem, quamuis non petat, imo & petere ab eo necessaria ad eam medicinam applicādam (Quæ quidem obligatio secundum aliquos est ex iustitia, secundum alios, solum ex charitate, & secundum nonnullos ex iustitia & charitate simul.) Sic D. Thom. *in* 4. *d.* 32. *q. vnica art.* 2. *q.* 1. *ad* 1. Vterque Sotus, Petrus de Ledesma, & alij quam plures, quos refert & sequitur Sanchez *lib.* 9. *disp.* 2. *n.* 6. & 7. Basilius *lib.* 10. *cap.* 2. *n.* 3. Ochagauia *tract.* 5 *q.* 1. *n.* 5. Machado *to.* 2 *lib.* 6. *part.* 7. *tract.* 2. *docum.* 13. *n.* 2. Hurtado *loc. cit.* Ægidius *disp.* 34. *dub.* 2. & Cornejo *loc. cit.*

QVÆS-

QVÆSTIO V.

An peccet mortaliter coniux, non reddendo debitum coniugale alteri coniugi?

RESPONDEO: Peccare mortaliter, non reddendo debitum alteri coniugi petentis rationabiliter, & legitime. Quia hæc obligatio est iustitiæ: ergo ex se grauis; & mortalis, nisi excusset materiæ leuitas. Sic tenent omnes Doctores Sanchez. *loc. citat. n.* 9. Basilius, *n.* 4. Bonac. *q.* 4. *de Matrim. pun.* 1. *n.* 1. Mour. 3. *par. theolog. moral. c.* 20. *n.* 2. & 3. Machado. *loc. citat. n.* 4. & 5. Hurtado & Cornejo *loc. cit* Diana 5. *par. tract.* 5. *resolut.* 14. & *tract.* 14. *ref.* 36. & alij. Qui omnes addunt, ad hanc obligationem inducendam non solum expressam, verumetiam, tacitam, seu interpretatiuam petitionem debiti, sufficere. Sæpe nemque fœminæ naturali pudore impeditæ non petunt expresse, sed tacite aliquibus signis.

QVÆSTIO VI.

An aliquando possit esse solum veniale, aut nullum peccatum, negare debitum coniugale?

RESPONDEO Posse; & in multis casibus. *Primo*, in casu, quo coniux tantum petat debitum precibus, beneuole, & amicè, non tanquam debitum ex iustitia, nec intendens obligare alterum ad reddendum sibi debitum, sed sicut amicus solet aliquando ab amico petere res sibi debitas, absque intentione obligandi, quo in casu ob omni etiam peccato, excusantur debitores, quibus blanditijs petentibus debita non soluunt. Sic Sotus *in* 4. *d.* 32. *q. vnic. art.* 1. post conclusiones. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 15. *n.* 7. fine. Rodriguez *cap.* 243. *n.* 1. Sa *verb. debitum coniugale n.* 8. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. n.* 10. Basilius *loc. cit. n.* 5. Hurtado *loc. citat.* Rebell. penes ipsum *lib.* 2. *q.* 16 (sed ibi nil hic author). Cornejo *disp.* 5. *cit. dub.* 1. *quæst.* 2. Ochagauia *n.* 6. Bonac. *n.* 1. Machado *n.* 6. & alij: Qui bene limitant hanc sententiam, vt intelligatur, nisi sit periculum incontinentiæ in petente, quia tunc regulariter subueniendum est sub mortali.

Secundo, solum erit peccatum veniale negare debitum, quando raro denegatur, dummodo hoc fiat absque periculo incontinentiæ petentis. Vnde non erit mortale, quinta vice denegare debitum viro qui quater in mense solet petere. Sicut nec erit mortale, non statim reddere debitum, sed post aliquod breue tempus, vt si coniux mane neget debitū, redditurus nocte; aut paulo postquam petit. Sic Victoria *n.* 275. Ledesma 2. *part.* 4. *q.* 60. *art.* 1. *dub.* 2. Sanchez *loc. cit. n.* 11. Basilius *loc. cit n.* 5. Cornejo & Diana *loc. cit* Ochagauia *loc. citat. n.* 6 Bonac. & Hurtado *loc. cit.*

Tertio, solum erit veniale, quando coniux remisse petit debitum, vel rogatus facile desistit à petitione. Sic Angles, Ludouic. Lopez, & Canedo, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. citat. n.* 13. Basilius. Bonac. Ochagauia, Cornejo. *locis citatis*. Qui secus dicendum putant, quando instanter petit, nec adsit causa sufficiens denegandi debitum.

Quarto, nullum est peccatum, denegare debitum coniugi, qui nimis immoderate debitum peteret, & alter iuxta rationis metas rederet: nam in omnibus seruandus est modus, iuxta illud commune dictum: *Est modus in rebus, sunt certi denique fines. Quos vltra, citraque nequit consistere rectum.* Sic Sotus, Enriquez, Basilius, Ochagauia & Bonacina, *locis citatis*. Esset autem, è contra, mortale, rarissime, & magna cum difficultate debitum reddere ei, qui serio petit illud, tum propter iniuriam factam alteri petenti coniugi, eo denegando modo, quod suum est; tum etiam propter discordias, & periculum incontinentiæ, quæ inde resultare possint. Sic Ochagau. *loc. cit.* Sanchez *loc. cit. n.* 14 & penes illum, Sotus, Barth. de Ledesma Rodriguez, Capua, & Lopez.

QVÆSTIO VII.

An peccet mortaliter coniux, qui mediis illicitis, se reddit impotentem ad debitum coniugale persoluendum.

RESPONDEO: Peccare mortaliter. Quia lex iustitiæ, quę obligat ad debitum reddendum; obligat subinde ad media necessaria, vt reddi debitum possit. Vnde, qui vel pollutionibus voluntarijs, aut ad alias fœminas accedendo, se reddit notabiliter impotentem ad reddendum debitum vxori, peccat, si ad id aduertat, duplici peccato mortali; videlicet, contra castitatem, & contra iustitiam. Sic Sanchez *lib.* 9. *disp.* 3. *num.* 2. & 3. & penes ipsum, D. Thom. Ricard. Rosella, Barth. de Ledesma, Canedo,

nedo,& alij.Basilius *lib.*10.*cap* 2 *n.*6.Bonacina *q.*4.*pun.*1.*n.*2. Ochagauia *loco citato num.*7.Cornejo *dubio* 1. *cit.q.*3.

QVÆSTIO VIII.

An etiam, mortaliter peccet coniux, qui mediis licitis, vt ieiunijs, vel abstinentijs, se reddit notabiliter impotentem ad reddendum debitum?

RESPONDEO: Etiam mortaliter peccare, tenerique non seruare ieiunia, etiam ex Ecclesiæ præcepto; quia fortius est iustitiæ vinculum. Vnde, eodem modo, non licebit vxoribus, ita se vigilijs tradere, vt deformes, ac viris exosæ reddantur. Quia ipsis ansam præbent alios amores quærendi. Sic Sanchez. *n.*5.Basilius *n.*7. Bonac. *n.* 2. Legatur Sanchez *loc.cit.* à *num.*10.Hurtado *disp.*10. *diff.*11.Cornejo *loc. cit.pag.*936.

QVÆSTIO IX.

An teneatur vir vti calidis, vt potentior ad copulam reddatur?

RESPONDEO, Non teneri: Quia lex matrimonij tantum ipsum astringit, vt moderate, attentis suis viribus, reddat, & ne huic obligationi obstaculum apponat. Quamuis verum sit, quod ex lege charitatis ad id non numquam teneatur vir, videlicet, dum sine corporis detrimento notabili, id possit efficere, & vxor graue incontinentiæ periculum patiatur, nisi frequentius sibi coniugali copula subueniatur. Sic Palud. Tabiena, Viguerius, Graffius, Siluest. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *lib.* 9. *disp.*3.*n.*6.

§. II. *De Circunstantia finis, qua vitiari potest actus coniugalis.*

QVÆSTIO X.

An actus coniugalis, factus propter aliquod ex tribus bonis matrimonij, sit licitus, & virtuosus?

RESPONDEO Affirmatiuè. Vnde actus virtuosus erit accessus ad coniugem, vel ob bonum sacramenti, vel obseruandam fidem, vel ob prolis generationem. Sic omnes Doctores D. Th. cum Magistro *in* 4 *d.*31. & ibi Scholastici. Sanchez *lib.* 9. *de Matr. disp.*8.*n.*1.Basilius *lib.* 10. *de Matrim. cap.* 8.*n.*2.Hurtado *disp.*10.*diff.*2. & Petrus de Ledesma *de Matrim. q.*49 *art.* 2. de quo in sequent. differemus. Legatur Glossa *in cap. Quidquid* 32.*q.*2 Quæ ponit quatuor causas ob quas vir comitetur vxori, nempe, causa prolis, causa reddendi debitum, causa incontinentiæ vitandæ, & causa explendæ voluptatis.

QVÆSTIO XI.

An, quando actus coniugalis refertur ob bonum prolis, necessarium sit, vt proles ipsa, vlterius referatur in Dei obsequium?

RESPONDEO: Necessarium esse ipsam prolem in Dei obsequium referre, non actu, sed habitu. Nam hanc relationem virtualem, seu habitualem sufficere ad euitandã in prædicto actu, culpam venialem, docent D. Thom. *in* 4. *dist.*31.*q.*2.*art.* 2. *ad* 1. Veracruz, Ledesma, & alij, quos citat Sanchez *loc.cit.n.*3.Basilius *loc.cit.n.*2. Et hoc, & nõ aliud. Vult Sanchez loc.cit. vt clare videre potuit Basilius: ait enim sic: hoc, optime explicuit Siluest. *verb. debitum q.* 12. *vers.* 2. Vbi dicens, vt actus coniugalis meritorius sit, referendam esse prolem ad Dei obsequium: subdit id esse verum, licet de obsequio diuino nil cogiterur, sed solum de successore. Quia ex quo coniux est in gratia, nec malum finem intendit, virtute refert in Deum. Hucusque Sanchez.

QVÆSTIO XII.

An peccent coniuges, qui in ipso actu coniugali, prolem minime concipi optant?

AFFIRMAT Præpositus *rubr. de sponsal. n.*12.*ad finem*, docens, peccare mortaliter. Affirmat deinde Sanchez (penes Basilium) *lib.*9.*de Matrim. disp.*8. *num.*10. dicens tamen, solum peccare venialiter, casu, quo coniuges nil efficiant, quod prolis conceptioni obstet.

Sed probabilius, & clarius, sic cum Basilio Respondeo: Si coniuges opere ipso actus coniugalis, aut alijs medijs, non adhibẽt impedimentum generationi, voluntas illa, qua excluderent prolem, non potest esse efficax, sed inefficax, & velleitas quædam, qua nollent esse prolem. Huiusmodi autem actus inefficaces voluntatis sumunt speciem ab obiecto, non prout à parte rei est, sed vt

in mente expresse proponitur. Quare inspiciendum est, ex quo fine expresso sit istud desiderium. Si enim est ratione paupertatis, nō est malum, neque venialiter: sicut nec desiderare mortem alicuius, ob bonum licitum, quod ex eius morte sequi potest. At si finis, ex quo expresse nascitur ea velleitas sit malus, erit desiderium malum, & peccatum veniale, aut mortale, iuxta finem sibi expresse propositum, ex quo mouetur ad illud desiderium, vel velleitatem. Sic expresse Basilius. Et meo videri Sanchez (ex parte saltē) Nam *loc. cit.* hæc ait: Quia desiderare non multiplicare prolem, non est ex se malum, quare bono fine vellitum, vt ratione defectus diuitiarum ad eos liberos alendos, licitum est, vt docent Palud. 4. *dist.* 31. *quæst.* 3. *art.* 2. *num.* 15. D. Anton. 3. *par. tit.* 1. *cap.* 20. § 6. Rosella *ver. debitum, num.* 11. *vbi*, Angel *num.* 27. Nauarr. *Sum. cap.* 16 *n.* 33. Philiarc. *de offic. Sacerdot. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 19. *vers. Quinto peccat.* Sic Sanchez. Nō ergo à nobis dicedit. Tenet etiam cum Basilio, Hurtado *disp* 10. *d ff.* 2. *num.* 6.

QVÆSTIO XIII.

An peccet vir, qui ad vxorem, mercede conductus accedit; aut eo fine, vt illum hæredem constituat?

NEGAT absolute Palacios *in* 4. *dist.* 31. *disp.* 2 *fol.* 695. *vers. Poterit autem* Existimans, omnino vacare culpa accessum ad vxorem, ob bonum vtile. Affirmat verò è contra, Sotus *in* 4. *dist.* 31. *q. vni. art.* 3. *vers. Sunt qui contra.* puntans, peccare in eo actu venialiter.

Sed probabilius, & clarius Respondeo: Peccare quidem venialiter, si accedat ad vxorem habendo pro fine primario, & principali, præfata bona; minime verò, si illa habeat pro fine secundario, & minus principali. Sic tenet Sanchez *loc. cit. num.* 11. & 12. & sic vtraque conciliatur sententia.

QVÆSTIO XIIII.

An sit peccatum exercere actum coniugalem ob Sacramenti bonum; vel (quod idem est) ad expressius significandam vnionem Verbi cum humanitate?

AFFIRMANT esse veniale, Ricard. *in* 4. *dist.* 31. *art.* 3. *q* 2. Palud. *q.* 2. *art.* 1. *n.* 5. Supplem. Gabrielis *q. vnica art.* 2. *concl.* 3. Enriquez *lib.* 11. *de Matrim. cap* 15. *num.* 2. & in commen. *lit. P.* & Petrus de Ledesma *de Matrim. q* 49. *art.* 5. *dub.* 1. quos omnes refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num* 14. Ochagau. *tract.* 5. *de Matrim. q.* 1. *n.* 13.

Sed æque probabiliter Respondeo: Nullum esse peccatum. Quia licitum est vti coniugio in eum finem ad quem ordinatur; at coniugium etiam ordinatur ad significandam vnionem verbi cum carne: ergo licitum erit accedere propter talem finem. Sic aliqui, quos refert Supplem. Gabr. & sequitur Basilius *loc. cit. num.* 4. Vbi hanc nostram resp̄sionem optime probat; legatur.

QVÆSTIO XV.

An actus coniugalis, factus solum ad vitandam incontinentiam eius, qui petit debitum, seu, ob propriam fornicationem vitandam, sit culpa venialis?

AFFIRMANT esse culpam venialem absolute, Magister *in* 4. *dist.* 31. & 32. & *ibi.* D. Bonau. Ricard. Scotus, Deza, & alij ex Scholasticis. Petrus Soto *lect.* 16. *de Matrim.* Pedraza *in Sum. præcep.* 6 §. 18. Ludou. Lopez 1. *par. instruct. cap.* 87. § *Vsus verò copulæ.* Astenc. Angel. Tabiena, & Rosella, quos, & alios, refert Sanchez *lib.* 9. *de Matrim. disp.* 9. *num.* 2. & sequitur nouissime Syluius *in addit. ad* 3. *par. quæst.* 49. *art.* 6. *concl.* 4.

Affirmant similiter alij; licet non absolute, sed sub distinctione hac. Dicunt enim, tunc esse culpam venialem accedere ad coniugem vitandæ fornicationis causa, quando potest alijs medijs ab incontinentia abstinere, aut fornicationem in se ipso vitare: minime verò esse, quando adhibitis alijs medijs, nequit stimulos carnis sedare. Ita Palud. *in* 4 *dist.* 31 *quæst.* 2. *art* 2. *num.* 9. & 10. & ibi Supplem. Gabrielis *quæst. vni. art.* 2. *post* 4. *concl.* Capreol. *dist.* 30. *art.* 3. *ad* 6 *contra* 2. *concl.* Siluester *ver. debitum quæst.* 11 *fine*, & *q.* 12. *ver.* 4. Victoria *n.* 272. Sotus *dist.* 31. *q. vnica art.* 4. *concl.* 2. Veracruz 3. *par. spec. art.* 16. *concl.* 1. Rodriguez *tom.* 1. *Sum. cap.* 243. Petrus de Ledesma *de Matrim. q.* 49. *art.* 5. *dub.* 3. Bartho. de Ledesma *de Matrimon. dub* 28. *concl.* 2. Enriquez *lib.* 11. *c.* 15. *num.* 4. iuncto commento *li. Q.* Quos omnes, & nonnullos alios, affert, & sequitur Sanchez *loc. cit. nu n.* 4. Quibus addi possunt Ochagauia *tract* 1. *de Matrimon. quæst.* 2. *num.* 3 & 4. & alij.

Sed probabilius omnium Respondeo: Talem actum, nullomodo esse peccaminosum, sed licitum, & honestum. Primò, quia sic colligitur ex illis verbis Apostoli. 1. *ad Corint.* 7. *Propter fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat.* Secundò, quia vius coniugalis, supposito lapsu naturæ humanæ, ordinatur natura sua in remedium propriæ concupiscentiæ, quamuis minus principaliter, quam prolis generationem: ergo in dicto viu coniugali, ob eum finem factum, nulla erit deordinatio. Quod autem aliis medijs perfectioribus possit quis mederi concupiscentiæ, parum refert, vt late, & optime Basilius, vbi infra. Sic tenent Ricard. *in* 4. *dist.* 31. *art.* 3. *q.* 2. Durand. *quæst.* 4. *num.* 7. Maior. *q. vnica concl.* 4. Caiet. *in Sum. verb. Matrim. cap. vltimo.* Nauar. *cap.* 16 *n.* 32. Angles. *flor. lib.* 1. *par. de Matrim. quæst.* 5. Sa, *verb. debitum coniugale, num.* 5. Hugolinus *de Matrim. cap.* 10. Azor *tom.* 3. *lib.* 3. *cap.* 31. *q.* 2. *diff.* 1. Tolet. *lib.* 7 *cap.* 22. *in principio*, Ægidius *de Sacram. disp.* 34. *dub.* 1. *num.* 6. Optime Basilius *lib.* 6. *cap* 8. *à num.* 5 Rebell. *lib.* 3 *q.* 19 *sect.* 1. Hurtado *disp.* 10. *diff.* 2. Moure 3. *par. cap.* 20. § 1. *num.* 6. (qui citat pro hac parte, sed non bene, Capreolum, & Sotum) Diana 3. *par. tract.* 4. *resol.* 219 Fagundez *lib.* 6 *in Decalog. c.* 3. *num.* 3. Layman *lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. Ioan. Sanctius in 1. *ectis disp.* 23. *n.* 24 addens nostram conclusionem esse veram, etiam casu, quo petens debitum, carnis molestijs non vexetur, quia satis est, probabiliter timere vexandum fore. Legatur Basilius *lib.* 1. *de Matrim. cap. vltimo.*

QVÆSTIO XVI.

An coniuges peccent venialiter exercendo actum coniugalem ad tuendam, aut restaurandam corporis salutem?

AFFIRMANT D. Anton. 3 *par. tit.* 1. *cap.* 20. § 11. Angel. *verb. Debitum, num.* 24. Siluest. *quæst* 11. *ver.* 3. Tabiena *Matrim* 3. *quæst.* 5. § 6. Petrus Soto *lect* 16. *de Matrim.* §. *Quia igitur.* Pedraza *præc.* 6. §. 18. insuper, & Palud. *quæst.* 3. *art.* 3. *num* 21. & *quæst* 2. *art.* 22. Veracruz 3. *par. specul. artic.* 26. *conclus.* 2. & Petrus de Ledesma *de Matrimon. quæst* 49. *art.* 5. *dub.* 4. Soto *in* 4. *distinct.* 32. *quæst. vnica artic.* 4. *vers. Grauius autem*, addentes id esse verius, etiam casu, quo, alijs medijs, sanitas obtineri nequeat. Tenet etiam Syluius *in* 3. *part. quæst.* 49. *artic.* 6. *conclusione* 5.

Alij autem, media via respondent; non peccare quidem vllo modo prædictos coniuges, casu, quo aliud medium, seu remedium aptum non inueniant ad instaurandam, tuendamvè salutem; maximè verò, si remedium aliquod eis occurat, tunc enim, inquiunt, peccabunt venialiter. Ita Enriquez *lib.* 11. *de Matrimon. cap.* 15. *num.* 5. per hæc verba: Si quis ad coniugem accedat propter salutem corporis, alleuiationem naturæ, aut morbi alicuius expulsionem, quando deficientibus alijs remedijs, id iuxta Medicos esset valide opportunum, excusari potest à peccato etiam veniali: sicut Constantinus Imperator, & alij quidam baptismum, non excluso proprio fine, susceperunt, simul propter lepræ, & morbi sanitatem: sed communiter sine necessitate petere ob hunc tantum finem, est veniale. Ita ille. Qui *lit. X. citat* pro se Siluestrum, Maiorem, & alios. Sententiam hanc sic explicatam tenent etiam Victoria *num.* 272. Ledesma 2. *par.* 4. *quæst.* 51. *artic.* 5. *fine.* Bartholom. de Ledesma *de Matrimon. dub.* 28. quos omnes affert, & sequitur Sanchez, *lib.* 9. *de Matrimon. disp.* 10. *num.* 3 Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 10. *par.* 1 *cap.* 9. *num.* 321. Ochagauia *quæst.* 2. *cit. num.* 5.

Sed ego probabilius Respondeo: Nullomodo peccare, adhuc venialiter, exercendo talem actum, ob propositum finem; dummodo alios non excludant fines. Ratio est, quia restitutio, aut conseruatio sanitatis est finis licitus, & bonus; deinde actus coniugalis est medium etiam licitum, & conueniens ad eum effectum: ergo non est vnde deriuetur malitia. Sic Almainus, Maior, Palacios, & Sa, quos pro hac parte refert Sanchez *loc. cit. num.* 2. Basilius *loc. cit. num* 9. referens pro hac parte Enricum Enriquez, loco eodem, quo pro sententia media referunt Sanchez, Diana, Ochagauia, & alij: sed qui melius? Tu vide. Ægidius *disput.* 34. *dub.* 1. *num.* 10. Fagundez *loc. cit. num.* 4. qui pro hac parte etiam citat Enricum Enriquez *lib.* 11. *cit. cap.* 17. *num.* 7. post medium, sed omnino male; quia in toto illo numero, imò nec in capite toto, habet quid ad propositum quæsitum. Hurtado *disp.* 10. *diff.* 2. Layman, *lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. Machado *lib.* 6. *par.* 7. *tract.* 2. *docum.* 18. *num.* 2. Moure *loc. cit. num.* 6. *fol. mihi* 415. Diana

3. *par.*

3. *par. tract.* 4. *resol* 218. Rebellus *q.* 19. *cit. num.* 4. *pag.* 362. Vbi hæc ait: Fas etiam est, rem habere propter sanitatem, aliamuè causam honestam, non leuis momenti, etiamsi actualiter, nec proles, nec vitatio fornicationis intendatur. Sic ille. Citans pro nobis Cajetanum, & Catechismum ad Parochos.

QVÆSTIO XVII.

An actus coniugalis exercitus, solum ob capiendam delectationẽ carnalem, ipsi actui annexam, sit peccatum saltem veniale?

AFFIRMARVNT, non solum esse veniale, sed mortale peccatum, Hostiens & Ioan. de Grassis, penes Sanchez, vbi infra, & alij Antiquiores apud D. Bonau *dist.* 31. *art.* 2. *quæst.* 3. qui dicit, id esse probabile, sed valde durum. Citat etiam Basilius, vbi infra, pro hac parte, Franciscum Maironiũ *in* 4 *dist.* 26.

Alij probabilius Respondent, talem actũ vere esse peccatum, sed solum veniale. Sic Magister *dist.* 31. Vbi Ricard. D. Bonau. Durand. Albert. Magnus, Palud. & alij Scholastici. Petrus Soto *lect.* 16 *de Matrim.* Sotus *dist.* 31. *quæst. vni. art.* 3. *concl.* 3. Victoria *n.* 271. Enriquez *lib.* 11. *de Matrim. cap.* 4. *n.* 2. & *cap.* 15. *num.* 5. Bartho. de Ledesma *de Matrim. dub.* 27. *concl.* 2. Petrus de Ledesma *quæst.* 49. *art.* 6. *dub.* 1. Rodriguez 1. *tom. cap.* 243. *num.* 20. Sa *Verb. Debitum coniugale.* Quos & alios Doctores vsque ad quinquaginta duos refert, & sequitur Sanchez *lib.* 9. *disp.* 11. *num.* 3. & 4. Quibus addi possunt Bonacina *de Matrim. q.* 4. *pun.* 6. *n.* 7. Moure *loc. cit.* Fagundez *loc. cit. num.* 5. Ægid. *disp.* 34. *num.* 12. Montesin. *tom.* 1. *in* 1. 2. *disp.* 2. *quæst.* 3 § 3. *num* 65. dicens esse sententiam omnium Theologorũ. Villalob. *tract.* 13. *diff* 41. Ochag. *loc. cit. n.* 6. & alij.

Alij tandem, absolute contrarium omnino docentes, negant esse peccatum, adhuc veniale, actum coniugalem, ob solam voluptatem, exercitum. Sic Diana 3. *parte tract.* 4. *resol.* 216. & Machado *loc. cit. num.* 3. *pag* 589. Qui pro hac parte citant Ioan. Sancium in selectis *disp.* 23. *n.* 25. Basilium *lib.* 1. *de Matrim. cap.* 21. *num.* 6. & 7. Maiorem *in* 4. *dist.* 31. *quæst. vnica, concl.* 7. & Almainum *in* 4. *dist* 26. *q.* 1. *fine*, & Hurtadum insuper dicentẽ, hoc esse verum, quando talis actus non fit ob nimiam delectationem. Ita referunt hos Doctores Diana, & ex illo, Machado, sed an bene, statim videbitur.

Sed ego probabilius Respondeo; Dicendum. Quod licet actus coniugalis, solum delectationis gratia habitus, ex genere suo, siue per se, non sit peccatum aliquod; tamen per accidens, & vt in plurimum, siue moraliter loquendo, peccatum sit, sed veniale tantum. Hanc responsionem expresse docet Basilius *lib.* 10. *de Matrimon. cap.* 8. *num.* 8. & latius *lib.* 1. *de Matrim cap. vltimo.* Vbi proposita *num.* 6. Sententia nuper à nobis, secundo loco relata, sic *num.* 7. *ait*: Verum ego hanc sententiam, quæ communis est, ita explicandam existimo, vt in fine eius voluptatis peccatum reperiatur moraliter loquendo, & vt in plurimum, siue per accidens. Quia rarò accidat, sine peccato exerceri actum illum, propter vehementiam voluptatis; at ex genere suo non videtur esse aliquod peccatum in eo, quod quis velit expresse, non cogitando expresse de alio, percipere delectationem, & voluptatem licitam. Id quod docuit Iacobus Almainus *in* 4. *dist.* 26. *quæst.* 1. *in fine, &c. Et infra num.* 8. Addi tamen debet, quod prudenter subijcit Almainus, esse excessum in tali actu, propter vehementiam delectationis: atque ob hanc causam, sæpe Augustinus affirmat in vsu coniugij esse venialem culpam. *Et num.* 10. *sic ait*: Hæc quidem, & huiusmodi multa ob eam rationem dicta sint, quia vt plurimum ex vehementi voluptate peccatum aliquod veniale cum vsu coniugij copulatur, quod accidentale est, aliàs si per se eam deformitatem, licet venialem, haberet, non potuisse esse licitus contractus matrimonij, cum nulla possit esse obligatio ad culpam venialem. Hæc omnia Basilius. Non ergo ita bene citatur à Ioanne Sancio, Diana, & Machado pro tertia sententia. Legatur etiam pro nostra Thom. Sanchez *loc. cit. num.* 6. ei namque valde fauet.

QVÆSTIO XVIII.

An peccent mortaliter cõiuges, qui cibis calidis, vnguentis, musco, & alijs medicamentis, ad excitandam, & magis accendendam voluptatem, vtuntur?

AFFIRMANT Hostiens & Ioan. Grassis, quos refert Sanchez *loc. cit. num.* 5.

Sed longe multo probabilius Respondeo. Non peccare mortaliter, sed venialiter tantum: quia licet hoc, minimam dicant voluptatem, & libidinem, propter quod absque controuersia culpa incurritur venia-

lis, non tamen transgrediuntur limites matrimonij, nec dicta media sunt illicita: ergo non est vnde culpa oriatur mortalis. Sic communiter omnes. Sanchez *loc. cit. num.* 5. Basilius *lib.* 9. *cap.* 8. *num.* 8. *fine.* Ægid. *loc. cit.* & alij.

§. III. *De Circunstantia temporis, qua vitiari vsus coniugalis potest.*

QVÆSTIO XIX.

An actus coniugalis exercitus feriarum tempore, quo interdicuntur benedictiones nuptiales, sit illicitus?

AFFIRMANT quam plures Doctores, ex quibus nonnulli dicunt esse mortale; alij verò esse veniale, vt retuli supra *disp.* 7. *q.* 82. Vnde ex ibi dictis.

Respondeo. Nec esse veniale. Sic authores, ibi citati. Legantur.

QVÆSTIO XX.

An actus coniugalis habitus in diebus festis, Rogationū, aut ieiuniorum, sit illicitus?

AFFIRMANT esse mortale, his diebus debitum exigere, si illud, non causa prolis concipiendæ, aut fornicationis vitandæ, sed ob libidinem saciandam petatur, Glossa, 33. *q.* 4 *in Sum.* Anton. Alex. de Neuo, Aiensis, Astensis, Abulensis, & Alex. vt refert Sanchez *lib.* 9. *de Matrim. disp.* 12 *num.* 2. Id ipsum docent loquendo de festis solemnioribus, Hostiensis *in Sum. tit. de Matrim.* §. *Quis effectus. num.* 22. & Stephanus Gaeta *repetit. cap.* Ad Limina, 30. *q.* 1. § 4. *n.* 181. Nam loquendo de cæteris festis, & ieiunijs, ille, dicit vacare culpa; hic verò, esse veniale.

Alij secundo, docent actum coniugalem habitum, diebus prædictis, esse venialiter illicitum Ita tenent communiter Scholastici cum Magistro *in* 4 *dist.* 32 *cap.* 3. Albert. Magnus, Durand. Palud. & Supplem. Gabriel. & alij, quos citat Sanchez *num.* 3. Temperant alij hanc sententiam, quod tantum sit vera, loquendo de festis solemnioribus, aut celeberrimis, in his namque solum admittunt, culpam esse venialem debitum coniugale exigere, non in alijs. Ita Sotus *dist.* 32. *q. vni. art.* 3. *concl.* 2 Ledesma 2. *p.* 4. *q.* 66. *art.* 1. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 16. *n.* 5. Moure 3. *par. Sum. cap.* 20. §. 1. *num.* 6. sic dicens; Peccatur 3. ratione temporis in quo exercetur. Nam peccatum est veniale, hunc actum exercere celeberrimis Ecclesiæ festiuitatibus, veluti diebus Natalis Domini, Paschatis, Penthecostes, Corporis Christi, Ascensionis, Quinta, & sexta feria maioris hebdomadæ, nisi detur periculum incontinentiæ, nam vt est sacrum, profanumquè prouerbium: Omnia tempus habent, est tempus ridendi, & tempus lugendi. Ita ille. Rebell. *lib.* 3. *q.* 19 *n.* 6 *par.* 362.

Sed probabilius respondeo. Talem actū diebus præfatis exercitum, nullo modo esse illicitum. Quia nullo peculiari iure prohibetur in dictis exerceri diebus; ergo nullo modo est talis actus illicitus in illis diebus; patet, quia si esset illicitus ex aliquo iure speciali deberet esse. Sic D. Bonau. *in* 4. *dist.* 32. *art* 3. *q.* 2. Scot. ibi, *q. vnica ad* 3. Petrus Ledesma *de Matrim. q.* 64. *art.* 7. *notab.* 1. Rodriguez 1. *tom. Sum. cap.* 243 *num.* 18. quos, & alios vsque ad 20. Doctores refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 5. Basilius *lib.* 10. *cap.* 9. *per totum.* Ægid. *disp.* 34. *dub.* 9. Fagundez *lib.* 6. *in decalog. cap.* 3. *n.* 7. Hurtado *disp.* 10. *diff.* 3. *num.* 9. Ochagauia *tract.* 5. *de Matrim num.* 8. Villalobos *tract* 13. *diff.* 41. *num.* 2. dicens, esse communem sententiam. An autem sit aliqua venialis culpa vacare copulæ coniugali, eo die, quo recipienda est Eucharistia, diximus *tract.* 6. *à q.* 4

QVÆSTIO XXI.

An actus coniugalis, tempore menstruorum sit licitus?

AFFIRMAT Glossa *in can. si causa* verb. *conceptus* 33. *q.* 4. & (penes aliquos) Castro *de lege pœnali lib.* 1. *cap. vltimo.* §. *Alia est.* Quos citat, & sequitur Hurtado *disp.* 10. *de Matrim. diff.* 3. *num.* 10. Et hanc sententiam esse probabilem, expresse dicit Sanchez *l. b.* 9. *disp.* 21. *num.* 6. qui etiam citat pro hac parte Castrum *loc. cit.* sed non bene, vt infra.

Negant, omnino è diametro, alij existimantes, talem actum tempore menstruorum habitum, esse peccatum mortale; nisi casu, quo ad vitandum dissidium inter coniuges, aut periculum incontinentiæ exerceatur. Ita sentiunt Palacios *disp.* 1. *fol.* 707. Scot. *dist.* 32. *q. vnica*, & ibi. Argent. Almainus, & nonnulli alij Scholastici. Petrus Soto *lect.* 10. *de different. peccat.* §. *Quia tamen.* Rosella, Tabiena, quos & alij vsq; ad 24. Doctores, refert San-

Sanchez *loc. cit. num.* 2. Quibus addi possunt Azor *tom.* 3. *lib.* 3. *cap.* 31. *quæst.* 13. & Corduba *lib.* 3. *quæst.* 8 *pag.* 187 tenuitque olim Basilius, vt ipse, vbi infra, fatetur.

Sed probabilius, media via, Respondeo. Præratum actum menstruorum tempore exercitum, esse quidem peccatum, sed veniale dun taxat. (quod ii tantigitur, amota causa illum exercendi, nam tunc, omni culpa carebit) Ratio est, quia in eo coitu non nulla certe turpitudo, & indecentia specialis reperitur. Sic Palud. *in* 4. *dist.* 31. *quæst.* 3. *art.* 2. *num.* 12. & *dist.* 32. *quæst.* 1. *art.* 3. *num.* 13. Cajet. 2. 2. *quæst.* 154. *art.* 1 Armilla *ver. Matrimonium num.* 68. Victoria *num.* 276. Sotus *dist.* 32. *quæst. unica art.* 2. *ad* 2. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 15. *num.* 7. Barth. de Ledesma *dub.* 71. *de Matrim.* Petrus de Ledesma *quæst.* 64. *art.* 1. *dub.* 1 Rodriguez *tom.* 1. *Sum. cap.* 243. *num.* 17. Vega 1. *tom. Sum. cap.* 78. *casu* 3. quos, & alij, quos refert Sanchez *loc cit. num* 5. & *sequitur num.* 7. His addi possunt, Basilius *lib.* 10. *cap.* 14. *num.* 6. Ochagau. *tract.* 5. *de Matrimon. quæst.* 3. *num.* 1 Rebellus *quæst.* 19. *cit. num.* 14. Tolet. *lib.* 7. *cap.* 20. Vivald. *de Matrim.*. Vbi *de debito coniug.* Et Nauarr. *cap.* 16. *num.* 32. per hæc verba: Octano peccat, qui, vel quæ coniux debitum petit, aut reddit tempore menstrui, secundum S. Thomam *in* 4. *lib. sent. dist.* 32 & aliquot alios, pro quibus videtur *cap. ad eius* 5. *dist.* Contrarium tamen asserendum est cum Palud. *in* 4. *dist* 32. *quæst.* nempe quod non peccat (etiam venialiter) si eo fine petit, aut reddit, ne consorti fit odio, vel fornicationem eius, vel propriam euitet: mortaliter autem nunquam, etiamsi credat ex huiusmodi complexu monstrum aliquod conceptum iri, vt affirmat Palud & S. Anton. 3. *par. tit.* 1. *cap.* 20. §. 5. & ante multos annos tradidimus *in dist. cap.* Ad eius, & ante paucos asseruit vir doctissimus Alfonsus Castrensis *de lege pœnali lib.* 1. *cap.* 12. Huc vsque meus Nauarrus. Qui certe melius citat Castrum, pro nostra sententia, quam citant Sanchez, & Hurtado pro prima. Sic etiam Moure *cap.* 20. *cit* §. 1. *sub num.* 6. qui etiam citat Castrum pro nobis. Villalobos *tract.* 13. *diff.* 41 *num.* 8. Fagundez *lib.* 6. *in decalog. cap.* 3. *num.* 28. & 29. Cornejo *disp.* 6. *dub.* 3. *pag.* 940

QVÆSTIO XXII.

An sit mortale, petere, aut reddere debitum, tempore prægnationis, si aborsus prolis iam formatæ periculum sit?

NEGARE videtur Petrus de Ledesma *q.* 64. *de Matrim. art.* 1. *assert.* 4. *p.* 5. *mihi* 623. in casu, quo magnum sit periculum incontinentiæ coniugum; ait enim sic. Huic quæstioni facile respondetur, quod manifestum est tunc sufficere illud ad excusandum coniugem à debiti redditione, peniatis tamen hic, inde periculis aborsus, & ingravicationis, & si quæ sunt incontinentiæ in altero coniuge. Ita ille.

Sed certissime, absolue Respondeo esse peccatum mortale. Quia nullum profecto incontinentiæ periculum præponderare potest verisimile aborsus fœtus animati periculo, ita vt concubitus, eo existente, licitus reddatur. Nam illi continentiæ periculo, alijs vijs, & medijs consulere potest, absque fœtus damno. Sic optime, & omnino, Sanchez *lib.* 9. *de Matrim. disp.* 22. *num.* 1 Hurtado *disp.* 10. *ac Matrim. diff.* 3. *num.* 11. dicens esse communem omnium sententiam per hæc verba: conueniunt Doctores esse illicitum, & mortale, quando est probabile periculum aborsus prolis iam formatæ, id tamen accidere, rarissimum est, vt experientia constat, ac proinde ex hac parte, quando ob aliquam aliam peculiarem rationem, id prudenter non timetur, actus coniugalis nõ erit mortalis. Sic ille, & bene. Basilius *lib.* 10. *de Matrim. cap.* 14. *num.* 7. Fagundez *lib.* 6. *in decalog. cap.* 3. *num.* 30. & alij statum citandi.

QVÆSTIO XXIII.

An, etiam sit mortale, coire cum periculo aborsus prolis nondum formatæ; vel (quod idem est) aborsus, circa conceptionis initium?

AFFIRMAT adhuc esse mortale, licet aborsus huiusmodi minime intendatur, Tabiena Matrimonium 3. *q.* 5. §. 6

Sed probabilius Respondeo. Nullomodo esse mortale; etiam casu, quo probabile sit periculum dissipationis materiæ nondum formatæ. Quia dissipatio hæc non videtur tanti momenti, vt ob eius periculum, actus coniugalis sit mortalis eis, qui habent jus ad

ipsum actum. Erit tamen venialis, quia in ea dissipatione, aut etiam in probabili illius periculo, aliqua deordinatio reperitur. Sic Silvester, & Angelus, quos refert, & sequitur Sanchez *loc. cit.* Hurtado etiam *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO XXIV.

An, adhuc, actus coniugalis, cessante periculo aborsus, ex eo solum, quod habeatur tempore prægnationis, sit illicitus?

AFFIRMANT esse illicitum venialiter, ex eo quod semen illud frustretur generationis fine, Alensis, Palud. Raynerius, D. Anton. & alij, quos pro hac parte, refert Sanchez, inter quos sunt, Sotus *in 4. dist. 31. q. vnica art. 3. fine*, & Petrus Soto *lect. 16. de Matrim. §. Sunt etiam.* His addi possunt, Basilius *lib. 10. cap. 14. num. 7.* Azor *tom. 3. cap. 31. q. 13.*

Sed probabilius Respondeo: Minime esse, nec venialiter, illicitum. Primò. Quia nulla est lex id prohibens. Secundò. Quia cum vxores, magna temporis matrimonij parte grauidæ sint, vel abstinendum esset coniugibus fere semper à petitione, exactione vè debiti, vel innumera incurrerent venialia. Nec refert, quod illud semen generationis fine frustretur, vt ille actus coniugalis sit illicitus; nam potest ad alios fines honestos deseruire, quod sufficit. Sic Enriquez *lib. 11. cap. 15. num. 7.* Veracruz *3. par. spec. art. 17. concl. 3.* Palacios *dist. 32. q. 1. fol. 708.* Quos, & alios, refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 6.* (quamuis ex hijs, Palacius etiam pro contraria sentia ab ipso Sanchez referatur *num. 4.*) Hurtado *disp. 10. diff. 3. num. 23.* Ægid. *disp. 34. dub. 9. concl. 4.* Ochagauia *tract. 5. de Matrim. q. 3. n. 2.* Villalobos *tract. 13. diff 41. num. 9.* (quamuis attente sit legendus ob incuriam Typographi.) Machado *lib. 6. par. 7. tract. 2. dosum. 18. n. 4* Diana *3. par. tract. 4. resol. 244.*

QVÆSTIO XXV.

An sit culpa, petere debitum, tempore, quo expurgatio sanguinis post partum, durat?

AFFIRMANT esse culpam, & mortalem, tunc exigere debitum, aut etiam reddere, cessante fornicationis periculo, Anton. *rubr. de sponsal. n. 14* & ibi, Alex. de Neuo, *n. 21. casu 1.* vt refert Sanchez *loc. cit. n. 9.*

Negant verò è diametro alij, docentes, nec venialem culpam in eo actu inueniri. Ita Palacios, Ricard. Astensis, Angel. Rossella, & Enriquez, quos citat. & sequitur Sanchez *num. 11.* Ægid. *loc. cit. num. 78.* Hurtado *loc. cit. num. 23.*

Sed probabilius media via Respondeo: Esse quidem culpam, sed venialem tantum. Ducor ratione quæstione 3. proposita. Sic expresse Basilius *loc. cit. n. 8.* per hæc verba: Secundo colligitur, quid dicendum de copula statim post partum, ante purificationem ex sanguine. In hoc enim casu, eodemmodo iudicandum est, atque de ea, quæ est cum vxore menstruata: & Ioan. Azor *eap. cit. q. 15.* regulariter existimat esse veniale. Nec video, quo fundamento Thomas Sanchez, cum agens de accessu ad menstruatam agnoscat culpam venialem, in hoc casu neget *disp. 22. nucl. 11.* Nam & proli, & fœtui, si concipiatur eo tempore, damnum inferri constat ex Galeno *lib. 1. de sanitate tuenda.* Sic Basil. post Paludanum, Tabienã, Monald. & alios penes Sanchez *pun. 10.* Ochagauia *tract. 5. de Matrim. q. 3. num. 3.*

QVÆSTIO XXVI.

An etiam, sit culpa, debitum petere, tempore, quo mater sobolem lactat.

AFFIRMARVNT esse culpam mortalem Anton. *rubr. de sponsal. n. 14.* & Alex. de Neuo ibi *num. 21. casu 2.* Venialem verò tantummodo, Domin. & Tiraquel. penes Sanchez *loc. cit. num. 7.*

Sed probabilius Respondeo. Nullomodo esse, nec venialem, culpam, eo tempore vxori copulari. Quia in hoc, nulla deformitas est. Sic Sanchez, & penes ipsum, Ricard. Astens. Rosell. & Turrecrem. Basilius *loc. cit. num. 9.* Hurtado *loc. cit. num. 23.* Ochagauia *q. 3. cit. num. 4.* Bonac. *q. 4. de Matrim. pun. 1. num. 11.* Petrus de Ledesma *quæst. 64. art. 1. dub. 4.* Qui bene aduertunt, excusari ab obligatione reddendi debitũ matrem lactantem prolem, & ita pauperẽ, vt no possit alijs tradere prolẽ lactandã, si aduertat, lac futurũ valde perniciosum proli, aut vbera exicari.

QVÆSTIO XXVII.

An, tempore amentiæ vtriusque coniugis, liceitus sit actus coniugalis?

RESPONDEO Negatiuè. Nam reuera talis actus ex suo obiecto esset mortalis, ob periculum saltem, malæ educationis proli, quamuis ipsi amentes ex defectu delibe-

ratio-

nationis à culpa excusarentur omnino. Non tamen liberarentur à mortali, qui eos ad copulam incitarent, cum ad eundem prolis æducandæ damnum concurrerent. Sic tenent omnes. Sanchez *lib.* 9 *disp.* 23. *n.* 5. & penes ipsum, vterque Ledesma, & Ludou. Lopez. Hurtado *disp.* 10. *diff.* 3. *n.* 24. Ægid. *disp.* 34. *q.* 79. Ochagauia *tract.* 5. *q.* 3. *n.* 5. & alij.

QVÆSTIO XXVIII.

Vnde saltem, si alter coniux solus sit amens, sit licitus concubitus?

RESPONDEO. Ecce licitum ex natura rei. Vnde si aliàs nõ sit periculum aborsus, aut damni notabilis coningis sani, non erit culpabilis talis actus, Quia tamen probabilissimum est, subesse tale periculũ, vbi vxor est amens, & vir mentis compos, dicendum est, esse illicitum talem concubitũ (nisi vxor esset sterilis ita, vt nõ esset concipiendi spes) Licitum vero, si è contra, vxor esset mentis compos, & maritus imposteo quod tũc aberrãs periculum cessaret. Sic Sanchez *disp.* 23. *cit. à num.* 7. Ochagauia & Hurtado *loc. cit.* Basilius *lib.* 10. *c.* 14. *n.* 10. Bonac. *loc. cit. n.* 10. & alij.

§. IV. *De Circunstantia loci; qua vitiari copula coniugalis potest.*

QVÆSTIO XXIX.

An actus coniugalis in loco publico (id est, coram ijs) habitus sit mortale peccatum?

AFFIRMAT esse peccatem, ratione scandali, Basilius *lib.* 10. *de Matrim cap.* 10. *n.* 1. per hæc verba: Si actus coniugalis fiat in loco publico, certum est, esse peccatum ratione scandali; est enim ex se occasio ruinæ adspicientibus.

Sed ego absolute Respondeo: Esse quidem peccatum, & mortale, adduc secluso scandalo Quia, adhuc hoc secluso, grauiter dissonat rationi, & aduersatur decentiæ & honestati humanæ. Sic D. Thom. *in addit. q.* 64. *art.* 7. & ibi Petrus de Ledesma *dub. vnic. ad* 1. Sanchez *lib.* 9. *disp.* 15. *n.* 1. Hurtado *disp.* 10. *diff.* 4. *n.* 15. & Sa, *verb. peccatũ versu, facere.* Qui bene, ex hijs aliqui, addunt, idem esse dicẽdum de tactibus inter cõiuges publice habitis, si tales sint, quod suapte natura ad mortale inducant, aut (quod idẽ est) aspicientes ad venerem excitent.

QVÆSTIO XXX.

An actus coniugalis, extra casum necessitatis, in Ecclesia habitus, sit peccatum aliquod?

NEGANT esse peccatum aliquod, Glos. *in cap. Ecclesijs* verb. *femine* de *cons.* dist. 1. Vgo Hugo, Laurentius, & Gandulphus. Archidiac. ibidem, & in *cap. vnic. de consecr. Ecclesiæ, in* 6. Henricus *cap. fin. n.* 3. *de consecr. Ecclesiæ.* Rosella *verb. consecr.* 1. *n.* 9. Gerson 2. *par. q.* 147. *memb.* 2. Sa, *verb. Ecclesia n.* 14. Soto *in* 4. *d.* 13. *q.* 2. *art.* 3. *v. De quarto*, & Vazquez *tom.* 1. *in* 1. 2. *disp.* 98. *n.* 6 Quos omnes sic refert, & sequitur Basilius *lib.* 10. *de Matrim. cap.* 10. *n.* 13. Ita etiam Hurtado *disp.* 10. *diff.* 4. *num.* 16. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Esse peccatum, & mortale. Quia probabilius est, talem actum in eo casu, esse sacrilegium. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 8. referens pro hac parte Sotum *in* 4 *d.* 32. *q. vnic. art.* 3 *concl.* 3. Petrum Sotum *lect.* 16. *de Matrim. fine.* Enriquez *lib* 11. *de Matrim. c.* 16. *n.* 4. Suarium 3. *part. q.* 83. *art.* 3. *disp.* 81. *sect.* 4. Rodriguez 1. *tom. Sum. c.* 243. *n.* 9. 10. Nauarrum *c.* 16. *n.* 32. Petrum de Ledesma *de Matrim. q.* 64. *art.* 7 *concl.* 1. & *in Sum. tract. de Eucha c.* 20. & alios quã plures. Quibus addẽdi sunt, statim à vobis citandi.

QVÆSTIO XXXI.

An etiam sit mortale peccatum, dictus coniugalis actus, exercitus in Ecclesia, in casu necessitatis, v. g. quando coniuges diu sunt intra illam, inclusi?

AFFIRMANT, etiam in hoc casu esse mortale, eo quod existiment, nullam ad id esse necessitatem præcissam, Palud. 4. *d.* 18. *quæst.* 8 *artic.* 4. *num.* 20. D. Antonin. 3. *part. tit.* 1. *cap.* 20. §. 2. Caiet. *verb. Matrim. cap. vltim. ver.* 6. *caput.* Natar. *cap.* 16. *num.* 32. Viuald. *de Matrim. Vbi de debito coniugal. num.* 262. Armilla. *verb. debitum num.* 6. Valentia *tom.* 4. *disp.* 10. *generali quæst.* 6. *punct.* 2. §. 7. Graffis *in decis. cap.* 48. *n.* 26. Toletus *lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 14. Quos omnes, & alios referunt pro hac parte Sanchez *n.* 9. & Basilius *n.* 12.

His

His Doctoribus ex parte consentiunt alij, docentes, talem actum coniugalem, esse quidem mortalem si publice in Ecclesia exerceatur, aut coniuges publice in eodem choro accubent; secus vero si occulte exerceatur actus ille. Ita Angles *flor. b. 1. part. de Matrim. q. 6. de solu. debito.* Rodriguez *tom 1. Sum. c. 243. n. 19.* Vega *tom. 1. cap. 781* Ludouic. Lopez. *1. part. instruct. c. 33.* Canedo *Sum sacram. tract. de Matrim. c. 8. n 75* & alij.

Sed probabilius Respondeo. Non esse mortale in proposito, casu talem actum in Ecclesia exerceri. Quia probabilius est, Ecclesiam, in casu necessitatis, nolle obligare coninges ad abstinendum. Sic Suarez *3. par. q. 83. artic. 3 disput. 81. sect. 4.* Enriquez *lib. 9. de Missa. c. 27. n. 5. & lib 11. cap. 16. n 4.* Petrus Ledesma *de Matrim. q. 64. artic 7. concl. 1. & in Sum. tract. de Euchar. cap. 20. diff. 1.* Barth. de Ledesma, Silvest. Castro, Palac. quos, & alios, vsque ad 27 Doctores refert & sequitur Sanchez *loc. cit. n. 12.* & à fortiori idem docent authores primæ sententiæ præcedentis quæstionis. De quo etiam egimus *1. part. tract. 5. disp. 8. §. 4. q. 14.*

§. V. *De Circunstantia situs, & innaturalis vsus, qua vitiari copula coniugalis potest.*

SOLARES radij (ò lector) nec dafæcantur, nec fulgorem amittunt, si per luti, stercorisque plenos ambulent situs. Sic nec scriptorum speculatiuum lumen obumbratur, si per tot innaturales, inusitatosque copulæ situs discurrat. Equidem libenter sermonem texere de his, omitterem, si libenti animo omissionem Confessores sufferrent. Vnde minus bene Basilius Legionẽsis inquit; *Rem hanc medicis relinquamus; Theologis, qui cæ ibem vitam agentes experimento discere non possunt speculari, turpe; scribere turpius est.* Vbi turpitudo in speculatione? Vbi maior, in scriptura? Nonne multo maior in collocutione, & consultatione cum Medicis? Si enim tibi speculatum, turpe; turpius profecto consultatum. Insuper medicorum experientia non pendet à visu, sed ab habitu: ergo sufficiat etiam in scriptoribus, & Confessoribus experientia auditus, quam ab ipsis pœnitentibus accipere possunt. Sit ergo.

QVÆSTIO XXXI.

An copula coniugalis habita è latere, sedendo, stando vè, sit mortalis?

AFFIRMANT Palud. *in 4. d. 31. q. 3. art. 2.* Præpositus *Rubr. de spons. n. 13.* Monald. *in Sum. de Matrim. tit. de bonis matr.* Alexand. Angelicus, quem refert & sequitur Henricus *cap. Inquisitioni de sent. excommunic. n. 12.* in quorum sententiam inclinat Abulens. *cap: 5. Matthæi q. 227.* fundamentum illorum est; quia hi modi habendi copulam, naturæ ordini aduersantur, per illosque incerto redditur proles: ergo talis copula prædictis modis exercita, saltem absque necessitate, mortalis erit.

Sed probabilius Respondeo: Nullo modo esse mortalem copulam, quouis, ex dictis, modo, exercitam, etiam absque aliqua necessitate; dummodo vas legitimum seruetur, nec sit probabile periculum effusionis seminis extra illud: sed grauem solum venialem. Quia probabilius est, nullum corporis situm in concubitu si semen recipiatur, obstare generationi; vt late probat Sanchez. Sic ipse *lib. 9. disp. 16. à num. 3.* & penes ipsum Caiet. *2. 2. q. 154. art. 1. circa sol. ad 4* Victoria *n. 273* Petrus Soto *lect. 16. de Matr.* Nauar. *c. 16. n. 42.* Enriquez *lib. 11. c. 16 n. 6* Petrus de Ledesma *de Matrim. q. 64 art. 6. dub 2. concl. 7.* Rodriguez *1. tom. Sum. c. 243.* Vega *1. tom. c. 78 casu 2.* Sa, *verb debitum coniugale; ver. nullus modus* & alij vsque ad 30. Doctores. Quibus possunt addi Ægid. *disp. 34. dub. 9.* Toletus *lib. 7. cap. 20.* Hurtado *disp. 10 diff. 5. n. 19.* Rebellus *lib. 3. q. 19. n. 11.* Villalobos *tract. 13. diff. 41. n. 6. & tract. 40. diff. 15. n 2.* Fagundez *lib. 6. in Decalog. cap. 3. num. 23. & 24* Trullench, *lib. 6. in Decalog. cap. 1. dub 8. § 4.*

QVÆSTIO XXXII.

An saltem, copula habita in vase legitimo, præpostero tamen modo; aut viro succumbente, sit culpa lethalis?

AFFIRMANT expresse Abulens. *loc. cit. & q. 230.* Philiarcus *de offic. Sacerd. to. 1. part. 2. l. 4. c. 19.* Vincent. *in spec. moral. tom 3. lib. 3. d. 2. p. 9* & loquendo speciatim de modo præposteto, Alens. *2. part. q. 171. mem 3* Astens. *2. part. Sum. lib. 8. tit. 9. art. 2. q. 1.* & Alexand. *in suo Enchirid. 2. part. in 6.*

in 6 præcepto, docentes, id ita esse verum, vt nec iusta causa excusset à culpa, quamuis illam extenuet. Loquendo autem de modo, quo vir est sucubus, & fœmina incuba, id ipsum docent Henricus *in d. c. Inquisitioni, n.* 5. Astens. *q.* 2. Veracruz 3. *part. spec. art.* 15. *concl.* 2 & dicit probabile Enriquez *lib.* 11. *c.* 16. *n* 6. & in id inclinat Basilius *lib.* 10. *c.* 11. *n* 2. Quatenus ait, sibi difficile videri, quod nullo coeundi modo, ex illis quos cogitauit libido, impediat generationi: ergo difficile est Basilio, quod copula, aliquo ex præsuppositis modis habita, non sit mortalis.

Sed probabilius Respondeo: Adhuc talem concubitum, aut copulam, præfatis modis exercitam, non esse mortale, aut non excedere culpam venialem. Quia probabilius est, per tales modos non impediri generationem, dummodo intra vas naturale fiat seminis receptio. Sic Sanchez *loc. cit. à n.* 2. & omnes authores pro nostra sententia nuper citati. Qui bene addunt, quod multoties, nec venialis sit culpa mutare situm, vt quando non captandæ voluptatis gratia, sed iusta aliqua causa intercedente, v. g. si mala affectio corporis alium modum coeundi non patiatur, vel ob viri pinguedinem, vel ad vitandum in muliere aborsum, vel alia iusta ocurrente causa. Legantur D. Thom. *in* 4. *d.* 37. fine. Sanchez *loc. cit. n.* 6. Fagundez *lib.* 6. *in Decalog. c.* 3. *n.* 24. 25. & 26 & alij penes ipsos.

QVÆSTIO XXXIV.

An sit mortale reddere coniugi exigenti debitum, modo in debito quoad situm?

AFFIRMANT esse mortale reddere quãdo in exigente petitio est mortalis; veniale vero, quando in exigente est culpa venialis, Armilla, *verb Debitum n.* 7. Palac. *in* 4 *d.* 32. *disp.* 1. *fol.* 712. *casu* 10. (licet non omnino expresse) D. Antonin. 3. *par. tit.* 1. *cap.* 20. §. 3. & 7. & alij penes Sanchez *lib.* 9 *disp.* 16. *n.* 8. Trullench *lib.* 6. *in Dec. c.* 1. *dub.* 8. §. 1. fine, & penes ipsum Enriquez *lib.* 11 *cap.* 16. *n* 6.

Sed probabilius Respondeo: Nullo modo esse peccatum, adhuc veniale, reddere debitum petenti, modo ex nuper assignatis, in debito. Quia probabilius est exigentẽ sic, solum peccare venialiter: at sic est, quod coniux, non solum potest, sed tenetur, reddere debitum in omni actu, qui mortalem culpam excludat, & ex quo sequi potest generatio, nec datur periculum vertendi semen: ergo. Sic Sanchez *loc. cit.* Caiet. 2. 2. *q.* 154. *art.* 1. *circa solutio. ad* 4. §. *Ad secundum de modo.* Petrus Soto *de Matrim. lect.* 16. Nam. §. *finẽ sequitur*, ait variationem situs esse culpam venialem. & § *vltimo*, dicit, quoties sola est culpa venialis in petente, tenetur alterum reddere. Fagundez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 3. *n.* 27. & Basilius *lib.* 10. *cap.* 11. *num.* 4.

QVÆSTIO XXXV.

An copula viri cum vxore sodomitice habita; sit, ex parte vtriusque coniugis, mortalis?

NEGARVNT quidam (vt refert Abulens. *cap.* 5. *Matth. q.* 224.) existimantes, id solum esse mortale in viro agenti, non vero in fœmina patienti, quia non habet sui corporis potestatem.

Sed certissime Respondeo: In vtroque coniuge esse mortale. Patet, quia dicta copula, cum aduersetur fini naturali, qui est generatio prolis, manifesta est sodomia lethalis, peccatumque contra naturam; ergo in vtroque coniuge mortalis. Confirmatur, quia dicta copula non est matrimonialis, quæ sola licita est, nec vir habet potestatem in vxoris corpus ad alium vsum: ergo. Sic communiter omnes Doctores. Sanchez *lib.* 9. *disp.* 17. *n.* 2. & 3. Basilius *loc. cit. n.* 5. Fagundez *loc. citat. n.* 17. & alij penes ipsos.

QVÆSTIO XXXVI.

An peccet mortaliter vir, qui volens legitimam copulam cum vxore habere, vt se ad eam excitet, illam incohat sodomiticè?

NEGAT Nauarr. *lib.* 5. *consil. tit. de pœnit. & remiss. cons.* 7. Vbi, huic quæstioni, his verbis, proponitur; *Secundo quæritur. Vxoratus, dum vult ab vxore debitum exigere, vt magis delectetur, incipit cum vxore actum sodomiticum citra animum illud perficiendi, prout nec perficit, imo tandem seminat in legitimo vase. Dubitatur, an hæc actio sit peccatum mortale, & an sufficiat, sit pœnitens dicat, tetigi meam coniugem tactu illicito, vel teneatur explicare factũ clarius.* His alijs Respondet. *Ad secundum quæstionem respondetur, quod in casu illius videtur tantum esse peccatum tactus illiciti.* Ita Nauarrus. Tunc Sãchez. Fatetur ergo Nauarrus,

non

non teneri virum confiteri circunstantiam sodomiæ; quia aperte solam venialem culpam in eo actu cognoscit. Sententiæ huic fauet etiam Quandus *in 4.d.31.q. vnica pro pos.* 3. dum ait, omnem actum libidinosum excusari posse inter coniuges, si absit periculum pollutionis. Citat etiam Diana (vbi infra) pro hac parte, Angelum, *verb. Debitum. n.25.* Zerolam *in praxi pœnitent. c.12.q.25.* Iacobus de Graffis *tom.1.lib.5.de adult. consil.3.n.11.* & Zanardum *in director. Confess.1.part.tract.de Matrim.cap.41.§.10.*

Sed certissimè Respondeo: Peccare mortaliter, peccato sodomiæ inchoatæ. Quia ille tactus, nec ex se, nec ex tangentis intentione, potest ad naturalem copulam referri; nam actus ille est contra naturam, mediumque omnino improportionatum ad copulã legitimam, & naturalem; ergo semper erit mortalis contra eamdem naturam. Sic Sanchez *loco citato n.5.* & alij viri doctissimi à se consulti. Basilius *loc.cit.n.5.* Fagũdez *loc. cit.n.18.* Diana *2.parte tract.17.* (& 3 Miscel.) *resol.37.* & *3.part.tract.4 resol.204.* Bonacina *q.4.de Matrim.punct.11.num.12.* Trullench *lib.6.in Decalog.c.1.dub.8 §.2. num.4.*

QVÆSTIO XXXVII.

An similiter, peccet mortaliter, vir, si solum perfricaret pudendum in vase præposteri vxoris, in ordine ad copulam legitimam habendam.

NEGATIVAM sententiam tenere Thomã Sanchez *tom.3.de Matrim.lib.9. disp.17.n.5.* his verbis: *Si vir superficie dumtaxat vasis præposteri vxoris refricaret sua pudenda, vel in os eius intromitteret, cessante omni pollutionis periculo, non crederem esse lethale; cum os, non sit vas ordinatum ad copulam sodomiticam, nec intra vas præposterum, ad eam tendens virile membrum includatur, sed solum superficiem eius externam tangat; quare tactus hic reputatur instar aliorum inter coniuges, qui ad summum culpæ veniales sunt:* ait Diana 3. *part. resol.* 204. citata, & pro eadem sententia (licet nõ referens verba) citat illum Fagundez *loc. cit.n.19. pag. mihi 19.* Sed certe, verba præfata, quæ ex Thoma Sanchez, refert, & affert, pro hac parte, Diana, nullo modo extant in impressione Antuerpiana, apud Ioannem Hasrei, anno 1614. sed omnino sublata, vel consulto, vel ex incuria Typographi. Possunt tamen & à fortiori pro hac sententia adduci, Nauar. Angel. Zerola, & alij nuper pro prima sententia quæstionis præcedentis, relati, & citati.

Sed probabilius multo, imo mihi certò Respondeo. Peccare mortaliter talem virũ. Quia tale vas, nec proxime, nec remote ordinauit natura ad legitimam copulam, sicut ordinauit manus, crura, & similia. Deinde quia periculum est, nè homo carnis pruritu irritatus, in eam partem semen luxuriosè effundat. Sic Basilius *loc. citat.* Fagundez *loco citato num.19.* Diana *loc. citat.* & alij.

QVÆSTIO XXXVIII.

An si coniugatus immitteret virile membrum in os fœminæ, etiam percaret mortaliter?

NEGAT cum Thoma Sanchez, Diana *2. part.tract.3.* Miscel. *resol.37.* per hæc verba: Ad secundum respondit etiam Sanchez vbi supra *disp.17.num.5.* negatiue; sicut ego etiam opinor, non peccare mortaliter, si coniux intra vas naturale fœminæ digitos, quasi membrum virile immitat. Ratio est, quia talis tactus, non est medium improportionatum, nec alterius ordinis luxuriæ sicuti est inchoatio copulæ sodomitice, etiã non animo consummandi. nisi intra vas legitimum. Ita Diana. Sed, vt nuper dixi, sententia, quam ex Sanchez, refert, sublata est in impressione Antuerpiana. Vnde.

Probabilius multo Respondeo: Etiam peccare mortaliter. Sic Fagundez *loc cit.* ita dicens: Iam verò si membrum virile in os imitatur, mihi sine dubio peccatum mortiferum videtur, cum sit inaudita species luxuriæ, & plusquam contra naturam, si fic dicere fas est: deinde quia est proximum periculum cõsummandi præposterum, & innaturalem coitum in ore, square non veniales tantum huiusmodi tactus esse existimo inter coniuges matrimonio copulatos, sed mortales omnino; horret enim natura similes libidinis modos, etiam inter ipsos coniuges, cum nec inter animantes fiant. Sic ille & bene. Sicut & bene Diana *part.6.tract.7.resol.7.* insurgit contra Sanchez (imo meo videri contra se quidquid ille nolit) per hæc verba. Et ideo ego puto etiam seclusio pollutionis periculo virum immittendo membrum in os coniugis mortaliter peccare; nam tunc coniux

non

non osculatur illud simpliciter, sed irrumat, & ideo hanc circunstantiam tanquam speciem mutantem esse in confessione aperiendam. Vnde ex his refellendus venit Sanchez *de Matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 17. n. 5.* quem ego citaui *in part. 2. tract. 3. Miscell. resol. 37.* asserens, virum immittentem membrum in os vxoris non peccare mortaliter, verum, vt diximus à sententia Fagundez non est recedendum. Sic Diana, & bene, sed non consequenter.

QVÆSTIO XXXIX.

An sit peccatum lethale, semen extra vas naturale vxoris fundere?

RESPONDEO, tanquam certum; Esse quidem lethale, si consulto, & cum aduertentia id à marito fiat. Quia est peccatum mollitiei, cuius est intrinseca malitia. Sic omnes Doctores. Sanchez *disp. 17. it. n. 12.* Basilius *cap. 11. cit. n. 6.* Fagundez *n. 20.* & alij. Limitant tamen hanc sententiam Præfati Authores docendo, posse quandoque id absque mortali contingere culpa; quandoque etiam absque veniali. Absque mortali; casu, quo parua aliqua pars seminis, dummodo alia retineatur elabatur. Absque veniali etiam, casu, quo præter intentionem, dum vir legitime congredi conatur, ex festinatione quadam, & vigore naturæ semen extra effundit. Legantur Sanchez & Basilius *loc. cit.* & Hurtado *disp 10. diff. 5. n. 20.* Diana *3. part. tract. 4. resol. 204.*

QVÆSTIO XXXX.

An, dum vir semen effudit teneatur sub mortali effusionem fœminæ expectare?

AFFIRMAT Ochagauia *tract. 5. de Matrim. q. 2. fine*, quem citat, & sequitur Hurtado *loc. cit. n. 21.* ita dicens: Addimus maritum, qui iam in actu ipso seminauit, si non expectet seminationem vxoris, peccare mortaliter contra naturam, vt contra Sanchez *lib 9. disp. 17.* & contra Basil. *lib. 10. cap. 11.* docet Ochagauia *tract. 5. q. 2.* quia ad generationem etiam requiritur seminatio fœminæ. Ita ille.

Sed probabilius Respondeo: Nec sub veniali teneri. Quia probabilius est semen fœmineum, nec esse necessariam, nec actiue ad generationem concurrere. Sic Basilius *cap. 11. cit. n. 3.* hæc dicens; Denique illud addendum est, non esse necessarium, vt vterque simul concurrant in seminis effusione; cum semen fœminæ certius sit, apud Medicos, & Philosophos, non esse actiuum principium generationis. Quare expectare vir non tenetur, licet possit etiam effuso semine, adhuc copulam continuare, vt fœmina seminet. Sic ille, post Thomam Sanchez *loc. cit. num. 9.* Enriquez *lib. 11. de Matrim. cap. 16. n. 7. fine.* Bonac. *quæst. 4. de Matrim. punct. 6. n. 15* Diana *3 part. tract. 4. resolut. 204 & part. 5. tract. 14. resol. 37.* Ex hoc colligens, non esse reum culpæ lethalis virum, tactibus irritantem venerem, scientem se ob id præmaturius fœminam, seminare.

QVÆSTIO XXXXI.

An vxor licite possit se ad seminandum tactibus incitare si vir postquam seminauit se retrahat, ante seminationem vxoris?

NEGANT (penes Dianam) Rodriguez *in Sum. part. 3. cap 88. num. 4.* & Hurtado *disp. 10. diff. 5.* Sed certe ex his, Hurtado in editione Complutensi id non docet, forsan docebit in editione Antuerpiana.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Primo, quia alias relinquerentur vxores in euidentissimo periculo peccandi mortaliter, cum frequenter viri, vtpotè robustories præmaturius seminent, & illico recedant, manente in fœminis valde irritata natura. Secundo. Quia illa prouocatio, & incitatio vxoris est perfectio copulæ & consummatio illius, & moraliter loquendo, idem actus: ergo. Sic Bonac. *quæst. 4 de Matrim. quæst. 4. punct. 6. num. 15.* & Diana *2 part. tract. 17. & 3. Miscel. resol. 38.* citans pro hac parte Thomam Sanchez *lib. 9. disp. 17. n. 12.* (Sed in editione Antuetpiana, à nobis supra citata, abrasa fuit hæc pars ab isto authore) Lessium *lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 94.* in editione facta Parisijs anno 1618. Homobonum *de Exam. Eccles. part. 1. tract. 7. cap. 28. quæst. 126.* & Zanardum *in director. Theolog. part. 1. de Matrim. cap. 41. §. 11. dico.* Quibus addi possunt Fagundez *lib. 6 in Decalog. c. 3. n. 21. pag. mihi* 19. qui etiam pro hac parte citat Thomam Sanchez *loc. cit.*

QVÆS-

QVÆSTIO XXXXI.

An peccet mortaliter vir, qui copula inceptа, desistit à seminando, si vxor iam seminauit?

NEGARVNT aliqui, quos, suppresso nomine refert Sanchez *lib.9.disp.19.n.2.*

Sed certissime Respondeo: Peccare mortaliter (nisi casu, quo data opera effusioni, non posset seminare.) Quia id est contra finem naturalem generationis, quæ postulat, vt consummata copula ex parte fœminæ, consummetur etiam ex parte viri, alioquin frustraretur, ac prodigeretur semen fœmineum. Sic Sanchez *n.4.* & penes ipsum, Caiet. Palud. Angel. Rosella, Sa, Enriquez, & alij. Hurtado *diff.5.cit.n.21.* Qui idem docet, & merito, de fœmina, quæ postquam seminauit, seminationem viri non expectat, nempe, peccare mortaliter contra naturam.

QVÆSTIO XXXXII.

An licite possint coniuges inchoare copulam delectationis causa, & postea eam non absoluere?

NEGANT Siluester *verb. Debitum coniugale q.7.* Graffis *1.part.decis.lib. 2. cap.82.num 16.* Petr. de Ledesma *de Matr. q.49.art.6.dub.2.concl.4* Enriquez *lib. 11. cap.15.n.4.* & Azor *3.part.lib.3. cap. 24. quæst.9.*

Sed probabilius Respondeo: Licere: dummodo, nec subsit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor, inchoata ea copula, contenta sit. Quia copula absque seminatione, reputatur instar tactuum partium verendarum, qui inter coniuges, cessante pollutionis periculo, liciti, & permissi sunt: Sicut ergo tactus, etiam si ex natura sua ordinentur ad actum, liciti sunt, quamuis non sit vltra progressus; sic & erit inchoata copula. Sic Sanchez *lib.9.disp.19.n. 3.* & penes illum, Caiet. *2.2 q.154.art.11.* Palud. *in 4.d. 31.q.3.art.2.n.15.* D. Antonin. *3.part.tit. 1.cap.20.§ 6.* Veracruz *3.part.spec. art.15. concl.5.* Sa, *verb. Debitum coniugale, vers. Inchoatam copulam.* Angel. Tabiena, & alij. Basilius *lib.10.cap. 11.n.9.* Hurtado *disp. 10.diff.5. fine.* Filliuc. *tract.10.c 9.* Diana *3. part. tractat. 4. resol. 204.*

QVÆSTIO XXXXIII.

An actus coniugalis liceat senibus, qui, præ ætate debiles, minime intra vas fœmineum seminare valent?

RESPONDEO: Licere, si subsit aliqua spes probabilis seminandi intra vas, aut si aliquando, licet vix, intra seminet, in his enim casibus licite poterunt coire, conando seminare intra, quamuis semen, forsan præter intentionem, extra vas fundatur; secus vero si senes certo sciant, se non posse intra vas fœmineum seminare; quia tunc non poterunt vti copula, quamuis vti possint oculis, amplexibus &c. periculo secluso pollutionis. Hoc totum patet à simili in impotentibus, quibus conceditur triennium ad experiendum, an potentes sint: Nam quamdui dubia impotentia est, licite possunt, imo & debent copulari (cum hoc impedimentum experimento solo cognoscatur) quamuis sæpe contingat extra vas semen effundere; donec certo constet impotentia, nam tunc iam erit copula mortalis. Sic Sanchez *disp. 17.n. 20.* Basilius *cap.11.num.6.* Bonac. *q.4. de Matrim.punct. 6. num. 17.* & penes ipsos, Nauarr. *cap.22 n.60.* Enriquez *cap.16.num. 7. & cap.15 n.4.* Reginald. *lib. 31.n. 334. concl.6.* & alij.

QVÆSTIO XXXXIIII.

An licita sit copula vxori, quæ post coitum, non potest semen intra vas retinere?

RESPONDEO: Esse licitam. Tum quia seminis expulsio euenit per accidens, & præter intentionem; est enim semen istud aliquando, tam præferuidum, ac calidum, vt vix illud retinere possint fœminæ. Tum quia vxor, semper fere retinebit semen ad generationem necessarium, etiam si superfluum reijciat. Sic omnes Doctores citati, & citandi.

QVÆSTIO XXXXV.

An teneatur sub mortali fœmina, conseruare semen receptum?

AFFIRMAT Fagundez teneri, nisi aliqua causa rationabilis excusset, vt v. g. periculum mortis in partu, aut labor magnus &c. per hæc verba; Vxor denique vel quæcũque

que alia fœmina statim post copulam se inuertens, vt semen emittat, ne concipiat, & generet, peccatum lęthiferum admittit ex natura sua, nisi aliqua causa rationabilis excuset, v.c. periculum mortis in partu, aut labor magnus, & magnum detrimẽtum in illo retinendo. Ita ille *lib. 6. in Decalog. cap. 3. num. 50. pag. 24.*

Sed ego certissime Respondeo. Teneri absolute sub mortali ad conseruandum semen receptum, nec contrarium nunquam vllo bono fine honestari posse. Quia impedire generationem de se est intrinsece malum: ergo nec vnico casu id licebit. Sic Sanchez *lib. 9 disp. 20. num. 2.* ita loquens: Hinc infertur, fœminam sumentem, & ei porrigẽtem potionem, vel quiuis aliud, quo prolis conceptioni obsteatur, mortalis culpę contra naturam reos esse: ita vt nullo bono fine honestari possit. Qua data opera, impeditur semen à suo naturali fine generationis, parumque, & solum secundum magis, & minus distat à seminis effusione extravas. Ita *D. Th. 4. d. 31 fine expositionis lit.* Caiet. *22. q. 54. art. 1. circa fol. ad 4. § Ad singula autem obiecta.* Tabiena *Matrim. 3. fine* Angel. *verb. Debitum num. 27.* vbi Siluest. *quæst. 7.* Nauarr. *Sum. cap. 16. n. 33.* Margarita *confes. 6. præcepto fol. 88.* Petrus de Ledesma *de Matrim. q. 49. art. 6. dub. 2. concl. 6.* Philiarcus *de offic. Sacerd. tom 1. par. 2. lib. 4. cap. 19. §. 5. peccat.* Et constat ex *cap. Aliquando. 32. quæst 2.* Quod est ex D. Augustino. Hucusque Sanchez. Sic etiam Basilius *lib. 10. cap. 13. num. 1.* per hæc verba: Restat, vt explicemus, quid vxor præstare debeat in retinendo accepto semine, & prospiciendo fœtui dum est in vtero. Et primum facile explicatu est. Certum enim illam nihil posse facere ad generationem impediendam, non venena sterelitatis sumere, non potionem, nec statim post copulã conari eijcere, surgere, aut alia facere quibus expellatur. Nec verò necessariũ est, vt diu immota permaneat; breui enim tempore matrix semen recipit, & ad se rapit; aut si minus dispositа est, eijcit. Illud tamen prohibemus, ne ipsa ad eiectionem conetur, frustraret enim semen suo fine, essetque peccatum mortale. Ita ille. Enriquez *lib. 11 cap. 6 n. 8.* Bonac. *quæst. 4 pun. 6. num. 18.* & alij.

QVÆSTIO XXXXVII.

An fœmina, quæ post copulam statim mingit, vt receptum semen effundat, peccet mortaliter?

NEGAT Petrus Bellochius in praxi *de cas. reseru. par. 2. q 4. n. 365.* vbi ita asserit (vt refert Diana) Quia sæpè solet mulier mingere post coitum, vel se erigere, vt semẽ emittat, ne concipiat, saluo meliori iudicio, credo, quod non peccet saltem mortaliter, nam ex hoc, vt liquido patet, non impeditur prolis generatio, quando quidem aiunt Siluester, *verb. Debitum num. 6.* & Conradus *par. 2. q. 315.* matrix mulieris habet vim attractiuam, & retentiuam seminis vnde frustra post coitum mulier mingit, vt illud foras emittat. Ita Bellochius. Cui satisfaciunt Diana dum putat, dictas mulieres sic facientes, peccare contra conscientiam erroneã; si credant, ita mingẽdo, peccare. Angelus vbi infra, & Fagundez *loc. cit.* docẽtes, id nõ esse mortale, casu, quo ex causa rationabili fiat.

Sed mihi certissime Respondeo: Peccare mortaliter, non solum propter mortalem intentionem, quam habet impediendi generationem, sed quia re vera facit aliquid, quo semen frustretur fine suo. Sic expresse Sanchez *loc cit. num. 3.* ita dicens: Infertur, similem culpam mortalem contra naturã admittere fœminam, quæ statim post coitum, orinam effundit, aut se erigit, aut quidquam aliud facit, quo semen receptum expellat. Quia similiter frustrat ex intentione semen suo debito fine. Ita Siluester, & Margarita *confes. num. præcedenti* allegati Enriquez *lib. 11. de Matrim. cap. 16. n. 8. init.* Nec est audiendus Angel. *verb. Debitũ n. 27* dicens, posse sustineri non esse mortale, quando ex iusta causa fit; tribuitque Siluester hanc sententiã Paludano, sed fallo, eam enim non tenet. Sic Sanchez, Bonac. *loc. cit. n. 18.* Basil. *loc. cit.* Rebell. *lib. 3. q. 19. n. 14* Reginald. *lib. 31. n. 334.* & communis.

QVÆSTIO XXXXVIII.

An mulier satisfaciat suæ obligationi, si viro exigenti debitum, præstet vsum sui corporis, conuertens tamen animum ad alia, ne natura excitetur?

NEGARE tenentur, qui docent fœmineũ semen requiri omnino ad generationẽ: quia concitatio naturæ requiritur ad seminã dum: ergo si semen mulieris est ad generationem necessarium, necessario tenebitur ad se excitandum, vt reddat.

Sed probabilius Respondeo. Satisfacere suæ obligationi, & sufficere, si vsum vasis naturalis marito tribuat, animum ad alia conuertendo, & sic remanendo frigidam. Quia probabilius est, vt supra vidimus, fœcundum tamen non esse omnino necessarium ad generationem: ergo non tenebitur se excitare ad seminandum. Sufficit ergo illi, vsum sui corporis, & vasis naturalis, sine tali concitatione præbere. Sic Ioan. Præpos. *in 3. par. q. 6. de bonis matrim. disp. 4. num. 35.* Quem citat, & sequi videtur, Diana *par. 5. tract. 14. resol. 37.*

§. VI. *De Circunstantia damni reddentium debitum, ex qua vitiari actus coniugalis potest?*

QVÆSTIO XXXXVIII.

An cum proprio salutis detrimento teneatur, aut possit, coniux reddere debitum?

RESPONDEO: Nec teneri, nec posse reddere. Prima pars constat. Quia, secundum ordinem charitatis, quilibet tenetur sibi plusquam alteri: ergo si redditum debiti redundet in damnum propriæ personæ, non tenebitur quis alteri debitum reddere. Secunda, etiam constat. Quia coniux non habet propriæ vitæ dominium: ergo ad habendam moderatam curam illius obligatur: ergo, &c. Sic Sanchez *lib. 9. disp. 24. num. 2. & 8.* Basilius *lib. 10. cap. 14. num. 2.* & communis omnium Doctorum.

QVÆSTIO XXXXIX.

An laborans febri, teneatur reddere debitum?

NEGANT teneri Sanchez *loc. cit. num. 3.* & penes ipsum, Palud. *4. dist. 32. quæst. 1. art. 2. num. 7.* Sotus *ibi q. vnica art. 1. ad 2.* Ledesma, Zelada, & alij. Bonac. *q. 4. pun. 1 n. 4.* & alij.

Sed clarius Respondeo: Nec teneri, nec posse reddere debitum, nec ab eo sine peccato exigi: propter rationem nuper adductam. Idem dicendum est, de coniuge grauiter vulnerato, aut graui dolore affectu, si copula grauiter noceat illi dolori, aut vulneri. Sic Basilius *num. 3.* & alij.

QVÆSTIO XXXXX.

An coniux teneatur reddere debitum, statim post prandium?

NEGANT teneri, regulariter, & vt in plurimum, quia copula post prandiũ statim habita, solet esse causa grauis detrimenti, Bonacina *loc. cit.* Sanchez *loc. cit. num. 4.* & penes ipsum Palud. qui refert, se à Medico quodam didicisse, virum quemdam in phtisim incidisse, quia solitus erat post prandium cognoscere vxorem. Ita etiam Villalob. *tract. 13. diff. 48 num. 1.*

Sed clarius Respondeo. Nec teneri, nec posse, dicto tempore, reddere debitum, si detrimentum cognouerit salutis inde sequi, vt sequi prædicti authores affirmant. Vnde in hoc casu (vt ait Basilius) consulendi sunt Medici, & iudicium ferendum de temperamento, & complexione hominis, cum aliquibus possit esse notabile damnum, in alijs leue. Sic ipse, *loc cit.* Idemque dicit, dicendum in casu, quo coniux sæpe, ac sæpius petat, si ex ea redditione notabilem debilitatem incurrat; negare enim poterit, & tenebitur sub mortali, vel veniali, pro quantitate damni illati. Sic ipse, & antea Sanchez *loc. cit. num. 6.*

QVÆSTIO LI.

An, sanus coniux teneatur reddere debitum alteri coniugi leproso?

AFFIRMANT teneri, etiamsi periculum infectionis adsit; Sotus *in 4. dist. 32. q. vnica, fine corporis*, vbi Basolis *q. vnica art. 3.* & nonnulli alij.

Fauent horum sententiæ alij docentes absolute, teneri coniugem sanum ad reddendum cum cõiugi leproso debitũ; quia sic expresse decidit *in cap. 2. de leprosorum coniugio*, illis verbis: Quod si virum, siue vxorem leprosum fieri contigerit, & infirmus à sano carnale debitum exigat, generali præcepto Apostoli, quod exigitur est soluendum; cui præcepto nulla in hoc casu exceptio inuenitur. Ita sentiunt D. Thom. D. Bonauent. Ricard. Carthus. & alij, quos refert Sanchez *loc. cit. num. 15. & 16.*

Sed longe multo probabilius Respondeo. Non teneri reddere debitum, qui sanus est (nec posse) casu, quo iudicio Medicorum infici grauiter possit. Propter rationem ex graui detrimento allatam: secus verò dicendum

dum, si Medicorum sententia, vel non sit periculum infectionis, vel non instantaneũ, in vno, vel altero congressu, attenta compositione, & temperamento coniugis, nam tunc reddere potest, & tenetur. Et in hunc sensum accipiendus est textus cit. pro contraria sententia, imò, & D. Thom. D Bonau. & alij, secundo loco pro ea citati. Sic omnino Basilius *loc. cit. cap.* 14. *n.* 4 & ante illum, Durandus *dist.* 32. *q.* 1. *art.* 1. *n.* 8 Palud. *q.* 1. *art.* 1. *q.* 1. Nauarr. *Sum. cap.* 16. *num.* 25. Enriquez *lib.* 11 *cap.* 15. *n.* Victoria *n.* 275. Petrus de Ledesma *de Matrim. q.* 64 *art.* 1. *dub.* 2 *cõcl.* 1. Sa *verb. Debitum coniug. vers. Excusat à reddendo.* Vega *tom.* 1. *cap.* 78. *casu* 3 Rodriguez 1. *to. Sum. c* 243. *n.* 2. Quos, & alios vsque ad 34 Doctores citat, & sequitur Sanchez *disp* 24. *cit. n.* 17. Quibus addi possunt Bonac. *q.* 4. *de Matrim. pun.* 1. *n.* 8. Ægid. *disp.* 34. *n.* 221. Cornejo *disp.* 5. *dub.* 3. *q* 1. Reginald. *lib.* 31. *n.* 284. & 303. Hurtado *disp.* 10. *diff.* 12. licet ne author, cum Sanchez *num.* 23. & alijs, affirmet quod in eo casu possit sanus coniux reddere, quamuis ad id non teneatur. Et communis. Qui idem omnino docent dicendum de morbo Gallico, aut de quocumque alio morbo contagioso. Nisi casu, quo lepra, aut morbus Gallicus, &c. matrimonium præcesserit, & à coniuge sano id cognitum fuerit; quia tunc, eo ipso quod contrahit, ad reddẽdum, se adstringit. Legantur Sanchez *num.* 22. & Hurtado *disp.* 10. *diff.* 12. *num.* 53.

QVÆSTIO LII.

An, sublato infectionis periculo, excusetur coniux sanus à reddendo debito propter horrorem, quem concipit ex leproso?

NEGAT Sotus *loc. cit.* §. *Imo verò Durandus.* Quem citat, & sequitur Ochagauia *q.* 3. *cit. n.* 6. *& alij.*

Sed probabilius Respondeo: Excusari, si magnus sit horror coniugis sani, quem de leproso concipit coniuge. Quia cogere illũ ad copulam est difficillimum. Sic Sãchez *lib.* 9. *disp.* 24. *num.* 21. (& loquendo de ingentissimo horrore, idem sentit Sotus *loc. cit.*) Basilius *lib.* 10. *de Matrim. c.* 14. *n.* 4 Sic loquens: si magnus sit horror coniugis sani, quẽ concipit de leproso, vel infirmo coniuge, ita vt pro cõplexione ad nauseam prouocetur, & valde horreat, cẽseo cum Thoma Sãchez, propter horrorem excusari à reddendo debito. In quo valde attente consideranda est complexio coniugis, ne licentia detur non reddendi sine sufficienti causa. Sic ille. Et Villalob. *tract* 13. *diff.* 48. *num.* 3.

QVÆSTIO LIII.

An, coniux sanus teneatur leproso reddere debitum, si adsit probabile periculum infectionis in prole nascitura?

NEGANT teneri reddere Metina *C. de restitut. q.* 19. §. *vlti* & Palac. *in* 4. *dist.* 31. *disp.* 1. *ad finem, casu* 7. & alij.

Sed probabilius Respondeo. Teneri reddere. Quia melius est, prolem nasci leprosam, quam nullo modo nasci; ergo. Sic Sanchez *disp.* 24. *n.* 25 & penes ipsum, D. Thom. *dist.* 32. *q. vnica art.* 1. *ad* 4. & ibi D. Bonau. Scot. Ricard. Palud. Sotus, & alij Scholastici. Rebellus *lib.* 2. *q.* 16. *num.* 5. Bonac. *q.* 4. *pun.* 1. *n.* 9. Cornejo *loc. cit. quæsito* 4. Villalob. *loc. cit. num.* 5.

QVÆSTIO LIIII.

An coniux excusetur ab obligatione reddendi, ne multiplicentur filij?

RESPONDEO: Non excusari. Quia nulla adest sufficiens causa negandi debitum. Nam cũ matrimoniũ ad multiplicationẽ pro lis ordinetur, absurdum est, ab eius obligatione excusari, ne proles multiplicẽtur. Peccabit ergo, & mortaliter (quidquid dicant Sotus *dist.* 32. *q. vnica art.* 1. *fine. corpor.* & Rodriguez 1 *tom. Sum. cap.* 243. *n.* 1. id non esse læthale) coniux, qui ob hanc solã causam debitum petenti negaret. Sic Sanchez *loc. cit. disp.* 25. *n.* 2. & penes illum. Nauarr. *cap.* 16 *n.* 25. Petr. Ledesma *de Matrim. q.* 64. *art.* 1. *diff. vltima concl.* 1. Angel. Lopez, & alij. Bonac. *loc. cit. n.* 12. Ægidius *disp.* 34. *n.* 24 Reginald. *lib.* 31. *p.* 289. Hurtado *disp.* 10. *diff.* 12. Ochagauia *q.* 3. *cit. n.* 7.

QVÆSTIO LV.

An etiam sit mortale, negare debitum, quando, non existente periculo incontinentiæ, parentes non sufficiunt ad tot filios alendos?

AFFIRMANT Ægid. & Ochagauia *loc. cit.* Layman *lib.* 5 *tract.* 10. *par.* 3. *c.* 1. *n.* 16. & Rebell. *lib.* 2. *q.* 16. *n.* 5. per hæc verba: Nefas est, ob multitudinẽ filiorũ. etsi difficile alendi sint, negare debitum, sublato

etiam omni incontinentiæ periculo in petente, ita Siluest. *vbi sup. num.* 10 quem sequitur Nauarr. *cap.* 16. *num.* 14. & alij ab eo citati, quidquid Sotus, vbi supra teneat saltem non esse mortale. Probatur, quia damnum prolis futuræ ex indigentia, non tollit obligationem coniugalem; imò melius est proli nasci in ea rerum inopia, quam nullomodo nasci. Ita ille.

Sed probabilius Respondeo: Non esse mortale. Quia etiam ab alijs iustitiæ debitis eximit magna incommoditas: non enim cum magno suo incommodo tenetur quis restituere. Sic Sanchez *disp.* 25. *num.* 3. & penes ipsum, Sotus, Rodriguez *loc. cit.* Petr. de Ledesma *q.* 64. *art.* 1 *fine.* Sa, *verb. Debitum cõiug.* §. *penult.* & Lopez, Bonac. *loc. cit. n.* 13. Hurtad. *lo. cit.* Diana *p.* 3 *tract.* 4 *resol.* 113. Addens, certũ esse apud omnes, validum esse pactum inter coniuges initum, se continendi, ne proles multiplicentur, dummodo absit incontinentiæ periculum.

QVÆSTIO LVI.

An sit mortale negare debitum coniugi petenti, & descendenti à Iudæis, aut Sarracenis, ne proles ea macula afficiatur?

NEGAT Cornejo *tract.* 6. *disp.* 5. *fine*, casu tamen solo, quo coniux nobilissimus à Iudæa sit in contractu matrimoniali deceptus; affirmat verò, si cum ea scienter contraxit.

Sed longe probabilius absolute Respondeo: Esse mortale illi debitum denegare. Quia etiam in casu primo, est validum matrimonium: ergo vxor, verum ius acquisiuit ad debitum coniugale: ergo vir ad illud seruare tenetur. Sic Sotus *loc. cit. vers. Quod si contra.* Bartho. à Ledesma, Rodriguez, & Graffis, quos refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 4. Ochagauia *loc. cit. num.* 7. *pag. mihi* 738. Villalob. *tract.* 13. *diff.* 49. *n.* 3.

QVÆSTIO LVII.

An sit licitum negare debitum ad vitandum magnũ in bonis fortunæ, aut famæ detrimẽtum; vel ad magnã vtilitatẽ comparandã?

RESPONDEO: Licitum esse. Sic Ochagauia *loc. cit.* per hæc verba: Quinto respondetur, licitum esse negare debitum coniugale coniugi petenti, ad vitandum magnũ aliquod damnum in re familiari, aut in fama, vt quia necesse sit peregre proficisci ad hæc damna reparanda; non enim credendum est cum tanto onere coniugatos sibi inuicẽ tradidisse dominium suorum corporũ: Imò potest vir diu ab esse ab vxore, ob comparandũ aliquod magnum lucrum, & hac ratione, ei multo tempore debitum denegare. Qua ratione excusantur mercatores, & exportatores mercium, diu deserentes proprias domos, & vxores. Quod patet, primo; quia hæc bona valde sunt necessaria ad toleranda onera matrimonij. Tum quia bona æquiparantur vitæ & sicut ob salutem vitę comparandam, ne cessariũ est debitum denegare; ita etiam in isto casu, id licitum est. Sic ille, præsertim Petrũ de Ledesma *de Matrim. q.* 64. *art.* 1. *dub. vlt. concl.* 2. Sanchez *loc. cit num.* 5. & alij.

QVÆSTIO LVIII.

An fœmina, quæ nequit viuum fœtum edere possit petere debitum?

AFFIRMAT Sanchez *lib.* 7. *disp.* 102. *num.* 8. cum alijs viris peritissimis à se consultis.

Sed clarius, & probabilius Respondeo. Non posse, casu, quo ex morte fœtus in ventre, ac difficultate partus, sibi probabile periculum vitæ immineat: Quia (vt sæpe diximus) nullus habet propriæ vitæ dominium. Ex quo constat idem dicendum esse, contra eundem Sanchez *num.* 10. casu, quo ex alia quauis causa nequeat fœmina parere absque propriæ vitæ graui periculo, propter eamdẽ rationem. Sic Petrus de Ledesma *de Matrim. q.* 58. *art.* 1 *fine*, & Rodriguez 1. *tom. Sum. cap.* 255. *n.* 6. Legatur Bonac. *loc. cit. n.* 14.

§. VII. *De Impedimento consummandi, petendi, & reddendi debitum ex affinitate, vel cognatione spirituali superuenienti, matrimonio iam contracto.*

QVÆSTIO LIX.

An licitum sit reddere debitum, quando post contractum matrimonium orta est affinitas, vel cognatio spiritualis, inter coniuges?

RESPONDEO tanquam certum: Nec reddere, nec petere esse licitum vlli coniugum. Quia caret iure petendi, vt expresse habe-

habetur *cap. 1. De eo qui cogno. &c.* Quod intelligendum est, de vtroque coniuge, casu, quo vterque fuerit in culpa, vt eorum alter cognoscat consanguineam alterius. Nam si ex parte vnius dumtaxat orta est affinitas, impediet tantum debiti petitionem, non verò redditionem. Sic omnes DD. Legantur Sanchez *lib. 9. disp. 27. à num. 1.* Basilius *lib. 10. cap. 7.* Bonac. *q. 4. de Matrim. pun. 2.* Hurtado *disp. 10. diff. 6. & 7.*

QVÆSTIO LX.

An coniux, qui ex ignorantia inuincibili iuris prohibentis, vel facti, efficitur affinis, vel cognatus alterius coniugis, priuetur iure petendi debitum?

AFFIRMAT Quandus *in 4. dist. 41. quæst. vnica, propos. 9.* docens, esse probabile interdici petitionem debiti coniugi, qui ignorans inuincibiliter cognouit alterius coniugis consanguineam.

Sed certissime Respondeo. Non priuari iure petendi debitum. Quia interdictio petitionis debiti, est pœna culpæ admissæ in contrahenda ea affinitate, aut cognatione, & in admisso incestu: at vbi adest ignorantia inuincibilis facti, cessat culpa illa, nec est incestus: ergo cessabit & pœna. Sic Sanchez *lib. 9. disp. 32. num. 43.* dicens, id omnes docere Doctores; contrariamque sententiam esse improbabilem, & apperte falsam. Basilius *lib. 10. cap. 6. num. 8.* Bonac *q. 4. de Matrim. pun. 2. n. 6.* & alij penes ipsos.

QVÆSTIO LXI.

An saltem, qui factus est affinis, vel cognatus alteri, ex ignorantia culpabili, seu vincibili facti, priuetur iure petendi deb tum?

AFFIRMANT priuari Petr. de Ledesma *quæst. 55. art. 6. diffic. 5.* Sotus *in 4. dist. 37. quæst. vnica art. 2.* Corduba *in quæst. lib. 1. quæst. 12.* Gutierrez *lib. 1. quæst. canon. cap. 23. num. 9.* & à fortiori, Ouandus, *loc. cit.* Enriquez *lib. 2. de Confirmatione cap. 3. fine.* Rodriguez *1. tom. Sum. cap. 243. num. 10. & lib. 11. cap. 15. num. 11.* quos, & alios nonnullos, refert pro hac parte Sanchez *lib. 9. disp. 32 num. 44.*

Sed probabilius Respondeo: Non priuari iure petendi debitum, illum, qui ex ignorantia, quantumcumque culpabili, & crassa, modo non sit affectata, factus fuit affinis, vel cognatus. Quia priuatio hæc, est pœna: Sed sic est, quod ius solum imponit hanc pœnam coniugi, qui scienter contrahit affinitatem, vel cognationem: ergo nullomodo incurret illam, qui cum ignorantia contraxit. Sic Sanchez *loc. cit. à num. 47.* Basilius *num. 10.* sic dicens: Sed addo, idem etiam dicendum esse, quamuis ea ignorantia, tam huius iuris, quam facti sit culpabilis, dum modo non sit affectata ignorantia. Itaque, quamuis leuet, vel baptizet cum ignorantia vincibili, imo, & crassa, vel iuris, quia ignorauit legem Ecclesiasticam, vel facti, quia ignorauit esse proprium filium, vel coniugis, adhuc non priuatur iure petendi, atque reddendi. Quam partem deduco ex manifesto iuris principio, quod quando lex requirit scientiam, vel dolum, non sufficit dolus præsumptus, & ideo excludit dolum, vel scientiam quæuis ignorantia etiam crassa. *Et infra*: Cum ergo lex *in dict. cap. Si vir.* in casu de quo loquimur, scientiam petat, quæuis ignorantia etiam crassa excussat ab ea pœna. Sic Basilius, & alij communiter penes ipsos. Legatur Diana 3. *par. tract. 5. resol. 13.*

QVÆSTIO LXII.

An, qui ex ignorantia solius pœnæ à lege statutæ factus est quis affinis, vel cognatus, priuetur iure petendi debitum?

NEGAT Bonac. *loc. cit. pun. 2. fine*, per hæc verba: Respondeo secundo, eum, qui factus est affinis, vel cognatus spiritualis alteri, ex ignorantia pœnæ, non priuari iure petendi, quamuis forte haberet scientiam iuris, vel facti, iuxta Sanchez *lib. 9. disp. 32.* & Nauarr. *cap. 23. num. 47.* & alios, quorum sententiam valde probabilem existimo. Vnde qui copulam habuit cum consanguinea vxoris in primo, vel secundo gradu, nesciens ex huiusmodi copula consurgere priuationem iuris petendi debitum ab vxore, non priuatur iure petendi, iuxta dictam sententiam. Ita ille. Et post illum, Castrus Palaus *tom. 1. tract. 2. disp. 1. pun. 17. num. 8.* Quos citat, & videtur sequi Diana 3. *par. tract. 5. resol. 12.*

Sed probabilius Respondeo: Priuari iure petendi debitum, licet possit, & teneatur redere. Ratio est, quia ignorantia pœnæ non excussat à culpa, cum etiam ignorata pœna cognoscatur integra prohibitio.

Sic Sanchez *loc.cit.* à Bonacina pro sua sententia *num.* 50. *vdiuncto num.*21. *præcedenti.* Vbi, licet oppositam sententiam, quam tuetur Nauarr. censeat esse probabilem; sed probabiliorem, nostram. Basilius *lib.* 10. *cap.* 6. *num.*12. & alij. Suarez *tom.*3. *in* 3. *par. disput.* 31. *sect.* 6. Villalob. *tract.*2. *de legib. diff.*15. *num.*1. & 4. & alij.

QVÆSTIO LXIII.

An, vt coniux incurrat priuationem iuris petendi debitum, ratione affinitatis, vel cognationis superuenientis; necessaria sit aliqua iudicis sententia condemnans, aut saltem crimen declarans?

AFFIRMATIVAM sententiam, aliqualiter, tueri videntur Angelus, *verb. incestus num* 4. & Siluester *ver. luxuria quæst.* 4. *dicto* 2. quatenus docent, oportere, vt qualitercumque constet de incestu, vt impediat debiti exactionem. Fauent satis huic parti, Simancas, *de instit. cathol. tom.*9. *num.*202. dicens, incertum esse, an incestuosus cum sanguineis vxoris, incidat statim in foro conscientiæ in hac pœnam; & Sanchez vbi infra, ingenue fatens, se nullam concludentem rationem inuenire, vt hæc pœna non indigeat sententia.

Sed certissime Respondeo: Nullomodo esse necessariam iudicis sententiam, sed statim priuari coniugem iure, & potestate petendi debitum. Ratio est: Tum, quia ex vna parte, hæc pœna, est priuatiua; ergo facilius in eam quis incidi debet: tum etiam quia sic vsu receptum est in Ecclesia, & declaratum, vt hæc, & aliquæ aliæ pœnæ, nulla indigeant sententia condemnanti, aut crimen declaranti. Sic Sanchez *lib.* 7. *disp.* 64. *num.*18. & *lib.* 9. *disp.* 27. *num.* 2. & *disp.* 30. *num.*2. Basilius *lib.*10. *cap.*6. *num.* 13. & *cap.* 7. *num.* Bonac. *quæst.*3. *punct.*2. *num.* 22. Villalob. *tract.*13. *diff.*52. Ochagauia *tract* 5. *de Matrimonio quæst.* 6. *num.* 2. & alij. Quæ hic desiderare potes, inuenies, 1. *par. tract.*2. *de Baptismo disp.*4. *quæst.*31. & 32. & *disp.*7. *quæst.* 11. & 12. & *supra disp.* §. 4. & 13. vbi de impedimento cognationis, & affinitatis egimus

(.f.)

§. VIII. *De Impedimento consummandi, vel petendi, & reddendi debitum ex emisso voto.*

QVÆSTIO LXIIII.

An simplici voto castitatis astrictus matrimonium iniens, possit debitum licite petere?

AFFIRMARVNT quidam Doctores Antiquiores, vt refert D. Bonau. *in* 4. *dist.* 38. *art.*2. *q.*2. existimantes, dictum votum, matrimonio inito, penitus extingui, ac proinde liberum manere vouentem, ac si nunquam vouisset. Sic etiam postea tenuerunt Gaeta *in repetit. cap. Ad limina* 30. *q.*1. § 4 *num.* 348. & Hieron. Mangioriæ, quos refert Sanchez *lib.*9. *disp.*33. *num.*3. Quibus ego addo Aureolum *in* 4. *dist.* 38. *q. vnica, pag. mihi* 186. docentem in eo casu, licite posse vouentem petere debitum postquam contraxit, licet in contrahendo peccatũ commisisset. Ita enim ait: Dico quod illud sit verum matrimonium in ordine ad actum carnalem, puto quod licite potest petere debitum in voto simplici, ideo totum peccatum fuit in contrahendo, quia non licebat, sed postquam contraxit, matrimonium est verum, & ideo oportet seruare regulas matrimonij. Ita ille.

Sed certissime Respondeo: Non posse licitè debitum petere, aut cõsummationẽ. Ratio est, quia vouens quantũ ad hoc, potest seruare votũ castitatis: ergo tenetur implere. Sic Basilius *lib.*10 *cap.*5. *num.* 5. Sanchez cum Doctoribus statim citandis, & communis.

QVÆSTIO LXV.

An saltem si huiusmodi vouens, semel matrimonium consummauit, possit iam deinceps debitum petere, ac si nihil vouisset?

AFFIRMANT Glossa *cap. fin.* 27. *quæst* 1. Cardinel. *cap. Rursus. Qui Clerici, vel vouentes.* Gerson. 2. *par. in Regul. moral. tract. de Matrim. alphab.* 25. *lit. I.* Angel. *Matrim.* 3. *impedim.* 5. *num.* 3. Veracruz 1. *par. speculi art.* 15. *concl.* 2. Viguer. *lib. institut. cap.* 16. §. 7. *ver.* 8. *impedim.* 5. Et horum sententiam esse probabilem sentiunt Sa, *verb. debitum coniugale num.*4. per hæc verba: Quidam tamen aiunt, sola prima vice

petens,

petentem peccare: postea vero, licere ob statum matrimonij: quod mihi de viro, non videtur improbabile: fieret enim alioqui magnum vxori præiudicium, si ipsa cogatur semper petere. Ita ille, & Vega 2. *tom. cap.* 129. *casu* 118.

Sed longe probabilius Respondeo: Adhuc post semel consummatum matrimonium, non posse deinceps debitum licite petere, sed peccare mortaliter quotiescumque debitum petit. Ratio est assignata; quia videlicet, quantum ad hoc potest implere votum emissum. ergo tenetur. Sic colligitur expresse *ex cap. quidam de conuers. coniugat.* & tenent S. Thom. 4. *d.* 38. *quæst* 1. *art.* 3. *quæst.* 2. *ad* 4. & ibi D. Bonau. *art.* 2. *quæst.* 1. Scot. *quæst. vnica, ad finem.* Palud. *quæst.* 3. *art.* 5. *concl.* 4. *num.* 36. Sotus (dicens, esse improbabile oppositum, sed haud bene) 4. *d.* 38. *quæst.* 2. *art.* 1. *concl.* 3. Ledesma 2. *part* 4. *quæst.* 55. *art.* 1. Corduba *Sum. quæst* 136 *punct* 2. Angles *floribus.* 1. *part. de Matrim. quæst.* 11. *de impedim. Ord. art.* 3. *diff.* 2. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 15. *num.* 8. & *lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 3. 8. & 9. Toledo *lib* 4. *c.* 18. Barth. de Ledesma *de Matrim. dub.* 32. § *Sed iam* Petrus de Ledesma *de Matrim. quæst.* 53. *art.* 1. *dub* 1. *post* 2. *dub. principale.* Rodriguez 1. *tom. Sum. cap.* 241. *num.* 3. & *cap.* 242 *n.* 3. Aragon 2. 2. *quæst* 88. *art.* 3. § *His tamen non obstantibus:* Valentia 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *de voto punct.* 4 Sa, & Vega *loc. cit.* Nauar. *cap.* 16. *num.* 30. & *cap.* 22. *num.* 73. quos Doctores, & alios vsque ad septuaginta tres, refert, & sequitur Sanchez *lib.* 9. *disp.* 33. *num.* 5. Quibus addi possunt Basilius *lib.* 10. *cap.* 5. *num.* 6. Hurtado *disp.* 10. *diff.* 8. Ochagauia *tract.* 5. *de Matrim. quæst.* 7, *n.* 5 & alij. Qui id limitant, nisi sit in casu, quo alter coniux, qui non est astrictus voto, continentiæ periculum patiatur, nam tunc tenetur petere, quia tunc petere, est moraliter. & interpretatiue reddere.

QVÆSTIO LXVI.

An, qui post votum emissum castitatis contraxit matrimonium peccet etiam reddēdo prima vice ad petitionem alterius?

AFFIRMANT peccare, qui existimant, huiusmodi vouentem in dicto casu, teneri ante consummationem matrimonij, religionem ingredi, si alter coniux nolit seruare castitatem. Sunt autem, qui id existimant Alensis 2. *part. quæst.* 170. *memb.* 3. §. 1. *ad* 1. Scotus *in* 4. *dist.* 38. *quæst vnica ad fin.* Ricard. Palud. Maior. Duran. & Carthusian ibid. Nauarr. *cap.* 22. *num.* 73. Petrus Soto *lect.* 5 *de Matrim.* §. *vltimo.* Toledo *lib.* 4. *cap.* 18. Azor *lib.* 11. *cap.* 21. *quæst.* 2. Petrus de Ledesma *de Matr. quæst.* 53. *art.* 1. *dub.* 2. *princip. concl.* 3. Rodriguez *loco citato cap.* 243 *num.* 1. & alij, quos refert Sanchez *lib.* 9. *disput.* 34. *num.* 2.

Sed probabilius Respondeo: Minime. peccare matrimonium consummando, reddendo & prima vice, debitum (quamuis peccauerit matrimonium contrahendo, vt supra iam est habitum.) Quia probabilius est, dictum vouentem, non teneri ad ingressum religionis, cum durum valde esset illum ad medium tam difficile & arduum obligare, præsertim cum ipse non promiserit religionem, sed castitatem: ergo. Probatur tota responsio ex Extrauag. Ioannis XXII. *in Extrauag. antiquæ de voto,* in qua definit, initiatum sacris, in quibus votum solemne castitatis emittitur, etiam si inchoatur post matrimonium contractum ante consummationem non teneri religionem ingredi, sed aut ingredi, vel consummare. Sic enim loquitur Pontifex: Ad ingressum huiusmodi sic ordinatum, si matrimonium consummatum non fuerit, per Diœcesanum instanter moneri præcipimus & induci. Quod si renuerit, ipsum, si sponsa eius institerit, per censuram Ecclesiasticam compellendum decernimus, contractum matrimonium consummare. Sic Pontifex. Vbi Glossa verbum *renuerit.* ait, Pontificem expresse supponere: Licere illi renuere. Tunc sic Sanchez: si ergo promotus coniux, ad Ordinem Sacrum post matrimonium ratum, cum possit castitatem in eo promissam obseruare ingrediens religionem, ad id non tenetur, à fortiori non tenebitur, qui ante matrimonium vouerat castitatem. Sic Sotus 4. *dist.* 28. *quæst.* 2. *artic.* 1. *post* 2. *concl.* Corduba *Sum. quæst* 136. *punct.* 2. Ludouic. Lopez 2. *part. instruct. de Matrim. cap.* 46. & 1. *part. cap.* 50. & 83. Enriquez *lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 8. Sa *verb. Matrim. vbi de impediment. voti num.* 3. Vbi sic ait: Contrahentem post votum castitatis, aut Ordinis Sacri, teneri, antequam consummet, ingredi religionem, quidam aiunt, alij probabilius negant. Illud certum, posse consummare, reddendo, non petendo. Est & quoddam reddere, petere sola alterius gratia. Sic ille, Vega

Vega *tom.*2 *cap.*129.*casu* 118.*punct.*2.Vegacruz,Angel.& alij,quos refert, & sequitur Sanchez *lib.*9.*disp.*34 *num.*3. Basilius *lib.*10.*cap.*5 *n.*12.Vbi ait, se non videre, quomodo stante dicta decisione Pontificis,contraria sententia defendi queat. Hurtado *disput.*10 *diff.*8.*n.*33.Ægidius *disp.*34. *dub.*5. Ochagauia *tract.*5 *de Matrim.quæst.*8.*n.*3. & 4.addens,non solum posse,sed teneri,vouentem, si de facto Religionem non ingrediatur,reddere debitum alteri coniugi petenti,quia ratione matrimonij acquisitum ei fuit quoddam ius fortius, eo iure, quod acquisitum erat Deo per votum.

QVÆSTIO LXVII.

An, coniux ille, qui emisso castitatis voto, matrimonium contraxit, & consummauit;teneatur,defuncto a tero coniuge, seruare,simpliciter castitatem?

NEGANT teneri, Authores, qui affirmarunt,votum castitatis simplex, præcedens matrimonium, omnino extingui per matrimonium subsequens, liberumque manere vouentem,ac si nunquam vouisset;Hos retulimus supra *quæst.* 1.

Sed certissime Respondeo. Teneri, & obligari ad seruandam castitatem simpliciter.Quia dictum votum,fuit perpetuæ castitatis:at mortuo altero coniuge,vere est iam in potestate illius simpliciter implere votũ: ergo ad id obligatur ex vi voti prius emissi. Sic Basilius *loc.cit.n.*7.dicens,id esse certũ, & sine controuersia apud Doctores. Sanchez *disp.*33.*n.*18.Vbi contra Præfatos Doctores *q.*1.relatos clare infert,huiusmodi votum castitatis,minime per subsequens matrimonium extingui,sed potius triplicem ex eo effectum manere:*Primus est*, quod si coniux ille vouens cum alia fornicetur,reus erit,vltra adulterium, sacrilegæ violationis voti. *Secundus est*,quod teneatur sub mortali à debiti petitione abstinere,& *Tertius*, quod altero defuncto coniuge teneatur omnino castitatem seruare.Quia iam (inquit) cessauit fortius matrimonij vinculum, quod cogebat copulæ vacare,debitum reddendo. Sic ille;post D.Thomam.D. Bonauent.Carthus.Siluest.Tabien. Armillam, Sotum, Nauarrum,& alios plures,quos citat.

QVÆSTIO LXVIII.

An,qui,post Religionis votum,matrimonium contraxit; non solum mortaliter peccet, matrimonium consummando;sed etiã post consummationem,toties, quoties debitum petat?

AFFIRMANT Anton. Cucus *l.*5. *instit.maior. tit.* 12.*num.*18.& Alexand. *in Enchirid.*2.*part. præc.* 6.§. *Si post votum continentiæ* existimantes, illum teneri à petendo debito abstinere, perinde ac illum, qui castitatem vouerat: at iste (vt vidimus) non solum peccat in prima consummatione matrimonij,sed post illam,toties,quoties petit: Ergo & ille.

Sed certissime Respondeo: Quod licet huiusmodi vouens, mortaliter peccet, matrimonium prima vice, siue petendo, siue reddendo,consummans; at semel iam consummato matrimonio, nullo modo peccabit reddens,aut petens. *Prima pars* constat; quia ante consummationem matrimonij,potest vouens ingredi Religionem, & sic implere votum:ergo tenetur.Sic Nauarr.*c.*12. *num.*80.Enriquez *lib.*12 *c.*2.*num.* 3.& 9. Sotus *d.*38.*quæst.*2.*artic.*1.*post.*2.*concl* Aragon.2.2.*quæst.*88. *art.* 3. Petrus Ledesma *q.* 53.*de Matrim.art.*1.*dubiolo*, *post* 2. *dub. principale*,& alij,quos refert,& sequitur Sãchez *lib.*9.*disp.*33.*num.*14. Basilius *lib.*10. *cap.*5.*num.*2.& Hurtado *disp.*10.*diff.*8.

Secunda vero pars,etiam est constans, apud omnes communiter. Quia huiusmodi Religionem vouens,non fecit votum castitatis;ergo etiam si debitum petat, non peccabit contra votum castitatis, quod nullum est;nam vouens statum,non se obligat ad leges illius, donec illum re ipsa assumat.Rursus, nec peccabit contra votum Religionis; Quia per consummationem matrimonij,iam factus est impotens ad implendum votum perseuerante matrimonio: ergo etiam si postea reddat, aut petat debitum, non amplius impedimẽtũ implenti voti tollet,nec peccabit, quia impossibilium nulla est obligatio. Sic Doctores citati,& alij,quos idem Sanchez refert,& sequitur *num.*15.Basilius *num.*4. & communis.

(.?.)

QVÆ

QVÆSTIO LXIX.

An, mortuo altero coniuge, teneatur qui Religionem promisserat, illam ingredi.

NEGABVNT Authores *q.* 1. citati & expresse id negat Abulens. *cap.* 27. *in Leuit. q.* 6. existimans, huius voti obligationem extingui consummato matrimonio, ac per consequens, soluto, morte alterius coniugis, posse vouentem transire ad alias nuptias.

Sed certissimè Respondeo: Teneri Religionem ingredi, defuncto altero coniuge. Quia, cum iam impedimentum cessarit per mortem coniugis, potest optime vouens impiere suum votum: ergo ad id tenetur. Falsum enim est, voti obligationem, per consummationem matrimonij cessare, verum tantum, suspensum esse; vt diximus de voto castitatis *q* 4. Sic docent Sotus, Caiet. Nauarr. Aragon, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. n.* 16. Basilius *cap.* 5. *cit n.* 4. Qui idem dicendum dicunt, casu quo alter coniux sit adulter, nam tunc innocens, qui vouit, tenebitur ad Religionem transire, cum liber impedimento sit matrimonij. Legatur Sanchez *loc. cit.*

QVÆSTIO LXX.

An, qui fecit votum suscipiendi Ordines Sacros, & postea contraxit matrimonium, peccet mortaliter, prima vice consummãdo matrimonium?

AFFIRMANT Rodriguez 1. *tom. Sum. cap.* 242. *num.* 3. Petrus de Ledesma *de Matrim. quæst.* 53. *art.* 1. *dub.* 2 § secundo sequitur, *pag. mihi* 360. & alij supra *quæst.* 3. *citati.*

Sed probabilius Respondeo: Quod licet huiusmodi vouens, læthaliter peccauerit matrimonium contrahendo, eo quod se ad suscipiendos Ordines impotentem reddiderit; minimè tamen in consummando matrimonio, siue reddendo, siue petendo id fecerit. Quia cum in eo casu, tale votum seruari nequeat, ad nihil obligat. Sic ex Extrauagant. Ioann. XXII. citata *quæstion.* 3. docent omnes Doctores ibi citati, Præcipue Sanchez *lib.* 9. *disput.* 34. *num.* 6. Basilius *lib.* 10. *cap.* 5. *num.* 15. Ochagauia *quæst.* 8. *num.* 5. Hurtado *disp.* 10. *diff.* 8. & alij. Qui bene notant, quod in casu, quo alter coniux adulterium committeret, tunc teneatur vouens implere votum suscipiendi Ordines, nec posse viterius petere, aut reddere.

QVÆSTIO LXXI.

An, qui emisit votum non contrahendi matrimonium, peccet mortaliter non solum contrahendo; sed etiam prima vice consummando?

AFFIRMANT adhuc Doctores *quæst.* 3. pro prima sententia relati, sentientes in vtroque casu peccare.

Alij vero dicunt, consulendam esse in eo casu mentem vouentis: & si in animo habuit tantum vouere non contrahere, non vero se obligare ad non consummandum, tunc peccabit in contrahendo, non in consummando: si autem vtrumque, voto suo comprehendere voluit, peccabit etiam in consummando. Si tandem dubius animus sit, an se obligauerit ad non contrahendum, vel etiam non consummandum, tunc, dicunt, in eo dubio interpretandum, vouisse, nec contrahere, nec consummare, & ita in vtroque, nempe, & in contrahendo, & in consummando, peccare. Ita Azor *tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 21. *q.* 7. & Basilius *cap.* 5. *cit. n.* 16.

Sed probabilius, absolute Respondeo: Solum peccare contrahendo, non consummando. Quia votum, solum fuit de non cõtrahendo. Sic optime Hurtado *loc. citat.* per hæc verba: Obseruandum est tertio, voto non contrahendi matrimonium, reddi illicitum ipsum contractum matrimonij, non tamen reddi illicitum actum coniugalem, nec primum, quo consummatur matrimonium, vt contra nonnullos aduertit Sanchez: quia consummare matrimonium, non est contrahere, sed præsupponit illud; & ideo, qui iurauit contrahere matrimonium, illud integre implet, quamuis non consummet matrimonium. Sic ille, post Sanchez *loc. cit. num.* 7. Ochagauia *q.* 7. *num.* 11. & *q.* 8. *n.* 6 Qui & aduertit, huiusmodi vouentem, non posse postea, solutis primis nuptijs, ad secundas transire.

QVÆS-

QVÆSTIO LXXII.

An, qui post contractum matrimonium, sed ante eius consummationem, vouit castitatem, Religionem, aut receptionem Ordinis sacri, teneatur ingredi Religionem ad hæc adimplenda vota?

AFFIRMANT absolute Doctores, pro prima sententia, *q.* 3. 5. & 7. relati.

Sed probabilius Respondeo, sub distinctione, sic, Qui vouit Religionem post contractum matrimonium, sed ante eius consummationem, vere tenetur adimplere votum, & ad Religionem transire, vt constat ex dictis, & conueniunt omnes. Qui vero vouit castitatem, non tenebitur Religionem ingredi; peccabit tamen petendo; reddendo, minime. Qui tandem vouit receptionem Ordinis Sacri, si id fecit, expresse excludendo statum religiosum, votum est nullum. Similiterque, si id fecit sine licentia vxoris, ante transitum ad religionem, votum est nullum. Si tandem votum fecit suscipiendi Sacros Ordines in religione absolute, tenetur ad religionis ingressum, ante ordinationem. Sic Basilius *loc. cit. num.* 18 & Sanchez *disp.* 35. cum alijs.

QVÆSTIO LXXIII.

An, votum non petendi debitum, emissum ab altero coniuge, sine alterius licentia, sit validum?

NEGANT Supplem. Gabriel. *d.* 32. *q. vnica, art.* 2. *concl.* 7. Turrecr. *cap. si dicat* 33. *q.* 5. *art.* 1. *n.* 1. *ad* 4. Chartul. *d.* 32. *q.* 1. *quæsito* 2. Armilla *verb. Debitum num.* 19. Tabiena *Matrimon.* 1. *q.* 3. Rodriguez 2. *tom. cap.* 90. *num.* 3. sic dicens: El marido juntamente con la muger, no pueden hazer voto, que no se pague el debito, sino se pidiere; porque seria muy graue cosa a la muger pedir, por la verguença, que naturalmente en ellas reina, mas que en los hombres. Assi lo tiene S. Thomas, y otros que refiere, y sigue Gregorio Lopez, y Nauarro, contra algunos, que an dicho valer este voto. Ita ille. Petr. Ledesma *in Sum. c.* 31. *de Matrim. post* 9. *concl.*

Alij verò sub distinctione loquuntur; docentes, id votum esse validum, si ab vxore emittatur; secus si à viro. Quia illi onerosum est præ pudore semper petere; huic autem, minime. Ita Victoria *de Matrim. num.* 280. Sotus *lib.* 7. *de Iust. q.* 3. *art.* 1. *ver. An vero possit.* Angles, *floribus* 1. *part. de Matrim. q.* 6. *de obligatio. soluendi debitum art.* 1 *d ff.* 4.

Sed probabilius, absolute Respondeo: Tale votum validum esse (etiam si à viro sit emissum) obligareque coniugem illo se astringentem sub mortali, ad non petendum. Quia coniux non tenetur lege matrimonij petere, sed tantum reddere (vt supra §. 1. *q.* 3. 4. & 5. est habitum) ergo, cum non petere, sit liberum, & alias opus virtutis, materia erit voti: poterit ergo coniux alter, etiam vir, eam continentiam ab actu coniugali, ex parte, vouere. Nec obstat, id votum esse oneroſum alteri coniugi; quia cum aliquoties, non obstante voto huiusmodi, possit petere, vt alteri morem gerat; aut quoties in altero coniuge sentit appetitum coitus, vel fornicationis periculum, cum id potius sit reddere, quam petere, non erit ita oneroſum. Sic sentit D. Thomas *d.* 38. *q.* 1. *art.* 3. *q.* 2. *ad* 4. Vbi quamuis doceat, & bene, non esse validum votum de non petendo, vt mos geratur alteri coniugi; eo quod, id votum, vere est de non reddendo; at tamen fatetur clare, valere votum de non petendo in gratiam ipsius vouentis, quod vere petere est. D. Thomam sequuntur Greg. Lopez *l.* 7. *verb. Para guardar tit.* 2. *part.* 2. & *l.* 3. *verb. El marido tit.* 8. *part.* 1. Nauar. *cap.* 12. *n.* 60. Vbi nostram conclusionē, prout à nobis explicatam, expressissimè docet. Imo & ipse Rodriguez id docuerat 1. *tom. Sum. cap.* 241 (*alias* 243.) *n.* 8. per hæc verba. Illicito es al casado, hacer voto de no pedir, ni pagar el debito, como lo dice S. Tomas. Y assi el otro que no lo hizo, le puede irritar, empero valdra quando promete de no pedir, ni pagar el debito, sino fuere quādo conuenga dar contento al otro casado, como lo tiene Fr. Luis Lopez. Sic ille. Petrus de Ledesma, Sotus, Valētia, & alij, quos citat & sequitur Sanchez *lib.* 9. *disp.* 35. *n.* 20. & 21. Basilius *lib.* 10. *cap.* 5. *n.* 19. Villalobos *tract.* 13. *diff.* 54. *n.* 1. Machado *lib.* 6. *part.* 7. *tract.* 2. *docum.* 16. *num.* 2. & alij mox citandi.

QVÆSTIO LXXIIII.

An, etiam votum absolutum castitatis, emissum post matrimonium consummatum, ab altero coniuge, sine alterius licentia, valeat?

NEGANT id votum valere, nec (adhuc) debiti petionem impedire; Palud *in 4. dist. 38. q. 3. art. 5. num. 36 concl. 4.* Petrus Soto *lect. 16. de Matrim. §. vltimo tandem.* Turrecr. *in cap. fidicat. 33. q. 5. art. 1. num. 1. & cap. sunt quædam, 17. q. 1. num. 1.* Gratianus *cap. Manifestum, verb. ex præmissis, 33. q. 5.* Gerson *regul. moralib. 2. part. tract. de Matrim. alphab. 25. lit. I. & Emm. 82, verb Votum, vers. coniugem non posse.* Quos omnes pro hac parte refert Sanchez *loc. citat. n. 24.* Idem, & à fortiori, sentiunt omnes Doctores, qui dicunt, non valere, votum non petendi debitum (quos quæstion. præcedenti retulimus) & alij Recentiores Iurisperiti de hac re, in facti contingentia, à me consulti.

Sed probabilius Respondeo: Valere quidem, & obligare ad non petendum debitũ, (licet non valeat, quoad non reddendum saltem quando iure iustitiæ exigitur, vt mox dicemus) Sic videtur expresse definitum *in cap. quidam & in cap. placet, de conuers. coniugat.* vt optime probat Sanchez vbi infra. Et ratio est: Quia votum illud castitatis à coniuge, sine alterius licentia emissum, potest valere quoad non petendum debitum, & quoad alia (quamuis non quoad non reddendum) ergo valebit quoad omnia illa, quæ valere potest, iuxta illam regulam traditam *in cap. vni. de sponsi. impub. in 6* Si non valet quod ago, vt ago, valet, vt valere potest. Sic Sanchez *lib. 9. de Matrim. disp. 35. num. 25.* & penes ipsum D. Bonau. *in 4. d. 32 in expos. lit. n. 3.* & ibi Palud. *q. 2. art. 1 num. 14.* Celaya *q. 2.* Palacios *disp. 2. fol. 715* Abulens. *cap. 30.* Num. *q. 86.* Sotus *lib. 7. de Iustit. q. 3. art. 1.* Viguerius *lib. institut. cap 16. § 7. vers 10. ad finem.* Metina *lib. 1. Sum. cap. 14. § 6. fol. 86.* Philiarc. *de offic. Sacerd. tom. 1. p. 1. l. 3. c. 4* Enriquez *lib. 11. de Matrim. cap. 15 num. 8.* Aragon. *2. 2. q. 88. art. 8.* Anton. *cap. placet. num. 6. de conuers. coniugat.* Abbas *cap 1. num 6. cap quidam n. 4.* Astensis *Sum. 2. part. lib. 8 tom. 10. art. 2. q. 2.* Rosella *votum 2. num. 10.* Angelus *Matrim. 4. num. 6* Siluester *ver. votum 4 q. 2. dicto 4. Matrimon. 8. q. 12. dist. 4.* Nauar. *Sum. cap. 12. n 60.* & tunica *de voto q. 4. num. 18.* & Anton. Gomez *super Bullam Cruc. claus. 10. num. 67.* Sedex his Authoribus, quos Sanchez citat pro nobis, pro contrarij citauit etiam (quem non vidi) Palucanum, loco nuper relato. Addi etiam possunt Basilius *de Matrim. lib. 10. cap. 5. n. 19.* Ægidius *de Sacram. disp. 34. dub. 6. concl 2.* Hurtado *disp. 10. de Matrim. diff. 8 num. 34.* referens pro contraria sententia Paludanum. Lessius *de Iust. cap. 40. num. 99.* Ochagauia *tract. 5. q. 9. n. 4 & 5.* Villalob. *tract. 13. diff. 54. n. 2.* Machado *loc. cit. num. 4. pag. 587* Barbosa *de Iure Eccles. lib. 1. cap. 42 num. 8. & 9.* & penes ipsum, Barthol. à S. Fausto.

QVÆSTIO LXXV.

An coniux, qui votum castitatis prædictum emisit, possit licite reddere debitum alteri coniugi adulteranti, & præsenti, propter hoc, causam diuortio.

AFFIRMAT Sanchez *lib. 9. disp. 35. n. 28.* eo quod *n. 26* docuerit, votũ istud, quoad partem non reddendi, fuisse omnino irritum.

Sed probabilius Respondeo: Non posse licite in eo casu reddere debitum coniugi adulteranti. Quia probabilius est, valere dictum castitatis votum, quoad partem non reddendi in hoc casu, vt optime probat Basilius contra Sanchez. Quia licet prædictum castitatis votum emissum, quoad partem nõ reddendi, quando ex iure iustitiæ exigitur, omnino faorit nullum: at quoad partem nõ reddendi, quando alter non habet ius exigendi, validum fuit; eo quod tota castitatis materia cecidit sub eo voto: ergo quoad eam partem impedita est, ob impossibilitatem status, consequentia constat, antecedens probatur, quia si solum materia dicti voti esset de non petendo, optime posset, soluto eo matrimonio, aliud inire (quod negat Sanchez) cũ etiam alio inito matrimonio, posset idẽ votum implere non petendo: ergo signum euidens est, totam materiã castitatis esse eo voto comprehensam, quoad petitionem etiam tunc; quia in eius potestate est; quoad redditionem vero, quando ius alterius impeditum fuerit: impeditur autem, autcopula commissa à coniuge, aut morte, & sic tunc tenebitur implere, quoad totam materiam. Sic Basilius *lib. 10. c. 5. n. 19.* Ægidius *dub. 6. cit. num. 41. & sequent.* Ochagauia *loc. cit. num. 6.*

QVÆS-

QVÆSTIO LXXVI.

An præfatum votum castitatis etiam obliget eum, qui illud emisit, ad non ineundum aliud matrimonium, eo soluto?

NEGABVNT, qui negarunt tale votum valere, aut debiti petitionem impedire; hi sunt Doctores, quos supra *q.* 11. retulimus.

Sed probabilius longe Respondeo: Obligare ad non ineundum matrimonium aliud. Quia probabilius est, tale votum ad id se extendi; vt constat: tum ex dictis; tum etiam *ex can. Quidam & can. placet. de conuers. coniug.* supra adductis, vbi habetur, id votū eatenus obligare, in quantum coniux potuit se obligare: at potuit se obligare ad abstinēdum ab alijs nuptijs: ergo. Sic Sanchez *loc. citat. n.* 29 & penes ipsum, Palud. Celaya, Enriquez, & Nauarr. Basilius & Ochagauia *loc. cit.* Qui omnes addunt, & bene, tale votum etiam obligare ad abstinendum à quouis actu venereo, extra matrimonium, esseq; talem actum sacrilegum contra votum.

QVÆSTIO LXXVII.

An coniux dans licentiam alteri coniugi vouendi castitatem, possit ab eo debitum petere?

NEGABVNT posse eum debitum petere: eo quod dicta licentia intelligatur concessa, vt alter coniux voueat castitatem absolutam, abstinendi, videlicet, à petitione & redditione debiti, ab omnique actu venereo & consequenter videatur concedens iure petendi se ipsum destituere; Glossa *in c. charsimus, de conuers. coniugat.* & ibi Anton. *n.* 3. Abbas *n.* 5. Abulens. *cap.* 30. Num. *q.* 81. Palud. *in* 4. *d.* 32. *q.* 1. *art.* 2. *concl.* 4. & alij, quos refert Sanchez *lib.* 9. *disp.* 36. *num.* 4.

Sed probabilius Respondeo: Posse ab eo debitum exigere, & petere. Quia probabilius est, eam licentiam intelligendam esse, (nisi aliud specificetur) vt vouens coniux ex parte sua se ad continentiam obliget, absque concedētis præiudicio, ita vt petere nequeat; at reddere teneatur. Sic D. Anton. 3. *part. tit.* 1. *cap.* 22. §. 3. Rosella *impedim.* 11. *in princ.* Angel. *Matrim.* 4. *n.* 8. Siluest. *votum.* 5. *q.* 2. Sotus *in* 4. *d.* 27. *q.* 1. *art.* 4. Nauar. *c.* 12. *n.* 59. & *c.* 16. *n.* 31. Sa, *verb. debit. coniug.* Rodriguez *tom.* 1. *Sum. c.* 243. *n.* 14. & *tom.* 2. *c.* 90. *n.* 5. Vega 2. *tom. Sum. c.* 129. *casu* 77. Quos & alios, refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. n.* 5. Vbi etiam refert Abbatem pro hac parte, quem pro alia retulit. His addi possunt Basilius *lib.* 10. *de Matrim. c.* 5. *n.* 20 Ægidius *disp.* 34. *dub.* 6. *concl.* 3. *n.* 53. Lelsius *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 15 & *c.* 41. *dub.* 6. Ochagauia *de Matrim. tract.* 5. *q.* 10. *d. n.* 6. Villal. *tract.* 13. *diff.* 54. *num.* 3. & alij penes ipsos; Qui secus dicendum putāt, & bene, casu quo alter coniux concedat expressam licentiam alteri vouendi omnimodam castitatem: quia tunc ex pacto, & conuentione nō potest qui licentiam concessit petere, cum ex eius beneplacito alter vouit castitatem etiā in reddendo, quo ipso videtur à se renuntiasse ius exigendi: vnde, & peccabit tā reddens, quam petens, & vterque contra Religionem.

QVÆSTIO LXXVIII.

An quando vterque coniux communi consensu vouit continentiam, vterque teneatur, aut saltem possit, debitum reddere?

AFFIRMANT vtrumque teneri reddere, licet neutrum possit petere, Veracruz 1. *part. spec. art.* 15. fine, & alij viri Docti, & dicunt id non esse improbabile, Petrus de Ledesma *de Matrim. q.* 53. *art.* 1. *dubiolo* 2. *quod mouet post* 2. *dubium principale, vers. Sed adhuc est difficilius dubium.* Sa, *verb. Debitum coniugale.*

Sed longe multo probabilius Respondeo: Neutrū posse petere, aut reddere. Quia eo ipso, quod ex mutuo consensu emisserunt castitatis votum, vterque cedit iuri suo: ergo neuter habet ius iustitiæ ad petendum: ergo neuter tenebitur reddere, & consequenter, nec poterit, nam alias vterque cooperaretur peccato alterius. Sic Siluester *ver. votum* 5. *q.* 2. *fine.* Nauar. *in Sum. c.* 12. *n.* 59. & *c.* 16. *num.* 31. D. Anton. 3. *part. tit.* 1. *cap.* 22. § 4. Sotus *in* 4. *d.* 27. *q.* 1. *art.* 4. *vers. Id autem.* Enriquez *lib.* 11. *cap.* 15. *num.* 8. Aragon 2. 2. *q.* 88. *art.* 8. *dub. vltim.* Petrus Ledesma & Sa *loc. citat.* Rodriguez 1. *tom. cap.* 243. *n.* 14 & *tom.* 2. *cap.* 90. *num.* 6. Vega 2. *tom. Sum. cap.* 129. *casu* 68. Azor *lib.* 2. *instit. moral. cap.* 21. *q.* 5. Quos, & alios, refert, & sequitur Sanchez *lib.* 9. *de Matrim. disp.* 37. *num.* 10. Basilius *lib.* 10. *de Matrim. cap.* 5. *n.* 21. Ochagauia *tract.* 5. *de Matrim. q.* 11. *num.* 13. Ægidius *loco citato*, dicens, sic omnes

nes fateri. Lesius *loc. etiam citato*, Villalob. *loc. cit. num.* 8. Machado *loc. cit. num.* 5. qui tamen male citat Petrum de Ledesma, & Emmanuelem Sa, pro opposita parte, cum hanc nostram expresse sequantur; solumque dicunt probabilem, contrariam.

QVÆSTIO LXXIX.

An, altero, aut vtroque coniuge, post eius votum, communi placito, emissum fornicante; possit iudex ex officio eos ad cohabitandum compellere?

AFFIRMAT posse iudicem eos ad cohabitandum compellere, casu quo vterque coniux fornicetur; secus verò si alter tantum; Imola *in cap. Tua de iure iurando n.* 2. *vers. in Glossa secunda.* Alij verò idem affirmant etiam casu, quo alter tantum lapsus sit, ita Glossa *cap. Nosse* 30. *q.* 1. & *cap. Quod Deo verb. Perseuera.* 33. *q.* 5. Hostiens. *cap. Tua de iure iuran.* & ibi Ioan. Andr. Anchar. & Bellamer. Quibus adhæret Abbas *dicto cap. Tua num.* 6. casu, quo sit suspicio perseuerantiæ in peccato, secus aliàs.

Sed probabilius Respondeo: Non posse eos ad cohabitandum compellere. Quia absurdum est dictu, peccatum ab obligatione voti quem eximere. Quare in præfato euentu alijs medijs, aut procurata voti dispensatione, illis incontinentiæ periculo subueniendum est. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 12. & alij.

§. IX. *De Impedimento reddendi, aut petendi debitum, ob dubium valoris matrimonij.*

QVÆSTIO LXXX.

An Matrimonio bona fide contracto, si alter scrupulum habere incipiat de valore matrimonij, possit petere, & reddere?

RESPONDEO Affirmatiuè. Primò. Quia sic habetur expresse *cap Inquisitioni, de sentent. excommunic.* Secundò. Quia licitum omnino est, contra scrupulum operari. Sic Sanchez *lib.* 2. *de Matrim. disp.* 41. *num* 42. Petrus de Ledesma, Enriquez Gutierrez, Ægidius, & alij, quos citat, & sequitur Bonac. *d.* 4. *pun.* 4. *num.* 2. & omnes.

QVÆSTIO LXXXI.

An, Matrimonio vtriusque coniugis, bona fide inito, alter dubitans de eius valore, possit petere, & reddere?

NEGATIVAM, quod vtramque partem sententiam, tenent, apud Sanchez *loc. cit. num.* 43. Scot. Altisiodorens. Metina, Petrus Sotus, & Brunel. docentes, in eo casu, nec petere, nec reddere posse. Quia agere contra conscientiam dubiam, est illicitum.

Alij è diametro, docent posse vtrumque, nempe, & petere, & reddere. Ita Martinus de Ledesma, Angles, & Vega apud eumdem Sanchez *num.* 44. Qui *num.* 47. dicit, has duas sententias esse improbabiles. Vnde.

Alij tertio, docent in dicto casu, ante adhibitam diligentiam ad assequendam veritatem, teneri coniugem dubitantem reddere, non tamen posse petere: diligentia tamen sufficienter adhibita, posse reddere, & petere. Ita Sotus, Veracruz, Enriquez, Bañez, Ludou. Lopez, Tabiena, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit.* Idem docens dicendum, quando moraliter est impossibile, vinci dubium. His addi possunt, Suarez *tom.* 2. *de Religione lib.* 4. *capit.* 5. *num.* 16. Sa, Ægidius, Lorca, & Ioannes Vviggeis, quos refert, & sequitur Diana *par.* 4. *tract.* 3. *resol.* 15. Bonac. & Layman, quos affert, & sequitur Franciscus de Lugo *in suis princip. moral. par.* 1. *quæstione* 31. & alij. Quorum sententia est probabilissima.

Sed, non minus probabiliter, Respondeo: In dicto casu, coniugem ita dubitantem teneri quidem debitum reddere, non tamen posse petere, etiam post adhibitam sufficientem veritatis inquisitionem, si maneat idem dubium. Quia sic expresse videtur definitum *in cap. Dominus, de secund. nuptijs. Et in cap. Inquisitioni, de Sentent. excommunicat.* Et sic tenent apud Sanchez *num.* 45. D. Thomas *in* 4. *distin.* 38. *fine in expositi. lit. D.* Bonauent. D. Anton. Conrad. Petrus Sotus, Martinus, Petrus, & Bartholom. de Ledesma, Metina, Corduba, Siluester, Nauarrus, & alij. Quibus iungi possunt Vazquez *in* 1. 2. *disput.* 66. *capit.* 4. Montesinus *in prima secundæ disput.* 39. *quæstione* 4. *num.* 125. Qui & citat

citat Lorcam *disp.* 38 *memb.* 4. inclinantem se prius in nostram sententiam, licet postea sententiæ Soti, & aliorum adhæreat. Basilius *lib.* 10. *de Matrim. cap.* 15. *à num* 6 Rebell. *lib.* 2 *quæst.* 16. *sect.* 2. *num.* 11. Gutierrez *de Matrim. cap.* 49 *num.* 28. Pelantius *in* 1. 2. *q.* 19. *art.* 6. *disp.* 4. *sent.* 6. Hurtado *disp.* 10. *diff.* 9. & alij penes ipsos. Qui tamen bene notant, hanc nostram sententiam non procedere, casu, quo dubium de valore matrimonij sit de impedimento impotentiæ, & frigiditatis, nam tunc licitum est vtrique coniugi petere, & reddere, cum hoc impedimentum nequeat nisi vsu, & conatu, inuestigare. Legantur Basil. & Montesin. *loc cit.*

QVÆSTIO LXXXII.

An, quando vterque coniux est dubius de valore Matrimonij, bona fide initi; liceat vni cuique reddere alteri petenti?

AFFIRMANT Corduba, *in Sum. q.* 45. *pun.* 3. Enriquez *lib.* 12. *cap.* 6. *num.* 5. *in Glossa lit. T.* referens pro se Victoriam, & Canum. Petr. & Bartho. de Ledesma, & Ludou. Lopez, quos refert Sanchez *lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 54. Quia in dubio, inquiunt, melior est conditio possidentis: at in hoc dubio possidet vterque: ergo. Fauent huic Sententiæ Sanchez, & alij nuper citati, quatenus affirmant, quod licet ante adhibitam diligentiam neuter possit tedere, possit tamen post adhibitam diligentiam ad veritatē assequendam, etiam si in dubio permaneat.

Sed probabilius longe respondeo. Non licere redere alteri coniugi petenti, etiam post adhibitam diligentiam ad veritatem indagandam. Primo, quia in dicto casu coniux dubitans de valore matrimonij, non habet ius ad petendum, & consequenter non potest petere licite: ergo nec alter potest reddere, non ob id solum, sed quia reddendo se exponit periculo incontinentiæ. Secundò, quia Pontifices in dictis capitibus expresse decernunt, dubium coniugem petere non posse: ergo alter, qui ei debitum in eo casu negaret, nihil faceret iniustè, cum non posset rectè, & licitè reddere. Sic Basilius *loc. cit. num.* 13. Montesinus *loc. cit. num.* 137. dicens, hoc esse verum casu, quo dubium sit notum vtrique coniugi; secus si aliàs, vnus ignoraret dubium alterius; quia tunc per accidens tenetur reddere ratione ignorantiæ, qua ignorat dubium, aut impedimentum alterius.

DISPVTATIO VIGESIMASEXTA.

De Diuortio, aut de Dissolutione Matrimonij quoad thorum, & cohabitationem.

QVÆSTIO PRIMA.

An ob adulterium alterius coniugis dissoluatur matrimonium quoad vinculum?

AFFIRMANT Hæretici nostri tēporis, Anabatistæ, Lutherani, & Caluinistæ, vt referunt Bellarmin. *lib.* 1. *de Matrim. cap.* 15. 16. & 17. & Valentia *lib. vnico de indissolubit. Matrimon. cap.* 3. 4. & 5. Fuitque error Græcorū, vt refert Guido Carmelita *in sua Sum. de hæreticis.* Et ex catholicis, eumdem, tenuerunt Tertulianus *lib.* 4. *aduersus* Marcion. Erasmus *in annot. ad* 1. *Chorint.* 7. Caiet. *in illud Matt.* 19 *Quicumque dimiserit*, & Catherinus *lib.* 6. *annot. contra Caiet. in fine*, vt referunt Thom. Sanchez *lib.* 10. *de Matrim. disp.* 2. *num.* 1. & Rebell. *lib.* 2. *de Matrim. q.* 15. *sect.* 2.

Sed certissime Respondeo: Non dissolui quoad vincu ū. Quia matrimonium semel inter fideles consummatū, est omnino indissolubile (vt supra *disp.* 5 *q.* 12. est habitum) ergo nequit ob adulterium dissolui. Sic hanc veritatē definierunt Innoc. 1. *epist.* 3. ad Exuperium *cap.* 6. *Canon.* 48. Apostol. Alexan. III. *cap. Ex parte de sponsal.* Concil. Florēt. *in instruct one* Armenorum, & Trident. *sess.* 24. *de Matrim. can.* 10. & docent omnes Catholici. Legantur Bellarm. Valent. & Sanchez *locis citatis* Basilius *lib.* 9. *de Matrim. cap* 16. *num.* 2. Ochagauia *tract. vltimo de Matrim. q.* 1. Hurtado *disp.* 11. *de Matrim. diffic.* 1. Rebell. *loc. cit. num.* 3.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

An adulterium vxoris sit causa sufficiens ad hoc, vt maritus possit ab ea diuertere quoad thorum & cohabitationem?

RESPONDEO: Affirmatiuè. Quia sic constat ex cap. 19 Matth. vbi Christus Dominus id expresse viris concessit, illis verbis; *Quicumque dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, &c.* Et ex cap. Significasti, cap. Gaudemus, cap. ex litteris, & diuort. & tenent omnes Doctores docentes, hanc responsionem esse certam de fide. Legantur Sanchez *loc. cit. disput. 3. num. 2.* Basilius *lib. 9. cap. 16. à num. 3.* Bonacina *quæst. 4. de Matrim. pun. 5. num. 2.* Hurtado *d. disc. 2.* Ægid. *de Sacram. disp. 35. dub. 1. num. 1* & alij.

QVÆSTIO III.

An etiam vxor possit separari à marito, ob eius adulterium?

NEGAT Caietan. in illud Matt. 19. *Quicumque dimiserit vxorem.* Quia existimat coniuges non esse pares in causa faciendi diuortium, sed id solis viris permitti ob vxoris adulterium. Citatque pro sua sententia D. Ambrosium *in 1. ad Cohrin. 7.*

Sed certissime Respondeo. Etiam posse. Quia certissimum est, coniuges esse pares in diuortio causa adulterij celebrando. Vterque namque sibi mutuo ad fidem ex iustitia obseruandam obligatur: ergo sicut vir innocens potest ab adultera vxore diuertere; ita & vxor ab adultero viro. Sic habetur expresse *in cap. fin. 32. q. 5. cap. Placuit. 32. q. 7.* & alibi, & docent id vt certissimum Magister *in 4. dist. 35.* & ibi Albert. Magnus, D. Tho. D. Bonau. Durand. Ricard. Palud. Scotus, quos, & alios vsque ad 68. Doctores, refert, & sequitur Sanchez *lib. 10. disp. 3. num. 6.* Vbi aduertit, id ipsum docere Caietanum, sibi contrarium, *tom. 1. opusc. tract. 29. de reddit. debiti, q. vnica.* His addi possunt Basilius *lib. 9. de Matrim. cap. 16. num. 4.* Hurtado *disp. 11. diff. 2. n. 6* Bonac. *q. 4. de Matrim. pun 5. num. 6.* Gutierrez *de Matrim. cap. 129. num. 2.* Ochagau. *tract. vltimo de Matrim. q. 2. num. 5.* Ægid. *loc. cit. num. 6.* Villalob. *tract. 15. diff. 1. num. 3.* & omnes.

QVÆSTIO IIII.

An consuetudo præualuerit, vt vxor, nequeat ob adulterium viri, diuortium celebrare?

AFFIRMARE videtur D. Basilius *in suis canonib. can. 9. & 12.* vt refert Sanchez *lib. 10. disp. 3. num. 1.*

Sed certissime Respondeo: Nec talem consuetudinem præualuisse, nec præualere posse. Quia diuortium ob adulterium est de iure naturæ & diuino, vt infra; at hoc est immutabile: ergo nulla consuetudine vinci potest. Sic DD. citati, præcipue Basilius, & Sanchez *num. 7.* Vbi explicat D. Basilium, dicens, intelligendum esse, vt velit rarissime fœminas hoc diuortium intentare ob virorum adulteria.

QVÆSTIO V.

An sit præfinitum tempus, quo transacto, nequeat coniux ob adulterium alterius, diuortium petere?

AFFIRMARVNT nonnulli, quos suppresso nomine, refert Glossa *in cap. Admonere, 33. q. 2.* in verb. *Pœnitentia*, asserentes; non esse integrum coniugi innocenti, post viginti annos pœnitentiæ alterius coniugis adulteri, diuortium petere.

Sed certissime Respondeo. Nullo modo esse præfinitum, aut determinatum tempus, quo transacto, nequeat diuortium peti; sed licitum esse coniugi innocenti, quocumque elapso tempore, diuortium celebrare. Quia, quamuis ius accusandi de adulterio, quoad pœnam criminalem, & ciuilem, præscribatur quinquennio, vt habetur *in l. Adulter. 5. C. ad l. Iul. de Adulter. l. 4 tit. 17. par. 7.* ita vt post quinquennium non audiatur accusatio adulterij; at tamen quoad petendum diuortium nunquam præscribitur. Sic habetur expresse *in cap. Admonere, cit. Vbi Glossa loco citato*, citans Hugum dicentem etiam post millesimum annum posse diuortium peti; Palud. *in 4. dist. 35. q. 1. art. 5. concl. 1.* Farinac. *in pract crimin. 1 par. q. 10. num. 20* & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 9.* Basilius *lib. 9. de Matrim. capit. 16 num 4.* & alij.

QVÆSTIO VI.

An, licitum esse diuortium, ob adulterium coniugis; solum ex iure diuino positiuo oriatur?

AFFIRMAT Castro *lib. 2. de lege pœnali, cap. 4. in fine.*

Sed probabilius longe Respondeo: Non solum ex iure diuino positiuo; sed etiam, ex iure naturali, seu ex ipsamet natura matrimonij, suppositio adulterio, diuortium oriri. Quia coniuges ex contractus matrimonij natura, tenentur mutuam sibi seruare fidem, quoad thorum, & cohabitationem, &c. at sic est, quod ipsummet ius naturæ dictat, vt frangenti fidem, fides seruanda non sit: ergo ex ipso iure naturæ coniux, cui alter adulterans fidem frangit, minime tenetur illi fidem seruare, sed potest ab ipso separari, & diuertere. Sic Sanchez *loc. cit. num. 4.* & penes ipsum, Sotus *in 4. dist. 36. quæst. vnica art. 1. concl. vnica.* Victoria *num. 289.* Enriquez *lib. 11. cap. 17. num. 1. & 6.* Petrus de Ledesma *de Matrim. quæst. 62. art. 1.* & Barth. de Ledesma *de Matrim. dub. 65. concl. 1.* & alij. Basilius, Ochagauia, & Hurtado *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO VII.

An adulterandi voluntas sufficiat ad celebrandum diuortium?

RESPONDEO certissime; Non sufficere. Quia per solam voluntatem aduiterandi, nec infertur matrimonio damnum, nec eius fides violatur, nec caro coniugis diuiditur. Sic Abulens. D. Anton. Tabiena. Siluester, & alij, quos affert, & sequitur Sanchez *lib. 10. disp. 4. num. 1.* dicens id esse constitutissimum apud vniuersos Doctores. Bonac. *quæst. 4. de Matrim. pun. 5. num. 3.* Ægid. *disp. 35. dub. 1. num. 5.* Lublinus *verb. diuortium num. 6.* Filliuc *tract. 10. cap. 10. num. 369.* & alij. Qui addunt id esse verum, etiamsi voluntas illa adulterandi, verbis, aut alijs signis externis manifesta fuerit.

QVÆSTIO VIII.

An tactus impudici, vt amplexus, oscula, &c. quæ mulier cum alieno habuit, tribuant iustam causam perpetuo diuortio?

AFFIRMANT Bartol. Ioan, Lupus Castillo, Bernardus Diaz, & alij plures, quos refert Sanchez *lib. 10. disput. 4. num 11.*

Sed longe multo probabilius, & verius Respondeo: Tales actus, etiam animo ad adulterium perueniendi habiti, eo non sequuto, nullo modo præbere iustam causam diuortio, vel, vt vir ab vxore diuertere possit. Ratio est. Quia fundamentum, & radix diuortij, est carnis coniugis in aliam carnem diuisio: ac sic est, quod per oscula, & tactus alios impudicos, non diuiditur caro coniugis in aliam: ergo. Sic Couarr. *4. decret. 2. par. cap. 7. §. 6. num. 3.* Sotus *in 4. dist. 36. quæst. vnica art. 1.* Angles *in florib 1. par. de Matrim. quæst 9. de diuort. art. 1. diffic. 1.* Nauarr. *de rubric. de Iudicijs num. 10.* & alij plures, quos refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 12.* Basilius *lib. 9. cap. 16. num. 5.* Ægid. Bonac. Filliuc. Villalob. Hurtado, & Lublinus *locis cit.* & est communis.

QVÆSTIO IX.

An pollutio habita cum propria vxore, minime consentiente, sit iusta diuortij causa?

AFFIRMANT D. Anton. *3. par. tit. 2. cap. 21. §. 5.* Sa *verb. diuortium.* Barthol. de Ledesma *de Matrim. dub. 65. concl. 2.* Palud. Petrus de Soto, & alij, quos refert Sanchez *lib. 10. de Matrimon. disp. 4. num. 7.*

Sed probabilius Respondeo: Non esse causam diuortij, saltem perpetui. Quia vir in hoc casu, non diuidit carnem in plures, aut in aliam, vt constat; (imò nec impropriam vxorem, vt ex dicendis constabit) ergo non adest fundamentum ad celebrandum diuortium. Saltem perpetuum, quia si vir desistere nollet, certum est, posse vxorem ad tempus; dum scilicet, vir non resipiscit, ab illo diuertere, vt infra dicemus. Sic Rosella *Matrimon. 7. num. 2.* Siluester *verb. diuortium quæst 7.* Tabiena, Palac. & alij, quos citat, & sequitur Sanchez

chez *loc. cit.* Basilius *lib. 9. de Matrimon. cap. 16. num. 5. Filliuc. cap. 10. cit. num. 370.* Villalob. *loc. cit. num. 5.* & alij.

QVÆSTIO X.

An saltem si pollutio habita sit cum tertia, alia persona, sit satis ad celebrandum diuortium?

AFFIRMANT, & à fortiori, omnes Doctores, nuper, pro prima sententia adducti, & ex adductis pro nostra, Rosella, Siluest. Tabiena, & alij, quos citat Sanchez *loc. cit. num. 9.*

Sed probabilius Respondeo: Non esse satis. Quia nec in hoc casu diuiditur caro viri in aliam per concubitum; quod esse necessarium ad diuortium perpetuum, ex dictis constat, & ex dicendis manifestius. Sic Enriquez *lib. 11. de Matrimon. cap. 8. num. 13. in com. lit.* C. Nauarr. *lib. 4. consil. tit. de diuort. consil. 1.* Petrus Ledesma *de Matrimon. quæst. 62. art. 1. dub. 4.* Palac. Angles. & alij quos affert, & sequitur Sanchez *loc. cit.* Basil. *loc. cit.* Bonac. *quæst 4. de Matrimon. pun. 5. num. 5.* Filliuc. *loc. cit. num. 369.* & alij. Qui idem, contra alios, dicendum sentiunt, de peccato mollitiei, siue viri, siue vxoris, quod scilicet, non sit causa ad celebrandum diuortium.

QVÆSTIO XI.

An sodomia coniugis sufficiens causa sit ad celebrandum diuortium?

AFFIRMANT D. Thom. *in 4. dist. 35. quæst. vnica art. 1. ad 4.* vbi D. Bonau. *quæst. 1.* Durād. *quæst. 1 art. 1.* Ricard. Paiud. ibidem. Sotus *dist. 36 quæst. vnica art. 1.* Petrus Sot. *lect. 11. de Matrimon.* Sa, & Barthol. de Ledesma *loc. cit.* Enriquez *lib. 11. cap. 8. num. 13.* Petrus de Ledesma *q. 62. art. 1. dub. 4.* Vega *tom. 1. cap. 89. casu 4.* Rosella. Siluester, Angelus, quos, & alios vsque ad 67. Doctores, citat, & sequitur Sanchez *lib. 10. disp. 4. num. 3.* Quibus addi possunt Bonac. *quæst. 4. de Matrim. pun. 5. num. 4.* Riccius *decis. 237.* Ochagauia *tract. vltimo de Matrimon. q. 3. num. 4.* Hurtado *disput. 11. de Matrim. difficul. 2. num. 7.* Filliuc. *tract. 10. par. 1. cap. 10. num. 366.* Egid. *disput. 35. num. 5.* Lublinus *verb. diuortium num. 8.* Villalob. *tract. 15. diffic. 1. num. 4.* & alij communiter. Et licet in praxi ab hac sententia non esse recedendum cum Basilio putem, cum ipso tamen.

Probabilius, speculatiue loquendo, Respondeo: Sodomiam nullo modo esse sufficientem causam ad perpetuum celebrandum diuortium. Quia radix, & fundamentum diuortij, est diuisio carnis coniugis in aliam: at hæc diuisio nequit perfectè fieri nisi fiat vna caro cum illa alia; & hæc solum fit ratione commixtionis seminum in vase apto generationi: ergo. Sic Basilius *lib. 9. de Matrim. cap. 16. num. 5.* per hæc verba: Verius tamen mihi videtur, nec peccatum nefandum, nec brutalitatem causam esse perpetui diuortij cum adulterio comparandam. Quia cum diuisio carnis in plures in iure dicitur esse causa diuortij, de ea intelligendum, quæ iuxta vsum naturalem est. Idque constat, quia ea diuisione inducitur in iure bigamia, & irregularitas. Nulla autem turpis coniunctio extra naturale vas bigamiam, irregularitatem inducet ex bigamia ortam, vel vera, vel similitudinaria, aut interpretatiua, si forsan illæ sunt, vt manifestum est. Tantum ergo illa adulterij nomine intelligenda est. Sed quamuis speculatiue loquendo mihi videatur quod dixi; attamen in praxi censeo non recedendum à priori sententia, quæ communis est inter DD. Huc vsque Basilius. Et ante illum hanc sententiam absolute tenuere Innoc. *cap. 1. de adulter. num. 1.* dicens esse communem, Florianus, Lud. Romanus. Card. Albarus Pelag. Palacios, & alij, quos refert Sanchez *loc. cit. num. 2.* & dicit probabile Filliuc *loc. cit.* Idemque dicendum est de bestialitate, & de omni alio peccato contra naturam.

QVÆSTIO XII.

An copula naturalis absque seminis in vas intromissione sit iusta causa perpetui diuortij?

AFFIRMARVNT, à fortiori, authores primæ sententiæ *q. 8.* relati.

Sed probabilius Respondeo: Non esse iustam diuortij causam. Quia dictus concubitus non est consummatus, sed attentatus, nec caro coniugis in aliam diuiditur, sed diuidi attentatus: ergo. Sic Sanchez *loc. cit. num. 13.* Hurtado *difficul. 2. cit. num. 8* Filliuc *loc. cit. num. 369.*

(.†.)

QVÆSTIO XIII.

An concubitus consummatus cum fœmina mortui præbeat causam ad celebrandum diuortium?

AFFIRMABVNT, qui affirmant peccatum mollitiei tam viri, quam vxoris esse causam iustam diuortij. Sunt autem Palud *in 4. dist. 35. q. 1. art. 1. concl. 3. n* 8 Abulens. *cap.* 19 Matt. *q.* 67 & 70. Gaeta *repetitione cap. Ad limina* 30. *q.* 1 § 4. *n* 213. & Veracruz 3. *par. spec. art. 1. concl.* 2. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non præbere causam ad diuortium celebrandū. Quia præfatus concubitus non est proprie fornicatio, sed concubitus cum statua mulieris, vnde huiusmodi accedens, nec vnitur alteri, nec diuidit carnem suam cum tertia persona. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 14. Bonac. & Filliuc. *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO XIIII.

An dentur aliqui casus, in quibus non sufficiat adulterium, ad diuortium celebrandum?

RESPONDEO: Dari septem. *Primus est:* Quando vterque coniux adulterium cō misit. Tunc enim vir nequit vxorem dimittere tuta conscientia, nec è contra, vxor virum. Quia paria delicta, mutua compensatione tolluntur. Sic habetur in cap. penult. & vltimo *de adulter. cap. significasti, & cap. ex litteris, de diuortijs cap.* 1. *& sequent.* 32. *q.* 6. Et conueniunt omnes DD. Sanchez *lib.* 10 *de Matrim. disp.* 5. *num.* 2. Basilius *lib.* 9. *de Matrim. cap.* 17. *n.* 5. Rebell. *lib.* 2. *de Matrim. q.* 17. & alij. Dubia autem quæ circa hunc casum possunt occurrere, infra soluta inuenies.

Secundus casus est, Quando vir suam vxorem prostituit, siue lenocinium exercuit. Tunc enim ob adulterium, cuius ipse author fuit, repudiare eam non potest. Sic habetur *in cap. Discretionem, de eo qui cogn. consang. l. cum mulier, ff. soluto matrim.* Vbi optime Scæbola: *Cur improbet maritus mores, quos ipse, aut ante corrupit, aut postea probauit.* Et tenent omnes. Sanchez *num.* 3. Basilius *num.* 7 & alij.

Tertius casus. Quando vxor probabiliter credens maritum suum mortuum, alteri nupsit; tunc enim coniux superueniens, non potest à sua vxore diuertere, ob adulterium commissum. Quia hoc commissum est, sine culpa coniugis adulteri; vbi verò non est culpa, pœna esse non debet. Sic habetur *capit. cum per bellicam* 34. *quæst.* 2. *& capit. in Lectum, ibid.* & tenet communis. Sanchez *n. m.* 11. & Basilius *num.* 8.

Quartus casus est; Quando vxor cognita fuit per fraudem ab aliquo, se virum simulante. Quia etiam in hoc casu excusatur ab adulterij culpa; ergo & à pœna *cap. in Lectum cit.* Sanchez *num.* 17. & Basilius *loc. cit.* & communis.

Quintus casus est, Quando vxor fuit violenter oppressa, propter eandem rationem. Sic habetur *capit. Itane, & capit. Proposito* 32. *q.* 5. & tenent Sanchez *n.* 13. Basilius *loc. cit.* & communis.

Sextus casus est, Quando post commissum adulterium, vir adulterij conscius, coniugi suæ reconciliatus est, vel dissimulatione, vel reconciliatione tacita, vel expressa. Satis autem ad hanc erunt, vel externa verba, quibus ea labes condonetur; vel copula, aut etiam tactus, & oscula, &c. Sic 32. *quæst.* 5. *cap. Si quis vxorem.* Ex quo communiter DD. Sanchez *num.* 19. Basilius *num.* 9. & alij.

Septimus tandem casus, Quando vxor, tempore infidelitatis repudiata à viro ad aliud transiens matrimonium, cognita fuit, si ambo ad fidem conuertantur, non poterit repudians obijcere coniugi repudiato consummationem illius secundi matrimonij, quæ adulterium est, quo ab illo diuertat. Sic habetur expresse *cap. Gaudemus, de diuortijs*. Et tenet communis. Sanchez *num.* 18. & alij. Sed quia circa hos septem casus, nonnulla se offerunt dubia, sit circa primum.

QVÆSTIO XV.

An detur compensatio adulterij vtriusque coniugis, si alter adulteretur, alter verò sodomiam committat?

AFFIRMANT dari compositionem, ita vt neutri diuertere liceat, quamuis alter coniux adulterij, sodomiæ, ac bestialitatis reus esset; alter verò, solius adulterij. Palud. *in* 4. *dist.* 35. *quæst.* 1. *art.* 2. *casu.* 1. *num.* 11. Supplem. Gabr. *quæst. vnica art.* 2 *post* 1. *concl. casu* 1. Palac. Tabiena, & Gaeta, quos citat, & sequitur Sanchez *lib.*

lib. 10. *disput.* 6. *num.* 5 His addi possunt omnes Doctores, quos pro prima sententia q. 11. retulj; quorum omnium fundamentũ est: quia in ordine ad diuortium vtrumque crimen est æquale, cum ob vtrumque pariter concedatur diuortium. Et quamuis hæc sententia in praxi securissime sequi possit, iuxta ibidem dicta. Speculatiuè vero loquendo.

Probabilius Respondeo: Non dari cõpensationem, inter talia crimina. Quia, speculatiue loquendo, probabilius est, dicta crimina, in ordine ad diuortium, esse imparia, & inæqualia; cum solum ob adulterium, nõ ob sodomiam, concedatur diuortium (vt *q.* 11. est habitum) ergo non datur compensatio ex vtraque parte, ac subinde, licet Sodomita possit ab adultero diuerti, non tamen adulter à Sodomita. Sic docere debent Authores pro nostra sententia *q.* 11. relati.

QVÆSTIO XVI.

An coniux, qui vnum solum adulterium admisit, possit diuertere ab altero, qui plura commisit?

AFFIRMANT Hostiens *cap. fin. n.* 4. *de adult.* Ioan. Andræas 1. *Anton. n.* 5. & Cardinalis *statim in principio.* Quia existimant, tunc solum censeri paria crimina, quoad compensationem adulterij faciẽdam, quando sunt paria in quantitate, & qualitate.

Sed, longe multo, verius, & probabilius Respondeo: Non posse. Quia cum vterque coniux fidem fregerit, delicta vtriusque paria censentur; nam iura solum fidei fractionis, non quantitatis, aut numeri, rationem habent. Sic Scotus *dist.* 36. *quæstion. vnica art.* 1. Angles *florib.* 1. *part. de Matrimon. quæstion.* 9. *de diuort. art.* 1. *diff.* 2. *concl.* 1. Ludouic. Lopez, & Canedo, quos omnes citat, & sequitur Sanchez *lib.* 10. *disput.* 6. *num.* 8. Ægid. *disput.* 35. *num.* 12. Ochagauia *quæst.* 5. *num.* 3. Hurtado *disp.* 11. *diff.* 3. Filliuc. *cap.* 10. *cit. num.* 375. Basilius *lib.* 9. *de Matrim. cap.* 17. *num.* 4. Villalobos *tract.* 15. *diff.* 1. *num.* 8. *& diff.* 4. *n.* 3. & alij.

QVÆSTIO XVII.

An, quando vnus coniux secreto adulterauit & alter publice, possit qui secreto adulterauit, diuortium petere?

RESPONDEO Non posse, saltem in foro conscientiæ, sed teneri compensare adulteria sub morte, vt *q.* sequenti, dicam. Quia diuortium solum conceditur, contra reum in fauorem innocentis: at qui est secrete adulter, re vera non est innocens in foro conscientiæ: ergo ille non potest petere diuortium, sed tenetur compensare suum adulterium cum adulterio alterius. Sic D. Thom. *in* 4. *d.* 35 *q. vnic. art.* 6 *ad* 5. & ibi D. Bonau. & Palud. Nauarr. *lib.* 4. *consil. tit. de diuort. consi.* 1. Enriquez *lib.* 11. *cap.* 17. *n.* 3. Petrus Ledesma *q.* 62 *de Matrim. art.* 1. *dub.* 1. Rodriguez, Vega, & alij quam plures, quos affert, & sequitur Sanchez *loc. cit. n.* 9: Basil. Ægid. Ochagania, Hurtado *loc. cit.* Diana 3. *part. tract.* 4. *resol.* 257. Vbi notat ex hoc capite, multos illicite diuortium petere quod est valde notandum à Confessarijs.

QVÆSTIO XVIII.

An, casu, quo coniux occulte adulter petat diuortium ab altero publice adultero, solum peccet venialiter?

AFFIRMAT, solum peccare venialiter, Enriquez *loc. cit.* Vbi sic ait: Si tamen crimen viri ignotum sit, sed probabile duplici teste, tenetur sub veniali non petere diuortium occultæ adulteræ, quæ monita pœnituit & emendata est. Ita ille. Qui lit K. citat pro se D. Thomam *art.* 6. *ad* 4. Sotum, ibidem, Siluestrum, *Matrim.* 10. §. 6. Nauar. *cap.* 16. *n.* 29. & alios, eo quod solum dicant, peccare.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Non solum venialiter, sed etiam mortaliter peccare. Quia cum res grauissima sit diuortium celebrare, si occultus adulter, iure dimitendi esset, vt omnes Doctores cõmuniter fatentur, non potest esse culpa venialis, tunc coniugem dimittere vxorem diuortium celebrando. Sic expresse Sanchez *loc. citat.* Qui solũ citat Enricum Enriquez pro opposita parte, & bene quidem, nam alij, vel nullo modo illam docent, vt Nauarr. vel satis obscure. Ochagauia *loc. citat.* citans pro se Siluestrum *verb. Diuortium quæst.*

quæst. 9. vers. 7. D. Thom. *in 4. d. 35. q. vnic. art. 6. & 5.* & alios. Ludouicus de S. Iuan *de Matrim. q. 6. art. 21. diff. 10.* & communis

QVÆSTIO XIX.

An fiat compensatio adulterij vnius coniugis, cum adulterio alterius, iam condonato à coniuge posterius adulterante?

AFFIRMANT fieri compensationem, ac proinde neutri licere diuertere: eo quod priori petenti diuortium obstet exceptio sui adulterij, quamuis remissi. Hugo, Turrecrem. & alij, quos refert Sanchez *loc. cit. n. 7.*

Sed probabilius Respondeo: Non dari compensationem, ac proinde optime posse priorem coniugem celebrare diuortium. Ratio est: quia condonatio adulterij eiusque reconciliatio, contractum matrimonij ad suũ statum pristinum reuocauit; ac si nulla esset vsque tunc fornicatio, seu adulterium admissum: ergo si prius adulterium coniugis sit iam condonatum ab altero coniuge innocente, & post condonationem innocens labatur in adulterium, optime poterit prior coniux, quasi, iam post adulterij condonationem, innocens, diuortium contra posterius adulterantem petere. Sic Sanchez *loc. cit.* & alij penes ipsum.

QVÆSTIO XX.

An, si ambo coniuges in adulterium lapsi, reconcilientur, possit quicumque ex illis, qui post reconciliationem adulteret, ab altero reijci, & dimitti?

RESPONDEO: Posse. Quia (vt ex nuper dictis constat) reconciliatio illa restituit matrimonium ad suum statum, & vigorem pristinum, ac si nullum esset vsque tunc adulterium admissum: ergo coniux, qui postea delinquit, reus diuortij fiet; poterit ergo ab altero reijci, ac dimitti. Sic Sotus *in 4. d. 36. quæst. vnica art. 1.* Petrus de Ledesma *de Matrim. quæst. 62. art. 1. dub. 2.* Sanchez *lib. 10. disp. 7. num. 1.* Hurtado *disp. 11. diff. 3. num. 10.* Ægidius *disp. 35. num. 17.* & omnes.

(?.)

QVÆSTIO XXI.

An quando vterque coniux est adulter, si alter emendetur, alter vero in adulterio perstiat, possit emendatus celebrare diuortium?

AFFIRMANT absolute posse celebrare diuortium coniugem emendatum, Palud. *in 4. d. 35. q. 1 art. 2. n. 12.* D. Antonin. *3. part. tit. 1. cap. 21. §. 6. casu 7.* Siluest. *ver. diuortium, quæstion. 9. casu 7.* Sotus *dist. 36. quæstion. vnica art. 1.* Rodriguez *tom. 1. cap. 13. casu 14.* & alij, penes Sanchez *lib. 10. disp. 7 n. 3.* Ochagauia *q. 6. n. 3.* & alij.

Affirmant insuper, & alij, non absolute, sed cum hac moderatione, vt scilicet, possit coniux emendatus diuortium petere, casu, quo hic admoneat alterum coniugem, vt se ad meliorem vitam conuertat, & ille nolit, sed in adulterio perseuerare. Ita Sanchez *loc. cit num. 4* & apud ipsum, Nauarr. *lib. 4. consil. tit. de diuort. consil. 3.* Enriquez *lib. 12. c. 5. fine.* Siluest. Rosella, & alij. Ægidius *loc. cit. conc. 6* & Villalobos *tract. 15. diff. 4. num. 2.*

Sed probabilius Respondeo: Minime posse coniugem emendatum celebrare diuortium, & ab altero non emendato diuertere. Quia emendatio vnius coniugis, non extinguit iniuriam alteri coniugi illatam: ergo semper manet dignus, vt ei numquam seruetur fides. Parum autem ad intentum refert, vt admonitio præcedat, vel non, quia adhuc, ea admonitione præmissa, non extinguitur iniuria admonenti illata. Sic Ledesmu *2. part. 4. q. 64. art 2* Petrus de Ledesma *de Matrim. q. 62. art. 1. dub. 2.* Basilius *lib. 9. cap. 17. fine.* Hurtado *disp. 11. diff. 3.* & alij.

QVÆSTIO XXII.

An, si ante latam sententiam diuortij, innocens coniux adulteretur, teneatur coniugem adulterum sibi reconciliare?

RESPONDEO Teneri. Nam tunc mutua illa delicta compensatione abolentur. Sic communiter Doctores quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 10. disputat-*

9. à num. 24. B si ius lib. 9 cap. 20. n. 3. per hæc verba: Alius etiam casus est, videlicet si is qui litem mouit, etiam est nocens, vel factus sit nocens. Si enim adulterium etiam commisit ante sententiam latam, tenetur redire; constat enim illi de iniustitia sententiæ: ne quidquam obest, quod mutarit statũ, iuxta dicta. Idem dicendum, si adulterium commissum est post latam sententiam, ante quam transeat in rem iudicatam siue quia nõ elapsus est appellationis terminus; vel non emanarunt tres concordes sententiæ; vel quia, licet transierit tempus, at quia reus minor est, beneficio restitutionis illi subuenitur. Nam in eo etiam casu, si is, qui litem mouit, eo tempore adulterium commitat, non potest in conscientia litem mouere, cum adhuc locum habeat compensatio. Sic ille, & omnes.

QVÆSTIO XXIII.

An idem, dicendum sit, casu, quo coniux innocens, committat adulterium, post perfectam, & latam sententiam diuortij, nempe, quod debeat reconciliare sibi coniugem adulterum dimissum?

NEGANT quam plures Doctores, existimantes in præfato casu, non teneri cõiugem, qui, post latam sententiam diuortij, patrauit adulterium, reconciliare sibi coniugem dimissum. *Primo*, quia res iam transijt in iudicatum. *Secundo*, quia, quod semel est bene definitum, minime retractandum est; *cap. Quod bene. 6 q. 4. Tertio*, quia sententia diuortij non fertur sub conditione in fauorem Rei, nimirum, si innocens caste vixerit; sed absolute fertur in odium eius: ergo. Ita Sotus *in 4. d. 36. quæst. vnica, art. 6. ad 3.* Enriquez *lib. 11. cap. 17. num 3.* Barth. de Ledesma *de Matrim. dub. 70.* Petrus de Ledesma *q. 62. art. 6. dub. vnico, concl. 2.* Quos, & alios vsque viginti & septem Doctores refert, & sequitur Sanchez *loc. citat. n. 30.* His addi possunt Reginald. *lib. 31. num. 330.* Gutierrez *cap. 129. n. 18.* Bonac. *q. 4. de Matr. punct. 5 n. 19.* Rebellus *lib. 2. de Matrim. q. 17. num. 9.* Filliuc. *tract. 10. part. 1. cap. 10. n. 377.* & alij; Addentes tamen, integrum esse iudici in eo casu, conciliare dictos coniuges, ex officio cogens eos, vt periculo incontinentiæ consulatur.

Sed probabilius Respondeo: Idem omnino dicendum esse in proposito casu, nimirum, & teneri coniugem reconciliare sibi coniugem adulterum dimissum (adhuc non expectata sententia iudicis) & tunc posse petere etiam restitui sibi coniugem, & audiri debere à Iudice.

Primo, quia sic expresse colligitur *ex capit. ex litteris, de diuort.* vt bene expendit Ochagauia. Secundo: Quia prædicta adulteriorum crimina, mutuo possunt compensari: ergo ad id coniuges tenentur. Consequentia patet, quia compensatio adulteriorum nascitur ex iure diuino, & naturali, & ideo nullo modo quit per iudicis sententiam auferri. Antecedens vero probatur; nam coniux innocens, etiam post latam diuortij sententiam, tenetur alteri coniugi ob adulterium dimisso seruare fidem; vnde, etiam post diuortium peccans adulter est, & agit contra iustitiam; ergo iniuriam intulit: ergo debet compensari cum iniuria ipsi innocenti à dimisso facta.

Tertio, quia sententia diuortij respicit statum præsentem, iuxta quem lata est; ergo non tollit ius Reo compensationis, si innocens, nocens fiat. Sic tenent Nauarr. *lib. 4. consil. tit. de diuort. consil. 1. n. 2. &* 3. Couarr. 4 *decret. 2. part. cap. 7. §. 6. n. 5.* Greg. Lopez *l. 8. verb. Esse mismo. tom. 2. part. 4.* D. Bonau. *in 4. d. 35. art. vnic. q. 5.* D. Antonin. 3 *part. tit. 1. cap. 21. §. 6.* Palud. *d. 35. q. 2. art. 2. n. 4.* Petrus Soto *lect. 12. de Matrim.* Palacios, Angles, Canedo, quos & alios vsque ad 30. Doctores refert pro hac parte Sanchez *n. 27.* Quibus addi possunt Basilius *lib. 9 cap. 20. n. 6.* dicens esse hanc sententiam, inter iuris interpretes, & Theologos, communiorem, Ægidius *disp. 35. dub. 2. n. 14* dicens hãc opinionem, esse multò probabiliorem, Hurtado *disp. 11. diff. 3. n. 11.* Ochagauia *tract. vltim. de Matrim. q. 5. n. 11.* Vi talobos *tract. 15. diff. 5. n. 3.* Diana 3. *part. tract. 4 resol. 257.* & alij.

Ad fundamentum contrarium Respondeo: ad primum dicendum, nil refert quod sententia iudicis transierit in rem iudicatam, nam etiam post illam, adulterando innocẽs infert iniuriam coniugi dimisso, qua iniuria ipsi innocenti facta à dimisso, compensatur, & consequenter, ius antea innocentis persistendi absque altero, cessat.

Ad secundum dicendum, quod nec sententia diuortij est retractanda casu quo res in eodem statu permaneat; secus vero si, vt in præsenti, mutentur, sicut fit post lapsum innocentis. Ad 3. dicendum, potius sententiam diuortij sub conditione proferri, nimirum, si innocens continens fuerit, aut quandiu

diu innocens talis existat, quia hanc conditionem exigit contractus matrimonialis.

QVÆSTIO XXIV.

An liceat coniugi innocenti, qui ante diuortij sententiam in adulterium labitur, aliquam Religionem profiteri, vel Sacros Ordines suscipere?

AFFIRMANT, posse talem coniugem profiteri, nec post professionem, teneri redire; nec alterum dimissum coniugem posse eum repetere, Palud. *in 4. d. 35. q. 2. art. 2. n. 14.* & ibi *Supplem.* Gabrielis *q. vnica art. 2. post 9. concl.*

Sed certissime Respondeo: Nullo modo licere predicto Innocenti coniugi Religionem ingredi, aut Sacros Ordines suscipere, etsi secus fecerit, posse reuocari ab altero dimisso coniuge; & imo & ipse reconciliare tenebitur & è Monasterio egredi, si sine scandalo possit. Ratio est. Quia eo ipso, quod ante diuortij sententiam adulterium commisit; compensantur delicta & reddit matrimonium ad pristinum statum, vt habitum est, *quæst. 22.* in quo neutri coniugi diuertere, gratia transeundi ad alium statum, permittitur. Sic Sanchez *lib. 10. disp. 9. n. 26. & 34.* & penes ipsum, Nauarr. *lib. 5. consil. lib. 3. de conuers. coniug. cons. 9 n. 2. alias tit. de adulter. cons. 1. n. 4. & 5.* Hostiens. Anton. Abbas, & alij. Basilius *lib. 9. c. 20. n. 7.* Vbi idem dicit dicendum, casu quo coniux innocens adulterium patret, post diuortij sententiam, antea quam transeat in rem iudicatam, nam vsque ad illud tempus, nequit valide profiteri.

QVÆSTIO XXV.

An idem dicendum, si coniux innocens, post latam sententiam diuortij, adulteretur, nondum mutato statu, & postea statum mutet?

NEGABVNT omnes Doctores, quos supra *q. 23.* pro prima sententia retuli, existimantes, tunc non teneri coniugem, qui post sententiam diuortij perfectam lapsus est in adulterium, & postea professus, aut sacris initiatus, reconciliare se cum coniuge dimisso, nec iudicem posse eum ad consortium coniugale reuocare; eo quod vxor dimissa post latam sententiam omni iure ad repetendum virum dimissum destituatur.

Sed probabilius Respondeo: Idem dicendum esse, nempe, teneri prædictum coniugē reconciliare se cū coniuge dimisso. Quia cū factus fuerit nocens, nondum mutato statu, amisit ius diuertendi se ab altero coniuge dimisso; quia est locus compensationis, etiam post latam sententiam, & postquam transijt in rem iudicatā, vt ex dictis *q. 23.* constat. Sic omnes Doctores pro nostra sententia ibi citati.

QVÆSTIO XXVI.

An si coniux innocens, iam professus, vel sacris initiatus, adulterium committat, teneatur etiam exire à monasterio, & ad cōiugem, ob adulterium dimissum, redire?

AFFIRMANT adhuc, teneri redire nonnulli Iurisperiti, penes Ouandum in *4. d. 39. q. vn. prop. 15.* vt refert Sāchez infra.

Sed certissime Respondeo: Iam in prædicto casu, nec teneri redire, nec posse. Quia ille coniux innocens, ob adulterium alterius licite potest se ab alio diuertere, & statum mutare, ac proinde valide, & licite profiteri, vel initiari sacris: ergo ius acquisitum est illi statui immutabili, cui per sequentē fornicationē extingui nequit: ergo. Sic Palud. Greg. Lopez, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 10. disp. 9 num. 34.* Vbi ait, nullos Iurisperitos contrarium sensisse. Basilius *lib. 9. cap. 20. n. 7.* Sic dicēs: Si autē iam professus, vel sacris initiatus adulterium commisserit, nec tenetur, nec potest iam redire. Nam iam Religio validum acquisiuit ius in Religiosum, quando vouens erat habilis ad profitēdum, quo impeditur ius cōiugis prius dimissi, nec extinguitur sequenti fornicatione; est enim longe strictius ius Religionis, aut mutationis status, quod præponderat iuri coniugis dimissi. Sic ille, & omnes.

QVÆSTIO XXVII.

An coniux innocens possit, post sententiam diuortij latam, inuitum etiam, adulterum sibi reconciliare, & adulter ad id teneatur?

NEGANT Sotus *in 4. d. 36. q. vnic. art. 5. ad 3.* Nauarr. *lib. 3. cons. in 1 editione tit. de regular. consil. 38. n. 1. quamuis in 2. edit. lib. 4. tit. de diuort.* id temperet, casu, quo coniux adulter velit ad religionem trāsire, & alij, quos refert Sanchez *lib. 10. disp. 10. n. 2.* existimantes, minime posse coniugē innocentem cogere adulterum ad hoc, quod sibi reconcilietur, post diuortij sententiam

latam

datam, licet id concedant casu, quo sententia diuortij lata non sit.

Sed longe multò probabilius Respondeo: Posse innocentem, re integra manente (ideſt, quandiu ſtatus vtriuſque coniugis eſt omnino immutatus) cogere adulterum vt ſibi reconcilietur, etiam ſi diuortij ſententia præceſſerit, & tranſierit in rem iudicatã. Quia id quod inducitur in fauorem alicuius non poteſt facere ei præiudicium: at ſic eſt, quod ſententia diuortij, eſt prorſus in fauorem innocentis, & odium adulteri, vt omnes concedunt; ergo non poteſt innocenti auferre ius, quod habet petendi debitum, & reuocandi adulterum ad ſe. Sic D. Thom *in* 4. *d.* 35 *quæſt. vnic. a.* 1. *t.* 6. *ad* 3. & ibi D. Bonau. *art. vnic. q.* 5. Durand. *q.* 2. *art.* 1. Palud. Maior, Supplem. Gabriel. Palac. & alij. Barthol. de Ledeſma *de Matrim. dub.* 70. *fine.* Petrus de Ledeſma *q.* 62. *art.* 6. *concl.* 3. Sa, *verb. diuortium n.* 2 Quos, & alios vſque ad 47. Doctores, citat, & ſequitur Sanchez *loc. cit. n.* 3. Baſilius *lib.* 9. *cap.* 19. *à num.* 1. Bonac. *q.* 4. *de Matrim. punct.* 5. *n.* 16. Reginald. *lib.* 31. *n.* 325. Gutierrez *cap.* 120. *n.* 14. Hurtado *diſp.* 11. *diff.* 8. Ochagauia *q.* 7. *n.* 4. Ægid. *diſp.* 35. *n* 26. Filliuc. *loc. cit. n.* 381. Villalobos *tract.* 15 *diff.* 7 *n.* 1. Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 257. & alij. Qui omnes communiter, contra Palac. *in* 4 *d.* 35. *diſp. vnica*, *col.* 18. addunt, minime eſſe nec ſtarium ad id, iudicem retractare ſententiam diuortij. Legatur Sanchez *n.* 4.

QVÆSTIO XXVIII.

An ſi coniux innocens ſtatum mutauit, factus profeſſus, vel Sacris initiatus, integrum ſit illi, adulterum ſibi reconciliare?

RESPONDEO negatiue. Quia iam aſſumpſit ſtatum immutabilem, à quo nequit reſilire. Vnde in præfato caſu, fas eſt adultero, etiam profiteri. Sic Roſella *verb. diuortium. n.* 11. & ibi Silueſt. *q.* 10. Armilla *n.* 8. Palac. *d.* 35. *diſp. vnic. col.* 7 *dub* 2. Sanchez *lib.* 10. *diſp.* 10. *n.* 6. Baſil. *lib* 9. *c.* 19. *n.* 2. & alij.

QVÆSTIO XXIX.

An ſaltem, ſi coniux innocens, ſolum votum ſimplex caſtitatis emiſſerit, poſſit coniugem adulterum ſibi reconciliare?

NEGAT adhuc Palacios *diſt.* 35. *diſput. vnica col.* 17.

Sed certiſsime Respondeo: Posse in hoc casu cogere coniugem ad ſibi reconciliandum. Quia quamuis in hoc contra votum emiſſum peccet cum ſe exponat periculo violandi votum; at adulter dimiſſus tenetur ad innocentem petentem redire, eo quod votũ ſimplex non priuet coniugem vouentem iure iuſtitiæ, quod habet in corpus coniugis. Sic Sanchez & Baſilius *loc. cit.* & omnes communiter.

QVÆSTIO XXX.

An liceat adultero coniugi ad profeſsionem, & Ordines tranſire, inſcio coniuge innocenti, caſu, quo nulla præceſſerit ſententia diuortij, ſed ob adulterium notorium ſint inuicem ſeparati?

RESPONDEO Negatiuè. Quia (vt nuper eſt habitum) innocens quamdiu iplenõ mutat ſtatum, ius habet ad reuocandum ad ſe coniugem nocentẽ: ergo hic nequit quidquam agere, ve diſponere contra ius illius: ergo ſi mutauerit ſtatum, reuocari ab innocente poterit. Sic Baſilius *lib.* 9. *cap.* 9. *n.* 3. Sanchez *lib.* 10. *diſp.* 10. *num.* 7. dicens ſic omnes docere.

QVÆSTIO XXXI.

An ſaltem poſt latam ſententiam diuortij, poſsit adulter ſtatum mutare, coniuge innocenti inuito?

AFFIRMANT omnes Authores, quos *q.* 27. pro prima ſententia retuli. Quibus addi poteſt Barthol. de Ledeſma *de Matr. dub* 64 *poſt* 3 *concl.* penes Sanchez, infra.

Sed probabilius Respondeo: Adhuc non poſſe, inuito innocenti ad Religionem tranſire; quod ſi ingrediatur, poteſt, etiam poſt profeſsionem reuocari. Quia non valet profeſsio contra ius coniugis innocentis. Sic tenent omnes Doctores pro noſtra ſententia *q.* 27. citati. Nam clare hæc, ex illa ſequitur. Sanchez *lib.* 10. *diſp.* 10. *n.* 12. Baſil. *lib.* 9. *cap.* 19 *n.* 4. Ochagauia *tract. vltim. q.* 7. *n.* 8. & communis.

QVÆSTIO XXXII.

An ad minus, poſsit adulter, lata ſententia diuortij, ignorante, & in conſulto innocente, Religionem profiteri; ſacris initiari, vel votum ſimplex caſtitatis emittere?

AFFIRMANT in hoc caſu poſſe, Palud. *in* 4. *d.* 35. *q.* 2. *art.* 3. *n.* 16. Scotus *d.* 36. *q. vnic. art* 6. *ad* 2. Enriquez *lib.* 11. *c.* 17. *n.* 6. *fine*, & *lib.* 12. *cap.* 5. *n.* 10. Angles 1. *part.* de

de Matrim. q. 9. de Diuort. art. 2. diff. 5 Petrus de Ledesma *de Matrim. q.* 62 *art.* 6. *notab. vnico. circa* 3. *concl.* Luc. Lopez. 1. *part. instruct. c.* 295. & 2. *part. de Matrim. c* 54. *de diuort.* & Cañedo *Sum. de Sacram. c.* 7. *n.* 65. Quos omnes pro hac parte refert Sanchez *loc. citat. n.* 10.

Sed probabilius Respondeo: Adhuc nō posse. Quia cum innocens habeat ius cogēdi adulterum ad reconciliationem (vt habitum est supra *q.* 27.) necessaria erit licentia illius, vt hic statum possit mutare. Vnde sine illa nequibit adulter ad Religionem trāsire, vel sacris initiari, vel votum emittere castitatis, & si secus fecerit, poterit reuocari ab innocenti & votum irritari. Verum tamen est, quod mutatio status facta ab adultero erit valida, casu, quo coniux innocens sciens non contradicat, vel si sæpius monitus nolit reconciliari. Sic D. Thom. *in* 4. *d.* 35. *q. vnica art.* 6. *ad* 3. D Bonau. *art. vnico. q.* 5 *ad* 2. Rosella *verb. Diuortium n.* 11. Silues. ibi *q.* 10. & *Matrim* 9. *q.* 11. Armilla *diuort. n.* 8, Veracruz 3. *part. speculi art.* 6 *prob.* 3. *secundæ concl* Barth. de Ledesma *de Matrim. dub.* 70. Quos, & alios citat & sequitur Sanchez *loc. cit. n.* 13. Sed ex his, hic author, pro opposita parte citauerat Barthol. de Ledesma, (quem pro nunc non vidi) asserentem, posse nocentem, adhuc innocente inuito, statum mutare, vt notauimus *q.* 31. His addi possunt Basilius, & Ochagau. *loc. citat.* Villalobos *tract.* 15. *diff.* 7. *n.* 6. Bonac. *q.* 4. *pu.* 5 *n.* 23. Qui pro hac part citat Enriquez, & Petrum de Ledesma, Ægidium *disp.* 35. *dub.* 5. *n.* 56 Reginaldum *lib.* 31. *num.* 326. & Gutierrez *cap.* 129. Sed ex his, haud bene, Enriquez, & Ledesmam, cum oppositum expresse affirment. Sic etiam Filliuc. *num.* 382. & communis.

QVÆSTIO XXXIII.

An, vt adulter de licentia innocentis statum mutet, sit necessarium, vt innocens, etiam mutet statum?

RESPONDEO Negatiuè. Sic Sanchez *loc citat n.* 15, Basilius *loc. cit.* ita dicēs. Is autem, qui innocens est, non ideo constringitur etiam Religionem ingredi, sed potest in sæculo remanere, cum possit ob adulterium separatim viuere: & alias graue iugum imponeretur innocenti. Sic Ille. Bonac. Ochagauia, & alij *loc. citat*, & est communis.

QVÆSTIO XXXIV.

An coniugi innocenti liberum sit ad Religionem transire, etiam inuito coniuge nocente, siue adultero?

RESPONDEO: Affirmatiuè. Quia in hoc casu innocens vtitur iure suo, cum in fauorem ipsius lata fuerit sententia diuortij. Sic habetur *in cap. Agathosa*, 27. *q.* 2. *cap. constitutus cap. veniens, de conuers. coniug.* & tenent omnes Doctores. Sanchez *lib.* 10. *disp.* 11 *n.* 2. Basilius *lib.* 9 *cap.* 19 *num.* 5. & alij, addentes, similiter, posse innocentem, adultero inuito, ad Ordines transire, vel simplex castitatis votum emittere. Hurtado *disp.* 11. *diff.* 8. Ochagauia *q* 7. *n.* 11. & omnes.

QVÆSTIO XXXV.

An, vt innocens transire ad religionem, vel Ordines possit, sufficiat adulterium esse valde notorium?

NEGANT Durandus *in* 4. *d.* 32. *q.* 2. *art.* 1. *num.* 5. Veracruz 3 *part spec. art.* 6. *prob.* 3. *secund. concl.* Graffis 2 *parte decis. lib.* 1. *c.* 12. *n* 66. Astens. Hostiens. Anchar, & alij penes Sanchez *lib.* 10. *disp.* 11. *n.* 7. Quia existimant, ad id minime sufficere adulterium esse notorium, sed necessarium esse, sententiam etiam diuortij præcedere.

Sed probabilius Respondeo. Horum alterum sufficere, nimirum, aut quod præcedat sententia perfecta diuortij, in quo omnes cō ueniunt; aut quod adulterium sit notorium; cum per hoc optime possit innocens, adhuc non expectata sententia diuortij, authoritate propria deserere consortium, & habitationem adulteri, absque metu restitutionis, vt infra dicemus. Sic Sanchez *loc. citat. n.* 10. Basilius, & Ochagauia *loc. cit.* & alij penes ipsos.

QVÆSTIO XXXVI.

An etiam, pro foro interno conscientiæ, licitum sit innocenti ad Religionem, vel Ordines transire, ob adulterium coniugis occultum?

NEGANT omnes Doctores, qui negant; licere coniugi innocenti, adhuc pro foro conscientiæ, ob adulterium occultum alterius coniugis, propria authoritate, diuortiū celebrare. Hos autem referam infra. Et expresse hanc partem tuetur Basilius *lib.* 9. *de Matrim. cap.* 18. fine. Et quamuis hæc sententia sit valde probabilis,

Æqui-

Æque tamẽ probabiliter Respõdeo. Licere pro foro cõscientiæ coniugi innocenti transire ad religionẽ, vel ad ordines, ob adulteriũ occultum cõiugis: Quia æque probabile est, id esse satis ad celebrandum propria authoritate diuortium, vt dicemus *q.* 41. quo supposito nostra responsio clare colligitur, vt omnes concedunt. Sic Sanchez *lib.* 10. *disp.* 11. *à num.* 10. Ochaga. *loc. cit.* & alij, quos *quæst.* citata citabimus.

QVÆSTIO XXXVII.

An vir innocens possit, inuita adultera, eodemmodo ad Ordines transire, quo potest ad Religionem?

NEGANT Innocent. *cap. Veniens de conuers. coniug.* & ibi Hostient. Ioan. Andreas & Ant. Gutierrez *lib.* 1. *q. canon. cap.* 25 *à num.* 13 Grafiũ. 2. *var. decis. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 64. & alij, penes Sanchez *lib.* 10. *disp.* 11. *num.* 15.

Sed probabilius Respondeo: Posse eodẽ modo, & in omnibus casibus, in quibus licitũ est illi profiteri. Quia ius coniugale æque vtrique statui obstat: cum ergo adultera ius coniugale ob culpã adulterij amiserit, æquè licebit virò, ipsa inuita, transire ad ordines, ac ad religionẽ. Sic Palud. *in* 4. *dist.* 27 *q.* 3. *art.* 2. *n.* 10. & *dist.* 55. *q.* 2. *art.* 2 *n.* 14. Victoria *de Matrim. n.* 253. Sotus *dist.* 36. *q. vni. art.* 5. *ad* 3. Enriquez *lib.* 12. *c.* 5. *n.* 10. Nauar. *lib.* 3. *conf. tit. de conuers. coniug. conf.* 19. *n.* 1. Petrus Ledesma *q.* 53. *art.* 4. Sa *verb. diuortium n.* 2. Rodriguez 1. *tom. Sum. c.* 230. *n.* 2. Vega 1. *tom. cap.* 89. *casu* 3 quos, & alios quam plurimos, refert, & sequitur Sanchez *loc. cit. num.* 16. Sic et ã Basilius *lib.* 9. *c.* 19. *n.* 5. Ochaga. *q.* 7. *n.* 13. Hurtad. *disp.* 11 *diff.* 8. Bonac. *pun.* 5. *cit n.* 23. & communis.

QVÆSTIO XXXVIII.

An coniux innocens licite possit negare debitum coniugi adultero, ante sententiam Iudicis sibi suffragantem?

NEGANT id posse ante sententiam Iudicis, Hugo, Inoc. Anchar. Turrecrem & alij penes Sanchez *lib.* 10. *disp.* 12. *n.* 2. Quorum sententiam alij Doctores sequuntur loquẽdo de adultero occulto, existimant enim, necessariũ esse adulteriũ, esse notoriũ, vt possit innocens propria authoritate debitũ adultero negare. Ita Henricus, Goffred. Hostens. Archid. & alij apud eundem Sanchez *n.* 3.

Sed multo longe verius, & probabilius Respondeo: Posse absolute (dummodo innocens sit moraliter certus de adulterio) nec ad id esse necessariã sententiã Iudicis, aut adulterium esse publicum. Ratio est, quia ius naturæ petit, & docet, vt in materia contractuũ fragenti fidem, non esse obligationẽ seruandi fidem: ergo ex vi contractus matrimonij, coniux innocens, qui certo moraliter cognouit fidem fuisse sibi violatam medio adulterio, non tenebitur adultero seruare fidem, sed licitè poterit ei debitũ denegare. Sic D. Thomas *in* 4. *dist.* 35. *q. vni. art.* 3 & ibi D. Bonau. Ricard. Palud. Sot. *dist.* 36. *q. vni. art.* 3. *concl.* 1. Petr. Soto *lect.* 12. *de Matrim.* Enriquez *lib.* 1 *c.* 17. *n.* 1. Sa *verb. diuortiũ n.* 1. Petr. Ledesma *q.* 62. *art.* 3. *not ab* 1. Rodrig. *tom.* 1. *Sum. c.* 240. *n.* 4. Vega 1. *tom. cap.* 13. *casu* 1 Quos, & alios vsque ad 46. refert, & sequitur Sanchez *n.* 5 Inter quos citat etiam pro nostra parte Hostiensem, Anharanũ, & Ioan. Andreas, quos pro contraria citauerat. Sic etiam Basil. *lib* 9. *c.* 18 *n.* 6. *fine.* Hurtado *disp.* 11 *diff.* 7. Ochaga. *q.* 7. *n.* 1. Bonac. *loc. cit. n.* 10. Valerus *verb. Vxor, diff.* 1. *vers. Deinde non obstat, & verb. Nullitas. diffic.* 4. *num.* 3.

QVÆSTIO XXXIX.

An saltem, præfatus innocens coniux teneatur reddere debitũ adultero occulto, si per excommunicationem, vel præceptum ad id per iudicem compellatur?

AFFIRMANT D. Thom. D. Bonau. Durand. Ricar. Astens. Siluest. Tabiena, & alij penes Sanchez *num.* 6.

Sed probabilius Respondeo. Non teneri ex natura rei. Quia probabilius est excommunicationem illam, seu præceptum iudicis non obligare in conscientia, cum falsa præsumptione innitatur. Verum est quod posset teneri ratione scandali vitandi, & ita si breui posset coniux adulterium probare, cum tunc non oriatur magnũ scandalũ, non tenebitur reddere, secus si longa mora necessaria esset. Sic Sanchez, Basil. Hurtado, & Ochagauia, *loc. cit.* Bonac. *n.* 11. & alij, penes ipsos.

QVÆSTIO XXXX.

An coniux innocens licite possit, propria authoritate, ab adultero diuertere, ob adulterium publice notorium?

NEGANT id posse ante Iudicis Ecclesiastici sententiam. D. Thom. *in* 4. *dist* 35. *quæst. vni. art.* 3. Vbi D. Bonau. Duran, Ricar.

& Supplem. Gabr. Bellarm. *lib.* 1. *de Matrimon cap.* 14 §. *Secundum est*, & alij, quos refert Sanchez. *lib.* 10 *disp.* 12. *n.* 11. Sic etiam Comitol. *lib.* 1. *respon.* Moral. *q.* 141. Valerus *verb. Nullitas, differ.* 4 *n.* 3 *fol. mihi* 221 (licet sibi contrarius, vbi infra oppositum sequatur.)

Affirmant verò è diametro alij, dicentes, sufficere ad diuortiũ, propria authoritate celebrandũ, si adulteriũ sit notorium. Sic penes eumdem Sanchez *n.* 12. Rosella, Angelus, Armilla, Nauar. Corduba, Ioa. de Friburgo.

Sed probabilius Respondeo: Posse quidem, propria authoritate ab adultero diuertere, si adulteriũ est publicũ, vel per se notũ, ita vt nulla prorsus tergiuersatione possit celari, tunc enim non est necessarium, sententiam Ecclesiæ expectare. Tunc autem dicetur adulterium, publice, vel per se notum, quando iudici, & alijs notum est; vel quando adulter confessus est in iudicio, etiam ciuili; Quando adulter publice moratur cum adultera; Quando est notoriũ facti permanentis; vt si extent filij notoriè ex adulterio habiti. Hæc responsio habetur expresse, *in cap. Significasti de diuort. & cap. Porro eo cit.* & pro illa citantur à Thoma Sanchez *n.* 13. Armilla, & Ioan. de Friburgo (ab ipso, etiam pro secunda sententia, citati,) Palud. Sotus, Palacios, vterque Ledesma, Enriquez, Rodriguez, Vega, & alij, quos ipse sequitur. Basilius *lib.* 9. *cap.* 18. *n.* 2. (qui tamen male citat pro hac parte, D. Thomã, Durãdum, & Ricardũ; cum expresse oppositum doceant; vt bene vidit Sanchez.) Hurtado *disp.* 11. *diff.* 6. Ochagauia *q.* 7. *n.* 3. Bonac. *q.* 4. *pun.* 5. *n.* 10. Layman. *tract.* 10. *par.* 3. *c.* 7. *n.* 8 & 9. Ægid. *disp.* 35. *dub.* 1. *n.* 2. Filiuc. *n.* 387. Valerus *verb. Vxor. differ.* 1. *versu, in foro igitur.* Rebell. 2. *par. de Iust. lib.* 2. *q.* 17. *n.* 3. Villalob. *tract.* 15. *diff.* 3. *n.* 3. & à fortiori, Doctores secundæ sententiæ.

QVÆSTIO XXXXI.

An licet Innocenti coniugi etiam ob adulterium occultum, non expectato Ecclesiæ iudicio, ab adultero diuertere?

NEGANT, & à fortiori, authores primę, & secundę sententiæ, nuper relati; quibus adhæret Basilius *lib.* 9. *cap.* 18. *n.* 6 per hæc verba: At mihi magis placet, si crimen probari non potest, nullatenus etiam secreto, & clam posse eijci è domo fæminam; nec posse fugere in partes longinquas, sed cohabitare debere. Ita ille.

Sed æque probabiliter Respondeo. Etiã posse cessante scandalo. Primò, quia id, haud obscure, colligitur *ex cap. Dixit Dominus*, 32. *q* 2. *ibi. Vbicumque fornicatio est, vel fornicationis suspicio, libere dimittitur vxor*, vbi *libere*, idem est, quod absque alicuius sententia, seu licentia, vt late, & bene probant Tiraquel. *l. Si vnquam, verb. Reuertatur, à n.* 134. & Sanchez *lib.* 1. *de Matrim. disp.* 54. *n.* 6. & *lib.* 10. *disp.* 12. *n.* 31. Secundò; quia (vt habitum est *q.* 38.) licitum est coniugi innocenti, absque iudicis sententia, ob adulterium occultũ alterius coniugis, negare ei debitum coniugale, quod maius est; ergo & cohabitationẽ, quod minus est. Poterit ergo licite, cessante scandalo, vir conscius adulterij occulti vxoris secedere in partes remotas, vbi matrimoniũ ignoratur. Sic Sotus *dist.* 6. *q. vnica art.* 3. Nauar. *Sum. cap.* 22. *n.* 23. *fine & ib.* 3. *cons. tit. de Conuers. coniug. consil.* 14. *alias* 5. Enriquez *lib.* 11 *de Matrim. cap.* 17. *num.* 2. & alij quos citat, & sequitur Tho. Sanchez *loc cit. n.* 31. & 32. Ochagau *tract. vltimo de Matrim. q.* 7. *n.* 1 *pag. mihi* 764.

QVÆSTIO XXXXII.

An, licitum sit diuortium ob alias causas, quã fornicationem carnalem?

NEGANT Kemnitius, & alij hæretici nostri temporis, eo quod Christus Dominus, ob solam fornicationis causam licitum esse diuortium, testatus fuerit, *Matth.* 5. & 19.

Sed certissime de fide Respõdeo; ob alias aliquas causas licitum esse diuortium, quam ob adulterium carnale. Sic enim definitum est in Trident. *sess.* 24. *de Matrim. can.* 8. per hæc verba. *Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter coniuges, quoad thorum, seu quoad cohabitationem, ad certum, incertumvè tempus fieri posse decernit, anathema sit.* Sic Concilium. Et sic omnes Catholici. Legantur Bellarmin. *lib.* 1. *de Matrimon. capit.* 14. Sanchez *lib.* 10. *de Matrimon. disput.* 15. & Basilius *lib.* 9. *de Matrim. cap.* 21. Qui bene ad fundamentum hæreticorum respondent; Christum Dominum, ad dimissionem coniugis, solius fornicationis, & non aliarum causarum, meminisse; quia ibi Christus Dominus assignauit causam perpetui diuortij, quæ nulla alia, præter fornicationem est perpetua. Deinde, quia sola fornicatio est propria causa separationis matrimonij,

cum

cum hæc sola opponatur per se bono fidei coniugalis, vt diximus *q. 6.* ideoque tantummodo illius meminit. Legantur Doctores citati.

QVÆSTIO XXXXIII.

An lapsus vnius coniugis in infidelitatem, vel hæresim sit sufficiens causa ad faciendum diuortium?

RESPONDEO, tanquam certum, esse sufficientem. Quia id constat *ex cap. fin. de conuers. coniug. & cap. 2 & cap. Quãto, de diuort. & cap. Non solum. & cap. Idololatria* 28. *q.* 1. *& ex* D. Paulo *ad Titum* 3. dicente: *Hæreticum hominem, post vnam, & secundam correctionem deuita.* Et sic tenent omnes Doctores. Legantur, inter alios, Sanchez *lib* 10. *disp.* 15. per totam, & Basilius *lib.* 9. *cap.* 22 etiam per totum. Qui bene, contra alios, docent, quod casu, quo innocens iudicio Ecclesiæ sit ab hæretico, ob hæresim separatus, non teneatur postea admittere hæreticum, quamuis iam correctum, & emendatum.

QVÆSTIO XXXXIV.

An, si coniux pertrahat alterum coniugem ad peccandum mortaliter; possit hic, ab illo separari?

NEGAT, ex parte, Abulens. *c.* 19. *Matt. q* 7. *ad* 3. existimans, ob solam inductionem aut pertractionem alterius coniugis ad infidelitatem, vel hæresim, posse fieri ab innocente diuortium.

Sed certissimè Respondeo. Posse à coniuge separari, non solum quando ab illo ad peccatum infidelitatis sollicitatur, sed quando ad aliud quodcumque peccatum mortale inducitur, si de hoc admonitus non desistat à prouocando. Quia iure naturali, & diuino cuique licitum est, periculum animæ, imo & corporis præcauere. Et ideo sic tenent omnes Doctores, Sanchez *lib.* 10. *disp.* 17. *n.* 5. & penes ipsum D. Thom. D. Bonauent. Ricard. Nauarr. Angel. Siluest. Enriquez, Sa, & alij vsque ad triginta & tres Doctores. Quibus addi possunt Basilius *lib.* 9. *cap* 23 *n.* 1. Bonac. *q.* 4. *punct* 5. *n.* 25. Hurtado *disp.* 11. *diff.* 5. Villalobos *tract.* 15. *diff.* 10 & alij.

Ex hoc recte colligentes, iustam præbere causam diuortij eum virum, qui lenocinium cum vxore exercet; & qui in domũ suã viros procaces, & parum pudicos introducit, vt vxorem sollicitent, eosque solos cum illa relinquis: Et qui vult coniugem furtorũ suorũ participem facere, sollicitando videlicet, vt illis cooperetur, furta tegendo, & simulãdo. Et qui vult vt vxor sua pellicem foueat, & alat, & similia, quæ vergunt in animæ periculum. Legantur Sanchez, & Basilius *locis citatis.*

QVÆSTIO XXXXV.

An sæuitia coniugis sit causa sufficeens ad celebrandum diuortium?

RESPONDEO: Esse sufficientẽ. Quod est verum, quamuis coniux timens dederit occasionem, aut causam sæuitiæ. Sic expresse habetur *in cap. literas, de restitut. spoliator. cap. ex transmissa eo. tit. & cap.* 1. *vt lite non contestata ibi: verum quia dicebat mulier se virum habere suspectum.* Et tenent omnes Doctores, docentes, posse coniugem ob alterius sæuitiam, propria authoritate recedere, vel expellere alium, quem timet, cõiugem, præcipue si sit periculum in mora, & non esset facilis aditus ad iudicem. Sic Sanchez *lib.* 10. *disp* 18 Basilius. *ib.* 9. *cap. vltimo dnum* 4. Gutierrez *lib.* 1. *q. canon. cap.* 24. *n.* 8. *& de Matrim. c.* 129. *n.* 28. Bonac. *q* 4. *punct* 5. *n.* 25. Villalob. *loc. cit. diff.* 11. *num.* 1. & alij omnes.

QVÆSTIO XXXXVI.

An quæuis sæuitia sufficiat ad diuortium celebrandum:

RESPONDEO Non sufficere; sed necessarium esse, quod sæuitia sit tanta, quę terreat constantem animũ; aut, quod idem est, quod malum, quod ex sæuitia coniugis timetur, sit graue, ac tale, quale ad metũ constantis viri exigitur. Sic omnes Doctores præcipue, nuper citati. Hinc deducentes. Primo, iustam diuortij causam, ratione sæuitiæ, esse molestã cohabitationẽ, discordias, & iurgia grauia inter cõiuges, vt docent Enriquez *lib.* 11. *cap.* 17. *n.* 7. Sanchez *loc. cit. n.* 11.

Secundo deducunt, iustam diuortij causam esse, quod vir gladium apposuerit ad collum vxoris, animo illam occidendi, vel feriendi. Quod alter coniux, alteri, per venenũ vel maleficia, aut alio modo, insidias vitæ parauerit. Quod vir grauiter, & atrociter vxorem percusserit siue id faciat gladio, vel hasta, in capite, facie, vel oculo, aut in pectore, aut in manibus; Quod vir vxorem acriter, &

immo-

immoderate,excedendo lenem correctionẽ viro permissam,verberauerit. Sic omnes Doctores. Sanchez *loc. citat.à n.* 10. Basilius *à n.*4. Bonacin.*n.*25. & alij communiter.

QVÆSTIO XXXXVII.

An liceat etiam viro,propter sæuitiam vxoris,diuortium celebrare?

NEGANT Tancred.Hostiens.& Anton. vt refert Sanchez *lib.*10.*disp.* 18. *n.*7. Sed certissimè Respondeo; Etiam licere viro. Quia æque militat in vtroque coniuge ratio. Sic Sanchez *n.*8. & penes ipsum Palud. Gutierr-Enriquez,Couar. Petrus de Ledesma,& alij pluret. Basil.*loc.cit. n.*8. dicẽs, sic in Supremo Regis Catholici senatu pronuntiatum esse in lite, super diuortio inter D.Annam Palomeque, & Ioannem Morenum eius virum. Villal.*loc.cit.*& communis.

QVÆSTIO XXXXVIII.

An non solum sæuitia præterita, sed etiam timor sæuitiæ futuræ iustam diuortio causam præbeat?

RESPONDEO: Affirmatiuè. Quia in vtroque euentu imminet periculum coniugi. Sic Aimon,Couar. Gutierrez,& alij,quos citat,& sequitur Sanchez *n.*19. exemplificãtes in vxore litiganti cum viro, circa maiorẽ bonorũ partem,in quo casu,aiunt,posse præsumi futuram sæuitiam viri;aut inimicitias capitales inter illos & ideo tunc non esse cautioni fidendum. Addiderim ego exemplum aliud,vt quando coniuges litigant super diuortio,ratione sæuitiæ, aut alterius criminis, viri, tunc namque facile posset præsumi futura sæuitia viri;maioraque odia capitalia inter eosdem coniuges, & ob id facilius à Iudice diuortium concedi.

QVÆSTIO XXXXIX.

An furor coniugis sufficiat ad celebrandum diuortium?

NEGANT absolute Abbas,Alex.de Nevo,& alij,quos affert Sanchez *n.*18. Sed clarius Respondeo sufficere, casu solum,quo furor coniugis sit ita vehemens, vt aliter coniux nequeat absque graui periculo cum illo habitare. Quia hic prævalet ius propriæ vitæ tuendæ. Sic Nauar. Couar. Veracruz,Enriquez,Sa,& alij,quos citat & sequitur Sanchez *loc.cit.* Addens, non esse ad id necessarium vitę periculum,sed sat esse aliud grauissimum. Esseque iustam diuertendi causam,si vir sæpe inebrietur cum periculo vitę, aut cum alio graui periculo,vxoris.

QVÆSTIO L.

An possit vxor diuertere à suo viro latrociniis dedito,& nocente à furtis abstinere?

AFFIRMANT absolute D. Antonin 3. *part.tit.*1.*c.*21.§.4.& Nauar. *in Sum. cap.*22.*n.*22.

Sed clarius Respondeo: Posse quidem vxorem à viro tali diuertere, si prudenter timeat,inde sibi aliquod graue imminere damdum,veluti si timeat ne tanquam consentiens furtis viri sui,& receptatrix furtorum puniatur,secus autem, si inde nullum detrimentũ vxori consurgere possit,quia in hoc casu, nõ potest recedere. Sic Barbosa,Sa,& alij, quos citat,& sequitur Sanchez *n.*21. Villalobos *loc.cit.n.*5.& alij. Qui addunt idem dicendũ de viro,nempe, quod possit diuertere à sua vxore,quando delictum ipsius,possit sibi esse causa alicuius grauis damni;veluti si vxor esset venefica,liberorũ interfectrix, aut ipsiusmet viri facultates depredans &c.

Hic tandem nota, cum communi Doctorum,& iam ex dictis patet,quod in nullo casu,ex nuper assignatis,possit fieri separatio in perpetuum, nisi casu,quo periculũ in perpetuum duret(quod certe potest.) Quia cum coniuge à cohabitatione cum altero,ob solũ periculum,excusetur,eo cessante, reuerti ad cohabitandum tenebitur. Et hæc sufficiant pro hac secunda parte. Ad laudem, & gloriam Sanctissimæ Trinitatis: Genitricis Dei Mariæ;necnõ Sanctissimorum Patriarchachorum Ioannis de Mata.& Felicis de Valois,quos ab inenunte ætate,nescio quomodo,Deus scit,in Patronos elegi. Amen.

FINIS.

INDEX

INDEX, SEV

COMPENDIVM ABSOLVTISSIMVM

OMNIVM AVTHORIS SENTENTIARVM iuxta Tractatuum, Disputationum, & Quæstionum, primi Indicis, Ordinem Concinnatum.

Ex Tractatu VI.

Disp. I. De Ordinis Sacramenti Natura, Quidditate, & Numero. pag. 1.

DE Fide est dari in Ecclesia sacramentũ Ordinis. pag. 1. quæst. 1.
Ordinis Sacramentum, sic (quidquid nolint quidam) rectè definitur: *Ordo est signaculum quodã per quod spiritualis potestas tribuitur Ordinato.* pag. 2. q. 2.
De fide est, dari septẽ, adminus, Ordines. 2. 3.
Certissimum est, Ptalmistatum, non esse Ecclesiasticum Ordinem 2. 4.
Probabilius est, quod Prima tonsura non sit verus Ordo. 3. 5.
Longe probabilius est, quod quatuor minores Ordines sint vera Sacramenta. 3. 6.
Et longe multo probabilius, quod Subdiaconatus, sit verum Ordinis Sacramentum. Certissimum verò, quod Diaconatus: & de fide, quod Præsbyteratus sint etiam, pag. 4. q. 7. & pag. 5. q. 8. & 9.
Longe probabilius est, quod Episcopatus præcisè consideratus, sit etiam verus Ordo, & verum Sacramentum. 5. 10. Licet non constituat octauum Ordinem. 6. 11.
Probabilius est, in Ordinatione Episcopi, nouum infundi characterem, & distinctũ à charactere Sacerdotali. 6. 12.
Certissimum est, quod non Sacerdos, nequeat consecrari Episcopus. 7. 13.
Certissimũ est, quod Archiepiscopatus non sit Ordo ab Episcopatu distinctus. 8. 14.
Sicut nec Cardinalatus verus Ordo. ibid. 15.
Nec Papatus ibid. 17.
Probabilius est, Cardinalium declarationes, quandoque habere vim legis. 8. 16.
Omnes septem Ordines sunt vnum Sacramentum vnitate finis. 9. 18.

Disp. II. De Ordinum omnium institutione in particulari. pag. 10.

Certissimũ est, vsum primæ tonsuræ esse licitum, & honestum. p. 10. q. 1.
Probabilius est, vsum tonsuræ, ortum ab Apostolo Petro habuisse. 10. 2.
Longe probabilius est, tonsuram, nec propriam materiam, nec propriam formam habere, ibid. 3. Et ideo probabilius, eius collationem esse validam, omissis illis verbis: *Dominus pars, &c.* ibid. 4.
Certissimum est, non esse de necessitate Sacramenti, vt tonsura præmittatur ante receptionẽ Ordinum. 11. 5.
Tonsurati munus est in Ecclesia, aut in choro, canere. 11. 6.
Non peccat tonsuratus omittens recitare septem Psalmos, quorum recitationem illi Episcopus mandat. 11. 7.
Tonsuratus quatuor gaudet priuilegijs. pag. 11. q. 8.
Probabile est, Ordinem Ostiariatus institutum esse à Christo immediatè. p. 12. q. 9. Quinque sunt munera Ostiarij. ibid. 10. & qualia ibid.
Probabile est, Ordinem Lectoratus institutum fuisse immediatè à Christo. 13. 11. Tria sunt officia Lectorum. ibid. 12. & qualia ibid.
Probabile est, Ordinem Exorcistatus, institutum fuisse immediatè à Christo. 13. 13. Quatuor sunt munera Exorcistarum, & qualia. ibid. 14.
Probabile est, Ordinem Acolytatus institum fuisse immediatè à Christo. 13. 15. Tria sunt munera Acolytorum, & qualia. 14. 16.
Probabilius est, Clericos Minorum Ordinũ non peccare mort. exercendo in mortali sua munera. pag. 14. quæst. 17. Benè tamen venialiter, si id faciant solemniter. ibid. 18.
Probabile est, Ordinem Subdiaconatus institutum fuisse à Christo Domino, quando post cœnam pedes discipulorum lauit. pag. 14. q. 19.
Septem sunt munera Subdiaconi, & qualia. pag. 15. q. 20.
Probabilius est, Subdiaconos, & Diaconos in mortali solemniter ministrantes, non peccare mort. 15. 21. Benè tamen venialiter. ibid. 22.
Certum est, quod non fiat irregularis Acolytus, qui indutus Dalmatica, absque manipulo, Epistolam in Missa solemniter cãtat. 16. 23. Benè tamen si cum manipulo id faciat. ibid. 24.
Probabile est, Ordinem Diaconatus institutum fuisse à Christo, quando in Cœnã suũ

corpus, & ſanguinem diſcipulis diſpenſauit. 16. 25.

Quinque ſunt munera Diaconi ibid. 26.

Certũ eſt, non peccare mortaliter Diaconũ in mortali prædicans. 17. 27.

Certum eſt, poſſe Diaconum deferre pyxidẽ ab vno altari ad aliud. 17. 28.

Certum eſt, quod munus prædicandi ex officio Diacono conueniat. 17. 29.

Quãdo inſtitutus fuit Ordo Præsbyteratus; quot, & quæ ſint eius munera. p. 17. q. 30. & p. 18. q. 31.

Probabilius longe eſt, non peccare mort. Sacerdotem benedicentem aquam in mortali. 18. 27.

Probabilius eſt, Epiſcopatum inſtitutũ fuiſſe à Chriſto Domino poſt reſurrectionẽ, illis verbis; *Paſce oues meas* Ioan. 21. 18. 33

Duo ſunt munera Epiſcoporum ibid. 34.

Probabilius eſt, Epiſcopum conſecrantem in mortali Chriſma, aut benedicens oleum infirmorum peccare; ſed venialiter tantum. p. 18. & 19. q. 35. & 36. Mortaliter verò, ſi conferat Ordines etiam minores in mortali. 19. 37.

Diſp. III. De Ordinum omnium Materia, & Forma.

Probabilius longe eſt, materiã proximã Epiſcopatus, eſſe ſolã impoſitionem manuum trium Epiſcopotum, ſuper caput ordinandi. Formam verò illa verba: *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* p. 20. q. 1.

Probabilius eſt, non ſolum ex præcepto Eccleſiaſtico, ſed etiam ex præcepto diuino, & de neceſsitate Sacramenti, requiri tres Epiſcopos, ad ordinationem Epiſcopi. p. 20. q. 2. & 3.

Probabilius longe eſt, poſſe ex diſpenſatione Põtificis, vnum ſolum Epiſcopũ alium valide conſecrare. 21. 4.

Certiſsimum eſt, quod in Eccleſia Græca, materia Præsbyteratus ſit ſolum modo manuum impoſitio. 21. 5. In Eccleſia verò Latina, impoſitio manuum ſuper caput ordinandi, ſimul cum traditione panis, & vini, in ſuis vaſis. p. 22. & 23. q. 6 & 7.

Probabilius eſt, eſſe de ſubſtantia ordinationis Sacerdotalis in Eccleſia Latina, traditionem vtriuſque ſpeciei, panis, videlicet, & vini 24. 8. 9 & 10.

Certum eſt, quod in Eccleſia Græca, materia totalis Diaconatus ſit manus impoſitio ſolum; in Eccleſia verò Latina, manuum impoſitio, cum traditione libri Euangeliorũ. p. 25. q. 11 & 12.

Probabilius eſt, quod in primordijs Eccleſiæ Apoſtoli per ſolam manuum impoſitionem, ordinauerint Diaconos. 27. 13.

Probabilius eſt, quod materia totalis Subdiaconatus ſit traditio Calicis vacui, & Patenæ vacuæ, cum traditione ſimul libri Epiſtolarum 27. 14.

Probabilius eſt, Patenam ſimul cum Calice, eſſe de ſubſtantia Subdiaconatus. 28. 15.

Probabilius eſt, quod Calix, qui in Ordinatione Præsbyteri, & Subdiaconi porrigitur, non debeat de neceſsitate Sacramenti eſſe conſecratus. ibid. 16.

Probabilius eſt, quod materia totalis Acolytatus ſit traditio candelabri cum cereo, & traditio vrceoli vacui. 29. 17.

Certum eſt, quod materia proxima Exorciſtatus, ſit traditio libri Exorciſmorũ, ibi 18 Sicut materia proxima Lectoratus traditio libri Prophetiarum. ibi. 9.

Vnde inualida eſt, Ordinatio Lectoris facta per traditionem libri Euangeliorũ, in quo non contineantur prophætiæ. 30. 20.

Probabilius eſt, quod materia totalis Oſtiariatus ſit traditio Clauium. 30. 21.

Probabilius eſt, eſſe de neceſsitate ſacramenti, quod phyſice tangatur materia ab ordinando ibi. 22. legatur q. 23.

Probabilius longe eſt, non eſſe de neceſsitate Sacramenti, quod ad Sacerdotium promouendus contingat ſimul cum Calice, & Patena, Hoſtiam. 31. 24. Sufficiet namque illi, ſi tangat Calicem, & Patenam, ibi. q. 25. & 26.

Certum eſt, materiam remotam ordinationis eſſe inſtrumẽta tangenda: proxima verò, ipſam traditionem. 32. 27. A quo autem debeant porrigi. 33. 28.

Diſp. IV. De Ordinis Miniſtro Ordinario, & Delegato.

De fide eſt, ſolũ Epiſcopũ eſſe ordinariũ Miniſtrum Ordinis. 33. 1.

Certũ eſt, quod, vt Epiſcopus poſsit ordinare, debeat eſſe conſecratus. ibi. 2. Poteſt tamen antequam conſecretur, delegare alteri Epiſcopo conſecrato facultatem ordinandi. ibid.

Certiſsimum eſt, poſſe Epiſcopum hæreticũ, excommunicatum, vel degradatum, valide, licet non licite, ordinare. 34. 3.

Probabilius eſt, quod Epiſcopus, per ſaltum ordinatus, poſsit valide conferre Ordinẽ, quem non recepit ibid. 4.

Probabilius eſt, quod quãdo Epiſcopus ante ordinationẽ dicit: *Se non intendere ordinare excõmunicatũ, &c.* Siquis tamẽ excõmunicatus accedat, valide ſit ordinatus. 35. 5.

Probabilius eſt, poſſe Cardinales Præsbyteros, dare ſuis familiaribus minores ordines. ibid. 6.

Certiſsimum eſt, non poſſe Parochũ ſuis ſubditis tonſuram conferre. 35. 7. Nec Prælatos Conuentuales, ſuis ſubditis, ibid. 8.

Ce-

Certissimum est, non posse omnes Abbates indiscriminatim minores Ordines suis subditis regularibus concedere; sed solum illos, qui sunt consecrati, mitrati. &c. 36 9.

Probabilius est, quod nõ omnes Abbates mitrati possint ordinare sæculares subditos. ibid. 10.

Probabilius est, posse Abbates, suis Novitijs minores Ordines dare. ibi. 11. Imò & professis, alterius Religionis. 37 12. Necnon, & sæcularibus sibi non subditis, dummodo à suo Episcopo dimissorias habeãt. ibi. 13.

Non possunt Prælati Religionũ, qui Abbates non sunt, vti, aut gaudere priuilegio Ordinandi. 37 14. Et minus, Vicarius Episcopi. ibid 15.

Probabilius longe est, nec ex indulto Pontificis, posse quẽlibet Ordinatũ alium ordinare v.g. Diaconus, Diaconum, &c. 38. 16.

Certissimũ est, posse simplicem Sacerdotem, ex priuilegio Pontificis, non solum minores Ordines conferre, verumetiam, Subdiaconatum, & Diaconatum; imò & Sacerdotium (quamuis hoc nõ sit ita certum) pag. 38. 39 & 40. q 17. 18. 19. & 20.

Certissimũ est, nec ex plenitudine potestatis Pontificis, posse Diaconũ ordinare Præsbyterum; neque Præsbyterũ Episcopum. 40. 21. Sicut etiam est certissimum, Episcopum non posse concedere facultatem ordinãdi simplici Sacerdoti. ibi. 22. & 23.

Disp. V. De Ordinis subiecto.

De fide est, quod fœminæ non sunt capaces recipiendi Ordines sacros. 41. 1.

Probabilius longe est, quod Ioanna Anglicana, non fuerit euecta ad Pontificatũ 41. 2.

Certissimum est, nec ex dispensatione Pontificis, posse fœminas minoribus Ordinibus initiari. 41. 3. Imò fere certum, quod nec tonsura Clericali. 42. 4.

Certum est, posse Hermaphroditum valide ordinari, si prævaleat in illo sexsus virilis (secus aliàs) 42. 5. Et iuxta probabiliorem sententiam, sine dispensatione. ibi. 6.

Probabile est, quod mulier, quæ in virũ transijt, possit ad Ordines promoueri. 42. 7.

Certissimum est, posse infantẽ, aut insanum, etiam maioribus Ordinibus initiari. 43. 8. & 9. Imò, secundũ probabiliorem sententiam, Episcopatu etiam. ibid. 10.

Probabilius longe est: peccare mort. Episcopum ordinantem puerum ante vsum rationis. 44. 11.

Certum est, posse valide ordinari Religiosum, inuito suo superiori. ibid. pag. 44. quæst. 12.

Disp. VI. De Ordinandorum ætate.

Certissimum est, quod ad recipiendam primam tonsuram, ætas septennij requiratur. 44 1. Licet in casu necessitatis possit Episcopus, secundum aliquos Doctores, infantes ante septennium tonsurare ibid.

Probabilius est, etiam sufficere ætatem septennij, ad omnes quatuor Ordines minores suscipiendos. 45. 2.

Certissimum est, quod ad recipiendum Subdiaconatum requiratur annus vigesimus secundus; ad Diaconatum. 23. & ad Præsbyteratum. 25. pag 45. q. 3.

Probabilius longe, imo, & certum est, quod sufficiat, vt prædicti anni sint incepti. ibi.

Certum est, quod ad Episcopatum, & Cardinalatum requiritur annus trigesimus completus: Ad Canonicatum in Cathedrali annus 22 inceptus: in Collegiali vero. 14. Ad Beneficia curata annus 25. inceptus. Ad simplicia 14 pag. 46. q. 4.

Certum est, huiusmodi ætatis annos, non esse computandos à die conceptionis, sed à die nativitatis. ibid. fine.

Certum est: non posse Religiosos licite ordinari, ante ætatem à Tridentino requisitam. 46. 5.

Probabilius longe est, peccare mort. & incurrere irregularitatẽ, qui etiam, vno die, ante legitimam ætatem Ordines sacros suscipit. 47. 6.

Probabile est, sufficere ad quoscumque Ordines suscipiendos, quod anni sint inchoati, etiam per dimidium quadrantem horæ. pag. 47. q 7.

Probabilius est, quod, qui complet ætatem requisitam, hora quarta, vel quinta post meridiem, possit eodem die mane, recipere Ordinem. 47. 8.

Certũ est, quod, qui male fide ante legitimã ætatem sacros suscepit Ordines suspensionem ipso facto incurrere 48. 9.

Probabilius est, quod, qui Sacerdotium ante legitimã ætatẽ, mala fide, suscepit, solum maneat suspensus à Sacerdotio. ibid. 10.

Probabilius lõge est, quod, qui superiorũ testimonio sacros Ordines, ante legitimam ætatẽ, bona fide, suscepit, nõ incurrat suspensionẽ. 49. 11. Idemq; probabilius dico de eo, qui cum ignorãtia vincibili, & crassa ordinatur ante ætatem. ibid. 12.

Probabilius est, quod, qui bona fide ante ætatem ordinatus est, & adueniente fide mala, celebrat, licet peccet mortaliter, nõ incurrat irregularitatem. 49. 13.

Probabile est, quod Regularis, qui sussu sui Prælati, bona fide suscepit Præsbyteratũ, quadraginta diebus, ante ætatem, non maneat suspensus. 50. 14.

Probabilius eſt, quod ſuſpenſus ab Ordine, ante legitimam ætatem, mala fide, ſuſcepto; nequeat completa ætate, ſine diſpenſatione, Ordine fungi ſuſcepto. 50 15.

Probabilius eſt, poſſe per Bullam abſolui à ſuſpenſione, ob malam promotionem ad Ordines, incurſa. 51. 16.

Probabilius eſt, quod, qui mala fide, ante legitimam ætatem Sacerdotium ſuſcipit, & cum Epiſcopo in Ordinatione concelebrat, licet maneat ſuſpenſus; non incurrat tamen irregularitatem. 51. 17. Idemque probabiliter eſt dicendum de Subdiacono, & Diacono canentes Epiſtolam, & Euangelium in eadem Miſſa. 52. 18. Initiatus Ordinibus minoribus ante legitimam ætatem, non manet ipſo facto ſuſpenſus. 52. 19.

Probabile eſt, quod in ſuputanda ætate ſit enumerandus dies biſextus. ibi. 20.

Diſp. VII. De Ordinandorum Scientia, & Intentione. pag. 53.

Certum eſt, eſſe neceſſariam ſcientiam, his, qui ad Ordines ſunt promouendi. 53. 1. Et qualis ſcientia requiratur, illi, qui prima tonſura, & illis, qui minoribus, &c. ſint initiandi. 53. 2.

Qui eſt omnino illiteratus, eſt inhabiles ad Ordines, ibi q 2. Nec cum illo poteſt Papa diſpenſare, ſaltim per ſe. 53. q. 3.

Probabilius eſt, quod poſsit Epiſcopus Ordinare eum, qui linguam latinam parum intelligit, caſu, quo ſit ſpes, quod poſtea neceſſaria adiſcet ibid. 4.

Probabile eſt, quod Regularis, poſsit Ordinari cum minori ſcientia, quam ſæcularis. 54. 5.

Probabile eſt, quod poſsit Epiſcopus initiare ſacris Regularem, qui benè legit, & cantat. ibid. 6.

Probabilius eſt, poſſe Regulares examinari ab Epiſcopis de ſufficientia ſcientiæ, licet ad id non teneantur. 54. 7.

Certum eſt, quod Sacerdotio initiandus, non debeat neceſſario eſſe idoneus ad ſtatim confeſsiones audiendas. 55 8.

Probabilius eſt, non peccare mortaliter illum, qui initiatur prima tonſura, cum intẽtione non aſcendendi ad vlteriores gradus. ibi. 9. Imò nec Epiſcopum, qui prædicto primam tonſuram, aut minores Ordines conferret. 56. 10.

Probabilius eſt, peccare mort. illum, qui prima tonſura initiatur, ſola intentione declinandi poteſtatẽ ſæcularem. ibi. 11. Imò, & ſola intentione obtinendi aliquod beneficium. ibid. 12.

Probabilius longe eſt, non eſſe mortale, initiatos minoribus matrimoniũ inire. ib. 13.

Diſp. VIII. De Ordinandorum Epiſcopo proprio jubiectione. pag. 57.

Certum eſt, quod poſsit Epiſcopus valide, nõ licite, cõferre Ordines ſubditis alterius Epiſcopi, abſque eius licentia. 57. 1.

Certũ eſt, quod, qui initiatur, etiã prima tonſura, ab Epiſcopo alieno, eſt ipſo iure ſuſpenſus. ibi. 2.

Non manet ſuſpenſus Epiſcopus, qui ignorãter alienũ ordinat. ibi. 3. Manebit tamen, ſi ſcienter, adhùc ſolam primam tonſuram, alieno conferat. 57. 4.

Archiepiſcopus, minime poteſt cõferre Ordines ſubditis ſuorum ſufraganeorum, etiam intra ſuã Diœceſim. ibid. 5. Imò nec Epiſcopus proprijs ſuoditis, extra propriam Diœceſim. 58. 6.

Certum eſt, poſſe quem Ordinari ab Epiſcopo ſuæ originis, vel domicilij, vel Beneficij. ibid. 7. Et probabile, quod poſsit quis ordinari ab Epiſcopo Diœceſis, in qua fortuitò natus eſt. ib. 8. Et probabilius ab Epiſcopo Diœceſis, in qua Pater ordinandi, vel eius Auus, natus fuit. 59 9. 10 & 11.

Certum eſt, quod, qui habet ſub diuerſis Epiſcopis, diuerſa domicillia, aut diuerſa beneficia, poſsit à quolibet ordinari. pag. 60. q. 12. & 61. 15.

Probabilius eſt, poſſe quem Ordinari ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi quis habet beneficium ſimplex, aut præſtimoniam. 60. 13. & 61. 16.

Certum eſt, quod non poſsit quis Ordinari ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi penſionem ex beneficio habet: aut patrimonium. 61. 17. & 18.

Probabile eſt, poſſe Epiſcopum licite ordinare Clericum, cui beneficium hac ſola intentione contulit 61. 19. Et probabilius, quod poſsit diſpenſare in interſtitijs cum illo, quem ratione beneficij Ordinare poteſt. 62. 20.

Certum eſt, poſſe Epiſcopum, triennalem ſuum familiarem (imò, & triennalem famulum ſui familiaris) ſibi non ſubditum Ordinare, dummodo illi ſtatim beneficium conferat, hoc eſt, intra decem dies à die ordinationis. 62. 21. 22. & 23.

Triennium huiuſmodi ſeruitutis debet eſſe continuum, & completum. 63. 24. Vbi quomodo ſit computandum: & quod non ſufficiat ſeruitus facta Epiſcopo abſenti. ibid. 25.

Probabilius eſt, quod non poſsit Epiſcopus, ſuum triennalem familiarem ad titulum penſionis, vel patrimonij, &c. ordinare. ibid. 26.

Pro-

Probabilius eſt, quod poſsit Epiſcopus ſuo familiari, non expectato triennio, Ordines conferre, dummodo illi beneficium aliquod contulerit. 63. 27.

Certum eſt, quod Epiſcopi titulares (vulgò de anillo) nequeunt ſuos triennales familiares ordinare. ibi. 28.

Probabile eſt, quod poſsit Epiſcopus in aliena Diœceſi conferre ſuis ſubditis, in priuato cubiculo, primam tonſuram. 64. 29. Et probabilius, quod poſsit ordinare proprios ſubditos in aliena Diœceſi, caſu, quo inuitatus ſit ad ordinandum in illa à Diœceſano. ibid. 30.

Probabilius eſt, quod Epiſcopus ordinans alienum, ſolum incurrat ſuſpenſionẽ à collatione Ordinũ, quos male cõtulit. 64. 31.

Probabilius eſt, non incurrere dictam ſuſpẽſionem Epiſcopum, qui ſub ſpe ratihabitionis alienum ordinat. 64. 32. Nec illum, qui bona fide, aut ignorantia inuincibili. ibid. 33.

Diſp. IX. De Ordinandorum patrimonio, & beneficio ad Ordines requiſitis. pag. 65.

Certum eſt, quod non poſsit Clericus ſæcularis initiari ſacris, ſi non habet neceſſaria ad victum, ſecus Regularis ſolemniter profeſſus; imò & Patres Societatis Ieſu, poſt emiſſa vota ſimplicia. p. 65. 1. & 2.

Probabile eſt, quod poſsit quis Ordinari, cum ſola fide iuſione alimentorum. 66. 3.

Probabilius eſt, incurrere ſuſpenſionem, qui promouetur ad Ordines cum patrimonio, aut beneficio ficto. 66. 4. Non verò illũ, qui promouetur cum patrimonio, hac cõditione dato, vt ſcilicet, ordinetur, & poſt donanti reſtituat. 67. 5.

Probabilius eſt, non incurrere ſuſpenſionem (licet mort. peccauerit) Clericum, qui ad titulum patrimonij donati ſibi à fratre, ordinatus eſt vſq; ad Diaconatum, & poſtea renuntiato patrimonio ipſi fratri, aſſumpſit Præsbyteratum. 68. 6.

Certũ eſt, teneri patrem aſsignare patrimonium filio volenti, ſe ad Ordines promoueri, ibi. 7. Quantũ autem, & quale debeat eſſe patrimonium ad ſacros ordines requiſitum. 68. 8.

Probabilius multo eſt, non poſſe initiari ſacris filium, qui ex bonis paternis pingue expectat patrimonium, ſi non ſit illi à Patre deſignatum. ibid. 9.

Probabilius eſt, poſſe quem Ordinari ad titulũ patrimonij, quod cõſiſtit in cẽſu. 69. 10.

Probabilius eſt, nec validè, nec licitè poſſe patrimoniũ ad cuiustitulũ quis fuit ordinatus, renunciare abſque licentia ſui Epiſcopi. 69. 11.

Probabilius eſt, quod bona à Patre, filio, pro ſuſcipiendis Ordinibus, aſsignata, ſuccedant loco legitimæ. 69. 12.

Certiſsimum fere eſt, non poſſe quẽ ad Ordines promoueri, ad titulum beneficij certi de futuro. 70. 13. Benè tamen recipere Diaconatum ad titulum beneficij ne præſenti, quamuis fructus illius, omnia poſt receptum Sacerdotium recipiat. ibi. 14.

Probabilius longe eſt, non poſſe quem Ordinari ad titulum Beneficij, ob iniuſtam prohibitionem Iudicis, non poſſeſsi. 70. 15. Et certiſsimum, non poſſe ad titulum Vicariæ temporalis. ibi. 16. Benè tamen ad titulum Capellaniæ, aut præſtimonij, aut penſionis perpetuæ. p. 71. 17. 18. & 19.

Probabilius longe eſt, non poſſe quem Ordinari, ſub ſolo titulo literaturæ. 72. 20.

Diſp. X. De Literis Dimiſſorialibus. pag. 73.

Certum eſt, quod, qui poteſt per ſe Ordines conferre, poſsit, & dimiſſorias dare. 73. 1.

Probabilius eſt, poſſe Legatũ à latere dimiſſorias concedere. ibid. 2. Et Vicarius, præſente Epiſcopo, ſi ad hoc expreſſum, aut tacitum conſenſum habeat ibid. 3.

Nec Capitulum, nec eius Vicarius, poteſt Sede vacãte, cõcedere dimiſſorias intra annũ à morte Epiſcopi. 73. 4. Niſi caſu quo aliquis occaſsione beneficij recepti, vel recipiẽdi, arctetur ad recipiẽdos ſacros. 74. 5. Collegium tamen Cardinalium, aut Vicas Papæ, ſtatim poſt Sedem vacantem, poſſunt dimiſſorias concedere. 74. 4.

Probabilius eſt, poſſe Epiſcopum concedere dimiſſorias ad omnes ordines collectiue. pag. 74. 6.

Probabilius longe eſt, non poſſe Abbates cõmunes concedere dimiſſorias ſuis ſubditis ſæcularibus. ibid. 7. Benè tamen Abbates Magnates. 75. 8.

Certũ eſt, poſſe Prælatos Regulares ſuis ſubditis reuerendas concedere. ibid. 9. Etiam Nouitijs. ibid. 10.

Certiſsimum eſt, teneri Epiſcopum præſtare fidem literis dimiſſorijs Prælatorum Regularium. ibid. 11.

Probabilius longe eſt, non expirare reuerẽdas morte concedentis. 76. 12.

Diſp. XI. De Ordinationum temporibus, & Interſtitijs. pag. 76.

Certum eſt, quod prima tonſura conferri poſsit, quacumque die, & hora, & quocumque loco, pag. 76. q. 1.

Probabilius eſt, quod minores Ordines non poſſint cõferri, niſi diebus Dominicis, aut alijs ex Eccleſiæ præcepto, feſtis, ibid. 2. & p. 77. q. 3. & 4.

Probabilius eſt, quod nequeat Epiſcopus dictis diebus Dominicis, & feſtis, minores Ordines, plurib⁹ quã quib⁹, cõferre. 78. 5.

Probabilius eſt; poſſe Epiſcopũ minores Ordines poſt prandium conferre. 78. 6.

Certiſsimum eſt, non poſſe Epiſcopũ maiores Ordines, diebus Dominicis conferre, ibi. 7. Poterit tamen illos dare, mane dicti Dominicæ, poſt generalẽ in Sabbato ordinationem factam, dummodo continuetur ieiunium. 79. 8. & 9.

Certum eſt, quòd non liceat Epiſcopo, vnum Ordinẽ ſacrum die Sabbati vni conferre, & mane Dominicæ ſequentis, alterũ. ibid. 10. Poterit tamen quis die Sabbati recipere Sacerdotium, & die immediata Dominica, Epiſcopatum. 80. 11.

Probabilius eſt, licere Epiſcopo, omnes Ordines maiores, ſimul cum prima tonſura, eidem, eadem die conferre. 80. 12. Imò minores Ordines ſimul cum Subdiaconatu, ex iuſta cauſa. ibid. 13.

Probabilius eſt, incurrere ſuſpenſionẽ, qui in vna die, duos ſacros Ordines recipit. 81. 14 Minime verò, qui minores Ordines ſimul cum Subdiaconatu ſuſcipit. ibid. 15.

Certum eſt, quod in receptione Ordinũ maiorum ſeruanda ſint interſtitia vnius anni. p. 81. q. 16. Imò in receptione minorum ex vi iuris; quamuis non ex conſuetudine. ibid. 17.

Certum eſt, quod, qui ordinantur, non ſeruatis interſtitijs, peccent mortaliter. 82. 18. Non tamen incurrunt ſuſpenſionẽ, quamuis alij oppoſitum dicant. ibid. 19.

Certũ eſt, quod Epiſcopus poſſit in interſtitijs diſpenſare: imò, & eius Vicarius, & Capitulum, Sede vacante, interueniente iuſta cauſa. 82. 20. Quænam cauſæ ſint efficientes, vt Epiſcopus diſpenſare in interſtitijs poſſit. 82. 21.

Probabilius eſt, quod Prælati Religionum poſſint, ex priuilegio, cum ſuis ſubditis in interſtitijs diſpenſare. 83. 22.

Probabilius eſt, quod poſſint Religioſi ex priuilegio, extrà tẽpora ordinari. ibi. 23. Non tamen poterunt, in quacumque die, in qua fit officium de ſemiduplici, aut duplici quocumque; ſed in die in qua fit officium de feſto. 85. & 86 q. 24. & 25. Nec rurſus, poterunt in vna die duos ſacros ordines recipere. 87. 26.

Certum eſt, peccare mortaliter Religioſum, qui ſciens profeſsionẽ ſuam eſſe irritã. permittit, ſe Ordine ſacro initiari. 87. 27.

Diſp. XII. De Ordinis effectibus. pag. 87.

Quid, & quot ſint effectus Sacramenti Ordinis. pag. 87. q. 1.

Probabilius eſt, quod etiam minores Ordinem, caracterem imprimant. 88. 2. & ibid. q. 3. inquoactu.

Diſp. XIII. De Sacrorum Miniſtrorum obligationibus. pag 88.

Certum eſt, initiato Ordinibus ſacris obligari, ſed non iure diuino, ad perpetuam continentiam p. 88. q. 1. Quo autem tempore incæperint continentiã profiteri. 89. 2.

Probabilius eſt, quod obligatio, qua tenentur Subdiaconi ad continentiam, ſit etiam ex voto implicito caſtitatis, quod in ipſa ordinatione Deo vouent. ibid. 3.

Probabilius eſt, non obligari ad continentiã ſeruandam, qui, cum aliquo defectu ſubſtantiali, Subdiaconatu initiatur. ibi. 4. Nec illum, qui cum metu cadentum in virũ conſtantem, iniuſte incuſſum, Subdiaconatum ſuſcipit 90. 5. (ſecus ſi cũ metu iuſte iniuſto. ibi.) Nec puerum, qui ante vſum rationis Ordine ſacro initiatur. ibi. 6. Bene tamen, ſi cum pleno vſu rationis, & voluntarie, quantumuis id faciat ante pubertatem. 91. 7.

Probabilius eſt, Subdiaconos, ſola conſuetudine antiqua, ad officium diuinum teneri. 92. 8.

Certiſsimum eſt, Subdiaconos non teneri ad recitandũ totum officium, die ſuæ ordinationis 92 9. Imò probabile eſt, quod nec partem. ib. 10 An autem peccet mort. qui promouetur ad ſacros Ordines, vel beneficium ſuſcipit, antequam Breuiarium habeat, &c. ibid. 93 11.

Probabilius longe eſt, quod, qui ob carentiã Breuiarij, aut ob alias cauſas nequit officiũ diuinum recitare, non teneatur alias preces, pro officio recitare ibi 12.

Probabilius eſt, peccare mortaliter Clericos, qui aduertẽter officiũ diuinũ cum mentis euagatione recitant. pag 94. 13.

Certum eſt, non ſatisfacere præcepto, qui diuinum officiũ dormitans recitat 95 14.

Probabilius eſt, ſatisfacere præcepto, qui ſuam partẽ recitat, ſed alterã, quam alter chorus dicit, non poteſt percipere 95. 15.

Probabile eſt, quod Clerici choro adſtricti, qui ita ſubmiſſa voce verſus ſuos dicunt, vt ab altera chori parte non audiantur, præcepto ſatisfaciant. 95. 16.

Probabilius longe eſt, teneri recitãtes in choro, dicere ſubmiſſa voce, verſus, qui organis, vel alijs inſtrumentis cantãtur, 96. 17

Præ-

Probabile eſt, non teneri qui priuatim officium recitat, ita illud pronuntiare, vt ſe ipſum audiat. ibi. 18.

Certum eſt. non ſatisfacere præcepto recitandi, qui ſola mente recitat. 97. 19.

Probabilius eſt, non peccare lætaliter, qui maxima cum interruptione, officium dicit. ib. 120.

Probabilius eſt, nec venialiter peccare, qui Matutinum dicit veſpere, & Laudes, mane ſequentis diei. 98. 21.

Probabilius eſt, obligationem recitandi officium, incipere, iure communi, à media nocte, & finiri in media nocte ſequentis diei. ibi. 22.

Probabile eſt, quod poſsit quis, finita hora ſecunda poſt meridiem, dictiique Veſperis, & Completis, recitare ſtatim Matutinum, & Laudes ſequentis diei. 99. 23. & abiq; ſpeciali aliqua cauſa. 100 24.

Probabile eſt, adimplere præceptum recitandi illum, qui hodiernum officium incipit recitare paulo ante mediam noctem diei ſequentis, & illud proſequitur poſt completam mediam noctem. 100. 25.

Probabilius eſt, poſſe quem, abſque vllo peccato, priuatim vbilibet officium recitare. 102. 26.

Probabile eſt, non eſſe mortale, officium lõgius, in breuius commutare; imo nec veniale, ſi iuſta ſiat de cauſa. 102. 27.

An ſaltem ſit lætale commutare officium de Feria, vel de Sancto, in officium Reſurrectionis? ibi. 104. 28.

Certiſsimum eſt, peccare mortaliter, qui, etiam, citra contemptum, officium totum omittit 105. 29. Imo, & qui vnam integram horam. ibi 30. Quia probabilius eſt, omiſsionem vnius integræ horæ, etiam paruæ, non tamen minus, conſtituere culpam lætalem. ibi 31.

Probabilius eſt, peccare mortaliter, qui in diebus Rogationum, aut S. Marci, Litanias recitare omittit. 107. 32. & certiſsimum eſt qui ſecunda die Nouembris, officium Defunctorum non recitat 108. 33.

An Maioribus, vel etiam Minoribus Ordinibus initiati peccent mort. non geſtando coronam pag. 108. q. 34. 35.

Extract. VII. De Euchariſtia.

Diſp. I. De Euchariſtiæ Definitione, Inſtitutione, & Neceſsitate pag. 109.

De fide eſt, Euchariſtiam eſſe verum Sacramentum legis nouæ. p. 109. 1. Et longe multo probabilius, eſſe vnum in ſpecie atoma. 110. 3.

De fide eſt, fuiſſe inſtitutum à Chriſto Domino, ibi 4. Et probabilius multo, quod anno ætatis ſuæ trigeſimo quarto inchoato, Menſe Martij illud inſtituerit. ibi. 5. & 6. & certum, quod die Iouis in vltima cœna, hora ſecunda noctis. 117. & 8. In domo Mariæ matris Marci, ibi. 9.

Probabilius eſt quod Calix, in quo Chriſtus Dominus conſecrauit, fuerit ex Agata. ibi 10. Patinam vero, in qua panem conſecrauit ex Smaragdo 112. 11. Mappæ vero menſæ, elaboratæ manibus Beatæ Mariæ ibi. 12.

Certum eſt, Euchariſtiam in re ſuſceptam, non eſſe neceſſariam paruulis. 112. 13. In voto vero, probabilius eſſe, ſimpliciter omnibus neceſſariam. ibi. 14.

Diſp. II. De Euchariſtiæ præcepto diuino. pag. 113.

Certiſsimum eſt, dari præceptum diuinum ſumendi Euchariſtiam. p. 113. q. 1. Et probabilius, non obligare, niſi adultos baptizatos ibi 2. Et hos, aliquoties in vita. ibi. 3.

Probabilius eſt, hoc diuinum præceptum obligare in articulo mortis ibi. 4.

Probabilius eſt, quod ille, qui paulo antequã incideret in mortis articulum communicauit teneatur in ipſo articulo mortis cõmunicare. 114. 5. Imo & ille, qui eodem die, in quo, in mortis articulum incidit, ex deuotione communicauit ibi. 6.

Probabilius longe eſt, non obligare hoc præceptum ad iterum communicandum, caſu, quo ſumpto viatico, ægrotus mortaliter peccet. 115. 7.

Certum eſt, quod ille, qui in articulo mortis non communicauit, non teneatur, illo tranſacto, ad implendum præceptum diuinum, communicare. ibi. 8.

Certum eſt, obligari hoc præceptum in articulo mortis, etiam violentæ. ibi. 9. Et ita tenetur ad communicandum, etiam non ieiunus, ille, cui Iudex iubet mortem ſtatim inferri. 116. 10.

Probabilius eſt, teneri iudicem ſub mort. cõcedere Reo tempus ad ſumendam Euchariſtiam, niſi caſu, quo timeat Reum, eo tẽpore, ſe euaſurum. ibi. 11. 12. & 13.

Certum vero, non teneri Iudicem liberare à morte reum, qui non vult Sacramenta recipere 117. 15.

Probabilius lõge eſt, poſſe miniſtrari Euchariſtiã ad mortẽ damnatis, ipſo die mortis, etiã ante vnã horã mortis p. 116. & 117. q. 13. & 14.

Probabilius eſt, non obligare hoc diuinum præceptum pueros in articulo perfectæ diſcretionis. 117. 16.

Probabilius longe eſt, quod ſufficienter ſatisfaciat huic præcepto, qui in anno ſemel communicat. ibid. 17.

Diſp. 3. De Euchariſtiæ Præcepto Eccleſiaſtico. pag. 118.

Certum eſt, dari præceptum Eccleſiaſticum communicandi ſemel in anno. pag. 118. quæſt. 1.

Probabilius longe eſt, quod etiam Religioſi ſatisfaciant huic præcepto, communicando ſemel in anno. ibid. 2.

Certum eſt, nullo modo teneri hoc præcepto infantes vſu rationis carentes. ibid. 3. Licet poſsint ipſi eſſe capaces fructus Euchariſtiæ. ibid. 4.

Probabilius eſt, obligari puerum præcepto annuæ communionis, ſtatim ac annos diſcretionis attigerit. ibid. 5. Sicut eſt probabilius, non prius obligari præcepto confeſsionis, quam communionis. 119. 6.

Probabilius eſt, peccare mortaliter Confeſſores, & Parentes puerorum, qui non permittunt eos communicare ſtatim ac ſunt doli capaces. ibid. 7.

Probabilius eſt, poſſe dari Euchariſtiam pro viatico pueris, de quorum capacitate dubitatur. 120. 8.

Probabilius eſt, quod pueri non communicantes in Paſchate, non incurrant pœnas Canonis. ibid. 9.

Certum eſt, præceptum annuæ communionis obligare in Paſchate. ibid. 10.

Certum eſt etiam, quod nomine Paſchatis, de iure, intelligatur à die Dominica Palmarum, vſque ad Dominicam in Albis incluſiue. ibid. 11. Quid autem de conſuetudine? ibid. 12.

Probabilius eſt, teneri fideles adimplere hoc præceptum, etiam tempore interdicti. 121. 13.

Certum eſt, adimplendum eſſe in propria Parochia. ibid. 14. Nec ſufficiet communicare in Cathedrali. ibid. 15.

Certum eſt, quod ſi Parochus det licentiam ſuis Parochianis, vt cõmunicent in Paſcha vbicumque voluerint, poſsint communicare in Eccleſijs Mendicantium. pag. 121. q. 16.

Probabilius longe eſt, Aduenas, & Peregrinos ſatisfacere præcepto communionis, communicando in Eccleſijs Mendicantium. 122. 17. Imo & Ciues ex ſola tacita licentia Parochorum. ibid. 18.

Probabilius eſt, non poſſe Mendicantes Euchariſtiam in ſuis Eccleſijs in Paſchate ſæcularibus miniſtrare, vt præcepto ſatisfaciant. ibid. 19. Bene tamen, ex deuotione. 125. 20.

Certiſsimum eſt, nec vi Bullæ Cruciatæ, poſſe quem adimplere præceptum communionis in quacumque Eccleſia. ibid. 21.

Probabilius eſt, nec poſſe Religioſos miniſtrare Euchariſtiam, etiam per modũ viatici, ſæcularibus in articulo mortis, ibid. 22. Niſi caſu, quo deficiat Parochus, aut nolit Euchariſtiam miniſtrare (in quo etiam alij Sacerdotes poterunt.) 124. 23. Idemque eſt dicendum, dato eodem caſu, ad implendum annuæ communionis præceptum. ibid. 24.

Probabilius eſt, poſſe Religioſos Euchariſtiam miniſtrare in Paſchate, & in articulo mortis famulis actualiter Religioſorum. ibid. 25.

Non eſt neceſſarium, quod Sacerdotes celebrent in Paſchate in propria Parochia ad adimplendum communionis præceptum, ibid. 26.

Certum eſt, poſſe Parochos in Eccleſijs alienis, Euchariſtiam in Paſchate ſuis Parochianis miniſtrare. ibi. 27.

Probabilius eſt, ſatisfacere præcepto Eccleſiæ qui in Paſcha indigne communicat, 125 28.

Probabilius eſt, teneri poſt Paſcham communicare, qui in Paſcha non communicat. ibid. 29.

Probabilius eſt, quod non teneatur præuenire communionem, qui præuidet, ſe non poſſe communicare intra quindicem dies communioni deſtinatos. ibid. 30.

Probabilius tamen eſt, quod qui bona fide anticipauit communionem, propter futurum in Paſcha impedimentum, teneatur poſtea, non ſecuto impedimento, in Paſchate communicare. 126. 31.

Certum eſt, quod, qui in Hebdomada Sancta aduertit, ſe non poſſe ſequentibus diebus communicare, teneatur in dicta Hebdomada id facere. ibid. 32.

Certum eſt, quod excommunicati, & interdicti excuſentur à præcepto annuæ communionis, caſu, quo per illos non ſtet abſolutio. ibid. 33.

Probabilius eſt, Papam teneri præcepto annuæ communionis. ibid. 34.

Certum eſt, non incurrere ipſo facto, cenſuram aliquam, qui in Paſcha, non communicat. ibid. 35.

An conſulendum ſit omnibus fidelibus indifferenter vſus quotidianus Euchariſtiæ? ibid. 36.

Disp. IV. De Euchariſtiæ Miniſtro. pag. 127.

Certum eſt; quod ſolus Sacerdos eſt Miniſter depuratus ad Euchariſtiam diſtribuẽdam. pag. 127. q 1. Et probabilius, quod non omnis. ibid. 2. Licet nunc, ex licentia tacita Paſtorum, omnes poſſint. ibid. 3.

Certum eſt, Secerdotem Regularem poſſe abſque licentia Parochi; miniſtrare Euchariſtiam in Eccleſia aliena. ibid. 4.

Probabile eſt, Sacerdotem ſæcularem celebrantem in Eccleſijs Religioſorum, poſſe alijs diſpenſare Euchariſtiam cum ſola licentia tacita Superioris, vel Sacriſtæ ibidem 5.

Probabilius eſt, quod nec ex vi Bullæ, poſsit quis recipere Euchariſtiam per annum, à quolibet Sacerdote, abſque vlla licentia Parochi. ibid. 6.

Certum eſt, poſſe Diaconum ex commiſſione Epiſcopi, vel Parochi, Euchariſtiam miniſtrare. 128. 7. An autem requiratur cauſa, vt id committant Diacono? ibid. 8.

Certum eſt, poſſe Diaconum, abſente Præſbytero, Euchariſtiam infirmis deferre. ibid. 9. Imo, etiam præſente Præsbytero, ſed nolente Euchariſtiam per ſe aut per alium, infirmis dare. ibid. 10.

Probabile eſt, poſſe Subdiaconum in neceſſitate, Euchariſtiam infirmis deferre. 129. 11. Et etiam, deficiente Miniſtro idoneo, ſe ipſum communicare. ibid. 12.

Probabile etiam eſt, quod, in caſu neceſsitatis. & deficiente apto Miniſtro, adhuc Laicus poſsit, non ſolum ſe ipſum communicare, ſed & alios. ibid. 13.

Probabilius eſt, quod, adhuc extra caſum neceſsitatis, poſsit Sacerdos ſe ipſum communicare, deficiente alio Sacerdote. 130. 14. Et probabile, quod id poſsit etiam præſente Diacono. ibid. 15. Et denique, probabilius quod etiam Diaconus poſsit, abſente Præsbytero, ſe ipſum communicare, adhuc exrra caſum neceſsitatis. ibid. 16.

Probabilius eſt, quod poſsit Sacerdos ad communicandum Laicum, ob ſolam deuotionem; ſi non ſit alia formula, partem ſuæ Hoſtiæ tribuere. 130. 17.

Probabilius eſt, teneri Parochum tempore peſtis, miniſtrare Parochianis Euchariſtiam, etiam cum periculo vitæ 131. 18.

Probabile eſt quod Sacerdos, qui nequit pollice, & indice Euchariſtiam miniſtrare; poſsit alijs digitis. ibid. 19.

Probabilius eſt, quod poſsit Sacerdos, tempore peſtis, miniſtrare Euchariſtiam ęgrotis in cochleari argenteo. ibid. 20. Imo, & ponere Euchariſtiam in loco apto, & decenti, vt inde proprio ore, aut manibus ipſe infirmus recipiat. 132 21.

Probabilius eſt, eſſe licitum in articulo mortis accipere Euchariſtiam de manu Sacerdotis hæretici &c. abſente alio Sacerdote. ibid. 22.

Probabilius eſt, non eſſe mortale, tangere Euchariſtiam, iuſta de cauſa, in mortali. ibid. 23.

Probabilius eſt, non peccare mortaliter Diaconum miniſtrantem Euchariſtiã in mortali ibid. 24. Imo & probabile, quod nec Sacerdos ſiue id faciat in Miſſa, vel extra illam. 133. 25.

Peccat mortaliter Sacerdos miniſtrans Euchariſtiam ſine ſuperpelliceo. ibi. 26. Imo etiam ſi id faciat cum ſuperpelliceo abſque ſtola. ibid. 27 Aut denique, omittendo, abſque vlla cauſa, alias ceremonias. 134. 28.

Probabile eſt, quod poſsit Sacerdos, tempore peſtis, Euchariſtiam ad infirmum deferre, ſine præcedenti lumine, abſque ſtola, & abſque ſuperpelliceo. ibid. 29.

Probabilius longe eſt, quod Sacerdos, qui Euchariſtiam, extra Miſſam, ſine ſtola è collo pendente, ſuſcipit non peccet mortaliter, bene tamen venialiter. pag. 134. 30. & 31.

Disp. V. De Ieiunio neceſſario ad Euchariſtiam. pag. 135.

Certiſsimum eſt; præceptum communicandi ieiunè, eſſe Eccleſiaſticum. pag. 135. quæſt. 1.

Certiſsimum eſt, hoc præceptum Eccleſiaſticum, exigere ieiunium naturale ibid. 2

Certiſsimum eſt etiam, communicantẽ poſt ſumptam minimam cibi quantitatem peccare mortaliter. ibid. 3.

Probabile eſt, quod bibens in dubio, an ſit audita hora duodecima noctis, poſsit ſequenti die communicare. ibid. 4.

Probabilius eſt, quod audita vnius horologij hora duodecima noctis, poſsit quis comedere, & bibere donec alium ſonuerit, & die ſequenti communicare. ibid. 5.

Certiſsimum eſt, quod non poſsit quis ſequi vnum horologium, quoad ieiunium Eccleſiaſticum, & alterum, quoad ieiunium naturale. ibid. 6.

Probabilius eſt, quod vbi eſt vnum tantum horologium, non debeat quis neceſſario ceſſare à cibo, vel potu in prima pulſatione, vt poſsit craſtino communicare. pag. 137. 7.

Probabilius eſt, quod reliquiæ ex cœna inter

er dentes remanentes, non impediant cõmonionem, etiam si manè, aduertenter deglutiantur. 139. 8.

Nec manet impeditus à communione, qui per nares aquam, vel quid simile, attrahit, & postea in stomachum traijcit: nec qui deglutit sanguinem dentium, aut alius humorem è capite in os cadentem &c. ibidem 9.

Probabilius longe est, sumptionem tabachi, non impedire communionem. ibid. 10. Certissimum vero impedire, sumptionem sanguinis, ex propria vena, aut vulnere, extracti. ibid. 11.

Probabile est, non manere à communione impeditum, qui, præter intentionem, dum os abluitur, traiecit aliquas guttas aquæ, vel vini 140. 12. Nec qui, aliquod osiculum, chartam, frustulum ligni, numos aureos, acum, & filum ferreum, vel quid simile nõ comestibile, traiecit. ibid. 13.

Probabile etiam est, mulieres terram concedentes, posse post terræ sumptionem, communicare. ibid. 14.

Probabilius longe est, manere impeditum à communione, qui osticula aliquorum fructuum, aut auellanam cum cortice, traiecit. 141. 15. Non vero illum, cui in apertum os musca ingreditur, & eam cum respiratione traijcit ibid. 16.

Probabile est, quod si quis masticans bucellã panis, adhuc pultem, adhuc vltimum, horæ duodecimæ noctis, non teneatur, illã de ore ejicere, si die sequenti communicare velit. 141. 17.

Probabile etiam est, quod si quis ante mediã noctem aliquid sacchari ori imponat, paulatim traijciendum, & partim ante, & partem post mediam noctem traijciat, possit die sequenti communicare, dummodo intentio sumentis sit, totum saccharum ante mediam noctem traijcere. ibid. 18.

Certum est, quod si quis deglutiat aliquid comestibile, licet postea illud euomat, non possit communicare. 142. 19.

Probabilius est, non posse Sacerdotem non ieiunum celebrare ad conferendum viaticum infirmo, quamuis non sint aliquæ hostiæ consecratæ, nisi casu, quo alias aliquod oriretur scandalum. 142. 20. Aut cum dispensatione Pontificis solius. pag. 142. q. 21.

Certissimum est, non posse Sacerdotem ad dandum viaticum infirmo, etiam absque vllo Sacramento morituro, priuatim consecrare dicendo sola verba consecrationis absque altari &c. 143 22.

Certissimum est, posse Sacerdotem, qui loco vini aquam in calice posuit, eam deglutire, & denouo vinum apponere & consecrare. ibid. 23.

Probabilius est, quod, in dicto casu, Sacerdos qui pro vino aquam apposuit, & sumpsit, non teneatur consecrare vinum, si hoc fieri nequeat absque graui nota sui, aut graui perturbatione adstantium. 144, 24.

Probabilius longe est, quod Sacerdos, qui ante consecrationem panis, memoratur se non esse ieiunum, non possit finire sacrificium. ibid. 25.

Certum est, quod casu, quo Sacerdos, ante consecrationem, aliquo accidenti, ab absolutione Missæ impediatur, non teneatur alter eam Missam finire. ibid. 26. Secus casu, quo Sacerdos, peracta consecratione pereat, nam tunc tenetur alter Sacerdos Missam perficere. ibid. 27. Etiam non ieiunus, si ieiunus non adsit. 145. 28. Quod si deficiat Sacerdos, quod perficiat sacrificiũ, tunc probabilius est, posse Laicum sumere species, etiam vini, cõsecratas, licet ad hoc non teneatur. ibid. 29.

Probabilius est, quod, si Sacerdos, post ablutionem Calicis sumptam, aut dictas orationes, reperiat aliquas particulas à se consecratas; possit illas consumere. ibi. 30. Imo etiam casu, quo dictas particulas, reuersus iam ad Sacristiam, reperiat. 146. 31. Siue dictæ particulæ sint ab ipso præconsecratæ, siue ab alio. 147. 32. & 33.

Probabilius est, quod reliquiæ, seu fragmenta, quæ, post factam communionem, supersunt, possint dari Laicis, qui iam communicarunt, casu tantum, quo ablutionem non acceperint. ibi. 34. & 35.

Certum est, posse imo, & teneri, quem sumere Eucharistiam non ieiunum, ad vitandã grauem iniuriam, vel irreuerentiam eius. 148. 36. Et probabilius, posse quem celebrare aut communicare non ieiunũ, propter scandalum, seu infamiam vitandam. ibid. 37.

Certum est, posse infirmo non ieiuno Eucharistiam, vt viaticum conferri. ibid. 38.

Probabilius est, quod infirmo, qui iam accepit viaticum, possit intra eandem infirmitatem, iterum, atque iterum, vrgente eoc mortis articulo, Eucharistiam non ieiuno dari. ibid. 39. Imo probabile est, quod possit dari quotidie. 149. 40.

Probabilius est, quod infirmus, qui grauiter non ægrotat, nequeat non ieiunus communicare ad implendum præceptum cõmunicandi in Paschate. ibid. 41.

Certissimum est, non esse deferendam Eucharistiam ægroto, qui illam ob vomitum vel ob aliam causam, non potest suscipere. ibid. 42.

Pro-

Probabilius eſt, poſſe quem, abſque peccato, poſt ſumptam Euchariſtiam, ſtatim alios cibos ſumere, aut etiam expuere: licet id non deceat. 150. 43. 44.

Certiſsimum eſt, licitum eſſe, ante ſomnum captum, vel cibum digeſtum, ad Euchariſtiam accedere. ibid. 45.

Diſp. VI. De Diſpoſitione Corporali ad Euchariſtiam pag. 151.

Probabilius eſt, pollutionem in voluntariã, nec ſubveniali, impedire communionem. pag. 151. q. 1.

Probabilius longe eſt, non eſſe mortale, imo nec veniale, accipere Euchariſtiam, poſt pollutionem, aut fornicationem voluntariam, intra eamdem diem confeſsione præmiſſa. 152. 2. & 3.

Probabilius eſt, nec veniale eſſe, accedere ad Euchariſtiam, ipſo die habitæ coniugalis copulæ, adhuc voluptatis cauſa exercitæ. ibid. 4. Imo, & probabile, non eſſe, conſulendum coniugatis, vt ipſo die habitæ copulæ non communicent. 153. 5.

Probabilius eſt, eſſe licitum coniugatis petere debitum, ipſa die communionis. ibidem 6.

Probabilius eſt, nec venialiter peccare mulierem patientem fluxum ſanguinis, aut tempore menſtrui, ad Euchariſtiam accedendo: nec eſſe conſulendum ei, vt ab Euchariſtia abſtineat. 153. 7.

Peccatum eſt veniale accedere ad Euchariſtiam, non lotis manibus, & facie. pag. 154. 8.

Certiſsimum eſt, cathecumenum, etiam in gratia exiſtentem, non eſſe ſubiectum capax ad recipiendam Euchariſtiam. pag. 154. 9.

Certiſsimum eſt, amentibus à natiuitate nõ poſſe dari Euchariſtiam, adhuc in articulo mortis. ibid. 10. Longe tamen probabilius poſſe, imo & debere, illam dari, in articulo dumtaxat mortis, amentibus, qui aliquã do vſi ſunt ratione, etiam ſi tunc expreſſe illam non petierint. pag. 154. & 155. q. 11. 12 & 13.

Probabilius eſt, poſſe conferre Euchariſtiã ſemifatuis, non quoties illam poſtulauerint, ſed ſolum in articulo mortis, in Paſchate, & in aliquo magno Iubileo. ibidem 14.

Probabilius eſt, poſſe licite miniſtrari Euchariſtiam Energumenis. ibid. 15. Imo & teneri Parochum ſub mort. illam prædictis in articulo mortis conſtitutis miniſtrare, niſi aliàs, in blaſphemias prorumpãt. 156. 16. & 17.

Diſp. VII. De Diſpoſitione ex parte animæ ad Euchariſtiam. pag. 156.

De fide eſt, prærequiri ſtatum gratiæ ad Euchariſtiæ ſumptionem. pag. 156 quæſt. 1.

Licet probabile ſit, poſſe dari aliquem caſum, in quo licitum ſit Euchariſtiam ſumere, cum conſcientia peccati mortalis. pag. 157. 2.

Certum eſt, grauius peccare, qui cum grauioribus, aut pluribus peccatis ad Euchariſtiã accedit. ibid. 3. Sed probabilius longe, nõ debere poſtea in confeſsione neceſſariò explicare qualitatem vel numerum peccatorum, quorum conſcientia quis ad Euchariſtiam acceſit (quamuis aliàs titulo diuerſo ei ſit hoc neceſſum) Sed ſufficere dicere: accepi Euchariſtiam in mortali. pag. 158. 4.

Probabilius longe eſt, non eſſe grauius peccatum, per ſe loquendo, accedere ad Euchariſtiam cum peccatis carnalibus, quam ſpiritualibus. ibid. 5.

Probabilius eſt, grauius peccare Infidelem, vel Hæreticum ad Euchariſtiam accedendo, quam fidelem in mortali exiſtentem. 158. 6.

Probabilius eſt, quod peccatum, accedentis ad Euchariſtiam in mortali, ſit grauius, quam omnia alia peccata oppoſita virtutibus moralibus. ibid. 7.

Probabilius eſt, non eſſe veniale, accedere ad Euchariſtiam cum pluribus venialibus habitualibus, bene tamen, accedere, etiam cum vno ſolo veniali actuali. 158. & 159. 8. & 9.

Certiſsimum eſt, exiſtentem in mortali, teneri ex præcepto præmittere confeſsionẽ illius, ſi velit Euchariſtiam ſumere, etiamſi antea, media contritione, ſit iuſtificatus. ibid. 10.

Probabilius longe eſt, teneri etiam præmittere confeſsionem, ante receptionem Euchariſtiæ, qui dubitat, an habeat peccatum mortale. 159. 11.

Probabilius eſt, præceptum præmittendi cõfeſsionem, ante receptionem Euchariſtię, non ſolum eſſe humanum, ſed diuinum poſitiuum. 160. 12.

Certum eſt, poſſe qui eſt in mortali, toties, quoties deſit copia Confeſſoris, & neceſsitas ſumptionis Euchariſtiæ vrgeat, abſque præuia confeſsione, cum contritione tamen, illam ſumere. ibid. 13.

Probabilius longe eſt, poſſe quem, propter ſcandalum, vel infamiam vitandam, communicare contritum, non præmiſſa confeſsione. ibid. 14. Imo, & ob vitan-

tandam aliquorum admirationem, ibidem 15.

Probabile est quod Sacerdos, qui post introitum, sed ante consecrationem, recordatur se esse in mortali, non teneatur confiteri (etiam si absque nota possit) sed solũ contritionem elicere. 161.16. Imo ad id faciendum, sufficit, quod Sacerdos iam sit in altari. ibid. 17.

Probabile est, quod si Laicus iam in altari applicatus coram alijs, recordetur se esse in mortali, possit non præmissa confessione, illam suscipere contritum. 162.18.

Probabilius est, quod ille, qui prius confessus fuit, & postea dum iam est in altari recordatur peccati in confessione obliti, nõ teneatur ante communionem contritionem elicere. ibid. 19.

Probabilius est, quod si Sacerdos, qui non præmisit confessionem, in Missa recordetur, se in mortali esse, possit prosequi Missam non contritum vsque ad cõsecrationem, si memoria peccati occurat ante illam; vel vsque ad communionem, si post consecrationem occurrat. 162.20.

Certissimum est, quod ille, qui confessionẽ præmisit, & postea, antea quam ad altare accedat, recordatur alicuius peccati in confessione obliti, teneatur illud confiteri, antequam communicet. 163.21.

Certum est, quod si quis morti proximus, non potest confiteri, possit celebrare, vel communicare, non præmissa confessione, cum contritione tamen. ibid. 22.

Probabilius est, posse Sacerdotem, absque præuia confessione, si desit copia confessoris, celebrare ad dandum viaticum infirmo. 163.23 Et Parochus in die festo, vt alij Missam audiant. Imo & simplex Sacerdos, vel vt ipse, adimpleat præceptum audiendi Sacrum; aut vt alij Missam audiant. 164 q.25. & 26.

Probabilius est, posse quem, occurrente cõmunione Paschali, & deficiente Confessore, sine præuia confessione, contritum communicare. 164.27.

Certissimum est, non posse quem, sine præuia confessione communicare, etiam necessitate vrgente, si habeat præsentem idoneum confessarium, ex eo solum quod breuiter speret alium, cui deuotius solet confiteri. ibid. 28.

Certissimum etiam est, non posse quem celebrare, aut communicare, contritum, sine præuia confessione, quando abest proprius Sacerdos, adest tamen alius, cui ex priuilegio possit confiteri. 165.29. Secus tamen dicendum, casu, quo solus adsit Sacerdos, cum quo pœnitens habet inimicitias, & vrget necessitas celebrandi, aut communicandi. ibid. 30.

Probabile est, posse Sacerdotem celebrare Missam, non præmissa confessione (si non adsit Confessarius) pro defuncto, cuius animã indigere sacrificio, probabiliter putat. 165.31. Imo, & pro adimpletione obligationis celebrandi pro Capellania; aut pro eleemosyna accepta. ibid. 32.

Certissimum est, non posse quem communicare, non præmissa confessione, deficiẽte Confessario, solum propter fructum, quem ex communione sperat. 166.33. Secus dicendum probabiliter, casu, quo ex communione magnum iuuamen contra peccatum speret. ibid. 34.

Probabile est, quod, deficiente Confessario, pro oblitis, aut reseruatis, possit quis, contritione sola communicare, casu, quo in aliquo Monasterio omnes fratres ex statuto, vel consuetudine communicent. pag. 166.35.

Probabilius est, quod si quis habeat peccatũ reseruatum, & non pateat aditus ad superiorem, teneatur præmittere confessionem cum Sacerdote inferiori casu, quo habeat aliud peccatum mortale non reseruatum; secus vero, si tantum illud reseruatum habeat; etiam si cum illo, alia venialia haberet. pag. 166. & 167. q.36. & 37. In casu autem dicto, qui cum peccato reseruato, haberet aliqua venialia, posset, si vellet, confiteri venialia simplici Sacerdoti, vt sic indirecte à reseruato absolueretur. ibid. 38.

Probabilius etiam est, quod; qui habeat excommunicationem reseruatam, & non superioris copiam, possit, vrgente necessitate, absque præuia confessione communicare. ibid. 39. & 41 Quamuis in hoc casu, si detur copia Confessoris inferioris, tenebitur pœnitens confiteri peccata mortalia non reseruata, vt sic ab his directe, & à reseruatis indirectè absoluatur. pagin. 168.40.

Quid autem dicendum in casu, quo superior nolit concedere Confessario licentiam vt absoluat pœnitentem à reseruatis: aut in casu, quo pœnitens, non potest integrè confiteri. ibid. 41. & 42.

An autem dentur alij casus, in quibus dici possit, non dari copia Confessoris. pag. 169.43.

Probabilius est, quod distantia vnius leucæ inter pœnitentem, & Confessarium non sit sufficiens, generaliter loquẽdo, ad hoc, vt pœnitens dicatur, non habere copiam Confessoris. ibid. 44.

Certum est, quod, quando Sacerdos vrgente neces-

neceſsitate,& deficiẽte cõfeſſore celebrat, non præmiſſa cõfeſsione,teneatur poſtea, quam primum confiteri.170.45.

Probabilius eſt,quod hoc præceptũ,*quã primum confitendi*,obliget ſub mortali.ib 46

Probabile eſt,tale præceptũ,eſſe mere humanum,ibi.47. Quo non obligantur laici cõmunicantes abique confeſsione in caſu neceſsitatis.170.48 Obligatur tamen Sacerdos, qui abiq; præuia cõfeſsione celebrat, etiam in die Paraſceues.ibi.49.

Probabile eſt, quod Sacerdos, qui in ipſa actione ſacrificãdi recordatur peccati mortalis,aut tunc illud cõmittit,non teneatur poſtea,ex vi dicti præcepti,quam primum confiteri.171.50.Imò,neque qui ex mera malitia celebrat, non præmiſſa confeſsione.ibi.51.Benè tamen, qui poſt præmiſsã confeſsionem recordatur peccati mortalis,non explicati in confeſsione,& obinopiam confeſſarij celebrat abſque noua cõfeſsione.ibi.52.

Probabilius eſt,quod ex vi prædicti præcepti,teneatur Sacerdos, ſtatim finita Miſſa, quærere confeſſarium,& cõfiteri.172.53.

Probabilius eſt, miniſtrantem Euchariſtiam indigno,peccare mortaliter,(in quo omnes conueniunt)non tamen duplici, ſed vnico peccato.173.54.

Certum eſt omnino denegandam eſſe Euchariſtiam publico peccatori.ibi.55. Et probabilius longe,etiam denegandam peccatori occultè illam petenti, non tamen publice petenti.ibi.56.& 174.57. In caſu autem,quod ſit dubium an ſit publicus,vel occultus,non eſt deneganda,174.58.

Certiſsimum fere eſt,nunquam poſſe dari alicui Euchariſtiam in probationem delicti de quo eſt ſuſpectus.ibi59.

Probabilius longe eſt,nunquam licere Sacerdoti miniſtrare Hoſtiam non conſecratã, vt conſecratam peccatori occulto, quantumcumque inſtet, etiam ad vitandum ſui damnum,vel infamiam.175.60.

Probabilius eſt, non poſſe Sacerdotem,abſque neceſſaria, & vrgenti cauſa,ſimulare ſe hoſtiam in os peccatoris immittere; benè tamen cum legitima cauſa.ibi.61.

*Diſp.VIII.De Euchariſtiæ Materia.*176.

De fide eſt,materiam corporis,eſſe ſolum panem triticeum. pag 176. q.1. Et certiſsimum,quod panis, qui fit ex leguminibus, aut ex fructibus quibuſdam nullo modo ſit materia huius ſacramenti.ibid. 2. Imò nec panis qui fit ex hordeo.ibi.3.

Probabilius eſt, quod panis, qui fit, ex Tipha, ſeu centeno, ſit Euchariſtiæ materia dubia.177.4. Quid autem dicendum ; de pane,qui fit ex ſpelta,ex Siligine,& ex Farre.ibi.5.& pag.178.q.6.& 7.

Certiſsimum eſt,quod panis,qui fit ex Maiſio non ſit materia Euchariſtiæ.ibid.8 Et probabilius,quod nec panis,qui fit ex Amylo. ibid.9.Quid autem dicendum de pane qui fit ex tritico cum admixtione aliarum ſegetum.179.10.

Certiſsimũ eſt,maſſam crudam non eſſe ſufficientem materiam Euchariſtiæ.ibid.11. Licet contrarium probabilius ſit dicendũ, de Mica panis madefacta, & digitis compreſſa,& facta quaſi maſſa cruda.180.12.

Certum eſt,quod maſſa, oleo, aut butyro in ſartagine frixa,aut aqua elixa, non ſit materia conſecrationis ibi.13.Imò,nec panis confectus ex farina triticea, & ex ſucco ab ipſis granis expreſſo.ibi.14.

Probabilius longe eſt,quod panis confectus ex farina triticea,& ex aqua roſacea, Angelica, vel ſtillata, non ſit materia conſecrationis.ibid.15. Imò & certum, quod nec hoſtia ex farina triticea cum admixtione cinnabri confecta.181.16.

Certiſsimum eſt, quod tampanis fermentatus,quam azymus ſit materia ſufficiens conſecrationis.ibi.17.

Certiſsimum eſt, quod ſolus Sacerdos latinus teneatur conſecrare in azymo ; non Græcus,namhic tenetur ſeruare ritum ſuæ Eccleſiæ, ſaltem dum exiſtit in illa, ibid. 18.& 19.

Certiſsimum eſt,quod nec in caſu neceſsitatis poſsit Sacerdos latinus, exiſtens apud ſuos,conſecrare in fermentato.182.20.

Certũ eſt, quod Græcus habens domicilium apud latinos,& apud eos habitãs teneatur cõficere in azymo:& è contra latinus habitans apud Græcos infermẽtato. ibi. 21.

Probabile eſt, quod ſi in Eccleſia latina ſint templa deputata ad ſeruandos ritus Græcorum, licet poſsit Græcus ibi habitans, ſeruare ritum ſuæ Eccleſiæ,non tamen ad id teneatur.ibi.22.

Probabile eſt, quod quando Sacerdos Græcus peregrinatur per Eccleſiam latinã, aut Latinus per Græciam,poſsit quilibet illorum conſecrare pro libito in azymo, vel fermentato.ibid.23.

De fide eſt,ſolum vinum ex vite,eſſe materiã ſufficientem, & neceſſariam ad conſecrationem ſanguinis Chriſti.183.24.

Certũ eſt, quod omne vinũ ex vite,ſine albũ rubrum ſit ſufficiens materia conſecrationis.183.25.Vbi quodnam ex his,ſit conuenientius ad conſecrationem.

Certiſsimum eſt , quod nec vinum pomorũ, granatorum,vel morum ; nec vinum co-

ctum, nec agreſt⁹; nec lora, ſint materia ſufficiens, adhuc in caſu neceſsitatis, conſecrationis ſanguinis. pag. 183. q. 26. 27. & 28. & pag. 184. q. 29.

Certiſsimũ eſt, quod nec muſtum intra grana incluſum; nec vinum imbibitũ in oſſa, ſeu mica panis, ſint materia conſecrationis 184. 30 & 31. Secus verò dicendum, de muſto recenter expreſſo, quia hoc vere eſt materia conſecrationis. ibid. 32.

Probabilius eſt, quod conſecrare muſtũ extra caſum neceſsitatis; aut extra feſtum transfigurationis (vbi conſuetudo viget) ſit mortale. pag. 184. & 185. q. 32. & 33.

Certum eſt, quod Acetum, proprie ſumptum, non ſit materia ſufficiens conſecrationis. 185. 34. Secus dicendum de vino acido, ſeu parum acri. ibi. 35.

Probabilius eſt, vinum congelatum eſſe materiam conſecrationis. 185. 36. Et tamen longe probabilius, eſſe peccatum, & graue, in illo cõſecrare. ibi 37. Nullum tamen ſi conſecretur, poſtquã eſt liquefactũ ibi. 38

De fide eſt, expediens eſſe, vt aqua vino ad conſecrationem miſceatur. ibi. 39.

Certiſsimũ eſt, mixtionem aquę, & vini, non eſſe de neceſsitate ſacramenti. 187. 40.

Probabilius eſt, talem mixtionem aquæ, non eſſe de iure diuino, ſed humano. ibi. 41. Cuius præcepti author, non fuit Alexander Primus; ſed Apoſtoli. ibid. 42.

Probabilius eſt, quod, abſolute loquẽdo, poſſit Pontifex in hoc præcepto diſpenſare; practice verò, & de facto, vix licitè. 188. 43. Sicut nec licitè poteſt Sacerdos, etiã in caſu neceſsitatis, conſecrare vinum ſine aqua. ibid 44.

Certiſsimum fere eſt, quod quando Chriſtus Dominus inſtituit hoc ſacramentum, miſcuerit aquam vino. 188. 45.

Certum eſt, quod aqua vino miſcenda, debet de neceſsitate præcepti, eſſe naturalis. Vnde ſi de facto ponatur roſacea, aut alia artificialis, licet teneat conſecratio, peccabit miſcens mortaliter. ibi. 46,

Certum eſt, quod aqua vino miſcenda debeat eſſe in parua quantitate. ibi. 47.

Probabilius eſt, quod poſsit determinari, quã a debeat eſſe illa paruitas aquæ admiſcendæ vino. Eſt namq; octaua, aut decima pars. Imò (ſecundum alios) quinta aut ſexta. ibi. 48. vbi etiam habetur, quod ſufficiat vna gutta aquæ. ibi. *verſ Quod ſi quæras.*

Certum eſt, non ſufficere, quod aqua miſceatur vino in ampulla, vel dolio: ſed debere neceſſario miſceri in calice abipſis ſacris miniſtris. 189. 49. Meliuſq; eſt, vt fiat mixtio poſt oblationẽ Hoſtię, quam initio Miſſę. ibi. 50. Et neceſſariò, vt in priuatis Miſſis fiat ab ipſomet Sacerdote celebrante; in ſolemnibus à Diacono, & ſubdiacono, præcedente benedictione Sacerdotis celebrantis. ibid 51.

Probabilius eſt, quod aqua vino admixta, nõ conuertatur in ſanguinẽ Chriſti, ſi tẽpore conſecrationis non fuerit iam conuerſa in vinum ibi. 52. Imò, nec caſu, quo poſt incepta, & non finita verba conſecrationis, aqua conuertatur in vinum. 190. 53.

Certum eſt, quod materia conſecrãda debeat neceſſario eſſe præſens Miniſtro. ibi. 54. & ita non ſufficere præſentiã imaginationis ad conſecrandũ abſentẽ panẽ. ibi. 55. Nec quod materia quouis ſenſu percipiatur, ſi aliàs non ſit debite præſens, ibid. 56.

Certũ eſt etiã, quod nõ ſit de neceſsitate Sacramenti, vt materia cõſecranda manibus tangatur. 191. 57. Nec quod ſit in tam parua diſtantia, vt ſonus verborum formæ illam phyſice attingat. ibi 58.

Probabilius eſt, quod materia à tergo poſita, adhuc in debita diſtãtia nequeat valide cõſecrari, niſi caſu, quo Sacerdos illã manib⁹ teneat, aut verſus ilã, faciẽ vertat. 191. 59.

Certũ eſt, ſufficere ad valorẽ conſecrationis, quod materia ſufficiẽter propinqua ſit expoſita viſui, quãuis ab ipſo nõ videatur. ib. 60.

Certũ etiã eſt, quod materia poſita poſt parietẽ, et ãſi aliquo modo à Sacerdote cognoſcatur, nequeat valide conſecrari. 192. 61. An verò poſsit cõſecrari, hoſtia ſi in teo ſit cooperta, aut incluſa in Sacrario. ibi. 62. & 63.

Probabilius eſt, nõ ſufficere ad valorẽ conſecrationis, vt Sacerdos fiat certior materiæ corã ſe poſitæ, ex relatione alterius, niſi aliàs aliquo ſenſu ab ipſo percipiatur. ib. 64

Probabilius eſt, non ſufficere, materiam eſſe præſentem, ſecundum aliquam ſui partem, vt poſsit tota conſecrari. 193. 65.

Probabilius eſt, quod Sacerdos, qui intenderet cõſecrare, eodẽ actu, duplicẽ materiã, vnam præſentẽ, & alteram abſentẽ, valide conſecraret præſentem ibi. 66.

Probabilius longe eſt, poſſe valide cõſecrari materiam, triginta paſsibus à Sacerdote diſtantem. ibi 67.

Certiſsimũ eſt, quod materia cõſecranda, debeat à Sacerdote determinari ibi. 68. Vnde Sacerdos, qui ex decẽ hoſtijs præſentibus, vellet cõſecrare octo incõfuſo, nõ determinãdo illas, nullas cõſecraret 194. 69 Imò (ſecũdũ probabiliorẽ ſententiã) nec in caſu, quo exiſtis decẽ hoſtijs vellet cõſecrare octo, quas Deus, vel Paulus voluiſſet. ib. 70

Probabilius longe eſt, quod Sacerdos, qui defert ad altare duas hoſtias, putans eſſe vnã, vtramque conſecret. 194. 71.

Cer-

Certum eſt, manere conſecratas formulas, quas Sacerdos detulit, vel deferri vidit ad altare, ad conſecrandum, quamui. tempore conſecrationis, illarum nõ recordetur. ibid. 72. Imò idem dicendum caſu, quo dictæ formulę, per errorẽ, non ſupra Aram, ſed ſupra Altare, in cornu Epiſtolæ fuerint poſitæ, & Sacerdos de illis amplius nõ meminerit. 195. 73. Secus verò dicendum eſt de formulis, quas quis, inſcio Sacerdote, in Corporali conſecrandas poſuit; nõ enim manerent conſecratæ, ibid. 74.

Certiſsimum eſt, quod guttulæ vini, quæ ſuperficiei exteriori calicis adhærent, nõ debeant cenſeri conſecratę. 195. 75. Quid autem dicẽdum, de guttulis, quæ intra calicis latera, ſeparatæ manent? ibid. 76. Vbi de intentione Sacerdotis in harũ cõſecratione.

Certum etiã eſt, quod Sacerdos conſecrans formulas exiſtentes in Pyxide, aut Patena, cõſecret particulas mixtas cũ illis. 196. 77

Probabilius eſt, quod caſu, quo aliqua formula non conſecrata miſceatur cum multis conſecratis, poſsit illa conſecrari; ſub conditione tamen. 196. 78. Non ſolum validè, ſed & licitè. ibi. 79.

Certiſsimũ eſt, poſſe valide confici ſacramentum Euchariſtiæ, in quacũque magna quãtitate panis, & vini, ibi. 80. Sed longe probabilius, non poſſe in quacumque minutiſsima particula, caſu, quo ob ſui paruitatẽ ſentiri nequeat: ſecus aliàs. 197. 81.

Probabilius eſt, quod materia conſecrationis debeat neceſſariò eſſe ſenſibilis ab ipſomet Sacerdote conſecrante; nec ſufficit quod ſit ab alio. ibid. 82.

Certiſsimum eſt, quod ſi per potentiam Dei eleuaretur oculus Sacerdotis ad videndũ particulã, quæ ob ſui paruitatẽ, naturaliter videri non poteſt, tunc poſſet conſecrari. ibid. 83.

Certiſsimũ etiam eſt, quod in quauis particula ſeparata ab Hoſtia conſecrata, quamuis ita minima, vt ſentiri nequat, remaneat tõtus Chriſtus. 197. 84.

Diſp. IX. De Euchariſtiæ Forma. pag. 198.

Certiſsimum eſt, Chriſtum Dominum confeciſſe Euchariſtiam verbis, & eiſdem, quibus nunc vtitur Eccleſia. 198. 1.

Certiſsimũ eſt, conſecrationem panis ſufficienter fieri, his tãtum verbis: *Hoc eſt enim corpus meum.* ibid. 2. Quamuis ex his, verbum, *enim*, non ſit de neceſsitate Sacramenti. ibid. 3.

Probabilius eſt, Chriſtum Dominum, in conſecratione panis, vſum fuiſſe illo verbo, *enim*. 199. 4.

Probabilius eſt, non eſſe mortale, ſed venialẽ tantum, verbum, *enim*, omittere in conſecratione panis & vini. ibid 5. Quid autẽ ſi omittatur ex contemptu. 200. 6.

Probabile eſt, valere conſecrationẽ factã his verbis: *Hoc eſt corpus Chriſti*. ibi. 7 & probabilius factã his; *Hoc eſt corpus meũ*, caſu, quo particula *Hic*, nõ aduerbialiter ſed loco pronominis maſculini generis ſumatur. 200. 8.

Probabilius eſt, valere conſecrationẽ, ſiquis nomine Chriſti dicat: *Ecce corpus meum.* ibi. 9. Siquis dicat: *Hæc eſt caro mea*, aut: *Hoc cibus eſt corpus meum*, aut, *Hæc res eſt corpus meum.* 201. q. 10. & 11.

Certiſsimum eſt, non valere conſecrationẽ his verbis factã: *Hoc fit, fiat, ſit corpus meũ.* nec ſiquis dicat: *Ego conſecro hunc panem in corpus meum*, vel: *Ego conficio corpus meum ex pane*, vel: *Accipite, & comedite hoc corpus meum*, vel: *Hæc eſt ſubſtantia mea*, vel: *Hoc eſt cibus meus.* 201. & 202. q. 12. 13. 14 & 15.

Certum eſt, valide conſecrare (ſed non licitè) Sacerdotem, qui, retento ſano ſenſu, diceret: *Hoc eſt corpum meum*, vel, *Hoc eſt corpus meus*, vel, *Hoc eſt corpus meus*, vel, *Iſtud eſt corpus meum.* 202. 16 & 17 Secus probabilius eſt dicendũ ſi diceret: *Meũ eſt hoc corpus*, aut, *Hoc corpus eſt meũ.* ibi. 18.

Certum eſt etiam, valide conſecrare Sacerdotem, hoc modo verba conſecrationis proferentẽ: *Hoc eſt corpus meum*; vel, *Hic eſt Calix ſanguinis mei.* Et ſecundum aliquos, etiamſi velocitate linguæ ſic proferret: *Hoc eſt corpus me.* 202. 19 Peccaret tamẽ, ſed venialiter ſolũ, Sacerdos qui ex aduertẽtia loco *meũ*, diceret *meum*. ibi. 20.

Probabilius eſt, de eſſentia formæ conſecrationis vini, ſolum eſſe hæc verba: *Hic eſt Calix ſanguinis mei*, vel, *Hic eſt ſanguis meus.* 203. 21. Cætera verò ſolum eſſe de neceſsitate præcepti. ibi 22 & 23. Vbi de intentione, quam Sacerdos habere debet in conſecratione calicis.

Certum eſt, valere conſecrationem, his verſa factam: *Hic eſt calix, nouum teſtamentum in meo ſanguine*, vel, *Hic eſt potus ſanguinis mei*, vel, *Hoc eſt vas (aut poculum) ſanguinis mei.* Aut, ſiquis ſic verba conſecrationis proferret: *Hoc eſt calis, &c.* vel *Hic eſt ſanguinem*, aut *ſanguino &c.* aut, *Hic eſt calix ſanguinis meis, vel meum*, vel, *Hoc, aut, hæc, aut hunc, eſt calix &c.* 204. q. 25. 26. 27 & 28.

Probabilius eſt, quod quando Sacerdos conſecrat, nec ſolum proferat verba conſecrationis, recitatiuè: Nec ſolum, ſignificatiuè: ſed vtroque modo. 204. 29.

Probabilius etiam eſt, illa pronomina *Hoc*, & *Hic* in forma conſecrationis, non tumi adiectiue, ſed ſubſtantiue. 205. 30.

Diſp. X. De Modo, quo Chriſtus eſt in Euchariſtia. pag. 205.

De fide eſt, totum Chriſtum eſſe ſub qualibet ſpecie panis. pag. 205. q. 1. Et certiſsimum ibi exiſtere, nõ ſolum ſecundũ ſubſtantiã, ſed ſecundum quantitatẽ, & cætera accidẽtia, quæ non dependent à loco. ibi. 2. Imò & ſecundum figuram intrinſecam, quamuis non ſecundum ſitualem. 206. 3.

Certum eſt, quod ex vi ſacramenti, ſeu Verborum, ponatur corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis. Imò & partes eius integrales ſimul ſumptæ, non verò ſumptæ ſeorſim. ibid. 4. & 5.

Certum eſt, in hoc ſacramẽto eſſe nunc prętium Chriſti. ibi. 6. & certiſsimum, ex vi verborum, eſſe ſanguinem Chriſti, & totum, ſub ſpeciebus vini. 207. 8. & 9.

Certum eſt, quod ſub ſpeciebus panis, ſit per concomitantiam, ſanguis Chriſti; & ſub ſpeciebus vini, corpus eiuſdem. Et ſub qua libet ſpecie, anima Chriſti, eius diuinitas, & ſuppoſitum verbi. 207. 10. Imò (iuxta probabiliorẽ ſententiã) Pater, & Spiritus Sanctus. ibi. 11. Quo non obſtante, dici, aut concedi non poteſt; quod, qui manducat Euchariſtiã, manducet Patrem, & Spiritum Sanctum, aut totam Trinitatem. ibid. 12.

Probabilius eſt, Chriſtum Dominum, etiam eſſe ſub quolibet indiuiſibili ſpecierum. 208. 13.

Certiſsimum eſt, Chriſtum Dominum, prout eſt in Euchariſtia, non poſſe videri naturaliter oculo corporeo. ibid. 14. Probabilius tamen, poſſe ſupernaturaliter videri. ibi. 15. & 17. Imò, & probabile ſatis, eum ſic de facto B. Mariã Virginẽ vidiſſe. ibi. 16.

Probabile eſt, poſſe videri corpus Chriſti extenſum, prout in Euchariſtia eſt. 209. 17.

Certum eſt, quod Chriſtus Dominus incipiat eſſe ſub ſpeciebus in eo inſtanti, in quo completur ſignificatio verborum conſecrationis. 209. 18. Nec vllo modo ſuſpendatur effectus ex eo, quod Sacerdos ſcrupulo præſſus differat vltimæ ſyllabæ prolationem. ibid. 19.

Certiſsimum eſt, non deſinere Chriſtum Dominum eſſe ſub ſpeciebus, quando Sacramẽtum proijcitur in lutum, aut locum immundum; vel quando corroditur à mure, vel ſumitur à bruto, &c. 209. 20. Nec rurſus deſinit eſſe, ſtatim ac in os recipitur, aut in ventrem traijcitur. 210. 21. Niſi dato caſu, quo ſpecies, dentium contritione corrumpantur in ore, & ſic corruptæ deſcendant in ventrẽ, nam tunc Chriſtus non deſcenderet in ſtomachum. ibid. 22.

Probabilius lõge eſt, quod forma, quæ pro communione laicis datur, non corrumpatur intra horæ minutum: ſed poſt quatuor minutos ferè: Maior verò Hoſtiæ, & ſpecies vini, poſt vnum quadrantis ſpatium, plus minusvè. ibid. 23.

Probabilius eſt, non deſinere ſanguinẽ Chriſti eſſe ſub ſpeciebus vini, quando hæ miſcentur cum vino non conſecrato eiuſdem ſpeciei; imò & ſecundum aliquos Doctores, & cum diuerſę; ſi vina diuerſę ſpeciei dẽtur. 211. 24. & 25.

Probabilius eſt, licere Sacerdoti, qui conſecrauit in vino albo, purificare calicẽ cum vino rubro: aut è contra. 212. 26.

Probabilius longe eſt, quod ſi vna, (quatuor, aut decem) gutta vini conſecrati miſceatur cum dolio vini non conſecrati, tunc maneat ſub illa gutta ſanguis Chriſti. 212. 27. In quo caſu, etiam eſt longe probabilius, vinum illius dolij non poſſe licitè bibi à laicis, ſed ſeruandum eſſe ad ſacros vſus. ibid. 28.

Certum eſt, quod deſinat eſſe ſanguis Chriſti ſub ſpeciebus vini, ſi hæ miſceantur cum aqua, aut cum alio liquore diuerſæ ſpeciei. 212. 29.

Certiſsimũ eſt, quod ſi parua gutta aquæ admiſceatur cum ſpeciebus vini conſecrati, nec maneat conſecrata, nec conuerſa in ſpecies vini conſecrati. ibi. 30.

Certum etiã eſt, quod nõ deſinat eſſe Chriſtus ſub ſpeciebus, quando miraculoſe appareret caro, vel puer in Euchariſtia. 213. 31. An verò aliquo modo mutetur Chriſtus, quando deſinit eſſe ſub ſpeciebus. ibid. 32.

Diſp. XI. De Effectibus Euchariſtiæ. 213.

De fide eſt quod ſacramentũ Euchariſtiæ cõferat augmentũ gratiæ ſanctificãtis. 213. 1.

Probabilius eſt, quod ad hoc, vt Euchariſtia conferat augmentum gratiæ, nullam aliã diſpoſitionem requirat in ſuſcipiente, prętter ſtatum gratiæ. ibi. 2.

Certiſsimũ eſt, quod Euchariſtia, nec per ſe conferat primã gratiã, nec per ſe fuiſſe inſtitutam ad delenda mortalia. 214. 3.

Probabilius eſt, quod Euchariſtia, peraccidẽs conferat aliquãdo primã gratiã, & deleat mortalia. ibi. 4. Præcipuè in duobus caſibus. ibid. 5. Et an ad hoc aliqua diſpoſitio in ſuſcipiente requiratur. ibid. 6.

Certiſsimum eſt, remitti per Euchariſtiã peccata venialia, quoad culpam. 215. 7. Et lõge probabilius, quod remittat omnia, & hoc, immediatè, ex opere operato. 215. 8. & 9.

Cer-

tissimum est, quod Eucharistia præseruet à mortalibus. ibid. 10. Quonam autem modo? 216. 11. & 12.

Probabilius longe est, quod Eucharistia non conferat gratiam, antequam traijciatur. ibid. 13. Sed confert illa in vltimo instãti terminatiuo traiectionis ad sthomacum pag. 217. q. 14.

Probabilius est, quod Eucharistia causet gratiæ augmentum, quamdiù durat in sthomaco dummodo homo magis, ac magis denuo se disponat. ibid. 15.

Probabile est, quod si Eucharistia poneretur ab Angelo intra sthomacum hominis volentis illam recipere, adhuc causaret gratiam. ibid. 16.

Probabilius est, quod recipiat gratiã sacramenti Sacerdos ille, qui vnam partem hostiæ recipit in peccato; alteram verò partem, iam in gratia per contritionem constitutus, manducat. 218. 17.

Probabile est, quod etiam ille, qui in peccato recipit Eucharistiam, & postea antequã species corrumpantur, confitetur, vel cõteritur, recipiat gratiam ab ipsamet Eucharistia. ibid. 18.

Probabile est, quod ille, qui in peccato recepit Eucharistiã, vel post huius receptionẽ peccauit, teneatur conteri, vel cõfiteri pro toto illo tempore, quo species incorruptæ, in sthomaco manent. 218. 19.

Probabilius est, esse vtilius, non per se, sed peraccidens, in maiori specierum quantitate communicare. 219. 20. Vnde etiam est probabilius, non esse illicitum per se; bene tamen per accidens, dare, aut sumere plures formas consecratas. ibid. 21.

Probabilius longe est, non recipere gratiam ab Eucharistia, illum, qui species retinet in ore donec corrumpantur. 219. 22.

Certum est, recipere gratiam sacramenti Sacerdotem, qui deglutita tantum parte Hostiæ, statim moritur. 220. 23. Et etiã ille, qui postquam Eucharistiam deglutiuit, statim eam deuomit. ibid. 24.

Probabilius est, vtramque speciem Eucharistiæ, maiorem gratiam conferre. 220. 25.

De fide certissimum est, non licere laicis cõmunicare sub vtraque specie. ibi. 26. Imò nec Sacerdotibus, cum more laicorũ communicant. ibid. 27.

Certissimum est, licere Pontifici ex iusta causa, cõcedere alicui regno, nationi, vel personę cõmunionẽ sub vtraque specie, sicuti de facto id concessit. 221. 28. Imò, nõ est improbanda consuetudo, quæ in aliquo id obtinuit. ibid 29. vbi, in quibus casibus.

Probabilius lõge est, licitum esse laicis in aliquibus casibus, bibere calicem, absque dispensatione aliqua. 221 30. Vbi in quibus. Et etiam est probabile, licere infirmo, qui panẽ deglutire non potest, sed solùm vinum, sumere sanguinem, absque panis specie. ibid. 31.

Certissimum est, quod Christus Dominus in nocte cœnæ, sumpserit Eucharistiã, & dederit discipulis suis, etiã Iudæ proditori. 222 32. & 33. Et longe probabilius, quod etiam B. Virgo, cum alijs fœminis in eade nocte Eucharistiam sumpserit. ibid. 34.

Ex Tract. VIII. De Sacrificio Missæ.

Disp. I. De Sacrificij Missæ Essentia. pag. 223.

Probabilius est, quod nomẽ Missa, sit latinũ. pag. 223. q. 1 Cur autem sacrificium; Missa appelletur. ibid. 2.

Certissimum est, Christum Dominum in vltima cœna instituisse missæ sacrificium, illudque Patri obtulisse. 224. 3.

De fide est, in Missa, prout à catholicis dicitur, propriũ sacrificiũ offerri. ibi. 4. Et certissimum, nullum aliud esse in Ecclesia sacrificium, præter Eucharisticum, ib. 5.

Certissimũ est, non habere nunc potestatem instituẽdi nouũ sacrificiũ. ibi. 6 Haberet tamẽ, si Christus nõ instituisset. 225 7. & 8

Sex sunt actiones de quib⁹ possũt dubitari, in quanã earũ cõsistat essẽtia sacrificij. 225. 9

Certissimum est, essentiam sacrificij ita esse in aliqua actione determinata. 225. 10.

Certissimũ etiam est, rationẽ huius sacrificij nullomodo esse sitam in oblatione, quę fit ante cõsecrationẽ 225 11. Et lõge probabilius, neq; in oblatione, quæ paulo post consecrationẽ verbaliter fit. 226. 12. Neque in fractione Hostiæ consecratæ. Neq; in sumptione facta à celebrãte. ibi. 13. 14. & 15. Sed in sola cõsecrati ne, nõ vnius, sed vtriusque speciei. 227 16. & 17.

Certissimũ est, quod cõsecratio vtriuq; speciei simul, sit præcepta iure diuino. ibi. 18. Vnde longe probabilius est, nec ex dispẽsatione Papæ, non posse consecrari vnam speciem sine alia. 228 19.

Certissimum est, in die Parasceues, non offerri sacrificium Missæ 227 20.

Probabilius est, offerri sacrificiũ Missæ, si Sacerdos hostiam à se ipso consecratam in pyxide reponat, & ipse sumat aliam ab alio consecratam. 228. 21.

Probabilius longe est, non posse Parochum dum renouat Eucharistiã nõ sumere Hostiam, quã cõsecrauit, atq; alã, quæ antea in sacrario erat, sumat ibid. 22.

Probabile eſt, poſſe Sacerdotem licite conſecrare formulas, quas illi, pro communicandis laicis, poſt obtationem Hoſtiæ grandioris factam, offerunt 229.23.

Certiſsimum eſt, Chriſtum Dominum dici proxime, & principaliter offerentem ſacrificium in Miſsis. 229.24.

Diſp. II. De Miniſtro Sacrificij Miſſæ. pag. 230.

De fide eſt, ſolos Sacerdotes poſſe hoc Miſſæ ſacrificium offerre. p. 230. 1. Et certiſsimum, quod etiam ſi ſint hæretici, excommunicati, &c. id poſsint valide, ſed non licitè. ibid. 2. Imò id etiam aliquo modo poſſunt omnes alij fideles; præter Sacerdotes. ibid. 3.

Certiſsimum eſt, non poſſe hoc ſacrificium miſſæ offerri pro omnibus viuis, niſi ſolũ pro illis, qui ſunt intra Eccleſiam. ibid. 4. An autem ſi Sacerdos excluderet aliquem à ſacrificio, teneret factum? 231. 5.

Probabilius eſt, non poſſe hoc ſacrificium offerri pro Paganis. Idolatris, Iudeis, Turcis, & alijs non baptizatis. 231. 6. Nec pro Cathecuminis. 232. 7. Nec pro hæreticis adhuc rite baptizatis. ibid. 8. Nec pro excommunicato non tolerato; imò, nec pro tolerato. ibip. 9. & 10.

Probabilius eſt, poſſe Sacerdotem in Memẽto Miſſæ pro quolibet excommunicato, quatenus eſt priuata perſona orare; nõ verò nomine Eccleſiæ. 233. 11.

Certum eſt, poſſe offerri ſacrificium Miſſæ in directe pro Idolatris, & alijs non baptizatis, & pro hæreticis baptizatis, & pro excõmunicatis; quamuis non in particulari pro aliquo. ibid. 12.

Certiſsimum eſt, non poſſe offerri ſacrificiũ Miſſæ pro damnatis. ibid. 13.

De fide eſt, poſſe offerri ſacrificium pro animabus Purgatorij. 234. 14. Probabiliusq; eſſe, illis ex infalibili lege Chriſti prodeſſe. ibid. 15.

Non poteſt proprie offerri ſacrificium Miſſæ pro Beatis. ibid. 16.

Diſp. III. De Effectibus ſacrificij Miſſæ. 235.

Certiſsimũ eſt, ſacrificiũ Miſſæ habere aliquẽ effectum ex opere operato. 235. 1.

Certiſsimum eſt, huiuſmodi ſacrificium habere vim remittendi peccata mort. & conferendi primam gratiam; non tamen per ſe immediatè, & ex opere operato; ſed mediate, & impetratoriè. 235. 2. 3. & 4.

Probabile æque eſt, ſacrificiũ Miſſæ per ſe, & ex opere operato conferre augmentũ gratiæ his, pro quibus offertur. 236. 5. Imò & aliquando peraccidens, primã gratiam, & remiſsionem mortalium. ibid. 6.

Probabile æquæ eſt, ſacrificiũ Miſſæ, per ſe, ex opere operato, & immediatè delere venialia. 237. 7. Et certũ, remittere etiã certò, & infalibiliter pœnas peccatis debitas. ibid. 8.

Probabilius longe eſt, ſacrificiũ Miſſæ prodeſſe ſemper, & infalibiliter defunctis iuſtis ad eorum pœnæ remiſsionẽ. 237. 9.

Probabilius eſt, quod valor ex opere operato Miſſæ, ſit infiniti valoris intenſiuè, quoad ſufficientiam; licet finiti quoad efficientiã, & in actu ſecundo. ibid. 10.

Probabilius eſt, quod ſacrificium Miſſæ oblatum pro pluribus, tantum profit ſingulis, quantum ſi pro vno quoque dumtaxat offerretur. 238. 11.

Probabilius eſt, omnes offerentes ſacrificium Miſſæ, nempe Sacerdos celebrãs, Miniſtri, ac alij ſeruientes Miſſæ, &c. participare ex opere operato fructum illius, ſi ſunt in ſtatu gratiæ. 238. 12.

Certum eſt, quod huius ſacrificij fructus ex opere operato, nullomodo profint exiſtẽti in mortali; quamuis probabilius ſit, quod poſsint poſtea ablato obice. 239. 13. & 14. vbi aſsignantur conditiones quatuor requiſitæ ad percipiendos fructus Miſſæ.

Probabilius eſt, quod, vt Miſſæ ſacrificiũ profit, ſit neceſſaria actualis, vel virtualis deuotio erga illud. ibid. 15. Vnde probabilius longe eſt, quod quantò maior fuerit deuotio illius pro quo offertur, tantò maior erit in eo fructus 239. 16.

Certum eſt, quod ſacrificiũ Miſſæ non profit ei, pro quo Sacerdos ex iuſtitia, ratione ſtipendij, tenebatur offerre: ſed ei, pro quo de facto illud offert. 240. 17. Sed.

Probabilius eſt, quod ſacrificium Miſſæ non profit ei, pro quo Sacerdos Regularis offert; ſed ei, pro quo Prælatus offerre iuſſit. ibid. 18.

Diſp. IIII. De Stipendio Miſſæ. pag. 240.

Certiſsimũ eſt, licitũ eſſe omnino Sacerdotibus, accipere ſtipẽdium pro Miſſa. 240. 1.

Probabilius longe eſt, quod etiã Sacerdotes diuites poſsint ſtipẽ pro Miſsis ſuſcipere. 241. 2.

Certiſsimũ eſt, nõ poſſe pro vna Miſſa, recipi ſtipendia quæcumque, quoties, ad minus, illa ſufficientia, ac iuſta ſunt. ibid. 3.

Certũ eſt, poſt decreta Vrbani viij. nõ poſſe Sacerdotẽ accipere pro vna Miſſa, tot ſtipẽdia, etiã à perſonis diuerſis, quot ſufficiãt ad diurnam eius ſuſtentationem. 241. 4.

Cer-

Certum eſt etiam, poſt dicta decreta, non poſſe Sacerdotem à diuerſis tot ſtipendia ſuſcipere, quæ iuſto, & taxato pretio æquiualeant, & pro omnibus illis vnicã Miſſam offerre. 242,5. Licet nonnulli adhuc aliter ſentiant. ibid.

Certum eſt etiam, poſt præfata decreta, non poſſe Sacerdotem, qui pro dicendis Miſſis ſtipendia maiora recepit, dare poſtea alijs dicendas, retenta ſibi parte ſtipendij, & dato illis minori, ſed iuſto. ibid. 6. Quamuis adhuc non deſit, qui doceat, id non eſſe mortale, etiam poſt dicta decreta. ibid.

Certum fere eſt, poſt decreta Congregationis, non poſſe Sacerdotem in diebus feſtis accipere pro vna Miſſa duplum ſtipendiũ. 242.7.

Probabilius longe eſt, etiam nunc poſſe Sacerdotem, qui per alium Miſſam, quam ipſe, accepto ſtipendio, dicere debebat, celebrare facit, retinere partem ſtipendij, ex voluntate ſecundi Sacerdotis condonantis. 243.8.

Probabilius eſt, poſſe Sacerdotem applicare alteri fructum proprium, quem ipſe ex Miſſæ celebratione recipit. 243.9.

Probabile eſt, poſſe Sacerdotem, etiam nũc, duplex ſtipendium pro vnica Miſſa recipere, applicando vni perſonæ partem ſolitam; & alteri, ſuam partem, aut fructum ſibi proprium. ibid. 10.

Certiſsimum fere eſt iam, quod ſi quis det alicui Sacerdoti ſtipem pro dicenda Miſſa ad impetrandam à Deo aliquam gratiam: & alter det eidem aliam ſtipem pro Miſſa dicendu pro defuncto, non poſsit vnica, & eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere & duas illas pitantias recipere. 244.11.

Probabilius longe eſt, quod Sacerdos, qui tenetur celebrare in aliqua Eccleſia, loco, vel die pro cultu Eccleſiæ dumtaxat, etiã ſi ei detur aliquod ſtipendium, aut ſalariũ: poſsit ſtipendium aliud pro Miſſa illa recipere ab alio, ei fructum illius applicãdo. 244.12.

Certum eſt, quod Sacerdos, qui, vt celebret; cogitur emere ſacras veſtes, candelas &c, poſsit ſtipendia Miſſæ augere. ibid. 13.

Probabilius eſt, poſſe Sacerdotem, offerre idem ſacrificium pro eo, à quo accepit ſtipendium, & ſimul pro alijs ex charitate, gratitudine &c. 244.14.

Probabilius eſt, quod Religioſi, qui ex vi ſuæ Regulæ, tenentur certis diebus celebrare pro defunctis ſui Ordinis &c. poſsint idẽ ſacrificium offerre pro alijs, à quibus ſtipẽ acceperunt. 24.5 15.

Probabilius eſt, non peccare mortaliter Sacerdotem, qui liberaliter promittit alteri vnum Sacrum animo ſe obligandi, & tamen promiſſum non implet. pag. 245. quæſt. 16.

Certum eſt, peccare mortaliter Sacerdotem, qui diù, Miſſas celebrare differt. ibidem 17.

Probabile eſt, poſſe Sacerdotem differe Miſſas poſt acceptam eleemoſynam (abſque mortali) per ſpatium, non ſolũ vnius, aut duorum menſium, verum, & trium, niſi aliàs, Miſſas petentes, maiorem celeritatẽ requirant. 245.18.

Probabilius longe eſt, quod, quando Sacerdos non habet Miſſas, nequeat illas dicere pro illo, qui primo ſtipem dederit, quem Deus videt daturum. 246.19. Poterit tamen dicere anticipete pro ædituo, vel Sacriſta, aut amico, aut altero, qui ſolet ex officio alijs Miſſas dare dummodo Sacerdos anticipate ſciat eius intentionem. ibidem 20.

Probabilius longe eſt, poſſe Capellanum, qui bis, aut ter in hebdomada celebrare tenetur, Miſſas hebdomadæ ſequentis anticipare, niſi alias contrarium in fundatione Capellaniæ exprimatur. 246.21.

Certum eſt, vtilius eſſe, vt vnuſquiſque curet ſibi, Miſſas ante mortem celebrari. 247. 22. Licitamque eſſe conſuetudinem, quæ apud nonnullos viget, nempe, vt quis tanquam mortuus iam ſit, exequias pro ſe, erecto tumulo, fieri curet. ibi. 23.

An autem Sacerdos, qui ex fundatione tenetur ad celebrandum in aliqua Eccleſia, peccet mortaliter alibi celebrando ibi. 24 25.26 & 27.

Diſp. V. De Diebus, quibus liceat, & teneantur Sacerdotes ad celebrandum. pag. 248.

Probabilius eſt, peccare mortaliter, Sacerdotem, qui non celebrat, nec ſemel, in anno. 248.1.

Probabile æque eſt; quod licet Sacerdotes ter ſaltem, in anno celebrare teneantur, non tamen determinant in aliquibus diebus. 249.2,

Probabilius eſt, quod nec Parochus teneatur ſingulis diebus celebrare: bene tamen, vel per ſe, vel per alium, omnibus feſtis, quibus Populus teneatur audire Miſſam. 249. & 250.3.&4.

Probabilius eſt, teneri Parochum, interdum, ad applicandam Miſſam pro ouibus. 250. 5. Probabiliuſque eſt, ſufficere ei. ſi hoc, ſolemnioribus feſtis, faciat. ibid.

Ne-

Necessarium est aliquando Missam cum Diacono, & Subdiacono, & Acolytis solemniter celebrare. 250 6.

Probabilius est, teneri Diaconum, & Subdiaconum, sua officia aliquando exercere. 251.7.

Probabilius longe est, debere quotidie celebrari sub mortali, in omnibus Ecclesijs Cathedralibus, Collegiatis, & Conuentualibus. 251.8.

Probabilius longe est, debere in Cathedralibus, & Collegiatis cantari duas Missas, vnã de festo, & alteram de feria, quando casus occurrit. 251.9. Minime vero, in Ecclesijs Regularium. ibid. 10.

Certissimum est; non esse, nec veniale, relinquere in nostris Conuentibus Missam solemnem in Dominicis, ac alijs festis. 252.11. Est tamen necessarium celebrari in illis quotidie Missa conformis diei, etiã in illis diebus, in quibus dici possunt Missæ votiuæ; nisi alias aliter in rubricis adnotetur. ibid. 12.

Certum est, teneri Capellanum celebrare, toties, quoties fundatio Capellaniæ exigit, nisi alias sit impeditus legitime 252. 13. An autẽ, Sacerdos obligatus ad quotidie celebrandum possit semel in hebdomada, causa maioris honestatis, Missam prætermittere. ibid. 14. Et pag. 253. quæst. 15.

Probabile æquè est, posse Capellanum obligarum ad dicendam quotidie Missam, ter, aut quater in anno, celebrare pro se ipso, aut sibi valde coniuncto. 253.16. Et similiter, posse semel in hebdomada à celebratione abstinere, non solum titulo honestatis; verumetiam oblectationis, vel itineris gratia. ibid. 17. Minime tamen poterit, eo die, quo potest Missam omittere; pro alio celebrare, & stipendium recipere. ibid. 18.

Certissimum est, quod Capellanus ægrotans pro paruo tempore, nempe, per vnum, aut alterum mensem, non teneatur per alium Missas celebrare, aut omissas postea supplere, nisi casu, quo in fundatione Capellaniæ, electus fuerit locus, non persona. 253.19.

Probabilius est, licitum esse, Missam in feria quinta Cœnæ Domini celebrare; dummodo id fiat, ante Missam solemnem. pag. 254. 20.

Certum est, non posse, in dicta feria quinta in Cœna Domini fieri sacrum, & confici sepulchrum in Ecclesijs, seu Oratorijs cõfraternitatum. ibid. 21

Certissimum est, non esse licitum in feria sexta Maioris hebdomadæ Missam celebrare. 254. 22.

Certissimum est etiam, quod si dicta feria sexta incidat in diem festum, non teneantur fideles audire Missam, aut interesse officiò illius diei. ibid. 23.

Probabilius est, licitum esse fidelibus in dicta die Paraseuès communicare. pag. 255. 24.

Probabilius longe est; licere in Sabbato Sancto Missas priuatas celebrare, si in illum diem incidat aliquod festum. 255 25. Imo etiamsi in illo die nullum festum occurrat, cummodo cautè, & absq; scandalo, dicãtur. ibid. 26.

Probabilius est, quod in Missis priuatis Sabbati Sancti, non debeãt dici Litaniæ pro introitu Missæ: Sed potest quis dicere, aut Missam Ordinariam illius diei, aut cum introitu Missæ Resurrectionis; vel incipiendo à Kyrieeleison, finita confessione; aut Missam Sancti in illa die occurrentis; aut votiuam B. Virginis. 255. 27. Quas Missas probabilius est, dici absque vllo peccato posse, ante Missam solemnem. 256. 28.

Certum est, non licere Sacerdoti, regulariter loquendo, eadem die pluries celebrare. Possunt tamen tria sacrificia offerri in die Natiuitatis Domini, & in aliquibus necessitatis casibus. 256. 29.

Probabilus est, nec Parochum teneri in die Natiuitatis Domini, tres Missas dicere, ibi. 30. & certum, quod nullus Sacerdos possit etiam in dicta die Natiuitatis, ter communicare. ibid. 31.

Probabilius est, posse omnes Sacerdotes, in nocte Natiuitatis Domini, omnes tres Missas ante auroram celebrare. 257. 32. Et etiam est probabilius, quod si Sacerdos vellet celebrare in die Natiuitatis vnicam Missam, posset dicere quamcumque ex tribus vellet. 257. 33.

Probabile æquè est, posse Sacerdotem ad dãdum viaticum infirmo, bis eadẽ die celebrare; dummodo in prima Missa, nil aliud sumpserit, nisi cum sanguine Hostiam. ibid. 34.

Probabile est, posse Sacerdotem bis in die celebrare (excluſſa speciali prohibitione) si iam fere dicta Missa, superueniat, Episcopus, Rex, &c. & alia Missa non sit. pag. 257. 35.

Probabilius est, posse etiam, Sacerdotem bis in die celebrare ad sepeliendum defuncti corpus. 258. 36. Vbi, quando, & quomodo id fieri debeat. Et etiam ob Nuptiarum benedictionem. ibid. 37.

Certum est, quod Sacerdos habens duas Ecclesias Parochiales, possit bis eadem die celebrare. 258. 38. Imo in Anglia, Ger-

mania

mania, India, & alijs Pronincijs, vbi vnus Sacerdos nequit omnibus fidelibus satisfacere, potest bis eadem die sacrificare. ibid. 39. Videatur ibid. q. 41.

Probabilius multo est, quod habens duas Parochias, nequeat in die Cœnæ consecrare in ambabus Eucharistiam sumendam in Parasceuè, sed in vna dumtaxat. pag. 259. quæst. 40.

Certum est, quod in aliquibus Regnis, ex concessione Summi Pontificis, possint Sacerdotes sæculares bis in die Commemorationis defunctorum, celebrare: Regulares verò ter. ibid. 42.

Disp. VI. De Hora, & Loco celebrandi Missam. pag. 259.

Certum est, non esse licitum, Missam ante auroram incipere. pag. 259 quæst. 1.

Probabilius est, posse celebrari Missam, duabus horis ante ortum Solis. 260. 2. Imo à Religiosis à tribus horis ante. ibid. 3.

Probabilius est, posse Regulares celebrare Missam duabus horis post mediam noctẽ, in Ecclesijs dumtaxat suorum Monasterio rum. 260. 4.

Probabilius est, posse quemlibet Sacerdotem celebrare statim post mediam noctẽ ad dandum viaticum infirmo. ibid. 5.

Certum est, posse Episcopos iter facientes celebrare ante lucem. (Imo & Cardinales quamuis iter non faciant.) 261. 6. Nõ vero alios Sacerdotes inferiores, vt probilior longe tenet sententia. ibid. 7.

Certum est, numquam fuisse licitum, in nocte Resurrectionis, paulo post mediam noctem celebrare. 261. 8.

Probabilius longe est, non posse, absque priuilegio, differre inceptionem Missæ vsque ad horam tertiam post meridiem ibidem 9.

Probabilius est, posse Religiosos, ex vi suorũ priuilegiorum, differre inceptionem Missæ vsque ad tres horas post meridiem, nõ absolute, vt aliqui adhuc volunt, sed ratione itineris, aut alterius iustæ causæ. pag. 262. 10.

Probabilius est, posse, absque vllo priuilegio incipi Missam, vna hora post meridiem. ibid. 11. Et si est ad dandum viaticum ægroto, tribus horis post meridiem. ibi. 12. Imo casu, quo Missa solẽnis inchoata ante meridiem, duret vsque ad nonam, potest Missa priuata tunc incipi. ibid.

Certum est, quod in funere Regis, aut Principis, possit incipi Missa ante meridiem, & protrahi vsque ad nonam. Imo si inchoentur officia funeralia ante meridiem potest tunc incipi Missa longe post meridiem 262. 13,

Probabilius est, posse Sacerdotem interrumpere Missam, & discedere ab Altari pro cõfessione morientis, aut pro baptizãdo moriente puero; aut pro vngendo infirmo, qui nullum aliud Sacramentum recipere potest; aut ob superuenientem grauem necessitatem ventris. 263. 14.

Certissimum est, esse mortale celebrare extra Ecclesiam, aut locum sacrum, absque iusta causa. 263. 15.

Licitum verò si id, vrgente causa, & necessitate fiat. 263. 16 Vbi, quæ erit necessitas.

Probabile est, posse Religiosos, ex vi suorum priuilegiorum, etiam absque sufficienti causa, extra Ecclesiam vbique, etiam in domibus sæcularium, Missas celebrare. 263. 17.

Probabilius est, posse aliquando in mari, vel flumine celebrari. ibid. 18. Et licitum esse deferre Eucharistiam in nauigijs, aut triremibus. ibid. 19.

Disp. VII. De Altari, Vasibus, ac Vestibus, quibus celebranda est Missa. pag. 263.

Certissimum est, esse mortale celebrare absque Altari, seu Ara. pag. 263. q. 1. Altare autem est duplex, vnum fixum; & alterum portatile, seu mobile, quod Ara nuncupatur. ibid. 2.

Certissimum est, quod Altare fixum amittat consecrationem, tam per enormem fractionem ipsius, quam per remotionem ipsius à pedibus, quibus est afixum, 263. 3. Secus vero dicendum de Altari portatile, quando separatur à Capsula lignea in qua inclusum esse solet. 264. 4,

Certum est etiam, quod, saltem absque dispensatione Papæ, nequeat fieri Altare portatile ex duobus lapidibus ad modum libri colligatis, quorum vnus capiat Calicẽ, alter Hostiam. 266. 5.

Probabilius longe est, quod, vt rata sit consecratio Altaris, non sit simpliciter necessarium, quod in eo Reliquiæ Sanctorum apponantur. ibid. 6

Certum est, debere necessariò Altare esse lapideum, & cõsecratum ab Episcopo. 266. 7. Esseque mortale, celebrare supra Aram notabiliter fractam. ibid. 8.

Certum est etiam, quod particulæ consecratæ, debeant apponi supra Aram, non solũ dum consecrantur: sed etiam post earum consecrationem, vsque ad commun onẽ. 267. 9.

Certum est etiam, quod altare debeat operiri tribus

tribus mappis (præter corporale) quæ necessario debent esse benedictæ, nisi aliud necessitas cogat 267. 10. & 11.

Certum est, quod corporale debeat esse ex lino albo, & benedicto; & quod sine illo celebrare, sit mortale. ibid. 12.

Certum est, quod parua palla Hispane, *Hijuela*, qua calix operitur, debeat etiam esse ex lino, saltem, quoad partem inferiorem, & benedicto. 268. 13.

Probabilius longe est, quod Purificatorium, non debeat necessario esse benedictum; licet debeat necessario esse ex lino albo. ibid. 14.

Certum est, esse veniale celebrare cum vnica tantum tobaillea, & corporalibus: mortale vero, cum solis corporalibus. pag. 168. 15.

Probabilius est, posse Prælatos nostræ, & aliarum Religionum, benedicere corporalia, & alia ornamenta, tam suorum Monasteriorum, quam vndequaque venientium. ibid. 16.

Certum est, esse mortale celebrare absque vllo lumine. 269. 17. Probabilius vero, esse peccatum, sed veniale tantum, cum vno lumine celebrare, si id fiat extra necessitatem, cum hac, nullum. ibid. 18.

Probabilius est, quod celebrare in casu necessitatis cum vno lumine olei, non sit mortale: secus vero cum candela ex adipe, vel seuo. 269. 19.

Probabile est, posse Sacerdotem Missam cõtinuare sine lumine, si hoc, nõ totum post consecrationem, sed post offertorium ante consecrationem, extinguatur, nec aliud commode inueniri possit. ibid. 20.

Certum est, quod sit mortale, regulariter loquendo, celebrare sine Missali, saltem cõtinenti Canonem. 270. 21. Nisi in casu, quo illud desit, & Sacerdos firmiter teneat memoriter Missam totam. ibid. 22.

Probabilius longe est, non esse mortale, Missam sine Cruce in altari posita, celebrare. ibid. 23.

Probabilius longe est, Calicem & Patenã, etiam posse esse, ex stanno, iusta Rubricas Missalis. ibid. 24. Minime vero, ex plumbo 271. 25. Bene tamen, ex ære, seu cupro inaurato. ibid. 26.

Probabilius longe est; quod pes Calicis possit fieri ex plumbo, ferro, aut alia quacumque decenti materia. 271. 27. Cuppa vero Calicis, & superior pars Patenæ necessario debent esse deaurata, si alias nõ sint ex argento. ibid. 28.

Certum est, quod Calices & Patenæ, debeãt necessario consecrari ab Episcopo 272. 29. Licet ex priuilegio aliqui Prælati id possint. ibidem 30.

Probabilius longe est, non posse Sacerdotem celebrare in Patena, & Calice non consecrato, etiam casu, quo alius Sacerdos bona fide, cum ipsis Missam ante consecrationem celebrasset. 272. 31.

Certum est, esse mortale celebrare in Calice, & Patena notabiliter fracta. pag. 273. quæst. 32.

Probabilius longe est, quod non perdat cõsecrationem suam, per separationem pedis à cuppa, calix tornatilis: bene tamen calix non tornatilis, aut non habens pedem amobilem 273. 33.

Probabile æque est; quod non amittat calix suam consecrationem, per nouam inaurationem. ibid. 34.

Probabilius est, quod debeat benedici, benedictione simplici, pyxis in qua corpus Christi asseruatur. ibid. 35. Et quod intra illam nullo modo debeat esse aliquis linteus benedictus. 274. 36. Ipsa vero collocari debeat in tabernaculo super corporale; nec necessum est, etiam supra Aram. pag. 274. 37.

Certum est, vestes Sacerdotales esse sex tantum. 274. 38. Et etiam, esse mortale celebrare sine aliqua saltem ex quinque, sine Amictu nempe, vel Alba, Manipulo, Stola, vel Casula, aut cum aliqua ex illis non benedicta, saltem extra casum necessitatis. 274. 39.

Probabilius longe est, non esse mortale celebrare, absque aliqua veste ex quinque enumeratis (imo sine vlla alia, solo vestitu communi) ob vitandum mortis periculum, nisi id incuteretur in contemptum fidei, aut Christianæ Religionis. 275. 40. & 41. Esset tamen celebrare absque aliquo ornamento ex prædictis, etiam in casu necessitatis, ne videlicet, populus in die festo careret Sacro. ibid. 42.

Probabilius longe est, esse mortale celebrare sine Cingulo benedicto, extra casum necessitatis. 276. 43. Imo etiam in necessitatis casu; ibid. 44. Quamuis in hoc, absque vllo peccato, posset Sacerdos vti stola pro Cingulo. ibid.

Quando, & quomodo perdatur benedictio sacrarum vestium. 276. 45.

Certum fere est, quod si cingendum, ita rumpatur, vt vtraque pars ad cingendum sufficiat, vtraque retineat benedictionem. ibid. 46. Si vero ita rumpatur, vt neutra pars sufficiat per se ad Cingulum, tunc probabilius est, quod in tali casu amittat benedictionem, & ideo non possit absque noua benedictione Missæ deseruire. pag. 277. quæst. 47.

Pro-

Probabilius longe eſt, ſolum peccare venialiter Sacerdotem qui nudis omnino pedibus celebrat 277 48.

Probabilius eſt, eſſe mortale celebrare velato capite abſque iuſta cauſa, & ſine diſpenſatione: veniale vero ad minus cum rationabili cauſa, ſed ſine diſpenſatione. ibidem 49.

Certiſſimum eſt iam; quod ſolus Summus Pontifex poſsit dare licentiam dicendi Miſſam, cooperto capite. 278 50.

Certum eſt, non eſſe neceſſarium quod vt Sacerdos Miſſam celebret aſsiſtant duo Miniſtri. 278. 51.

Probabilius longe eſt, non eſſe licitum Sacerdoti abſque graui cauſa, ſine Miniſtro, ſe ſolo celebrare: bene tamen ex iuſta & graui cauſa, vt ad dandum viaticum, vel etiam, ne ipſe Sacerdos, aut populus, in die feſto, Miſſa careant. pag. 278. & 279. q. 52 53. & 54.

Certum eſt, quod Miniſter reſpondens Sacerdoti, debeat eſſe Mas 279. 55. Licet probabilius ſit, quod in caſu, quo non ſit vir, poſsit fœmina ex loco remoto reſpondere: non tamen immediate miniſtrare, vt porrigere vrceolos, &c. ibid. 56.

Probabilius eſt, quod non peccet mortaliter (ſed ad ſummum venialiter) Sacerdos, qui dum Sacris veſtibus ad Sacrum celebrandum, ſe induit, non dicit orationes in Miſſali poſitas. 280. 57.

Probabilius longe eſt, quod non peccet, niſi venialiter, Sacerdos, qui in Miſſa, voluntarie omittit Gloriam, vel Credo, vel vnam, aut alteram Commemorationem. 280. 58. Qui autem obliuione naturali hæc omitteret, & poſtea in progreſſu Miſſæ recordaretur, non ſolum, non teneretur repetere, verum, nec poſſet. ibid. 59.

Probabilius eſt, ſaltem peccare venialiter Sacerdotem ſolemniter celebrantem, nõ recitantem Epiſtolam & Euangelium, à Subdiacono, & Diacono canendum. ibidem 60.

Probabilius eſt, non eſſe mortale, ſed ſolum veniale omittere minimam partem Canonis. 281. 61.

Probabilius etiam eſt, ſolum eſſe veniale, omittere Orationes pro gratiarum actione in Miſſali præſcriptas, nempe, *trium puerorum &c.* ibid. 62.

Probabilius eſt; nec mortaliter peccare Sacerdotem, qui in dominica, vel alio die feſto, dicit Miſſam votiuam, vel de Requiem. 281. 63. Bene tamen venialiter. ibid. 64.

Probabile æque eſt; quod, qui ex fundatione, tenetur celebrare certam Miſſam, v. g. de SS. Trinitate, de B. Virgine, vel de Requiem, ſatisfaciat dicendo quamcumque Miſſam, quæ in tali die præſcribitur in Miſſali. 281. 65. Imo idem eſt dicendum caſu, quo Sacerdos, ex voto teneatur celebrare eo die Miſſam de Requiem, aut de B. Virgine, poteſt enim dicere Miſſam diei. 282. 66 Rurſus, etiam in caſu quo Sacerdos, ex ſtipendio Miſſæ accepto, expreſſe Miſſam de Requiem, aut de B. Virgine, promiſiſſet, poteſt etiam dicere Miſſam diei ibid 67.

Probabile æque eſt; quod Sacerdos, qui ex ſtipendio accepto, aut alias, obligatus eſt ad dicendas Miſſas S. Gregorij, teneatur illas ſine interruptione celebrare; licet nõ teneatur, omnes de Requiem dicere. 282. 68.

Probabilius eſt, quod licite (quamuis non ita decenter) poſsit Sacerdos dicere Miſſam Aſſumptionis, Natiuitatis &c. Beatæ Virginis, extra diem dictarum feſtiuitatum, quando à Laicis exigitur; dummodo mutentur verba, *diem feſtum*, in *Commemorationem*, vel *Memoriam* & verbum, *Natiuitatis*, in, *Memoriam*. 283. 69.

Probabilius eſt quod Sacerdos, qui tenetur celebrare in Altari priuilegiato, pro animabus Purgatorij, ſatisfaciat celebrando alibi cum calculo liberanti animam à Purgatorio, niſi caſu, quo petens Miſſam, poſtulaſſet, vt in determinato Altari priuilegiato celebraretur, vel quia ſuum eſſet Altare; vel quia illud voluit honorari ac colli. 283. 70.

Extract. IX. De Matrimonio.

Diſp. I. De Sponſalium Eſſentia, & Obligatione. pag 284.

Hæc vox, *Sponſalia*, ab ſpondendo dicitur. pag. 284. q. 1. Sumiturquè tribus modis. 285. 2.

Clarius ſic definiuntur ſponſalia, *ſunt mutuæ promiſsiones viri & fœminæ de contrahẽdo matrimonium* ibid. 3.

Certiſsimum eſt, quod ad eſſentiam ſponſalium requiratur mutua ſponſi, & ſponſæ promiſsio. ibid. 4.

Probabilius longe eſt quod promiſsio merè interna facta homini, matrimonij futuri, non obliget ad illud contrahendum. 285 5. Imo, nec promiſsio externa facta abſenti obligat, ante eius acceptationem. pag. 286. 6.

Probabilius eſt, quod ad valorem ſponſaliũ, non ſufficiat acceptatio promiſsionis alterius

terius, ſine noua repromiſſione. ibid. 7. Imo, & probabile æquè eſt quod nec ille qui promiſit matrimonium, maneat obligatus ad contrahendum, caſu, quo alius nõ repromittat, etiam ſi promiſſionem acceperet. ibid. 8.

Non poteſt determinare tempus, quod expectare repromiſsionem alterius partis debeat, qui matrimonium promiſit. pag. 287 9.

Probabilius eſt, quod vt promiſsio matrimonij, facta infanti, obliget ad contrahendũ, etiam requirat acceptationem ab ipſo. 287 10. Secus dicendum, ſi promiſsio facta eſſet parentibus, aut tutoribus infantis & illi acceptaſſent ibid.

Probabilius eſt, quod nec promiſsio matrimonij abſenti facta, etiam ſi aliquis nomine abſentis, ſed abſque ſpeciali mandato, illam accepter ita obliget, vt nec adhuc ante abſentis acceptationem, reuocari minime poſſit. 287. 11.

Probabilius eſt, quod etiam promiſsio matrimonij facta fœminæ pauperi, intentione paupertatem eius ſubleuandi, requirat acceptationem ad eius valorem. ibid. 12.

Probabile æquè eſt, verè ſponſalia contrahere illum, qui vere promittit alteri matrimonium, poſitiue vero, nolendo ſe obligare ad illud. 288. 13. Imo, & illum, qui omnino fictè matrimonium promiſsit, vere contrahere ſponſalia, æquè probabile eſt. ibid. 14.

Probabilius eſt, quod ille, qui ſpe fictæ promiſsionis, virginem decepit, & violauit, teneatur eam ducere. 288. 15. Adhuc caſu, quo fictus promiſſor, ſit notabiliter diſpar nobilitate, diuitijs &c. niſi dediſſet aliquod ſignum externum, quo indicaret virgini, ſe cum dolo matrimonium promittere. ibid 16.

Certum eſt, quod, promiſsio matrimonij facta alteri, cum ſemiplena aduertentia, non inducat obligationem adimplendi illam. 289. 17.

Probabilius longe eſt: quod non omnis promiſsio matrimonij facta alteri, calore iracundiæ ſit inualida; ſed ſolum illa, quæ cũ tanta iracundia facta fuit, vt de facto priuaret promittentem, aduertentia requiſita ad mortale. 289. 18.

Probabilius eſt, poſſe ſurdum, ſimul & mutum, à natura, valide ſponſalia contrahere, dummodo ita perſpicacem habeat intellectum, vt ſignis edoceri poſsit vis ſponſalium. ibid. 19. Secus probabilius eſt dicendum de illo, qui ſimul eſt mutus, ſurdus, ac cœcus; niſi aliàs, antequam in hæc mala incideret noſſet vim ſponſaliũ. 290 20.

Certum eſt, quod perpetuo inſani, aut mente capti, nequeant valide ſponſalia contrahere. 290. 21 Secus vero eſt dicendũ, de inſanis, qui dilucida habent interualla, nam hi poſſunt valide contrahere, tempore, quo illis gaudent. ibid. 22. Imo, & licite, ſeruatis nonnullis conditionibus. ibi.

Certum eſt etiam, quod nec amens, & ebrius valide contrahere poſsint ſponſalia, tempore amentiæ & ebrietatis, quamtumuis tempore ſanæ mentis expreſſam intentionem contrahendi habuerint. pagin. 290. 23.

Probabilius eſt, nullo modo requiri maiorẽ vſum rationis ad contrahenda ſponſalia, quam ad peccandum mortaliter. ibid. 24.

Certum eſt, quod ad contrahenda ſponſalia requiratur ſeptennium completum. 291. 25. Imo, & eſſe neceſſarium, quod ſit omnino metaphyſice, & matematice completum, eſt probabilius ibid. 26. Licet etiã ſit probabilius, ſufficere ad valorem ſponſalium, quod vltima dies ſeptennij ſit incœpta. ibid. 27.

Probabilius eſt, valida eſſe ſponſalia ante ſeptennium contracta, ſi malitia ſuppleat ætatem. 292. 28.

Probabilius eſt, nec peccare venialiter, qui, etiam abſque legitima cauſa & abſque licentia Epiſcopi, ſponſalia ante ſeptennium contrahunt. ibid. 29. E contra vero, non ſolum peccare venialiter, ſed & mortaliter, qui contraheret matrimonium ante legitimam ætatem, niſi alias, ex vrgentiſſima cauſa, & licentia Epiſcopi, eſt probabilius. 30.

Probabilius eſt, valide poſſe contrahi ſponſalia, longe etiam ante ſeptennium, caſu, quo pueris, ſiue via ordinaria, ſiue miraculoſa, vſus rationis acceleretur. pag. 293. q 31.

Certiſsimum eſt, valida eſſe ſponſalia clandeſtina. ibid. 32 Probabiliuſque eſſe, nec dum veniale eſſe clam illa contrahere. ibid. 33.

Certiſsimum eſt, non dari formam aliquam pro contrahendis ſponſalibus. Vnde contrahi poſſunt, non ſolum verbis; ſed etiam ſcriptura, & nutibus ſufficientibus ad exprimendum conſenſum contrahentium. 293. 34.

Probabilius eſt, quod iſtis verbis: *Nullam aliam duco niſi te*; fiat matrimonium. His vero: *Nullam aliam ducam niſi te*, nec ſponſalia. 294. 35.

Probabilius eſt, quod his verbis: *Accipio te in meam in æſtimum*; non contrahatur matrimonium (ſed ſolum ſponſalia) ibi.

36. Benè tamen, iſtis : *Ex nunc habebo te in meam : Ex nunc eris mea vxor, &c.* ibid. 37.

Probabilius eſt, quod per hæc verba : *Eris mea vxor, habebo te in meam*; ſolum contrahantur ſponſalia. ibi. 38. Per hæc vero: *Volo tecum contrahere: te ducere, &c.* poſſe, pro voluntate contrahentiũ; aut matrimoniũ, aut ſponſalia, aut nihil fieri. 295. 39

Probabilius eſt, quod matrimoniũ inter puberes clam contractum, non ſolum eſſe inualidum in ratione matrimonij; ſed etiam in ratione ſponſalium. ibid. 40. Etiam caſu, quo puberes haberent animum obligãdi ſe, eo modo quo poſſent. 296. 41. Secus dicendum probabilius, de matrimonio contracto, inter impuberes; vel inter puberem, & impuberẽ, quando malitia nõ ſupplet ætatem: quia hoc matrimonium iuris interpretatione habet vim ſponſalium. ibid. 41.

Subarratio annulli, & poteſt eſſe ſufficiens ſignum ad ſponſalia, & ad matrimonium. 296 43. Vbi, qua ratione id contingat.

Probabilius lõge eſt, ſemper teneri quem, ſub culpa mort. adimplere ſponſalia : niſi aliàs iuſta excuſet cauſa. ibi. 44.

Probabilius eſt, quod, qui nullo termino præfixo, ſponſalia contraxit, non teneatur ſtatim illa adimplere : ſed poſſe expectare, quoad vſq; alter adimplere petat. 297. 45.

Probabilius eſt, poſſe compelli per cenſuras, & alia; qui adimplere ſponſalia contracta, abſque cauſa legitima, recuſat. ibi. 46.

Probabilius eſt, non teneri ſtare promiſſioni matrimonij, qui dubius eſt, an illud promiſerit. 298. 47.

Probabilius eſt, non eſſe valida ſponſalia, metu graui contracta, etiamſi iurata ſint. ibid. 48.

Probabilius longè eſt, quod quando parentes contrahunt ſponſalia pro filijs præſentibus, & racentibus, ſola taciturnitas eorum ad valorem ſponſalium ſufficiet. 298 49.

Secus dicendum caſu, quo alij extranei contrahant pro alijs prẽſentibus, & tacẽtibus. ibid. 50.

Probabilius eſt, quod quando parentes pro filij abſentibus contrahunt ſponſalia, non ſufficiat ad eorum valorem, quod, poſtquam id agnouerint, taceant. 299. 51.

Probabilius eſt, validè, & licitè poſſe in ſponſalibus apponi pœnam ſoluendam ab eo, qui abſque iuſta cauſa reſilit. ibi. 52.

Probabilius longe eſt, valere pactum ſponſalibus adiectum; vt vir teneatur habitare in aliquo loco pro determinato tempore. Imõ & pro perpetuo. 300. 53. & 54

Probabilius eſt, etiam valere pactum, vt vir teneatur habitare in domicilio vxoris ibid. 55. Quod ſi non obſtante pacto abique noua, & ſuperueniente cauſa, vir domicilium, aut oppidum mutet, probabilius eſt, quod vxor non teneatur illum ſequi. 300. 55.

Diſp. II. De Cauſis, quibus ſponſalia diſſoluuntur. pag. 301.

Probabilius eſt, ſponſalia diſſolui per ſolum ingreſſum Religionis, etiam profeſſione non ſequta. 301. 1. In quo caſu probabilius eſt, non diſſolui ſponſalia ante profeſsionem ex parte vtriuſque, ſed tantum ex parte illius, qui in ſæculo remanet. ibid. 2.

Probabilius eſt, quod ille, qui ſponſalia cum iuramento contraxit non teneatur matrimonium contrahere, prius quam Religionem ingrediatur : niſi aliàs aliquod damnum deueniret ſponſo. 301. 3.

Probabilius eſt, quod ille, qui poſt ſponſalia iurata, caſtitatis, aut Religionis emiſsit votũ, nõ poſsit abſq; mortali. matrimoniũ cõtrahere animo ingrediendi Religionem, ante cõſummationem, niſi aliquo vrgenti caſu. 302. 4.

Probabilius eſt, quod ille, qui prius votũ Religionis, aut caſtitatis emiſsit, & poſtea fide data de matrimonio contrahendo, virginem defloraurit, teneatur potius ad matrimonium, quam ad votum, ſi illa votum à viro emiſſum ignoranit ibid. 5.

Probabilius eſt, ſponſalia vere diſſolui, voto ſimplici caſtitatis ſuperuenienti. 303. 6. Nec peccare, adhuc venialiter, qui poſt ſponſalia, tale votum emiſsit ibid. 7.

Probabilius eſt, quod ſponſalia etiam diſſoluãtur per votum ſubſequens ſuſcipiẽdi Ordines ſacros. 303. 8. Nec peccare adhuc venialiter, qui tale votum emiſsit ibid. 9. Imò nec illum, qui poſt ſponſalia, Ordines ſacros ſuſcepit. 304. 10.

Certum eſt, ſponſalia dirimi voto Religionis ſubſequenti. ibid. 11.

Probabilius lõge eſt: quod qui ſpõſalibus, cõtractis caſtitatẽ vouit, & poſtea voti diſpẽſationem obtinuit, minime teneatur ſtare ſponſalibus. 304. 12. Et idem dicendũ, de illo, qui prius facto voto caſtitatis, contraxit ſponſalia, & poſtea voti diſpenſationẽ obtinuit ibid.

Certiſsimum eſt, non diſſolui ſponſalia propoſito obſeruandi continentiam in ſæculo, ſine vllo voto. 304 13.

Certiſsimum eſt, diſſolui ſponſalia, per matrimonium valide cum alia contractum ibi. 14. Vbi quid, ſi eſſet inualide contractũ?

Probabilius eſt,quod ille,qui contraxit ſponſalia cum vna,& cum alia, valide matrimonium, non maneat omnino liber à primis ſponſalibus,ſed teneatur, ſoluto matrimonio,ad priorem ſponſam ducendã.305.15.

Certũ eſt,nõ diſſolui ſponſalia priora, per poſteriora; etiamſi hæc ſint iurata(niſi alias ſit iuſta cauſa diſcedendi à primis) 305.16. Vnde ſi priora ſponſalia, ex cauſa aliqua ceſſent,non eſſe neceſſario ſeruanda ſecunda,probabilius eſt.ibid.17.

Probabilus eſt diſſolui priora ſponſalia, per poſteriora, copula ſubſecuta cum poſteriori ſponſa ſub ſpe futuri matrimonij.ibi.18.

Certiſsimum eſt,ſponſalia puberum, non ſolum valide,ſed & licite,ſolo mutuo eorum conſenſu diſſolui.306.19.Etiam caſu,quo dicta ſponſalia, firmata ſint iuramento in fauorem partis.ibid.20. aut præſtito principaliter in honorem Dei. Quamuis hoc non ſit ita certum.21.

Probabilius longe eſt, quod ſi quis iuret, ſe aliquam fœminam pauperem indeterminate ducturum;minime teneatur(ſaltem regulariter loquendo)vxorem ducere.306.22. Vnde ſi poſtea velit aliquam ducere vxorẽ, adhuc non tenebitur ducere,ex vi iuramenti,fœminam pauperem.307.28.

Certiſsimũ eſt, quod ſponſalia impuberum, minime poſsint diſſolui, adhuc mutuo eorum conſenſu,ante pubertatem habito;benè tamen poſt illam.ibid.24.

Probabilius longe eſt, quod ſi duo impuberes ſponſalia contrahant;poſsit quilibet eorũ, qui pubes factus eſt,ſtatim à ſponſalibus reſilire,nõ expectata pubertate alterius.307.25. Debet autem ſi velit reſilire, id ſtatim fieri,alioquin poſtea non poterit.ibid 26.

Probabile æque eſt : quod ſponſalia impuberum,etiam iuramento firmata, poſsint diſſolui pubertate adepta, altero eorum reclamante.308 27.

Certum eſt, quod, ſi pubes cum puella impubere ſpõſalia contrahat, nequeat ille,etiam de conſenſu puellę,ab ſponſalibus reſilire; ſed debeat neceſſario expectare, donec puella pubeſcat ibid.28.

Probabilius eſt, non ſemper diſſolui ſponſalia, adhuc ex parte innocentis,elapſo termino præfixo, ſed ſolum, quando hic præfixus eſt, ad finiendam obligationem;non ad ſollicitandum ſolum obligationis affectũ. 308.29.

Certum eſt,quod diſſoluantur ſponſalia, etiã iurata(ex parte tantum derelicti)ob abſentiam in longinquum alterius ſponſi, inſcio ſponſo altero.309.30.

Certum eſt etiã,diſſolui ſponſalia,etiã iurata, ex parte innocẽtis, ob fornicationẽ ſponte ab altero ſponſo cõmiſſam.309.31 Et lõge probabilius,etiam diſſolui ex parte viri quãdo ſpõſa,omnino per vim cognita fuit ibi.32. Secus ex parte fœminæ, quãdo vir, per vim fornicationẽ patitur.ibid.33.

Probabilius eſt,quod caſu, quo vterque ſponſus,poſt ſponſalia fornicetur, poſsit ſponſus reſilire,ſed non ſponſa.310.34.

Certũ eſt,quod poſsit ſponſus reſilire ab ſpõſalibus,caſu,quo ſpõſa permittat ſe ab alio impudice tangi.310.35.Imò etiã id poſſe ſponſam,caſu, quo ſpõſus ſimiles actus efficeret,eſt probabilius.ibid.36.

Certum eſt,ſponſalia, per fornicationẽ ſpiritualem diſſolui.310.37. Et per ſuperueniens impedimentum affinitatis, vel cognationis legalis.38. Vbi, an ille,ob cuius culpam contractum fuit impedimentum, teneatur eius diſpenſationẽ procurare?39

Probabilius eſt, diſſolui ſponſalia ex parte viri, ob ſuperuenientẽ notabilẽ deformitatem ſponſæ:imò etiam, ex parte ſponſæ, ob ſuperuenientem notabiliſsimam deformitatem viri.311.40.

Certũ eſt,diſſolui ſponſalia,etiã iurata, propter morbum cõtagioſum &c. alteri ſponſo ſuperuenientem,ibid.41.Imò,& diſſolui propter amiſsionem vnius oculi, alteri ſponſo ſuperuientem, ex parte illius, qui illæſus eſt, probabilius eſt.ibi.42.

Certum eſt;diſſolui ſponſalia,propter notabilem morum aſperitatem, ſeu fœditatem alterius cognitam; vel propter capitales inimicitias inter ſponſos ortas.312.43.

Probabilius multo eſt,diſſolui ſponſalia,etiã iurata, ob paupertatẽ ſuperueniẽtẽ ſpõſę, ſi ob illam, nequeat dotem promiſſam adimplere ibi.45.Etiam caſu,quo nulla fuerit dotis promiſsio facta viro.ibid.46.

Probabilius eſt, diſſolui etiam ſponſalia, per ſuperuenientem vtriuſque ſponſi inopiam 312.46.Imò etiam diſſolui,ob ſuperueniẽtem alteri ſponſo ingentiſsimam diuitiarũ copiam,eſt æque,probabile 313.47.

Probabilius eſt, quod ſi quis iuret ſe aliquam ducturum, nulla dotis promiſsione præmiſſa;minime teneatur eam ducere,ſi ipſa nullam dotem ei aſsignare velit. ibid.48.

Probabilius longe eſt,quod cautæ ſufficiẽtes ad diſſoluẽda ſponſalia,dum poſt illa accidũt,ſint ſufficiẽtes ad idipſum,ſi præcedãt, modo probabiliter ſint ignoratæ.313.49.

Probabilius eſt, quod non teneatur vir ſtare ſponſalibus contractis cum illa, quæ putabatur virgo,& poſtea cognoſcitur, eſſe ab alio cognita, aut eſſe vidua, aut eſſe pauper, quæ putabatur diues. ibid.

Probabilius eſt, poſſe etiam reſilire ab ſponſalibus ſponſum, qui nouerat ſponſam vi-

viduam, se corruptam esse, ob fornicationem præcedentē sibi incognitam: nisi casu, quo sponsus ante contractum sponsalium, nouisset fœminam esse impudicam, &c. 314.51. An verò id etiam possit sponsa ob fornicationem sponsi præcedentem ignoratam. ibi. 52.

Certum est, quod si quis, eo animo contraxit sponsalia, vt re vera contraheret, etiamsi sciret prædictos defectus, tunc nequeat sponsalia dissoluere. 314.53. Sicut similiter non possent dissolui sponsalia, si post cognitionem defectus sufficientis ad dissolutionem sponsaliū, sponsi se mutuo cognoscant. ibi. 54.

Probabilius est, quod laborans occulto aliquo defectu, alteri non pernitioso, nullomodo teneatur illum manifestare alteri parti, volenti secum contrahere. 314.56. Imò, quod nec teneatur manifestare talē defectum occultum, etiam casu, quo alteri sit grauiter pernitiosus, est æquè probabile. 315.56. Vnde corrupta licite poterat aliquo artificio defectum corruptionis alteri promittēti sibi nuptias occultare, &c. ibid. Imò, & postea ad matrimonium cōtrahendum compellere. ibid. 57.

Quid autem dicendum de illo, qui dubitat, an tempore sponsalium, ita eo animo esset affectus, vt haberet voluntatem contrahendi, etiamsi præscisset dictos defectus. 316.58.

Probabilius longe est, quod solum quando causa dissolutionis sponsalium est dubia, sit necessaria authoritas iudicis ad ea dissoluenda; non verò quando est manifesta. 316.59.

Probabilius multo est, quod, quando ex sufficienti causa dissoluuntur sponsalia iurata, nullo modo sit opus, relaxationem iuramenti petere. ibid. 60.

Certum est, quod, si sponsus causam dissolutionis sponsalium probare non possit, nisi detegendo vitium suæ sponsæ, possit illud in iudicio detegere. 316.61.

Certum est, quod Iudex, cuius authoritate debeant sponsalia dissolui, necessario debeat esse Ecclesiasticus, Ordinarius, vel delegatus; vt Episcopus, aut eius Delegatus. 316. 62.

Disp. III. De essentia Matrimonij incommuni. pag. 317.

Matrimonium quatuor nominibus vocari solet: nempe, Matrimonium, Nuptiæ, Connubium, & coniugium. pag. 317.q.1.

Melius sic definitur matrimonium: *Est coniunctio maris, & fœminæ inter legitimas personas vitā indissolubilē retinens.* ibi. 2.

Probabilius est, quod matrimonium, vt est contractus naturalis, solum sit institutum iure naturæ: celebratum verò in Paradyso, illis verbis: *Hoc nunc os ex ossibus meis.* 317. 3.

Probabilius est, extitisse olim præceptum de contrahendo matrimonio, vel diuinum positiuum, vel solum naturale: vel diuinū, & naturale simul. ibi 4. Imò, & probabilius est, nunc extare, sed non obligare, ob defectum cuiusdam circunstantiæ. 318.5.

Certum est, teneri nunc aliquos homines, peculiari lege, matrimonium inire 318.6.& 7. vbi decidituri an deficientibus hominibus, exceptis Religiosis, isti tunc tenerentur matrimonium contrahere.

Certissimum est, quod matrimonium, nec in lege naturæ, nec in lege veteri, non fuerit (saltem proprie) sacramentum. 319.8.

Disp. IV. De Quidditate, & Institutione Matrimonij, vt est sacramentum. pag. 319.

Matrimonium vt est sacramentum aptius sic definitur: Est contractus viri, & fœminæ legitimus, quo mutua corporum potestas traditur, gratiæ spiritualis collatiuus. pag. 319.q.1.

De fide est, matrimonium fidelium in lege noua, esse verum, & proprium sacramentum. ibid. 2.

Probabilius est, Matrimonium institutum fuisse à Christo sacramentum, illis verbis: *Quod Deus coniunxit homo non separet.* Matt 19. 320 3.

Certum est, matrimonium infidelium, non esse sacramentum. ibid. 4. Nec matrimonium contractum inter fidelem, & infidelem, ex parte aliqua, est sacramentū. ibi. 5. Imò, probabilius est, quod nunquam possit fieri sacramentum, matrimonium infidelium etiam casu, quo verque baptizetur. ibid. 6.

Probabilius est, quod non possit, inter fideles, valide celebrari matrimonium quod non sit sacramentum. 321.7.

Probabiliuseſt, quod in sacramento matrimonij, non conferatur tanta gratia sanctificans sicut in alijs. ibid 8.

Probabilius est, quod materia remotissima matrimonij sint corpora contrahentium: remota, eadem & corpora nulla lege impedita: proxima traditio mutua ipsorum corporum. Forma verò acceptatio mutua illius traditionis significata per verba, aut alia signa exteriora. 322 9.

Probabilius longe est, quod Ministri conficientes Sacramentum matrimonij, nec sit ipse Deus; nec Sacerdos; sed ipsimet contrahentes. 323.10.

Probabilius eſt, contrahentes in mortali, nō duo, ſed vnum tantum mortale cōmittere. 323. 11. Nullum verò, Sacerdotē in mortali matrimonio aſsiſtentem. ibi. 12.

Certiſsimum eſt, poſſe valide matrimonium celebrari, inter abſentes per Procuratorē. 324 13. Et poſſe celebrari, non ſolū per Procuratorē, ſed etiam per Epiſtolas, longe probabilius. Sicuti eſt, tale matrimoniū inter abſentes celebratum, valere, etiam in ratione ſacramenti. 324. 14. 15. & 16.

Certum eſt, requiri quatuor conditiones, ad hoc, vt Procurator, nomine abſentis, valide matrimonium ineat. 325. 16.

Certum eſt, quod vt matrimoniū per Procuratorem contractum, ſit validum, non ſit neceſſarium, dari ei cōmiſsionem corā Parocho, & teſtibus. ibi. 17. Benè tamē; quod non excedat fines commiſsionis. ibid. 18.

Probabilius longe eſt, quod in matrimonio inter abſentes contracto, Miniſter non ſit Procurator; ſed ipſi contrahentes. ibi. 19. Vnde probabilius longe eſt, quod Procurator non peccet mort. in mortali matrimonium, nomine alterius, contrahendo. 326 20. Secus tamen, qui mandatum, ſeu commiſsionem dedit, ſi eo tempore, quo credit matrimonium eſſe à Procuratore celebrandum ſit in mortali. ibi. 21.

Non eſt neceſſarium, qnod Procuratores vtriuſque coniugis ſint diuerſi ſexus. ibi. 22.

Poſſuntque contrahentes per Procnratores, poſtea per ſe ipſo contrahere.

Diſp. III. De Indiſſolubilitate Matrimonij. pag. 327.

De fide eſt. matrimonium eſſe omnino indiſſolubile. 327. 1. Et probabilius, quod ſit indiſſolubile, non ſolum iure diuino, & Eccleſiaſtico; ſed etiam naturali. ibid. 2.

Probabilius eſt, quod in lege veteri, licitè, & validè poterat diſſolui matrimonium, per libellum repudij. ibid. 3. Hocque licitum erat facere Iudæis, ob quamcumque rem turpem. 328. 4.

Certiſsimum eſt, quod in lege Euangelica, nullam ob cauſam poſsit diſſolui matrimonium conſummatum. ibi. 5. Et longe probabilius, quod nec Pontifex poſsit diſſoluere matrimonium conſummatum infidelium, poſtquam vterque ad fidem conuerſus eſt. 328. 6.

Probabilius eſt, in praxi, poſſe authoritate Pōtificis, diſſolui fidelium matrimonium ratum, & non conſummatum; ſpeculatiue verò oppoſitum. 328. 7.

Certiſsimum eſt, quod matrimonium ratum non conſummatum, per profeſsionem alterius coniugis diſſoluatur 329. 9. Et probabilius, quod etiam diſſoluatur, quando vterque coniux, communi conſenſu, Religionem profitetur. 330. 10.

Probabilius eſt, quod profeſsio diſſoluat matrimonium ratum, non conſummatum, iure diuino poſitiuo, aut ex Chriſti priuilegio. ibi 11.

Certiſsimum eſt, quod matrimonium conſummatum, nec profesione Religionis; nec authoritate Pontificis diſſolui poteſt. 330. 12.

Probabilius eſt, quod matrimonium ratum non conſummatum, non diſſoluatur per tria vota ſimplicia emiſſa in Societate Ieſu 331. 13. Certiſsimum verò, quod diſſoluatur per profeſsionē Ordinis Sancti Ioannis: non verò per profeſsionem Militum Calatrauæ, Alcantaræ, & ſancti Iacobi. 331. q. 14. & 15.

Certū eſt, quod matrimonium ratum diſſoluatur, per vota Mantellatarum, quæ colligialiter viuunt. ibid. 16 Imò, & probabilius eſt, quod etiam per vota Mantellatarum S. Auguſtini, Dominici, & Franciſci, non viuentium collegialiter. pag. 332. q. 17.

Certum eſt etiam, quod matrimonium ratū, nec per Ordinem ſacrum, nec per Epiſcopatum diſſoluatur. ibid. 18.

Certū eſt, quod tempus, quod conceditur cōiugibus ad ingrediendā Religionem, ante conſummationem matrimonij, eſt ſpatiū duorum menſium. ibi. 19.

Probabilius longe eſt, quod iſtud bimeſtre, quod aſsignatur à Iure, non ſit, vt intra illud ſponſus profiteatur; ſed, vt deliberet de ingreſu Religionis. 332. 20.

Probabilius eſt, quod ſi ſpōſa duodennis tranſeat ad Religionē teneatur ſpōſus expectare vſq; ad decimū ſextū annū ſponſæ, donec profiteatur. 332. 21. Imò ſi ſponſa ingrediatur in Religionē S. Frāciſci de Paula, in qua profeſsio nō ſit ante annū 18. tenebitur ſpōſus expectare per ſexennium. ib.

Certum eſt, quod hoc bimeſtre computari debeat à die matrimonij contracti; non à die benedictionis ſolemnis. 333. 22. Quot autem dies hoc bimeſtre cōtinere debeat? ibid. 23. Et an poſsit per iudicem coarctari, & prorogari. 24.

Probabilius eſt, quod, etiāſi coniux nō intendat Religionē ingredi, non teneatur intra bimeſtre reddere debitum. 334. 25.

Certum eſt, quod ſi tranſacto bimeſtri, matrimonium conſummatum non ſit, poſſit quilibet coniux ad Religionem tranſire, quamuis plures anni elapſi ſint à matrimonio inito. ibid. 26.

Cer-

Probabilius est, quod ad consummandum matrimonium, ita vt iam non sit locus ad ingrediendam Religionem, non inficiat penetratio vasis, absque seminis receptione. 334.28

Probabilius est, quod, vt matrimonium dicatur consummatũ, non requiratur quod fœmina seminet; sed sat sit, quod solus vir. 335.29.

Probabilius est, quod vt matrimoniũ dicatur consummatum non sufficiat, quod semen virile, ope dæmonis, aut aliqua alia arte in vas fœmineum recipiatur, sed requiritur, vt hoc fiat per coniunctionem, & copulã carnalem. ibi. 30.

Certum est, quod, nec copula ante matrimonium habita, sit sufficiens, vt matrimoniũ dicatur consummatum. 335.31. Benè tamen copula intra bimestre per vim extorta. 336.32. Et ideo probabilius est, prædictæ sponsæ non licere ad Religionem transire. 336.33.

Probabilius longe est, quod peccet mortaliter sponsus, qui intra bimestre vi, vel timore, extorquet copulam à sponsa. ibid. 34.

Probabilius longe est, quod sponsa quæ vi, intra bimestre opprimitur à sponso, nullo modo possit incontinenti semen in se receptum expellere. ibi. 35. An autẽ, si sponsi iurent, se matrimonium non consummasse, sit illius in foro externo adhibenda fides? ibid. 36.

Disp. IV. De Causa Efficienti matrimonij, quæ est consensus. pag. 337.

Certissimũ est, quod mutuus consensus contrahentium, sit omnino necessarius ad matrimonium. 337.1. Et adeò, vt non solum humana aliqua potestate, sed neque de potentia Dei absoluta, possit fieri matrimonium, sine consensu partium. ibid. 2. & 3.

Certissimũ etiam est, quod non requiratur consensus Parentum, vt matrimonia contracta à filijs familias sint valida. 338.4. Probabilius tamen est, quod mortaliter peccent filij, qui absque consensu Parentum nubunt: nisi aliàs detur iusta causa occultandi illis matrimonia. ibi. 5.

Probabilius est, quod non teneantur filij cõtrahere matrimonium, quod nomine ipsorum, parentes promisserunt. 338.6.

Probabilius est, non peccare mort. filios, qui inuitis Parentibus (consultis tamen) matrimonium inneunt. 339.7.

Probabilius est, non posse Parentes hodie ex hæredare filios, aut eis dotem denegare, quando, ipsis inuitis, matrimonium cõtrahunt. 339.8. Quod si Parentes, id de facto faciant, optime possunt à cõfessarijs absolui. ibi. 9.

Certissimum est, quod consensus ad matrimonium requisitus, non debeat necessariò explicite, imò neque implicite, ferri in carnalem copulam, ex parte contrahentium. 340.10. & 11. Imò nec in aliquod ex tribus bonis matrimonij. ibid. 12. Benè tamen, in perpetuitatem traditionis corporum. ibid. 13.

Probabilius est, nullomodo valide matrimonium contrahere, qui animo impediendi generationem prolis, aut non seruandi fidem, contrahit. 341.14.

Probabilius longe est, nullum esse peccatum contrahere matrim. ex fine vitandi fornicationem. ib. 15. Nec solius voluptatis gratia. 16. Nec ob pulchritudinem, aut diuitias. ibid. 17.

Probabilius est, quod, qui ficto consensu matrimonium contraxit, teneatur cum eadem sponsa, verò consensu contrahere. pag. 342.18.

Certissimum est, ad valorem matrimonij, nõ sufficere cõsensum internum, nisi externus exprimatur. ibi. 19.

Probabilius longe est, quod signa externa expressiua consensus, non solum sint conditio sine qua non, respectu matrimonij, sed de eius essentia. 342.20.

Probabilius est, quod prædicta signa externa, non debeant necessario esse verba. ibi. 21. Vnde, nec venialiter peccaret, qui loqui valens non adhiberet verba, sed alia signa externa loco verborum. 343.22. Quæ autem verba, & quæ signa sint sufficientia ad valorem matrimonij. ibi 23. 24. & 25.

Probabilius longe est, non esse necessarium ad valorem matrimonij, vt consensus contrahentium sint simul, absq; interuallo vllo temporis. 344.27.

Disp. V. De Consensu Clandestino. pag. 344.

Matrimonium clandestinum est, quod clam fit: & est prohibitum multis legibus. pag. 344.1. & 2.

Probabilius est, quod matrimonium Clandestinum, nunquam fuerit irritum (licet si prohibitum) ante Concilium Tridentinum. 344.3. Post illud verò, omnino est irritum matrimonium, si non celebretur coram Parocho, & testibus. pag. 345.4.

Probabilius est, non contra ius naturale; sed solum contra Ecclesiasticum, peccare mortaliter, qui clandestine contrahit. ibid. 5.

Certum eſt apud omnes, quod clandeſtinum matrimonium ſit validum in tribus caſibus; videlicet. Quando celebratur vbi Tridentinum non eſt promulgatum, aut receptum. Quando adeſt Pontificis diſpenſatio: & quando celebratur à non baptizatis. 345 6.

Probabilius longe eſt, non poſſe valide celebrari matrimonium, abſque Parocho, & teſtibus, etiam caſu, quo matrimonij abſque damno omitti nõ poſsit, & Parochus haberi nequeat. ibi. 7. niſi alias ad hoc detur diſpenſatio Pontificis, vt quidam dari putant 346. 8.

Certiſsimũ eſt, inualide contrahere, etiã illos, qui inuincibiliter ignorantes dictã legem Tridentini, contrahunt. ibi 9.

Certum eſt, non poſſe valide contrahere, abſque Parocho, & teſtibus in loco vbi Tridentinum viget, Incolas illius loci, in quo non viget. ibi. 10. Benè tamen è contra, valide poſſunt contrahere, ſine Parocho, & teſtibus Incolæ loci in quo viget Tridentinum, in alijs locis vbi non viget, etiamſi in fraudem legis id faciant. 346. 11. & 347. 12.

Probabilius eſt, poſſe captiuos Chriſtianos (imò & mercatores) inter infideles commorantes, valide contrahere, abſque Parocho, & teſtibus. ibi. 13.

Certum eſt, quod ad valorẽ matrimonij non requiratur, præſentia Parochi vtriuſque contrahentis, quando quilibet habet diuerſum Parochum. 347. 14. Et probabilius eſt, ſufficere præſentiã Parochi alterius cuiuslibet contrahentis. ibi. 15. Etiã caſu, quo celebretur matrimonium, extra vtriuſque Parochiã, vel inaliena diœceſi. 348. 16.

Probabilius eſt, nec peccare mortaliter, nec eſſe puniendum Parochum, qui aſsiſtit matrimonio extra ſuam Parochiam. ibi. 17.

Certum eſt, quod qui habet duplicem Parochiam, & habitat in vna per hyemem, & in alia per æſtatem, poſsit quoram alterutro indifferenter Parocho, matrimonium inire. 349. 18. & 19.

Probabilius eſt, quod quis poſsit contrahere coram Parocho loci, ad quem, recreationis cauſa, migrauit 449. 20.

Probabilius eſt, quod caſu, quo alter ex contrahentibus ſit vagus, & alter Incola, ſufficiat contrahere coram Parocho cuiuslibet. ibid. 21.

Probabilius longe eſt: quod Parochus aſsiſtens matrimonio, non debeat neceſſariò eſſe Sacerdos. 350. 22. Nec peccare, ſi aſsiſtat. ibid 23. Imò, & quod poſsit concedere licentiam Sacerdoti aſsiſtendi. ibi. 24.

Probabilius longe eſt, quod etiam poſsit aſsiſtere matrimonio Parochus excommunicatus, etiam nominatim denuntiatus, ſuſpẽſus, aut irregularis. 351. 25. Et etiam dare licentiam alteri Sacerdoti, vt aſsiſtat. ibid. 26. Nec peccare in his caſibus, adhuc venialiter. 27.

Certum eſt, valere matrimonium, cui Parochus, ſpecialiter adhuc, interdictus, ne aſsiſtat, aſsiſtit. 28.

Certũ eſt etiã, valere matrimonium initum coram Parocho habenti titulum à legitimo ſuperiori collatum, non tamen validũ. 352 29. Imò & probabilius eſt, quod etiã ſit validum matrimoniũ contractum coram Parocho putatiuo, carenti titulo, ibi. 30.

Probabilius longe eſt, non eſſe ad valorem matrimonij neceſſariũ, vt Parochus dicat: *Ego vos coniungo, &c.* aut alia ſimilia verba ibi. 31. Imò ſolũ peccare venialiter, illa verba omittens, eſt probabilius. ibi. 32.

Probabilius eſt, non ſolum eſſe veniale, ſed etiam mortale, quod Parochus non interroget vtrumque ſponſum de mutuo eorũ conſenſu; niſi alias contrahentes non interrogati, illum explicent. 353. 33. Non tamen tenetur, nec ſub veniali, interrogare contrahentes, an habeant aliquod impedimentum. ibi. 34.

Certum eſt, quod ad valorem matrimonij, non ſufficiat ſola præſentia phyſica Parochi; ſed neceſſariò requiratur moralis, & humana. 353. 35.

Probabilius eſt, quod nõ ſufficiat ad valorem matrimonij vt Parochus intelligat cõtrahentiũ cõſenſum, præciſſe per interpretẽ, ſufficiet tamẽ caſu, quo, dictis interpretis adiungãtur aliqua ſigna externa cõtrahẽtiũ, exprimentia mortaliter conſenſum ipſorum. 353. 36.

Probabilius lõge eſt, non ſufficere ad valorẽ matrimonij, quod Parochus accedat animo attendendi, ſi tempore contractus, nõ habeat actualem aduertentiam. 354 37.

Probabilius eſt, nõ eſſe validũ matrimonium celebratũ corã Parocho, & teſtibus, nõ ad hoc vocatis, aut rogatis, ſed caſu trãſeuntibus. ibi. 38. Certũ verò, eſſe validũ, ſi celebretur corã Parocho, & teſtibus, dolo, aut vi, ad hoc vocatis, & detẽtis, & intelligẽtibus cõſenſum. 39. Imò probabilius eſt, eſſe validũ, etiãſi Parochus aſsiſtens inuitus aſſe ctãs nõ intelligere, aures, & oculos claudẽs, nihil eorũ quæ agebãtur vidit. 354. 40.

Certũ eſt, peccare mort. illos, qui Parocho vi detẽto, vel dolo ad aliud vocato, contrahunt; niſi alias detur vrgens neceſsitas, doloſe vocandi illum. 355. 41.

Certũ eſt, quod prẽter Parochũ, ſint alij Ordinarij, qui poſsint matrimonio aſsiſtere, & dare

dare licentiam aſsiſtendi,vt Archiepiſcopus,Epiſcopus,& alij.355.42.

Certum eſt,quod ad valorem matrimonij,requirantur,duo teſtes,præter Parochũ 355 43.& longe probabilius, quod nõ debeãt neceſſario eſſe omni exceptione maiores; ſed ſufficere quoſcumque. 356 44.

Certiſsimum eſt,non eſſe neceſſarium ad valorem matrimonij,præmitti denunciationes. 356.45.

Probabilius longe eſt;eſſe mortale,matrimoniũ ſine denunciationibus celebrare. 356. 46. Imo,& æque probabile,etiã eſſe,omittere vnã cũtaxat,ex tribus denunciationibus, niſi ſubſit aliqua cauſa vrgentiſsima. 357.47.

Probabilius longe eſt,quod quãdo matrimoniũ fit inter duos diuerſarũ Parochiarum, debẽt fieri in Parochijs vtriuſq, 357 48.

Probabile æque eſt;ſufficere,imo & debere fieri denunciationes in Parochia in qua,etiã pro breui tẽpore,ſpõſi habitãt.ib. 49.

Probabilius eſt,quod denunciationes, nullã ob cauſam,poſsint fieri extra Eccleſiã; niſi contrarium alicubi ſit introductũ ibid.50 Et debere neceſſario fieri diebus feſtis,probabilius. 358. 51. Et probabile æque,poſſe fieri dictas denũciationes,tribus diebus feſtiuis cõtinuis.ibi.52. Et cõge probabilius nõ peccare mort. Parochũ,ſi nõ efficiat dictas denũciationes tribus diebus cõtinuis, ſed interpollatis,niſi aliàs inter vnã & alterã denunciationẽ maximũ intercederet ſpatium.ibid.53. Et certũ,debere fieri à proprio Parocho,vel ab alio de eius licentia. ibid.54 Et repeti,ſi multo tempore poſt eas,matrimonium contrahatur. 359. 55.

Certum eſt,poſſe Epiſcopũ diſpenſare,vt denuntiationes poſtponantur, aut omittãtur.359 56.Imo,& id poſſe Vicariũ Generalẽ Epiſcopi,ex vi ſui officij,eſt probabile.57 Et certiſsimũ id poſſe ex commiſſione Epiſcopi 360. 58. Non tamẽ poſſe diſpenſare Abbates,etiã nullis Diœceſanis ſubditi,longe eſt probabilius.ibid.59.

Probabilius eſt, quod quando Ordinarius vnius ex contrahentibus remittit diſpenſationes in ſua diœceſi,conſequenter diſpenſat,ne fiant in alia alterius contrahentis Diœceſi.ibid.60.

Probabilius longe eſt,non ob ſolam cauſam malitioſi impedimenti;ſed etiam ob alias plures,poſſe Ordinarium in denunciationibus diſpenſare. 360.61.

Probabilius longe eſt, quod ſint iuſtæ diſpenſandi cauſæ; quod contrahentes ſint Magnates 361 .62. Quod ſint nimiæ ætatis; aut inæquales in conditionibus. 63. Quod adſit infamia contrahentium, aut ſcandalum.ibid.64.

Probabilius eſt,quod ad hoc, vt Ordinarius in denunciationibus diſpenſet,non teneatur de veritate cauſæ diſpenſandæ per informationem iudicialem, ſed ſufficere ſi extraiudicialiter informetur 361.65.

Probabilius eſt,quod Ordinarius non teneatur ſemper diſpenſare in denunciationibus,etiam exiſtente iuſta cauſa diſpenſandi:bene tamen in quibuſdam caſibus. pag. 362.67.

Probabilius eſt ; in nullo caſu poſſe Parochũ in denunciationibus diſpenſare. ibid. 68. Poſſe tamen in aliquo caſu,omiſsis denũciationibus,nec petita diſpenſatione, matrimonium contrahi, longe probabilius eſt.ibid.69.

Probabilius eſt , eſſe mortale conſummare matrimonium ante denunciationes,quando hæ omittuntur, vt poſt contractum matrimonium fiant.369.69. Aliàs, toties peccare contrahentes,quoties habent,ante denunciationes, copulam, probabilius eſt ibid 70. Sicut probabilius eſt, nõ peccare mortaliter, differendo denuntiationes,ſi poſt contractum dictum matrimonium,nolint illud conſummare.ibid. 71.

Probabilius longe eſt,non eſſe mortale,imo nec veniale,per ſe loquendo, conſummare matrimonium,ante Benedictiones Eccleſiæ,pag.362.q.72. & pag.364. q.73. Secus vero dicẽdum eſſe,caſu, quo fatis ſit excommunicatio contra conſummantes, non præmiſsis Benedictionibus,probabilius eſt.364.74.

Probabilius eſt,eſſe mortale,omnino omittere Benedictiones nuptiales.364.75.

Probabilius eſt, dictas Benedictiones celebrari poſſe in die Sabbati ante Aduentũ. ibid.76.

Certiſsimum eſt,non ipſummet matrimonij contractum,ſed ſolum Benedictiones nuptiales,eſſe prohibitas celebrari ab Aduentu vſque ad Epiphaniam:& à feria 4. Cinerum vſque in octauam Paſchatis inclusiue. 365. 77. Et longe probabilius, eſſe mortale,prædicto tempore prohibito, benedictiones nuptiales recipere. ibid 78. In quo non poſſe diſpenſare Epiſcopum, iure ordinario,probabilius eſt ibid.79.

Probabilius eſt,ſolum eſſe veniale,dictis diebus prohibitis,traducere ſolemniter ſponſam in domum ſponſi,conuiuia magna facere &c 366.81.

Probabilius eſt,nec veniale eſſe,tempore feriarum matrimoniũ conſummare.366 82.

Certiſsimum eſt teneri ſub mortali cõtrahẽtes ex vi denunciationum manifeſtare impedimentum dirimens.ibid.83. Non vero,illum, qui ſolo exaudito audiuit,caſu;

quo

quo non recordetur à quo, vel à quibus audierit: aut si recordatur; non sit persona fide digna. ibip. 84.

Certum est etiam, non teneri quem, manifestare impedimentum occultum, si ex manifestatione, probabiliter timeat aliquod graue malum, aut scandalum. pag. 366. 85.

Certum est rursus: teneri quem, manifestare impedimentum publicum, etiam si illud in occulto sciat, si probare illud possit. 367. 86. Imo, etiam si illud sciat sub secreto naturali. ibid. 87.

Probabilius est, quod etiam casu, quo vnus tantum sciat impedimentum, & probare illud non possit, teneatur adhuc illud denuntiare. ibid. 88. Etiam si sit Parochus. 89 Aut etiam Ordinarius 90.

Probabilius est, quod matrimonium celebratum coram Parocho, & testibus, omissis tamen denunciationibus, subijciatur pœnis clandestini 368. 91. Quæ autem sunt pœnæ, tam contrahentibus, quam assistentibus impositæ? ibid. 92.

Disp. VI. De Consensu Conditionato. pag. 368.

Quid, & quotuplex sit conditio. pag. 368. 1.

Certum est, conditiones de præsenti, vel præterito, statim obligare, aut infirmare obligationem. ibid. 2.

Certum est, quod sit statim validum matrimonium, hac conditione contractum: *contraho tecum si cras sol oriatur*. ibid. 3. Nō vero si contrahatur his verbis: *contraho tecum si Antichristus nascatur*, donec conditio impleatur. 369. 4. Quid autem dicendum de Matrimonio contraho hac conditione, *si Deus voluerit*. ibid. 5.

Certum est, validum esse matrimonium celebratum sub conditione impossibili. 369 6. Imo & celebratum sub conditione turpi, non existente contra substantiam matrimonij 7. & 8. & à fortiori, celebratum sub conditione honesta de præsenti vel præterito. 370. 9. celebratum verò sub cōditione de futuro, suspendit matrimoniū. ibid. 10.

Quid autem dicendum de matrimonio sub his conditionibus: *si Pater velit*: *si Papa dispensauerit*. & de alijs. ibid. à quæst. 10. vsque ad 14.

Disp. VII. De Impedimentis Matrimonij in communi. pag. 372.

De fide est, posse Ecclesiam, seu Pontificem statuere fidelibus impedimenta matrimonij dirimentia, 372. 1. Non vero infidelibus; nisi alias habeant in oppidis subiectis temporali suæ iurisdictioni. ibid. 2. & 3.

Probabilius est, quod desideretur iusta causa ad hoc, vt valide & licite possit Pontifex impedimenta decernere. ibid. 4.

Probabilius est; etiam Episcopum, & Concilia Nationalia, & Prouincialia posse ex iure, inducere impedimenta. ibid. 5. Sed de facto, Minime. 373. 6.

Probabilius est, quod Princeps sæcularis fidelis, neque de facto, neque de possibili, possit fidelibus suis subditis statuere impedimenta matrimonij. ibid. 7. Secus est dicēdum de Principe Infideli, nam hic optime poterit suis subditis impedimenta statuere. ibid. 8.

Certum est, solâ consuetudine introduci posse impedimenta dirimentia 373. 9. Quæ quidem de facto tantum sunt quatuordecim. ibid. 10.

Disp. VIII. De Impedimentis dirimentibus in particulari, & de Errore. pag. 374.

Certissimum est, errorem personæ, non solum antecedentē; verumetiam concomitantem, irritare, ac dirimere matrimoniū. pag. 374. q. 1. & 2. & hoc iure naturali. 375. 3.

Probabilius est, quod error, siue sit concomitans, siue antecedens, circa qualitatem personæ, non irritet matrimoniū. ibid. 4.

Disp. IX. De Conditione, seu Seruitute. pag. 376.

Certissimum est, errorem conditionis seruilis personæ cum qua contrahitur, dirimere matrimonium. 376. 1.

Certum est, non valere matrimonium contractum cum seruo, cui pro aliquo determinato tempore fuit concessa libertas. ibidem 2. Secus probabilius est dicendum, de matrimonio contracto cum seruo, qui paulo post, potietur libertate. ibid. 3. Et tanquam certum; de matrimonio contracto cum libertina 277. 4.

Probabilius est, non esse validum matrimonium initum cum ancilla, etiam casu, quo error, seu ignorantia seruilis conditionis, fuerit crassissima, & affectata. 377. 5.

Certissimum est, valere matrimonium liberi cum libera contractum, etiam si ille credat, hanc esse ancillam. ibid. 6. Sicut est etiam validum matrimonium serui cum serua, etiam casu, quo ille putet, hanc esse liberam. ibid. 7.

Pro-

Probabilius eſt,quod coniux liber qui ignoranter cum mancipio contraxit,poſsit propria auctoritate ſeparari,ſecluſo ſcandalo.378.8.

Probabilius eſt, quod ſeruitutis ignorantia, non iure naturali, ſed iure ſolo Eccleſiaſtico dirimat matrimonium.ibid.9.

Certiſsimum eſt, eſſe validum matrimoniũ initum inter ſeruos,aut inter liberum, & ſeruam,cognita ſeruitute.ibid.10.

Probabilius eſt,non ſolum fieri irregularem, verumetiam peccare,liberum, qui, abſque vrgente cauſa,ſciẽnter ancillam ducit.ibi. 11.Et certum peccare ſeruum,qui cum libera,ignorante ſeruitute illius,contrahit. 379.12.

Certiſsimum eſt,valide poſſe ſeruos, inuitis dominis,matrimonium inire.ibi.13.Imo & licite;caſu tamen ſolum,quo prius licẽ tiam abipſis dominis petant 14.

Certum eſt, peccare mortaliter Dominos, qui ſeruorum matrimonia, vel maritale eorum conſortia,impediunt.379.15.Imo etiam peccare mortaliter, vendentes ſeruos coniugatos in partes,ita remotas, vt impediatur vius matrimonij, eſt probabilius.16

Probabilius eſt,teneri ſeruum (cæteris paribus) potius vxori ſatisfacere,reddendo debitum,quam domini obſequio.380.17.

Probabilius eſt,quod mancipium controhẽs cum domino,aut domina,conſequatur ſtatim libertatem non ſolum iure Caſtellæ, nec ſolo iure communi, ſed etiam iure naturali.18.

Certum eſt,quod etiam ſeruus fiat liber, eo ipſo, quod dominus,eum in matrimoniũ tradat coniugi libero, ignaro ſeruitutis, ibid.19 Imo etiam,ſi Dominus id ſciat,& taceat.381.20.Videatur q.21.

Diſp.X.De Voto Solemni.pag.381.

Certiſsimum eſt,quod votum ſolemne caſtitatis in profeſsione emiſſum, dirimat matrimonium ſubſequens.pag 381.q.1. Et dirimere,non ſolum iure humano,ſed etiam diuino, & naturali, probabilius eſt pag.382.q.2.

Diſp.XI.De Cognatione.pag.382.

Triplex eſt cognatio,nempe Naturalis, Spiritualis & Legalis pag.382.q.1.

Triplex eſt conſanguinitatis linea,videlicet, linea recta deſcendentium,linea recta aſcendentium:& linea tranuerſalis.ibid.2. Quomodo autem numerandi ſint gradus in ordine ad matrimonium dirimendum, 383.3.

Certiſsimum eſt,quod conſanguinitas in primo gradu lineæ rectæ dirimat matrimonium iure naturali.383.4. Etiam in caſu extremæ neceſsitatis.ibid.5.

Probabilius eſt,quod in nullo alio gradu lineæ rectæ,præter primum, dirimat conſanguinitas matrimonium, iure naturæ. 384.6.&7.

Probabilius eſt, quod in nullo gradu, etiam primo,lineæ tranſuerſæ dirimat conſanguinitas matrimonium iure naturæ, ſed ſolum Eccleſiaſtico.385.8.&9.

Certum eſt,quod conſanguinitas dirimat iure Eccleſiaſtico matrimonium vſque ad quartum gradum,& non vlterius.ibi.10.

Quid ſit cognatio ſpiritualis.ibid.11.

Certum eſt,quod cognatio ſpiritualis dirimat matrimonium,ſolo iure Eccleſiaſtico. 386.12.

Certum eſt etiam,hanc cognationem impedientem matrimonium,ſolum oriri ex ſacramentis Baptiſmi, & Confirmationis. ibid.13.Et nullam aliam cognationẽ ex Sacramento Pœnitentiæ oriri, probabilius ibid. 14. Inter quas autem perſonas contrahatur hoc impedimentum cognationis.387.15.

Probabilius longe eſt,quod infidelis baptizans filium fidelis,non contrahat cognationem ſpiritualem.ibid. 16. Imò,nec fidelis baptizans filium infidelis. ibid. 17. Etiamſi poſtea hic baptizetur.ibi.18.

Quid ſit cognitio legalis.388 19.

Quid ſit adoptio.ibi.20. Quotuplex.ibi.21.

Certiſsimum eſt, adoptionem dirimere matrimonium.ibid.22.Et hoc etiam loquendo de adoptione imperfecta, eſt probabilius ibid.23.

Certum eſt, tres eſſe ſpecies cognationis legalis:nempe in linea recta;in linea tranſuerſali: & in linea,quaſi legalis affinitatis. 389.24.Et etiam eſt certum, ſecundum has tres ſpecies,dirimi matrimoniũ. ibid.25.

Probabilius eſt, duos ab eodem adoptante, adoptatos, poſſe inter ſe valide matrimonium inire.ibi.26.

Probabile æque eſt; quod filius adoptatus ne queat matrimonium inire cum filia naturali adoptantis, etiamſi ſit illegitima. 390.27.

Probabilius eſt, quod cognatio legalis in recta linea extendatur, & ſolum, vſque ad quartum gradũ,in alijs verò lineis vſq; ad primum dumtaxat.ibid.28.

Diſp.XII. De Crimine.pag.391.

Certum eſt,quod ſint duo crimina quæ matrimonium dirimunt, nempe, homicidium, & adulterium.391.1.

Pro-

Probabilius eſt, quod non dirimat matrimonium, homicidium factum ab altero coniuge, non animo contrahendi matrimonium cum altero, ſed alio fine. ibid. 2.

Probabilius eſt, hoc impedimentum, etiam incurri ab vxore occidente maritum. ibid. 3.

Probabilius eſt, quod ad incurrendum hoc impedimentum, nec ſola occiſio coniugis, cum animo contrahendi cum alio, ſufficiat, nec per oppoſitum, ſemper requiratur cum homicidio adulterium: ſed ſolum in eo caſu, quo ſolus coniux, vel alter ſolus, alterius coniugis mortem machinatur, ſecus quando vterque ſimul. 392. 4.

Certum eſt, quod ad incurrendum hoc impedimentum, neceſſarium ſit mortem coniugis cum effectu ſubſequi. ibid. 5. Nec ad hoc ſufficiat, ratihabitio mortis coniugis ſimul cum adulterio. 6.

Certum eſt, quod occidens propriam vxorẽ intentione contrahendi cum adultera, poſſit valide (non licite) ſi non cum illa, cum alia contrahere. 392. 7.

Certum eſt, quod, vt adulterium dirimat matrimonium; neceſſarium ſit, quod cum illo iungatur promiſsio contrahendi cum adultero, poſt mortem coniugis. 393 8.

Certum eſt, quod ad incurrendum hoc impedimentum non ſufficiat conatus ad copulam adulterinam cum promiſsione futuri matrimonij. ibid. 9.

Probabilius eſt, quod ad hoc impedimentum incurrendum, requiratur, vt vterque adulterans ſciat non ſolum proprium coniugium, ſed & alterius. ibid. 10.

Probabilius eſt, ad inducendum hoc impedimentum ſufficere promiſsionem matrimonij ficte factam adulterio adiunctam, ibid. 11. Etiamque eſt probabilius non eſſe neceſſarium, talem promiſsionem eſſe iuramento firmatam ad inducendum impedimentu. 394. 12. Imo, neque mutuam, aut reciprocam; ſed ſufficere alterius ſtaxat. ibid. 13.

Probabilius eſt, quod, vt promiſsio inducat impedimentum non ſufficiat taciturnitas eius, cui promittitur. ibid. 14.

Peccat mortaliter, qui promittit de facto matrimonium, in eundem poſt obitum coniugis. 395. 15.

Certum eſt, quod, vt promiſsio adulterio iũcta ſit impedimentum dirimens ſit neceſſum, vt, durante eodem matrimonio, fiant promiſsio, & copula. ibid. 16.

Certum eſt, quod adulterium cum matrimonio de præſenti, cũ ipſo adultero contracto, viuẽte primo cõiuge, dirimat matrimonium. ibid. 17.

Certiſsimum eſt, matrimonium inter diſpares cultu, hoc eſt inter baptizatum, & nõ baptizatum, eſſe nullum. pag. 395. q. 1. Idemque eſt dicendum de matrimonio inito inter baptizatam perſonam, & catholicum. ibid. & inter catholicum, & ficte baptizatam. 396. 2.

Certiſsimum eſt, matrimonium fidelis cum infideli, eſſe vetitum, non ſolum iure Eccleſiaſtico: ſed etiam naturali, & diuino, ibid. 3. Irritum vero, ſolum eſſe iure Eccleſiaſtico, eſt probabilius. ibid. 4.

Certiſsimum eſt, matrimonium fidelis cum hæretico eſſe validum. 397. 5. (non tamẽ licitum, niſi in partibus in quibus Catholici cum hæreticis permixti ſunt, ibid. & 7. Sponſalia vero, inter prædictos inita, inualida eſſe. probabilius. ibid. 6.

Certum eſt, dari inter infideles verum matrimonium in ratione contractus naturalis non tamen in ratione ſacramenti. ibidem 8,

Certum eſt, quod matrimonium infidelium non diſſoluatur per ſolam alterius ad fidẽ conuerſionem. 398. 9.

Probabilius eſt, quod tempore primitiuæ Eccleſiæ, licet integrum eſſet coniugi ad fidem conuerſo ad cohabitandum cum infideli, ſeclusa animæ periculo, non tamẽ obligatus. ibid. 10. Noſtris vero temporibus, nullo modo ei licere, etiam ſi nulla interueniat creatoris iniuria, probabilius eſt. ibid. 11. Niſi caſu, quo ſpes eſſet conuerſionis infidelis coniugis ex conſortio fidelis, nam tunc liceret fideli cohabitare. ibid. 12. Quamuis ex præcepto ad id non teneretur. 399. 13.

Certiſsimum eſt, quod in tribus caſibus, liceat fideli conuerſo matrimonium, etiam conſummatum, diſſoluere, & ad alias nuptias tranſire. Primo, caſu, quo infidelis recuſat cohabitare. Secundo caſu, quo velit; cum contumelia tamen creatoris, aut (& ſit tertio) cum pertractione ad peccatum. pag. 399. q. 14.

Probabilius eſt, quod dictum matrimoniũ infidelium diſſoluatur, in præfatis tribus caſibus, non iure Pontificio, ſed priuilegio Chriſti. ibid. 15. Sed, non diſſoluitur eo ipſo, ac infidelis diſcedit, vel non vult cohabitare ſine iniuria &c. ſed poſtquam fidelis conuerſus ad ſecundas nuptias tranſijt. 400. 19. Videantur quæſt. 17. & 18. ſequent.

Certiſsimum eſt, non poſſe infidelem valide matrimonium contrahere, donec fidelis con-

conuersus, prius matrimonium ineat pag. 401.19. Et tunc posse infidelem, non solum valide, sed & licite, aliud matrimonium inire cum alio infideli probabilius est ibid.20.

Certum est, quod toties, quoties licet fideli conuerso transire ad nuptias, toties liceat ei transire ad Religionem, vel recipere Ordines &c. 402. 21. Admonito tamen prius coniuge infideli. ibid.22.

Certissimum est, quod per professionem fidelis coniugis in Religionem, dissoluatur matrimonium, etiam consummatum. ibidem.23.

Certum etiam est, quod matrimonium fidelium non dissoluatur, per hoc, quod alter coniux labatur in hæresim, &c. ibid.24.

Disp. XIV. De Vi, & Metu. pag. 403.

Quid sit metus in communi. 403.1. Quidque metus cadens in virum constantem, & virum inconstantem. ibid 2. Quæ denique conditiones ad metum cadentem in constantem virum requirantur. ibid.3.

Certum fere est, quod metus viri constantis sufficiens ad anullandum matrimonium, non debeat necessario in omnibus, tam viris, quam fœminis, æqualis esse. 404.4. An autem metus viri constantis, necessario petat electionem minoris mali ad vitandum maius? ibid.5.

Certum est, sufficere ad metum grauem, vt graue malum timeatur in filijs, marito, & vxore. Imo in consanguineis vsq; ad quartum gradum. 405 6. & 7.

Certum est, quod mala grauia hæc, nempe, metus mortis, metus mutilationis, vel atrocis cruciatus, vel longi carceris, vel exilij diuturni, vel seruitutis, stupri, amissionis status; vel captiuitatis, vel armorum, incutiunt iustum metum. ibid.8.

Probabilius est, quod metus grauis infamiæ tam iuris, quam facti, cadat in virum constantem. ibid.9 Imo & metus excommunicationis, si est iniusta. 406.10. Et etiam metus amissionis omnium bonorum, siue sint exigua, siue magna. ibid.11. Non vero metus amittendi lucrum magnum, hæreditatem, aut beneficium quod quis sperat ab aliquo, ad quod ius non habet ibid.12.

Probabilius est, quod metus reuerentialis cadat in virum constantem. 407.14. Imo & preces importunæ. 408. 15.

Metus grauis, quotuplex ibid.16.

Certum est, quod matrimonium contractũ ex metu illato à causa naturali, & etiã cõtractum ex metu à causa libera, incusso, nõ tamen gratia extorquendi matrimonium, fit validum. 408.17 & pag. 409. 9 18.

Certum est, quod matrimonium contractũ ex metu cadente in constantem virum, ad eum finem iniuste incusso, nullum sit in vtroque foro 409.19. Etiam iure naturali.20.

Probabilius longe est, quod matrimonium contractum ex metu iuste illato ad extorquendum illud, sit validum. pag. 410. 21. & 22.

Probabilius est, valere matrimonium leui metu contractum, etiam quando ita extorquet, vt sine illo metu illud non fieret. ibid.23.

Probabilius est, quod matrimonium inualidum ex graui metu contractum, fiat validum per copulam affectu maritali habitã. 411.24. Non vero fiet validum per copulam metu graui extortam. ibid.25. Nec ex eo, quod tale matrimonium iuramento firmetur. 412.26. Et tale iuramentum, nec obligare, nec relaxatione indigere, probabilius est ibid.27. & 28.

Probabilius est, quod matrimonium, quod quis cogitur, metu graui, contrahere cum quadam fœmina ex certo genere, sit nullum. 413 29.

Certum est, quod, qui libere contraxit matrimonium cum coacto ex metu irritante matrimonium, non teneatur postea cum illo contrahere. ibid.30. Nisi alias qui libere contraxit fuerit causa metus alteri illati. ibid. 31.

Probabilius est, non peccare mortaliter, sed solum venialiter, qui ex metu graui, ficte, contraxit. ibid 32 Imo & illum, qui graui metu coactus, vero consensu contraxit. 414.33.

Disp. XV. De Ordine. pag. 414.

Certissimum est, Ordinem Sacrum dirimere matrimonium. 414 1. Non alio iure, quã iure solo Ecclesiæ latinæ, vt fert probabilior opinio. ibid.2.

Certissimum est, Ordines Minores non dirimere matrimonium; imo nec impedire. 415.3. Vnde etiam est certissimũ, quod ille, qui accedit ad Ordines Minores, credens illis annexum esse votum castitatis, possit postea matrimonium inire. ibid.4.

Probabilius est, quod Ordo Sacer per metum grauem susceptus, non dirimat matrimonium. ibid.5.

Probabilius longe est, esse validum votum, & inualidum matrimonium contractum ab eo, qui Ordinem Sacrum suscepit ignorans illi esse annexum votum castitatis. 415.6.

Pro-

Probabilius eſt, quod etiam ille, qui Ordines ſacros ſuſcepit, cum intentione expreſſa non vouendi caſtitatem, teneatur caſtitatem ſeruare. 416.7.

Certiſsimum eſt, quod ſi initiati Sacris, Religioſi, & Moniales matrimonium contrahant, incurrant, eo ipſo excommunicationem. 416 8. Vbi, quas perſonas hæc excommunicatio comprehendat.

Certiſsimum eſt, quod vir coniugatus nequeat licite Sacros Ordines ſuſcipere, abſque expreſſa, & ſpontanea licentia ſui vxoris. ibid. 9 Imo, nec abſque illa, poſſe ſuſcipere adhuc Minores Ordines, longe eſt probabilius. ibid. 10.

Certum eſt, quod ille, qui ſine licentia vxoris, poſt matrimonium conſummatum, Sacros ſuſcepit Ordines, teneatur ad vxorẽ reddire; & ei debitum reddere, licet petere non poſsit 417.11. Idemque eſt dicendum caſu, quo ſine licentia vxoris euehereturad Summum Pontificatum. Et caſu, quo vir eſſet Ordinatus, vxore ſciente, ſed non contradicente, aut de licẽtia vxoris extorta dolo, aut metu graui. ibi.

Certiſsimum eſt, non poſſe coniugatum, ſola vxoris licentia, Ordines ſuſcipere; ſed præter illam, requiri, vt vxor, ſi iuuenis ſit, ingrediatur Religionem; aut caſtitatem in ſæculo voueat caſu, quo ſenex ſit, & nõ ſuſpecta de inconti nentia. 417.12 & 13.

Probabilius eſt, quod vxor, quæ voto caſtitatis in ſæculo emiſſo, dedit licentiam ſuo viro Ordinem Sacrum aſſumendi, poſsit, eo mortuo, licet non licite, valide matrimonium inire. 418.14.

Diſp. XVI. De Ligamine. pag. 418.

Quid ſit ligamen, Polygamia, & Bygamia. p. 418. q. 1.

De fide eſt, eſſe omnino illicitam, & prohibitam, iure Eccleſiaſtico, pluralitatem vxorum ſimul. ibid. 2. Imo & eſſe prohibitam, & irritam, non ſolum iure diuino antiquo poſituo, ſed iure diuino Chriſti Domini, eſt certiſsimum, & denique, etiam iure naturæ, eſt probabilius. 419. 3. & 4. & pag. 420. 5.

Certiſsimum eſt, quod pluralitas vxorum ſimul, licitam fuiſſe olim Antiquis Patriarchis, ex diſpenſatione, & reuelatione diuina 420. 6.

Certum eſt, quod poſsit Deus diſpenſare, vt vna vxor pluribus nubat viris. 421. 7.

Certiſsimum eſt, non poſſe Pontificem diſpenſare in pluralitate vxorum; & multo minus in pluralitate vxorũ reſpectu vnius coniugis. ibid. 8.

Certiſsimum eſt, nunc, nullomodo poſſe infideles, imo neque Iudæos, valide cum pluribus fœminis contrahere. 421. 9 At ſi plures vxores habentes, conuertantur ad fidem, tenebuntur accipere primas vxores (ſi hæ conuertantur) & ab alijs ſeparari. ibid. 10.

Certum eſt, requiri certitudinem aliquam de morte coniugis, vt alius ſuperſtes, poſsit cum alio matrimonium inire. 422. q. 11. Vbi quanta debeat eſſe hæc certitudo.

Certum eſt, quod, vt vxor poſsit iterum aliũ ducere virum, non ſufficiat præciſſe, quod ipſius vir per multos abfuerit annos. pag. 422. 12.

Probabilius eſt, quod, vt vxor licite contrahere poſsit, nec ſufficiat, ſola fama mortis, præciſſe, viri, vt quidam volunt; nec ſit neceſſe, quod ſemper ſit vnus teſtis (ad minus) qui deponat, ſe vidiſſe illum mori; vt alij ſentiunt; ſed ſat ſit, fama mortis coniugis, dummodo alijs adminiculis adiuuetur. 422. 13. Quæ autem debeant eſſe adminicula? ibid.

Probabilius eſt, quod, vt vxor liceat ad alias nuptias tranſire, non ſufficiat, abſolute loquendo, vnus teſtis affirmans coniugis mortem, ſed requirantur aliæ coniecturæ. ibid. 14.

Probabilius eſt, validum eſſe matrimonium contractum à fœmina, quæ falſò credebat maritum viuere, ſed re vera, erat mortuus; caſu tamen ſolo, quo fœmina crederet, ſe poſſe valide contrahere, &c. 423. 15. Vnde etiam eſt probabilius, validum eſſe matrimonium contractum cum dubio de morte mariti. ibid. 16. Quod ſi poſt modum, vxor pro certo ſciat maritum viuere, tenebitur, ſecundo deſerto, ad primum reuertere. 424. 17. Filij autem habiti ex ſecundo coniugio, debent legitimi iudicari, ſi bona fide eos concepit. ibid. 18.

De fide eſt, quod pluralitas vxorum ſucceſsiue ſit licita. ibid. 19.

Diſp. XVII. De Honeſtate Publica. pag. 425.

Quid ſit: vnde dicatur: & à quo oriatur impedimentum publicæ honeſtatis. 425. 1.

Certum eſt, quod impedimentum publicæ honeſtatis ortum ex ſponſalibus ſolũ dirimat matrimonium in primo gradu. ibid. 2.

Probabilius eſt, quod hoc impedimentum oriatur ex ſpõſalibus ficte celebratis ibi. 3.

Probabilius eſt, quod impedimentum publicæ honeſtatis ortum ex ſponſalibus validis, ceſſet, caſu, quo ſponſalia, mutuo conſenſu contrahentium diſſoluantur. Secus

vero

vero si morte alterius dissoluerentur. pag. 426. 4.

Certũ est, quod, nec ex sponsalibus incertis; nec ex conditionibus de futuro, oriatur impedimentum iustitię publicæ honestis. 426. 5.

Certum est, iam post Tridentinum, quod, si quis post sponsalia conditionata cum Maria, ante conditionis euentum contrahat, cum Francisca eius sorore secunda sponsalia absoluta, hæc secunda sponsalia sint inualida, & non oriatur ex illis impedimẽtum honestatis. ibid. 6.

Certum est etiam, quod si post sponsalia absolute futura cum Maria, contrahat quis de præsenti cum Francisca eius sorore, & non consummauerit, teneatur cum Maria matrimonium inire: si autem consummauerit, cum neutra potest. 426. 7.

Certum est, quod nec sponsalibus contractis ante septennium; nec sponsalibus contractis inter illos, inter quos non potest vale re matrimonium, nec ex contractis tempore infidelitatis; non oriatur publica honestas. 427. 8.

Probabilius est, quod ex matrimonio rato non consummato, non affinitas, sed publica honestas oriatur. ibi. 10.

Certissimum est, quod publica honestas orta ex matrimonio rato, non sit restricta ad primum gradum, sed extendatur vsque ad quartum. 427. 11.

Certissimum est etiam, quod hæc publica honestas oriatur ex quocumque matrimonio rato, quacumque causa inualido, modo nõ sit invalidum ex defectu consensus. ibid. 12. Et probabilius, quod etiam ex matrimonio clandestino. 429. 13. Non verò ex matrimonio rato conditionato, saltem antequam impleatur conditio. ibid. 14. legatur 15.

Disp. XVIII. De Affinitate. pag. 430.

Quid sit affinitas. pag. 430. q. 1.

Certissimum est, Affinitatem, non solum ex licita, seu matrimoniali copula, sed etiam ex illicita oriri. 2.

Certissimum est, quod ad contrahendam affinitatem non sufficiat copula, absque seminis viri in vas fœmineum intromissione. 430. 3.

Probabilius est, quod vt contrahatur affinitas, non requiratur, quod etiam fœmina seminet. ibid. 4.

Probabilius longe est, quod nõ contrahatur affinitas ex copula, in qua sola fœmina seminat. 431. 5. Nec ex congressu spadonum. ibid. 6.

Probabilius est, non contrahi affinitatem ex copula extra vas habita, etiamsi alias virile semen arte aliqua etiam demonis intra vas fœmineum mittatur. 431. 7.

Certissimum est, quod ex copula sodomitica non oriatur affinitas; nec propter illã impediatur matrimonium cum consanguineis illius, cum quo habita est. 432. 8 & 9.

Certum est, affinitatẽ contrahi ex copula habita cum fœmina prorsus renitente, dormiẽte ignorante, insana, aut ebria. ibi. 10.

Certum est, oriri affinitatem ex copula omnino occulta. 433. 11.

Certissimum est, affinitatem, siue ex copula licita, siue illicita ortã, dirimere matrimonium, iure saltem Ecclesiastico. 433. 12.

Certum est, quod affinitas orta tam ex copula licita, quam illicita, extendebatur olim vsque ad septimum gradum. ibi. 13. Nunc verò, affinitas ex fornicatione orta, restricta est ad gradum secundum. ibid. 14. Ita vt nec in vlterioribus, subsequens impediat matrimonium. Ibid. 15.

Probabilius longe multò est, quod accessus mariti ad mulierem tertio, vel quarto gradu cum sua vxore coniunctam, sibique, eodem gradu, affinem, nec sit incestus, nec impediat ius exigendi debitum. 434. 16.

Certissimum est, quod affinitas orta ex copula licita, seu ex legitimo thoro, non sit restricta ad secũdum gradum, sed impediat, ac dirimat matrimonium vsque ad quartum. ibid. 17.

Certissimum est, affinitatem ex fornicatione ortam, in nullo gradu irritare matrimonium iure naturali, aut diuino, sed iure solo Ecclesiastico. 434. 18. Imò probabilius est, quod, nec affinitas orta ex matrimonio irritet in aliquo gradu lineæ rectæ matrimonium; iure naturæ; sed tantum iure Ecclesiastico. ibi. 19.

Certissimum est, quod affinitas ex matrimonio orta, nullo modo dirimat, iure naturali, in linea trãsuersa matrimoniũ. 435. 20.

Probabilius longe est; quod copula habita, post factã dispẽsationem, inter affines, aut consanguineos, non sit incestus. ibid. 21.

Disp. XIX. De Impotentia pag. 435.

Quid, & quotuplex sit impotentia. 435. 1.

Quandovè impotentia sit censenda perpetua, & quando temporalis. 436. 2.

Certissimum est, quod impotentia perpetua dirimat matrimonium. Minime verò temporalis ibid. 3.

Probabilius est, nõ esse validũ matrimoniũ contractũ inter impotẽtes, etiamsi solũ ad caste viuendũ, & sine ordine ad copulam celebretur. 436. 4. Possent tamen præfati quodã societatis vinculũ inire ad habitan-

dum

dum tanquã fratres.437.5. Insuper & cognita impotentia,post matrimonium,bona fide contractum, & nullitate matrimonij, possent tunc instar fratris,& sororis ad solam vitæ societatem manere.ibid 6.

Probabilius est, quod impotens, qui suæ impotentiæ conscius,decepit fœminam, illã ducens,non teneatur eam, vt sororem habere,& alere.437 7.

Probabilius adhuc est,quod etiam casu, quo coniuges, tempore initi matrimonij nouerint impotentiam , non teneantur tanquã fratres cohabitare,licet possint.ibid.8.

Probabile longe est,imò certũ , quod ad valorẽ matrimonij, nõ sufficiat potẽtia penetrandi vas,si desit potẽtia seminandi intra illud.438.9. Etiãsi possit in orevasis.ib.10

Probabilius est,sufficere ad valorẽ matrimonij,quod solus vir possit seminare intravas; etiãsi fœmina seminare nõ possit.ibi. 11.

Certum est,validũ esse matrimoniũ eunuchorũ,altero solo testiculo carentiũ. 439.12. Non vero eorũm, qui vtroque carent testiculo;etiamsi erigere virgam possint.ibi. 13. Imò,etiamsi semen aliquale , non verum, emittere valeant,ibid.14.

Certum fere est,quod si daretur eunuchus verum semen emittens, valide posset matrimonium inire.440.15. Casus tamen non est possibilis.ibid.

Certum est, posse valide matrimonium contrahere illum , qui vnum solum testiculũ, & hunc, intra corpus reconditum habet. 440. 16.

Probabilius est,quod possit eunichisa,valide matrimonium contrahere.441.17.

Certum est,quod senes,quamtumuis decrepiti,valide possint matrimonium inire; dum modo potentes sint ad perfectam copulã, coireque possint,& semen,licet parum,& hoc , sterile , in vas fœmineum mittere. 441.18.& 19 & 442. 20.

Probabilius est,validũ esse matrimoniũ contractum cum fœmina,quæ sine vitę periculo manifesto,non potest parere.442.21.

Certum est,quod impotentia naturalis respectiua vnius,& non alterius fœminæ,solum dirimat matrimonium respectu illi fœminæ,erga quam est impotentia.443.22.

Probabilius est , quod possit esse impotentia aliqua naturalis respectiua perpetua dirimens matrimonium.ibid.23.

Probabile æque est;non esse validũ matrimonium contractũ cum fœmina arcta,quæ vt à marito cognoscatur,fieri apta potest,sed non,nisi per incisionem artificosam sigilli,ferro,ligno,&c.443.24.

Certissimũ est,quod etiã impotẽtia perpetua, orta ex malificio , dirimat matrimonium, contractum cum persona illa,& quam est impotentia.444. 25.

Certissimũ est , quod tunc maleficiũ censeri debet impedimentũ perpetuũ,quãdo cõiuges post experientiã triennã ẽ , præmissis pretibus,& alijs licitis remedijs pro maleficio amouendo,non potuerint habere copulam. 444.26.

Certũ est,quod impotentiaex defectu morbi, nõ dirimat subsequẽs matrimoniũ .445 27

Certum est,quod possit Hermaphroditus valide,& licitè cõtrahere matrimoniũ,iuxta sexum in eo prævalentem.445.28.

Certũ est,quod etiã Hermaphroditus in quo sexus est æqualis,possit,iuxta sexum,quem elegerit,valide matrimoniũ cõtrahere.ib. 29. Semel autem electo,sexu, & iuxta illũ matrimonio inito , nõ poterit postea viduus effectus,licite iuxta alterũ sexum contrahere; bene tamen valide.ibid 30.

Probabile est, quod possit Hermaphroditus,valide contrahere,iuxta sexum inferiorem;si iuxta illum,habeat potentiã ad perfectam copulam.446.31.

Certũ est,quod impotentia ex defectu ætatis non dirimat matrimonium ex se. 446.32.

Certũ est,quod ætas ad matrimoniũ requisita sit pubertas,nempe in masculis , ætas quatuordecim annorũ;& duodecim in fœminis.ibi.33 Probabiliusq; multo est,talem ætatẽ debere esse,ad matrimonij valorem, extremè, & omnino completam. ibi. 34. Probabile verò,sufficere si vltima dies anni, sit incæpta.447 35.

Certũ est,quod defectus ętatis nõ dirimat matrimonium,casu, quo malitia ætatem suppleat. 447 36.

Probabilius lõge est,quod,vt malitia dicatur suppletiua ætatis,nõ sufficiat,quod in puero,in quacumque sit ætate , reperiatur potentia ad copulam, sed debet in illo simul reperiri discretio ad intelligendam vim coniugalis consensus.ibi.37.

Certissimum est,quod non quocumq; tẽpore ante pubertatem , malitia perfecta suppleat ætatem,sed solum quando reperitur tẽpore proximo pubertati.447.38. Quod autem tempus proximum pubertati dicatur? 448.39.

Probabilius lõge est,validũ esse matrimoniũ illius, cui iam in legitima ætate pubertatis constitutus,deest ad copulã coniugalẽ potentia,ex ætate debili prouenięti.448.40

Probabilius est , quod in præcedentibus casibus,expectandum sit triennium ad experiendum, an dicta inhabilitas ad copulam sit perpetua.Quod computari debet à decimo octauo anno perfecto in masculo; & à decimoquarto in fœmina.449.41.

Cer-

Certum est, quod quando clare constat, impotentiam esse perpetuam, non requiratur experienti triennali, sed possit, & debeat statim matrimonium dissolui ibi. 42. Imò etiam casu, quo non constat, sed solum fere certò constet impotentia, non requiri triennij experientiam, sed solum iuramentum coniugum fatentium suam impotentiam, & septimæ manus propinquorum iurantium, se credere, eos verum fateri, est probabilius. 449 43.

Probabilius est, quod requiratur triennalis experientia, existentibus de impotentia solum signis dubijs, etiamsi vterque coniux fateatur illam. 450. 44.

Probabilius longe est quod etiam post triennij experientiam, & probationem, sit necessarium iuramentum coniugum, & septimæ manus. ibid. 45.

Probabilius est, quod hoc triennium præscriptum ad experiendã impotentiam, computandum sit, non à die cõiugij, nec à die intentatæ copulę; sed à die reclamationis, seu à tempore, quo per iudicem computari debere, est signatum. 451 47. Et certissimum, quod hoc triennium, licet debeat esse continuum, non tamen mathematice, sed morali modo. ibid. 48.

Quæ autem sunt signa, quæ euidenter impotentiam concludunt? ibid. 49.

Certum est, quod si vir ingrediatur Religionem, ex præsumptione impotentię & postea cognoscatur, impotentiam non esse perpetuam, si professus sit ante consummatum matrimonium, non teneatur reddire ad vxorem: benè tamen, si post consummatum matrimonium professus est. pag. 442. 50.

Probabilius tamen est, quod casu, quo vterq; coniux, ob dictam impotentiæ præsumptionem, ingrediatur ante consummationem matrimonij, Religionem, non possint an sæculum reddire, etiam postquam, impotentiam non esse perpetuam agnouerint. 442. 51.

Certum est, quod, qui ex præsumptione impotentiæ perpetuæ suscepit Ordines sacros, restituendus sit vxri, si cognoscatur impotentiam tantum fuisse temporalem. ibid. 52.

Certum est, quod separatus à matrimonio ratione frigiditatis, si aliud ineat, statim absque alia probatione, id sit dissoluendum. pag. 442. q. 53. Quid autem fiendum, de fœmina, quæ ratione arctitudinis, separata fuit à viro, alij nupsit, à quo cognita fuit? 456. 54.

§ XX. De Raptu. pag. 453.

Certum est, quod Raptus impediat matrimonium. p. 453. q 1 Vbi quid raptus sit.

Probabilius est, quod non dirimat matrimonium Raptus, quo fœmina virum rapit. ibid. 2.

Probabilius est, non dirimere matrimonium raptum, quo consentiens fœmina, inuitis tamen parentibus, extrahitur 45 2. 3.

Probabilius est, quod raptus, quo sponsis rapit propriam sponsam, ipsa inuita, dirimat matrimonium. 454 4.

Probabilius est, quod raptus non factus causa contrahendi matrimonium, sed causa explendæ libidinis cum rapta. nõ dirimat matrimonium. ibid. 5. Et idem est dicendum de raptu, qui solis importunis precibus, aut pactio conducta, fœmina extrahitur. 455. 6 Et de raptu, quo quis opprimit fœminam in domo Patris. ibi 7.

Disp. XXIII. De Impedimentis solum impedientibus pag. 455.

Certum est, quod impedimenta solum impedientia, sint duodecim. pag. 455. q. 1.

Quid nomine, *Ecclesiæ vetitum*, intelligatur. ibid. 2.

Certum est, quod non solum Pontifex, & Episcopus; sed etiam Parochus interdicere ad tempus possit, ne matrimonium contrahatur. 456. 2.

Certum, quod si interdictum, seu prohibitio Pontificis sit simplex, & sine clausula irritante nullo modo irritet matrimonium contractum contra talem prohibitionem: secus verò si talis prohibitio sit lata cum clausula irritante. 456.

§ II. De Impedimento Temporis feralis. pag. 456.

Certum est, quod nunc tantum prohibentur celebrare solemniter nuptias ab Aduentu vsque ad Epiphaniam, & à die cinerum vsque ad octauam Resurrectionis inclusiue. 456. 1.

Certum est, quod sit validum matrimonium contractum, tempore interdicti, aut in loco interdicto 457. 2.

Probabile æque est, quod licet valide possit celebrari matrimonium, in loco, & tempore interdicti, & cessationis à diuinis; sed non licitè 457. 3.

§. *III. De Impedimento ex Catheciſmo. pag.* 457.

Catheciſmus, eſt inſtructio fidei, quæ fit ſolemniter ante ianuam Eccleſię ſuper baptizando; vel baptizato iam domi. 457. 1.
Certiſsimumque eſt, ex illo oriri cognationem ſpiritualem imperfectam impedientem, non dirimentem matrimonium. ibid.
Veriſsimũ eſt, hanc imperfectam cognationẽ non oriri, ex tentione baptizati in exorciſmis. 457. 2.
Probabilius longe eſt, quod ad hoc vt Patrinus hanc cognationem contrahat, debeat baptizandum, ſeu baptizatum in catheciſmo tenere. 458. 3.
Probabilius eſt, hoc impedimentũ omnino eſſe ſublatum per Tridentinum. ibid. 4.

§. *IV. De impedimento ſponſalium. pag.* 458.

Certum eſt, quod ſponſalia contracta cum vna, impediunt, ne licite matrimonium cum alia contrahatur. 458. q. vnica.

§. *V. De impedimento voti ſimplicis caſtitatis, aut Religionis. pag.* 458.

Certiſsimum eſt, votum ſimplex caſtitatis impedire matrimonium: non vero dirimere, etiam caſu, quo vterque coniux voto caſtitatis aſtrictus eſſet. 458. 1.
Probabilius eſt, ſpeculatiue, quod votum caſtitatis, vel Religionis, &c. factũ ab eo, cui ſalubrius eſt matrimonium, nec ſit validũ, nec matrimonium impediat; practice verò probabilius oppoſitum. 459. 2. Quamuis adhuc practice ſit probabile. ibid. 3.
Certum eſt, peccare mortaliter illũ, qui ſcienter contrahit cum habente votum caſtitatis. 461. 4.
Probabilius eſt, quod habenti votum caſtitatis, Religionis, &c. & interroganti, an valeat matrimoniũ, cum his votis celebratum, poſsit reſpondere; valere, at non poſſe cõtrahi, abſq; peccato grauiſsimo. ibi. 5.
Probabilius eſt, non teneri, ante conſummationẽ matrimonij ingredi, qui ligatus voto caſtitatis matrimoniũ cõtraxit. 462. 6.
Probabilius eſt, quod liceat ſuadere habenti votum caſtitatis, vt matrimoniũ ineat, caſu, quo paſim in venerea labatur; & ita malo inhæret, vt nec diſpenſationem petere nolit, nec à malo deſiſtere. ibid. 7.

§. *VI. De Impedimento ex Inceſtu. pag.* 462.

Quid ſit inceſtus; & an impediat matrimonium? pag. 462. q. 1.
Certiſsimũ eſt, hoc crimẽ inceſtus, ſiue viri cũ conſanguineis vxoris; vel è contra, vxoris cum conſanguineis viri, ſolum impedire, nõ dirimere matrimoniũ. 462. 2. & 463. 3.
Certiſsimũ eſt, hoc crimen inceſtus non oriri niſi ex inceſto habito cum cõſanguineis vxoris, vel viri intra ſecundum gradum. ibi. 4.
Probabiliusq; eſt, oriri etiam ex inceſtu cum proprijs conſanguineis. ibid. 5.
Probabilius eſt, quod vt inceſtus matrimonium quodcumque impediat, debeat eſſe publicus. ibid. 6.
Probabilius eſt, hoc impedimentum oriri etiam, ex inceſtu commiſſo cum conſanguineis vxoris defunctæ. 464. 7.

§. *VII. De Impedimento Raptus ſponſatæ. pag.* 464.

Certum eſt, quod raptus alienæ ſponſæ, impediat cum quacumq; fœmina inire matrimonium, & dirimat cum rapta. 464. 1.
Probabiliuseſt, non incurrere hoc impedimũ illum, qui ſponſam ſolum de futuro rapit; ſed qui ſponſam de præſenti. ibid. 2.

§. *VIII. De Impedimento vxoricidij. pag.* 464.

Certum eſt, vxoricidium eſſe crimen impediens quodcumque matrimoniũ. 464. 1.
Probabilius longe eſt, hoc impedimentum incurrere virum, qui vxorem in flagranti adulterio deprehenſam, propria authoritate occidit. 465. 2. Non verò, ſi authoritate iudicis. ibid. 3.
Probabilius eſt, quod nõ incurrat hoc impedimentum vxor maritũ ſuum interficiens. ibid. 4.

§. *IX. De Impedimento Præsbytercidij. pag.* 466.

Certum eſt, quod Præsbytercidium impediat matrimonium. 466. 1. Imò Patricidium, Matricidium, & Fratricidium. ibid.
Probabilus eſt, quod, vt homicida Præsbyteri, hac pœna plectatur, debet eſſe de ſuo crimine in foro contentioſo conuictus. ibid. 2.

§. *X. De Impedimento prouenient e ex ſuſceptione filij in Baptiſmo, & confirmatione. pag.* 466.

Certum eſt, quod, qui ſit Patrinus filij, vt priuet vxorem iure petẽdi debitum, nequeat, mortua vxore, ſecundò contrahere. 466. quæſt. vnica.

§. *XI. De Pœnitentia publica. pag.* 466.

Certum eſt, quod Pœnitentia publica, quam diù ipſa durat, impediat matrimonium. 466. q. vnica. Imò & excommunicatio etiam minor. ibid.

§. *XII.*

§. *XII. De Impedimento coniugij cum Moniali, pag.466.*

Certum eſt, quod matrimoniũ ſcienter cũ Moniali profeſſa cõtractũ nõ ſolũ ſit impedidũ, ſed etiam impediat aliud quodcumque cõtrahere. 466. 1.

Probabilius eſt, quod non peccet mortaliter, qui cum quocumque impedimento, ex non dirimẽtibus, contrahit; ſed ſolum ille, qui cum aliquo ex tribus contrahit; nempe cum voto, ſponſalibus, & interdicto. ibidem 2.

Diſp. XXIV. De Diſpenſatione impedimentorum Matrimonij. pag.467.

Diſpenſatio incommuni, ſic clarius definitur: Eſt iuris alicuius relaxatio. pag. 467. quæſt. 1.

Certiſsimum eſt, non poſſe Pontificem diſpenſare in impedimentis, iure diuino, & naturali matrimonium dirimentibus. ibidem 2. Et longe probabilius, quod nec hoc poſsit adhuc in caſu extremæ neceſsitatis. 468. 3.

Pontifex, iuxta noſtram ſententiam, nequit diſpenſare in impedimentis ſequentibus, nempe in errore perſonæ: in voto ſolemni profeſsionis, ita vt voto manente, validum ſit matrimonium: in conſanguinitate in primo gradu lineæ rectæ: in impedimento metus cadentis in virum conſtantem. In impedimento ligaminis: & in impedimento impotentiæ. 468 4.

Certum eſt, poſſe Pontificem diſpenſare in omnibus impedimentis, iure ſolum Eccleſiaſtico dirimentibus. ibid. 5.

Certiſsimũ eſt, quod ſolus Pontifex poſsit diſpenſare in impedimentis, iure humano, dirimentibus. 469. 6.

Probabilius eſt, quod etiam poſsit Epiſcopus, in caſu magnæ neceſsitatis, in dictis impedimentis dirimentibus, poſt contractum matrimonium, concurrentibus nonnullis conditionibus, diſpenſare. ibidem 7. Imó, quod & id poſsit Epiſcopus, in dicto neceſsitatis caſu, in impedimentis dirimentibus, etiam ante matrimonium contractum, eſt æque probabile. ibid. 8. An autem id poſsit Epiſcopus pro foro ſolo interiori? 470. 9.

Certum eſt, quod Vicarius Generalis Epiſcopi, nequeat ex vi ſui officij in dictis matrimonij impedimentis diſpenſare. pagina 471. quæſt. 10. Benè tamen ex ſpeciali commiſsione Epiſcopi. ibid. 11.

Probabilius eſt, quod non poſsit Epiſcopus diſpenſare, poſt matrimonium contractum, in impedimento, cuius eſt obtenta ſubreptitie diſpenſatio. pag. 471. quæſt. 12.

Certum eſt, quod Commiſſarius Bullæ Cruciatæ poſsit diſpenſare in aliquo impedimento, videlicet, in impedimento affinitatis, ortæ ex copula fornicaria, ſed hoc pro ſolo foro conſcientiæ, & concurrentibus quatuor conditionibus. pag. 472. q. 13.

Certiſsimum eſt, non poſſe mendicantes diſpenſare in aliquo impedimento dirimenti matrimonium. ib. 14.

Probabilius eſt, poſſe Epiſcopum diſpenſare ad petendum debitum, cum coniuge, cui interdicta eſt petitio, ob affinitatem contractam cum altero coniuge. 472. 15.

Certiſsimum eſt, quod etiam Regulares ab Ordinario approbati, poſsint ſaltem ex commiſsione ſuorum Prouincialium diſpenſare ad petendum debitum cum coniugibus, qui inter ſe affinitatem contraxerunt. pag. 473. q. 16. Probabilius tamen eſt, id non poſſe abſque commiſsione ſuorum Prælatorum, Prouincialium, videlicet, aut Conuentualium. pag. 475. q. 17.

Probabilius longe eſt, poſſe Epiſcopum diſpenſare ad petendum debitum cum coniuge, qui aſtrictus voto caſtitatis matrimonium contraxit. pag. 475. quæſt. 18. Sicuti eſt id poſſe etiam Regulares ex cõmiſsione ſuorum Prouincialium. pag. 476. q. 19.

Certum eſt, poſſe Epiſcopum diſpenſare in omnibus impedimentis non dirimentibus, exceptis, in prouenientibus, ex voto caſtitatis, vel Religionis, & ex ſponſalibus contractis. 476. 20.

Certum eſt, poſſe Epiſcopum, diſpenſare, in caſu magnæ neceſsitatis, ſi non ſit facilis additus ad Pontificem; nec recurſus ad Nuntium, vel ad alium, priuilegium habentem, in voto Religionis, aut caſtitatis perpetuæ 476. 21. In quo caſu adhuc non poſſe Regulares in dictis votis diſpenſare, longe multo probabilius eſt. pag. 477. 22.

Septem ſunt, præcipuè, iuſtæ cauſæ ad diſpenſandum in impedimentis matrimonij. 477. 23.

Certum eſt, quod diſpenſatio matrimonij ſubrreptitiè, vel obrreptitiè obtẽta, ſit omnino nulla, & irrita. ibi. 24.

Duplex eſt cauſa conducens ad conceſsionem diſpenſationis, finalis, & impulſiua. ibibid. 25.

Probabilius est, quod nō omnis suppressio veri reddat dispensationem subreptitiā; sed solum suppressio eius, quod iura exprimi iubent. 478. 26.

Certum est, quod taciturnitas causæ finalis, & motiuæ, reddat dispensationem nullā. 478. 27. Non verò taciturnitas veri, aut expressio falsi, pertinentium tantum ad causam impulsiuam (nisi alias verum, quod tacetur, iure iubeatur exprimi) ibid. 28.

Certissimum est, quod non sit subreptitia dispensatio illa, in cuius impetratione nō fuit facta mentio, quod semel fuerit petita, & denegata. 479. 29.

Probabilius est, valere secundam dispensationem obtentam ad nubendum alij consanguineo, non facta mentione alterius iam obtentæ ad nubendum consanguineo. 476. 30.

Probabile æque est, quod vt dispensatio inter affines, vel consanguineos sit valida, non sit necessarium, copulæ inter eos habitæ mentionem facere. 479. 31. Etiam casu, quo habita sit ad facilius dispensationem impetrandam. 480. 32.

Probabilius est, quod quando Papa committit Ordinario, vt dispenset cum aliquibus: *Dummodo copula nō interuenerit:* possint nihilominus contrahentes, aliquando, dictam copulam negare. 481. 33. Secus tamen dicendum, si Papa pro foro conscientiæ committat viro discreto, vt dispenset cum aliquibus, *dummodo copula nō fuerit*, vel, *dummodo copula non sit habita facilioris dispensationis spe.* Quia tunc non valebit dispensatio, casu, quo copula sit habita. ibid. 34.

Probabilius est, quod quando sunt plura impedimenta, omnia illa debeant in eadem petitione exprimi, ne dispensatio subreptitia sit. 481. 35. Et certum, quod sit explicanda qualitas impedimenti. 482. 36.

Probabilius est, necessarium esse, in petitione mentionem facere, de multiplicitate eiusdem gradus, vel diuersi, consanguinitatum, vel affinitatum, &c. ne subreptitia sit dispensatio, nisi alias expressione vnius gradus sufficienter censeatur expressus alter. ibid. 37.

Certum est, non esse necessarium exprimi in petitione, quod affinitas contracta sit ex copula multiplicata. 483. 38.

Certum est, quod quando contrahentes consanguinei, vel affines distant inæqualiter à stipite, solum sit necessarium, fieri mentionem remotioris gradus, dummodo postea habeantur literæ declaratoriæ, super propinquiori. pag. 483. 39. Quamuis adhuc his literis non habitis, valeret eo casu matrimonium. pag. 484. 40.

Probabilius est, non esse necessarium in petitione exprimi, an propinquitas graduum sit in linea recta, an in transuersali. ibid. 41.

Certum est, quod in impedimento cognationis spiritualis, necessum sit explicare, an sit cum filia spirituali. ibid. 42.

Probabilius est, quod etiam in impedimento publicæ honestatis oporteat explicare; an proueniat ex matrimonio rato; an ex sponsalibus. 485. 43. An verò casu, quo hæc impedimenta, affinitatis, videlicet, & publicæ honestatis, concurrant, sufficiat explicare affinitatem, tacitā honestate publicæ? ibi. 44.

Certum est; valere dispensationem, casu quo petens illam erret in gradu explicando maiorem pro minori, dummodo maior, & minor sint eiusdem generis, v. g. affinitatis aliàs minime 485. 45. Deinde etiam erit valida, quamuis erretur in nomine eius, cum quo dispensatur. ibid. 46. Imò, & quando erratur in Diœcesi. ibidem. 47.

Probabile æque est, non esse invalidam dispensationem, ex eo solum, quod taceatur aliquid, quod ex stylo Curiæ Romanæ est exprimendum. 486. 48.

Certissimum est, non esse validam dispensationem, quoties impedimentum certum, narratur sub dubio. 487. 49. Nec, quando causa est falsa, si ipsa sola proponatur Pontifici. ibid. 50. Quid autem dicendum, quando plures enarrantur causæ, ex quibus aliquæ sunt veræ, aliquæ falsæ? ibid. 51.

Probabilius est, valere dispensationem, in cuius petitione allegatur fœminam mansuram inuptam defectu dotis, & non ob hanc causam, sed ob aliam, nempe, ob infamiam, ætatem, &c. id contingit. 488. 52.

Probabilius est, quod dispensatio voti castitatis, vel Religionis, ad ineundum matrimonium facta his verbis: *Dispensa ad hoc, vt matrimonium tunc contrahere possit*, vel: *Ad hoc tantum, vt tunc matrimonium contrahere possit, &c.* non amittat vim suam per primum actum. ibidem. 53.

Probabilius est etiam; quod, quando dispensatio voti castitatis, &c. non explicat esse ad vnum, vel ad plura matrimonia, tunc possit extendi ad plura. pag. 488. 9. 54.

Disp. XXV. De Debito Coniugali. pag. 489.

§. I. De Debito Coniugali secundum se.

De fide est, actum coniugalem esse licitum, & honestum pag 489 q 1.

Certissimum est, Actum coniugalem, non ex opere operato, sed ex opere operantis, posse esse meritorium. 490. 2.

Certum est, non teneri coniugem aliquando petere (proprie loquendo) debitum. 491. 3 Improprie tamen tenetur petere (seu, proprie loquendo reddere) casu, quo in altero coniuge præuideat probabiliter periculum incontinentiæ 491. 4.

Certissimum est, peccare mortaliter coniugem non reddendo debitum alteri coniugi petēti rationabiliter, & legitime 491. 5. Posse namque multoties, aut nullum esse peccatum, aut ad summum, solum veniale, est notum apud omnes. ibid. 6.

Certum est, peccare mortaliter coniugem, qui medijs illicitis, se reddit impotentem ad debitum coniugale persoluendū. 491. 7 Imo etiam, qui medijs licitis, vt ieiunijs, abstinentij, &c. 492 8.

Certum est, non teneri virum, saltem per se, vti calidis, vt potentior ad copulam reddatur, quamuis ex lege charitatis ad id nō numquam teneri possit. 492 9.

§. II. De Circunstantia finis actus coniugalis pag. 492.

Certissimum est; quod actus coniugalis, factus propter aliquod ex tribus bonis matrimonij, sit licitus & honestus. 492. 10.

Certum est, quod vt actus coniugalis, factus ob bonum prolis, sit licitus, non sit necessarium, quod proles ipsa referatur actu in Deum, sed habitu. 492 11.

Probabilius est, nec peccare venialiter semper, coniuges, qui in ipso actu cōiugij prolem concipi non optant. ibid 12.

Probabilius est, peccare venialiter, virum, qui ad vxorem ob bonum vtile primario accedit, minime vero, si secundario. pag. 493. 13.

Probabile æque est; nec veniale esse exercere actum coniugalem ob sacramenti bonum 493. 14.

Probabilius est, quod actus coniugalis, factus solum ad vitandam incontinentiam propriam aut alterius coniugis, nullo modo sit venialis, sed licitus. ibid. 15.

Probabilius est etiam, nec peccare venialiter coniuges, exercendo actum coniugalē ob finem tuendi, aut restaurandi salutem, dummodo alios fines non excludat. pag. 494 q. 16.

Probabilius est, quod actus coniugalis exercitus, solum ob capiendam delectationem carnalem, ipsi actui annexam, nullo modo sit mortalis, imo nec venialis per se; 495. q 17.

Probabilius longe est, non peccare mortaliter, sed solum venialiter, coniuges, qui ibis calidis, vnguentis, multo, & alijs, ad excitandam voluptatem vtuntur. pag. 95. quæst. 18.

§ III. De Circunstantia Temporis. pag. 496.

Probabilius longe est; nec esse veniale, exercere actum coniugalem feriarum tempore 496. 19. Nec in diebus festis, Rogationum, aut ieiuniorum. ibid. 20.

Probabilius est; quod habere actum coniugalem, tempore menstruorum; licet non sit mortale, veniale tamen sit, seclusa causa illum actum exercendi. ibid. 21.

Certissimum est; esse mortale petere, aut reddere debitum, tempore pregnationis; casu, quo abortus prolis iam formatæ, periculum sit 497 22. Non vero esse mortale, sed veniale tantum, coire tempore initij conceptionis, cum periculo abortus prolis nondum formatæ, probabilius est. ibidem 23.

Probabilius est quod actus coniugalis, cessante periculo abortus, ex eo solum, quod habeatur tempore pregnationis, nullo modo sit illicitus 498. 24.

Probabilius est quod sit culpa, sed non mortalis, sed venialis tantum, petere debitum tempore, quo expurgatio sanguinis post partum durat ibid. 25.

Probabilius est, nullo modo esse culpā mortalem, imo nec venialem, debitum petere tempore, quo mater sobolem lactat. ibidem 26.

Certum est, quod actus coniugalis exercitus tempore amentiæ vtriusque coniugis, sit ex suo genere mortalis, licet ipsi amentes; ob defectum libertatis, excusarentur à culpa. ibid 27. Quid autem dicendum, casu, quo vnus solus sit amens ibid. 499. 28.

Disp. IV. De Circunstantia Loci, pag. 499.

Certissimum est, actum coniugalem, habitū in loco publico coram alijs, esse mortale, adhuc seclusō scandalo, & ruina aspicientium. pag. 499. quæst. 29. Idemque est dicendum de tactibus eorum publicè habitis ibidem.

Probabilius est, quod actus coniugalis habi-

tus

tus in Ecclesia, extra casum necessitatis, sit peccatum, & mortale 499. 30. Minime vero in casu necessitatis habitus ibid. 31.

§. V. De Circunstantia Situs. pag. 500.

Probabilius est, quod copula habita è latere iedendo, vel stando, solum sit venialis: cū, modo vas legitimum seruetur, & non sit periculum effundendi semen extra illud. pag. 500. q. 32. Idem dicendumque est de copula habita in vase legitimo, præposteto modo; aut viro succumbente. ibid. 33.

Probabilius est, nec venjale peccatum esse, reddere debitum coniugi exigenti, modo indebito, quoad situm. 501. 34.

Certissimum est, quod copula viri, sodomiticè cum vxore habita, non solum sit mortale ex parte viri agentis; sed etiam ex parte fœminæ patientis. ibid. 35. Imo etiam est certissimum, peccare mortaliter virū, qui volens copulam legitimam cum vxore habere, vt se ad eam excitet inchoat illam sodomiticè. ibid. 36. etiam si ad id, solum perfricet pudendum in vase prępostero vxoris. 502. 37.

Probabilius multo est, peccare mortaliter coniugatum, qui, etiam secluso pollutionis periculo, immittit membrum virile in os vxoris. ibid. 38.

Certum omnino est, esse peccatum mortale, semen extra vas vxoris, consultò, & aduertenter effundere. 503. 39.

Probabilius est, quod nec venialiter peccet maritus, qui iam seminauit, non expectando seminationem vxoris. 503. 40.

Probabilius est, posse vxorem licite, se ad seminandum tactibus incitare, casu dicto, quo vir, postquam seminauit, se ante seminationem vxoris retrahat. ibid. 41.

Certissimum est, peccare (per se loquendo) & mortaliter, virum, qui copula incœpta, desistit à seminando, si vxor iam seminauit 504. 41.

Probabilius est, posse coniuges licite inchoare copulam delectationis causa, & postea eam non perficere, dummodo, nec subsit periculum pollutionis alterius; & vxor, ea copula contenta sit. ibid. 42.

Certum est, quod non liceat actus coniugales senibus illis, qui prænimia ætate, minime intra vas fœmineum seminare valent. 504. 43.

Certum est, esse licitam copulam vxori, quæ, post co tum, non potest semen retinere. ibid. 44.

Certum est, teneri sub mortali fœminam ad conseruandum semen receptum. ibid. 45.

Certum est, quod peccet mortaliter fœmina, quæ post copulam, statim mingit ad effundendum semen receptum. 505. 47.

Probabile est; posse licite vxorem, in exercitio copulæ coniugalis, conuertere animū ad alia, ne natura excitetur. ibid. 48.

§. VI. De Circunstantia damni reddentium debitum. pag. 506.

Certum est, nec teneri, nec posse, coniugem reddere debitum, cum detrimento propriæ salutis. 506. 48.

Certum est, quod coniux laborans febri, nec teneatur, nec possit reddere. 49. Nec tenetur, nec potest, reddere statim post prandium. 500.

Probabilius longe est, quod coniux sanus non teneatur reddere debitum alteri coniugi lepresso. Imo, nec possit, casu, quo iudicio Medicorum, infici grauiter possit. 506. 51. & 52.

Probabilius est; quod coniux sanus teneatur reddere debitum leproso, casu, quo adsit periculum probabile infectionis, non in se, sed in prole nascitura. 506. 53.

Certum est, quod non excusetur coniux à reddendo debito, ex eo solum quod non multiplicentur filij ibi. 54.

Probabilius tamen est, non esse mortale negare debitum, quando parentes non sufficiunt ad tot filios alendos. 507. 55.

Probabilius longe est, esse mortale, negare debitum petenti coniugi, & descendēti à Iudæis, vel Sarracenis, ne prolis ea macula afficiatur. 508. 56.

Certum est, licitum esse negare debitum, ad vitandum detrimetum in bonis fortunæ, aut famæ; vel ad vtilitatem magnā comparandam. ibid. 57.

Probabilius est, quod fœmina, quæ nequit fœtum viuum parere, non possit petere debitum, si ex morte fœtus in ventre, ac difficultate partus, sibi probabile vitæ periculum immineat. ibid. 58.

§. VII. De Impedimento consummandi, petendi, & reddendi debitum, orto ex affinitate, vel cognatione spirituali. pag. 508.

Certum est, esse illicitum petere, & reddere debitum, quando post contractum matrimonium orta est inter coniuges affinitas, vel cognatio spiritualis. 508. 59.

Certissimum est, non priuari iure petendi debitum coniugem, qui ex ignorantia iuris, vel facti, efficitur affinis, vel cognatus alterius coniugis 509. 60. Imo, probabilius est, quod nec ille priuetur, qui ex ignoran

tia

tia culpabili, seu vincibili facti, factus est affinis, vel cognatus. ibid. 61. Secus vero dicendum probabilius, de eo, qui ex ignorantia solius pœnæ à lege statutæ, factus est affinis, vel cognatus, nam hic re vera priuatur iure petendi debitum. ibid. 62.

Certissimum est, quod vt coniux incurrat priuationem petendi debitum ratione affinitatis, vel cognationis, non sit necessaria iudicis sententia, sed statim priuetur coniux iure debitum petendi. 510. 63.

§. VIII. *De Impedimento consummandi, petendi, vel reddendi debitum ex emisso voto.* pag. 510.

Certum est, quod, si astrictus voto simplici castitatis, matrimonium ineat, non possit licite debitum petere. pag. 510. quæst. 64. Imo nec postquam iam semel consummauit, posse deinceps debitum petere est probabilius. 65.

Probabilius est, quod, qui post votum emissum castitatis contraxit matrimonium, nō peccet reddendo, etiam prima vice, debitum (licet peccauerit contrahendo) 511. 66.

Certum est, quod coniux, qui, emisso voto castitatis, contraxit, & consummauit, teneatur postea, defuncto altero coniuge, simpliciter seruare castitatem. pag. 512 q. 67.

Certum etiam est, quod, qui post votum Religionis matrimonium contraxit, licet peccet mortaliter, prima vice, vtcumque matrimonium consummando; at iam semel consummato, nullo modo peccet reddēs, aut petens. 512. 68. Tenebitur tamen huiusmodi vouens, defuncto suo coniuge, Religionem, quam promisserat, ingredi. 513. 69.

Probabilius est, quod licet, ille, qui post factum votum suscipiendi Ordines Sacros, matrimonium contraxit, peccet mortaliter matrimonium contrahendo, non tamen, peccet in matrimonio consummando. 513. 70.

Probabilius etiam est, solum peccare contrahendo, non vero consummando illum, qui post emissum votum non contrahendi matrimonium, contraxit. ibid. 71. Huiusmodi autem vouens nō poterit postea, solutis primis nuptijs, ad secundas transire. ibid. Quid autem dicendum de illo, qui post contractum matrimonium, sed ante eius consummationem vouit castitatem, Religionem &c. 514. 72.

Probabilius est, quod votum non petendi debitum, emissum ab altero coniuge, sine alterius licentia sit validum. pag. 514. q. 73.

Probabilius est quod etiam sit validum votum absolutum castitatis emissum (etiam post matrimonium consummatum) ab altero contuge, sine licentia alterius; quoad non petendum debitum, quamuis non sit validum, quoad non reddendum. 515. 74. nisi casu, quo coniux, qui vouit castitatem, commisserit adulterium, quia in eo, nec reddere debitum coniugi adulteranti, poterit. ibid. 75.

Probabilius longe est; quod prædictum votum castitatis obliget eum, qui illud emisit, ad non ineundum aliud matrimonium eo soluto; & ad abstinendum à quouis actu venereo, extra matrimonium. 516. 76.

Probabilius est, quod coniux, qui dedit licētiam alteri coniugi, vouendi castitatem, possit nihilominus ab eo debitum petere: nisi casu, quo expressam licentiam vouendi omnimodam castitatem dedisset. 516. 77.

Probabilius longe est, quod casu, quo vterq; coniux, communi consensu voueant castitatem, neuter possit petere, nec reddere. 516. 78. Nec posse Iudicem eos ad cohabitandum compellere, etiam casu, quo alter, aut vterque coniux fornicationem cōmittat. 517. 79.

§. IX. *De Impedimento reddendi debitum, aut petendi, ob dubium valoris Matrimonij.* pag. 517.

Certum est, quod coniux, qui bona fide matrimonium contraxit, possit petere, & reddere, cum scrupulo valoris matrimonij. 517. 80. Quid autem faciendum in casu quo dubitet? ibid. 81. & pag. 518. quæst. 82.

Dis. XXVI. De Diuortio.

Certissimum est, non dissolui matrimonium quoad vinculum, ob adulterium alterius coniugis 518. 1. Dissolui tamen posse, quoad thorum, & quoad cohabitationem, etiam est certissimum. 519. 2, Et hoc, tam ex parte vxoris, quam ex parte viri. ibid. 3. Nec prævalere posse consuetudinem vt vxor nequeat, ob adulterium viri, diuortium celebrare. ibid. 4.

Certissimum est, nullo modo esse determinatum tempus, quo transacto nequeat diuortium peti; vnde, quocumque elapso tēpore, licet. 519. 5.

Probabilius est, quod non solum ex iure diuino positiuo, sed etiam ex naturali, licitum sit ob adulterium coniugis diuortium celebrare. 520. 6.

Cer-

Certissimum est, non sufficere ad celebrandum diuortium, adulterandi voluntatem. 520. 7.

Probabilius longe est, quod tactus impudici, quos mulier cum alieno habuit, non tribuit causam perpetuo diuortio. ibidem. 8.

Nec etiam trioret pollutio habita cum propria vxore, minime consentiente. ibidem 9.

Probabilius est, quod nec pollutio habita cũ tertia persona, sit satis ad diuortium petẽs. 521. 10.

Probabilius est in praxi, quod Sodomia coniugis, sit sufficiens causa ad celebrandum diuortium; contrarium vero speculatiue loquendo, probabilius. ibid. 11.

Probabilius est, quod copula naturalis, absque seminis in vas intromissione non sit satis ad perpetuum diuortium. ibidem. 12.

Imo nec concubitus consummatus cum fœmina mortua 522. 13.

Certum est dari quam plures casus, in quibus non sufficiat adulterium ad diuortium celebrandum. ibid. 14.

Probabilius est in praxi, quod detur compensatio adulterij coniugum, casu, quo alter adulteretur, alter vero sodomiam committat: non vero speculatiue loquendo. 513. 15.

Probabilius longe est, quod coniux, qui vnicum adulterium commisit, non possit diuertere ab alio, qui plura etiam commisit. 523. 16. Imo nec coniux, qui secreto adulterauit, poterit diuertere ab altero, qui adulterauit publice. ibid. 17. Alias probabilius est, non solum venialiter, sed mortaliter peccare ibid. 18.

Probabilius est, non dari compensationem adulterij vnius coniugis cum adulterio alterius iam condonato. 524. 19. Vnde si ambo coniuges lapsi sint in adulterium, & postea reconciliati, potest quilibet illorũ reijci ab altero, si post reconciliationem adulteret. ibid. 20.

Probabilius est, quod casu, quo vterque coniux sit adulter & alter emẽdetur & alter in adulterio persistat, nequeat nihilominus emendatus celebrare diuortium. pag. 524. 21.

Certum est, quod si ante latam sententiam diuortij, coniux innocens adulteretur, teneatur sibi coniugem adulterum reconciliare. ibid. 22. Imo, idem dicendũ esse, casu, quo coniux innocens, etiam post latam sententiam diuortij committat adulterium, est probabilius. 525. 23.

Certissimum est, non licere coniugi innocenti, qui ante latam sententiam adulterium commisit, Religionem profiteri, aut Sacros Ordines suscipere. 526. 24. & 25. Casu vero, quo coniux innocens iam professus, vel Sacris initiatus committat adulterium, tunc contrarium certissime est tenendum; nempe, nec teneri, imo nec posse, è monasterio exire, & coniugem ob adulterium dimissum, sibi reconciliare. 526. q. 26.

Probabilius longe est, quod coniux innocẽs possis, etiam post perfectam, & latam sententiam diuortij, cogere adulterum, vt sibi reconcilietur, dummodo status vtriusq; coniugis sit omnino immutatus. ibid. 27. & 527. 28. Quamuis si innocens, solũ votum simplex castitatis emisisset, posset ad huc, coniugem adulterum sibi reconciliare. 527. 29.

Certum est, non licere adultero coniugi ad Religionem, vel Ordines transire, ante latam sententiam diuortij, inscio coniuge innocenti. ibid. 30. Imo, nec post latam sententiam diuortij, licere id adultero, inuito coniuge innocenti. Imo, nec ignorante aut inconsulto illo, est probabilius. ibid. 31. & 32.

Certum est, quod, vt adulter coniux, de licentia innocentis, statum mutet, non sit necessarium, vt innocens coniux, etiã mutet statum. 528. 33.

Certum est, liberum & licitum esse coniugi innocenti ad Religionem transire, etiam inuito coniuge nocente, vel adultero. ibid. 34.

Probabilius est, quod, vt coniux innocens transire ad Religionem, vel ad Ordines possit, sufficiat aut, quod præcedat sententia diuortij (vt omnes cõcedunt) aut quod adulterium sit valde notorium. ibidem 35.

Probabile æque est, licere pro foro conscientiæ, innocenti coniugi transire ad Religionem, vel ad Ordines, ob adulterium occultum coniugis. pag. 528. q. 36.

Probabilius est, quod vir innocens possit ad Ordines transire inuita vxore adultera, eodem modo, & in omnibus casibus, in quibus licitum est illi Religionem ingredi. 529. 37.

Probabilius multo est, posse licitè coniugem innocentem; negare debitum coniugi adultero, ante sententiam Iudicis. ibid. 38. Quid si ad hoc compelleretur à Iudice. ibid. 39.

Probabilius est, licite posse coniugem innocentem, propria authoritate ab adultero diuertere, ob adulterium publicum, & per se notum. pag. 529. 40. Imo, etiam id posse, cessante scandalo, ob adulterium occul-

occultum, est æque probabile. 530. 41.

Certissimum est de fide: licitum esse diuortium celebrare, ob alias causas, quam fornicationem carnalem. ibid. 42.

Certum est, quod lapsus vnius coniugis in infidelitatem, vel hæresim, sit sufficiens causa ad diuortium celebrandum. pag. 531. q. 43. Deinde, inductio coniugis ad quodcumque peccatum mortale, etiam est sufficiens causa, cui, quo inducens non desistat admonitus. ibid. 44.

Certum est etiam: quod sæuitia coniugis sit sufficiens causa ad celebrandum diuortium. pag. 531. quæst. 45 An autem, quæuis sæuitia sufficiat. ibid. 46.

Certum est, quod etiam liceat viro, ob sæuitiam vxoris diuortium celebrare. pag. 532. 47.

Certum est, quod non solum sæuitia præterita, sed etiam timor sæuitiæ futuræ, sit iusta causa ad celebrandum diuortium. 532. 48.

Certum est, quod etiam sufficiat ad celebrandum diuortium furor coniugis, dummodo sit ita vehemens, vt nequeat coniux absque graui periculo cum eo habitare. ibid. 49.

Certum est denique, posse vxorem diuertere a viro latrocinijs dedito, & nolente à furtis abstinere, si prudenter timeat sibi aliquod graue imminere: & è contra vir à sua vxore venifica &c. ibid 50.

FINIS.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

I



Sigut.ª Top.ª
Est. 32
Tab. 2.ª
Núm. 3

16

6

YN

2333